BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XLIX
H
19
NAPOLI

XLIX
11
19

XLIX
11
19

XLIX
11
19

Digitized by Google

Digitized by Google

ANNALES
MINORUM

AUCTORE

A. R. P. F. LUCA WADDINGO

HIBERNO

Ejuſdem Ordinis Chronologo.

Google

ANNALES MINORUM

SEU

TRIUM ORDINUM

A S. FRANCISCO INSTITUTORUM

AUCTORE

A. R. P. LUCA WADDINGO HIBERNO

S. T. Lectore Jubilato, & Ordinis Chronologo.

TOMUS DECIMUS

Editio ſecunda, locupletior, & accuratior

OPERA, ET STUDIO

R.^{mi} P. JOSEPHI MARIÆ FONSECA AB EBORA

S.T.Lect. Jub. S.& U.Inquiſit. Conſultoris, S.C.Conſiſtor.Vot. Epiſcop. Examinat. Ord.Min.in Ciſmont.Fam.tam Obſerv.quam Refor.& Diſcalc.Cōmiſs.Gen.&c.



ROMÆ Typis Rochi Bernabò MDCCXXXIV. *Superiorum permiſſu.*

CUM PRIVILEGIO SUMMI PONTIFICIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

SANCTISSIMO
D. N. D.
CLEMENTI XII.
PONTIFICI OPTIMO MAXIMO

FR. JOSEPHUS MARIA FONSECA EBORENSIS
Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia
FELICITATEM

FACTUM *eſt nutu, ac voluntate plane divina*, BEATISSIME PATER, *ut in hac temporum acerbitate Te Pontificem haberemus, qui afflictæ publicæ rei levamen ferres, noſque impendentium calamitatum* *peri-*

Digitized by Google

periculis ereptos ad optatam antea magis, quam ſperatam tranquillitatem Tua prudentia revocares. Mitto, quibus beneficiis multos mortales publice privatimque cumularis; præcipue vero, cum, bellorum tumultu annonæ difficultatem portendente, vim magnam frumenti in horrea Civitatis contraxiſti. Non dicam, quam multa contuleris in omnes pene familias Ordinum Religioſorum, vel paupertatis levandæ cauſa, vel ut ſtudium, curamque Tuam Civitatis ornandæ Ordines ipſi, novis operibus excitatis, imitari contenderent. Populum certe Romanum quanto fueris amore complexus, ut alia plurima, & certiſſima argumenta præteream, illa tua quotidiana liberalitas declarat, quæ cum pecuniam non exiguam in ſingulos annos ad infimæ ſortis multitudinem alendam ultro ſuppeditat, tum poſtremis hiſce diebus ad miſerorum ſolatium, qui rem ſcilicet familiarem acerbiſſimo caſu perdiderunt, inſigne ſpecimen edidit. Nam cum atrox in-

cen-

cendium in urbis parte coortum, privatorum aliquot ædes, fortunaſque abſumpſiſſet, eorum Tu vicem miſeratus, Beatissime Pater; *quæ minuendæ calamitati, vitæque tolerandæ neceſſaria videbantur, quam celerrime contuliſti. Cujus, opinor, beneficentiæ, amoriſque paterni erga cives Romanos ipſi cælites haud ignari, illuſtri ſane miraculo Tibi gratiam referre in ipſo periculo Civitatis voluerunt. Quippe, incendio graſſante, cum in eo res eſſet, ut D. Franciſci Aſſiſiatis effigiem prope flamma contingeret, occulta vi confeſtim repreſſa, ac reſiliens ultra furere deſiit, locumque dedit Civibus conſternatis, ut ab cladis univerſæ formidine præter ſpem, atque opinionem reſpirarent. Ita nimirum e Superûm ſedibus præſto fuit Patriarcha Minorum, ut, quam Civitatem in ſinu atque oculis geris, Tibi ille ſervaret, cujus ipſe Familiam perpetua benignitate, ac ſingulari patrocinio tuearis. Perge porro,* Sancte Pater, *in eo, quem jam pridem inſti-*

ſti-

ſtituiſti , agendi curſu ; & illud ſtatue, quod certe exiſtimare debes, nulla re verius ad Deum Optimum Maximum, cujus nempe Vicarium geris, Te proxime accedere , quam multorum utilitate, omniumque ſalute modis omnibus procuranda.

ERU-

ERUDITO LECTORI.

HABES, candide Lector, volumen decimum noſtrorum Annalium, ceteris omnibus, quæ jam pridem emiſimus, argumenti varietate, ac pulchritudine nihilo inferius. Præſertim vero quæ ſanctiſſimi viri, Joannes, ac Bernardinus, non Familiæ modo Obſervantium, ſed Eccleſiæ univerſæ clariſſima lumina, hic in Italiæ, ille in totius Europæ luce, geſſerunt, hoc in libro commemorantur. Licebit in altero Chriſtianorum delicias, in altero Turcarum terrorem, ac belli fulmen agnoſcere: ut propterea nec virtutis incitamentum, nec honeſtæ voluptatis materia ſit legentibus deſutura.

REIM-

Digitized by Google

REIMPRIMATVR

Si videbitur Reverendiſsimo Patri ſacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

N. Baccarius Epiſcopus Bojanenſis Vicesgerens.

REIMPRIMATVR

Fr. Jo. Benedictus Zuanelli Ordinis Prædicatorum ſacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

AN-

ANNALES MINORUM.

Anno Christi 1418.	Martini V. anno 1.	Sigismundi Imp. anno 8.	Religionis Minorum anno 211.

ARGUMENTUM.

Rebus mature compoſitis, diſſolvitur Concilium Conſtantienſe, & Martinus Pontifex venit in Italiam. Inſtituit Inquiſitorem in pleriſque partibus Galliæ Minoritam, in hoc officio diu verſatum. Moritur beatus Philippus Tudertinus, miraculis clarus. Decedit etiam Joannes Stronconius Vicarius Fratrum Obſervantum in Italia, cui ſuccedit in regimine quarumdam Provinciarum Thomas Florentinus. Sanctus Bernardinus miro fructu prædicat in Lombardia. Celebrantur Comitia generalia. Creantur Epiſcopi, & propagatur Inſtitutum.

I. ADHUC anno iſto Concilii Conſtantienſis Patres perſeverarunt in curanda re Chriſtiana, & medendis malis, quæ diuturnum & pernicioſum ſchiſma produxit. Etſi enim negotiorum primarium, propter quod convenerunt, videretur confectum, Eccleſiæ jam ſtabilita unione, ſupererat, ut quæ pro diſciplina Eccleſiaſtica reſtituenda, & ſchiſmate in poſterum cavendo præſcriptæ ſunt leges, inviolabiliter obſervarentur, & qui irrepſerant abuſus omnimo tollerentur. Hjs perficiendis tres celebratæ ſunt Seſſiones, in quibus Martinus Pontifex aliquos Canones edidit, Concilium Ticini poſt quintum annum cogendum indixit, acta in cauſis dogmaticis contra hæreticos confirmationis Apoſtolicæ munimine roboravit, & demum communi totius Concilii ſuffragio abeundi licentiam univerſis conceſſit. *Diſſolvitur Concilium Conſtantienſe.* Poſtremo ipſo ſacro die Pentecoſtes ſacris ritu ſolemni operatis, cum populo benedixiſſet, ſequenti die XVII. Kalendas Junii. Conſtantia diſceſſit Schaffuſam, *Martinus venit in Italiam.* Sigiſmundo Imperatore a dextris, Auſtriæ Duce a ſiniſtris, equum fræno ducentibus, atque omnibus bene precantibus abiturienti. Per Bernates venit in Sabaudiam, mox Mediolanum, ubi Pontificalia ingenti cum majeſtate exercuit, ultra C. M. hominibus ad tantam ſolemnitatem concurrentibus; demum Mantuam conceſſit, ubi reliquam hujus anni partem tranſegit, legationes Principum Italiæ excipiens, diſſidia componens, profectionem Romanam, remotis obſtaculis, ſummo ſtudio complanans.

 II. An-

Fr. Pontius Inquiſitor in Gallia.

II. Antequam Conſtantia diſcederet, res fidei curaturus, Inquiſitorem inſtituit in pleriſque Galliæ civitatibus & territoriis fratrem Pontium Feugeyronis ſacræ Theologiæ Magiſtrum, in Concilio præſentem, ex parte totius Ordinis miſſum, alias huic miniſterio ab Alexandro V. deputatum. Ut vero neceſſariæ ſubminiſtrarentur expenſæ pro ipſo Inquiſitore & miniſtris, ſcripſit Pontifex ad Franciſcum Archiepiſcopum Narbonenſem Camerarium Apoſtolicum. Do litteras inſtitutionis.

Dilecto filio Pontio Feugeyronis Ordinis Fratrum Minorum profeſſori, in Theologia Magiſtro, Inquiſitori hæreticæ pravitatis Avenionen. nominato, in Arelaten. Aquen. & Ebredunen. Provinciis, necnon in Lugdunen. Viennen. Bellicen. Gratianopolitan. Maurianen. Gebennen. Valentin. Vivarien. Dien. Tarantaſien. & Auguſten. civitatibus & diœceſibus, & in omnibus terris & locis infra dictarum Provinciarum & diœceſ. terminos conſtitutis, ac in Delphinatu, Comitatibuſque Provinciæ & Folcalquerii, & Venayſſin. ac in Principatu Auraicen. necnon in civitate ac diœceſi Avenionen. & nonnullis aliis terris, & locis, auctoritate Apoſtolica, deputatā &c.

Ex lib. 1. Mart. de Regul. an. 1. fol. 97.

III. *Licet ubilibet Apoſtolicæ Sedis providentia circumſpecta circa hæreticæ pravitatis labe reſperſos, quorum nequitia ſerpit ut cancer, ne in aliorum perniciem ſua venena diffundant, remedium libenter adhibet opportunum, tamen in Arelaten. Aquen. Ebredunen. Provinciis, necnon in Lugdunen. Viennen. Bellicen. Gratianopolitan. Maurianen. Gebennen. Valentin. Vivarien. Dien. Tarantaſien. & Auguſt. civitatibus & diœceſibus, ac in omnibus terris & locis infra dictarum provinciarum, & diœceſ. terminos conſtitutis, ac in Delphinatu, Comitatibuſque provinciæ Folcalquerii & Venayſſin., ac in Principatu Auraicen. necnon in Civitate noſtra & diœceſi Avenionen. & nonnullis aliis partibus & locis, ad quæ & eorum incolas, affectum gerimus ſpecialem, præcipue cupimus ut negotia fidei jugi profectu, eliſis omnino eradicatiſque erroribus, proſperentur, fideſque Catholica fortius invaleſcat. Sane dudum ad quondam Alexandri in ejus obedientia ita nominati, auditum pervenit, quod infra terminos & partes præfatas plerique neſcientes in ſemitis juſtitiæ dirigere greſſus ſuos, ſed per diverſa Catholicæ fidei, ac etiam ſacris canonibus adverſa & contraria, per quæ ſe, & multos ſimplices ſecum trahebant damnabiliter in gehennam, conabantur dogmatizare; quodque nonnulli Chriſtiani, & perfidi Judæi infra eoſdem terminos conſtituti, novas ſectas, & prohibitos ritus eidem fidei repugnantes inveniebant, quos ſaltem in occulto dogmatizabant, docebant, prædicabant & affirmabant, erantque etiam infra eoſdem terminos multi Chriſtiani, & Judæi ſortilegi, divinatores, Dæmonum invocatores, carminatores, conjuratores, ſuſpicioſi augures, utentes artibus nefariis prohibitis, quibus Chriſtianum populum, ſeu pleroſque ſimplices illarum partium maculabant, & pervertebant. Propterea quidam præfatorum Judæorum nonnullos neophytos, ſeu ad eamdem fidem noviter de Judaica cæcitate converſos, ad rejudaizandum, ſeu ad ritus Judaicos execrabiles reſumendum directe, vel indirecte, mediate vel immediate, inducere ſatagebant, necnon impium librum, quem Talmud appellant, alioſque libros plures, tam ſcriptos, quam etiam alios errores damnatos publice aſtruebant, quibus utique corda ſimplicium etiam ſæpe maculabant, & confundebant, invehentes contra fidem Catholicam, & doctrinam veritatis; atque etiam in ſua lege Moſaica multifarie deficientes. Demum*

etiam

etiam quidam Chriſtiani & Judæi illarum partium non verebantur aſſerere, quod uſura non ſit peccatum, aut recipere decem pro centum mutuo datis, ſeu quidquam aliud ultra ſortem: in his & ſimilibus, atque in nonnullis aliis ſpiritualibus & gravibus peccatis multipliciter excedebant, & pleroſque illudebant. Idem Alexander tunc Papa nominatus, volens ejuſdem fidei & religionis ampliare cultum, & extirpare hujuſmodi errores & pravitates, tibi per ſuas litteras commiſit, quatenus ad extirpationem omnium hujuſmodi pravitatum & errorum, ab eiſdem omnibus, & ſingulis terminis, & partibus vigilanter inſiſteres contra ipſos Chriſtianos & Judæos, qui hujuſmodi errores fovere, ſeu aſtruere, defendere, aut alias ſequi præſumerent, atque eorum fautores & receptatores ac ſequaces; & tibi inquirendi, eoſque citandi, examinandi, contra ipſos uſque ad definitivam ſententiam incluſive procedendi, prout juris foret per & rationis, ſummarie, & de plano, necnon abſque judiciorum & advocatorum ſtrepitu & forma judicii, illos quoque quos per inquiſitionem hujuſmodi dictos errores committere, aut fovere, ſeu alias in aliquo præmiſſorum culpabiles, aut etiam pravitates exercere reperires, juxta eorumdem delinquentium exceſſus & demerita puniendi, ſeu per cenſuram eccleſiaſticam, & alia tam juris quam conſuetudinis opportuna remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendi, invocato ad hoc, ſi opus foret, auxilio brachii ſecularis; & omnia alia & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſaria & quomodolibet opportuna exequendi, ſtatuendi, & ordinandi, juxta datam tibi a Domino prudentiam, plenam, & liberam conceſſit facultatem, prout in eiſdem litteris plenius continetur. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut deputationi ac commiſſioni præfatis, & aliis, & omnibus, & ſingulis in eiſdem litteris contentis, robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, necnon alias in præmiſſis pro Catholicæ fidei augmento providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, dictaſque deputationem, facultatem, & omnia in eiſdem litteris contenta, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, confirmantes & approbantes, ac nihilominus ad perſonam tuam, quam religionis & fidei ſinceritate, ac maturitate morum, & litterarum ſcientia, multarumque aliarum virtutum donis earum largitor Dominus inſignivit, dirigentes intuitum noſtræ mentis, te, qui ad generale Concilium Conſtantienſe, pro parte totius Ordinis Fratrum Minorum deſtinatus fuiſti, & quem ex multarum notabilium perſonarum nobis facta relatione fideli, ad hujuſmodi officium ſufficientem & idoneum reputamus, Inquiſitorem hæreticæ pravitatis in omnibus & ſingulis terminis ſupradictis, juxta præfatarum litterarum tenorem & formam, auctoritate præfata, tenore præſentium deputamus. Mandantes etiam univerſis & ſingulis Chriſtifidelibus ſub examine diſtricti judicii, quatenus in omnibus & ſingulis, quæ ad hujuſmodi deputationis & Inquiſitionis ſpectant officium, tibi obediant efficaciter, & intendant, ac prout expedierit, & eos requiſieris, præſtent auxilia, conſilia, & favores. Non obſtante ſi aliquibus communiter, vel diviſim a Sede præfata ſit indultum, quod interdici &c. hujuſmodi mentionem, & quibuslibet &c. ſub quacumque verborum forma eis conceſſis, per quæ præſentibus aliquod nolumus obſtaculum interponi: necnon tam fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de una & duabus dietis &c. contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis, approbationis, deputationis, mandati, & voluntatis infringere &c. Si quis &c. Datum Conſtantiæ III. Nonas Februarii anno I.

IV. Occaſione hujus Diplomatis recurrerunt cives Avenionenſes ad Pontificem, explicantes Inquiſitores nimis facile induci ad procedendum con-

contra Hebræos, eoſque, qui Avenione habitabant plurimi ſub Pontificum protectione, non ſine urbis fœnore, indebite plerumque moleſtari, & obtinuerunt, ut in eorum cauſis examinandis alterum adhiberent judicem adjunctum. Deprecante etiam Miniſtro Generali, declaravit Martinus, nullum a Sede Apoſtolica deputatum ſive Inquiſitorem, ſive Pœnitentiarium, ſive Pontificium Sacellanum, ab Ordinis, aut Superiorum juriſdictione & correctione quoad regularia inſtituta liberari. Cathedræ primariæ facultatis Theologicæ in Univerſitate Salamanticenſi moderatorem fratrem Lupum de ſancto Romano, virum doctiſſimum, a Roderico Sancio de Moſteolo, Academiæ Rectore, ſecundum leges debitas inſtitutum, voluit confirmatum. Præceſſit in eadem cathedra frater Petrus Lupi de Seber, Ordinis Prædicatorum vita defunctus. Fratribus Vicariæ Boſnæ ad exemplum aliorum Pontificum multa indulſit privilegia, quorum numerum & qualitatem videre licebit in Diplomate peculiari ſub finem hujus voluminis.

Fr. Lupus Veſperatius Salamantinus.

V. Sub hunc annum frater Philippus Tudertinus, vir ſanctiſſimus, beati Paulucii de Trincis diſcipulus & ſocius, provinciæ ſancti Franciſci alumnus, ex humanis abiit in Conventu S. Franciſci Montis Milonis (Muri, ait Rodulphus) poſtquam annis quadraginta & ultra ſub Regularis Obſervantiæ inſtitutis vitam abſque querela traduxit. A prædicto Paulucio in Sodalitium ſuſceptus, & ad Cœnobiola Marchiæ tranſmiſſus, omni virtutum genere, & maxime promptiſſimæ obedientiæ, præfulſit. Spiritu prophetico clarus multa prædixit, juvenem, Patre contradicente ne Minoribus nomen daret, juſſit pacifice domum redire, & patienter agere; fore enim ut brevi impedimenta omnia tollerentur, & honorificentius rediret. Accidit ut paulo poſt moreretur genitor, atque illi tamquam hæredi liceret facultates pauperibus diſtribuere, & a curis omnibus expedito, religioſam vitam ſectari. Mercator Anconitanus Tiuzzus Joannis nuncupatus, merces advecturus trans mare Adriaticum, commendavit ſe Fratrum, præſertim Philippi orationibus. Sæva jactatus procella in ſummo vitæ periculo, vidit navem nocte tempeſtuoſa, magna luce circumſundi, & Philippum luminoſum periclitantibus opitulantem. Mox compoſitis fluctibus & tranquillo mare placide navigantibus, compererunt quanta ſit potentia ſervorum Dei, & quod plurimum valeat juſti deprecatio. Regreſſus domum ſciſcitatus quid illa ſignata nocte egerit Philippus, accepit Fratribus dixiſſe ſuum benefactorem Tiuzzum naufragantem, omnium precibus indigere, & per aliquot horas in Conventu non apparuiſſe. Poſt Viri Dei mortem voluit mercator beneficium reddere; magni templi, aut honorifici condendo Philippo tumuli ſtructura, ſed nolentibus Fratribus anguſtulos paupertatis limites tranſilire, chorum adauxit.

Obiit Philippus Tudertinus. Marian. citat. c.10. Chron. antiqua. Rodul. fol. 128.

Clarebat ſpiritu prophetiæ.

VI. Franciſcus Hungarus Minorita in Cœnobio Anconitano magna lignorum ſtrue oppreſſus, male habuit ſub pondere, in brachiis & capite graviter vulneratus. Invocavit Philippi conſodalis auxilium, & correptus ſomno, evigilavit ſanus, apparentibus dumtaxat vulnerum veſtigiis. Venerat aliquando frater Franciſcus Fabrianenſis cognomento Cichus, Vicarius Fratrum Obſervantum in Piceno, ad Cœnobiolum Milonis, & exploraturus Philippi virtutem, quæ deprædicabatur in languoribus curandis, juſſit ut cum ipſo collavaret horribilem quemdam leproſum. Simul laverunt, diſſimili tamen lotione, omnem enim partem, quam Philippi manus tetigerant, videbant omnes mundiſſimam, reliquam lepra depaſcente.

Et miraculis.

VII. Sed qui aliorum curabat infirmitates, paſſus eſt ipſe annis quinque graviſſimam. Hydropiſi, aliiſque morbis perpetuo decumbens, numquam con-

In morbis patientiſſimus.

conqueſtus eſt, ſed alia ſuperaddi mala rogabat, dum ita Deo placeret, & animæ ſaluti expediret. Expleto vitæ curriculo, receptiſque devote Sacramentis, oculis in cœlum intentis, ſanctiſſime obdormivit in Domino, ſummo ſui relicto omnibus deſiderio.

VIII. Corpus in feretro poſitum tetigit quidam ex conſodalibus male habens, & ſtatim convaluit. Sepulturæ traditum ad chori oſtium magno claruit prodigio; ſcaturiit enim fons ex ſepulcrô, Eccleſiam omnem inundans, nec contineri potuerunt aquæ, donec corpus extraheretur, & ſuper altare majus collocaretur, ubi omnibus patuit per dies octo abſque ulla corruptione, aut fœtore. Decrevit ſtatim aqua, ad menſuram mediocris fontis, non tamen redundantis, ſed eamdem perpetuo aquarum quantitatem retinentis, quantumvis plurimi haurirent morbis miraculoſe medendis. Inditam cœlitus aquæ virtutem probarunt miracula multa, quæ cum aliis viri ſancti prodigiis excepit diligenter quidam Notarius Imperialis. Paſchalis Recinetenſis, Minorita corruptam dolens tibiam, medicorum conſilio amputandam hac aqua lavit, & repente ſanatus eſt. Similiter Nicolaus Peruſinus ejuſdem Inſtituti, ſtomachi, alioſque dolores paſſus: Vagion Fanocelli læſos habens oculos, alter clauſos, duo renibus dolentes, curvus unus, gibboſus alter: Antonius Fanenſis hernioſus, & cæcus, Joannes Mantuanus luſcus, Nicolaus de Lautris Anconitanus ſurdus, Meus Antonii e colle Saxi ferrati elephantiacus. Bertellus Severi e vico Petri ſancti Marcelli, in inguine paſſus, ejus uxor toto corpore impedita: Antonius Bernardi ex caſtro Milonis tertiana febri laborans; Matthæus Petrutii de Montefloris continua gravatus: Matthæus Juliani tibiam læſam conqueſtus; Dominicus Stephani, figulus Tolentinas, femore, & brachiis adeo vexatus, ut jacere, ambulare, ſtare par pœna reputaretur, hac aqua loti, vel epota, ſtatim convaluerunt de infirmitatibus ſuis. Tamdem vana quadam muliere ob contemptum pedes lavante, in ſacro hoc fonte, exſiccatus eſt ſtatim, poſtquam diebus octo ſcaturiit. *Miracula poſt mortem.*

IX. Qui ſequuntur, a variis morbis liberati ſunt, viſitantes ſepulcrum, Petrellus Angeli Anconitanus vehementi renum dolôre cruciatus, ejus filia ardenti febre morti propinqua, & puer Auximanus ſanguineo fluxu animam propediem acturus, emiſſo voto dè viſitando ſepulcro, repente ſanati ſunt: Uxor vero Petrelli a ſpiritibus obſeſſa ad ſepulcrum violenter perducta, liberata eſt. Catarinæ Antonii de Monticulo morbo caduco deſpumanti apparuit Vir ſanctus, & ſalutem reſtituit. Demum vir illuſtris Andreas Eques, Baro, & Dominus Marſiani, germanus frater Pii III. Pontificis Maximi, ab intolerabili tibiæ dolore ejus meritis liberatus, ſacellum pulcherrimum ei condidit, eoque transferri lipſana curavit.

X. Paulo poſt deceſſit alius ejuſdem Paulucii diſcipulus, auctoritate præcipuus Joannes Stronconius Vicarius Fratrum Obſervantum Italiæ. Ædificabat Conventum prope civitatem Luceriæ Sarracenorum, tenui tamen populorum ſubſidio, & proinde perficiendum dixit morte cujuſdam civis locupletis. Ita factum: obiit paulo poſt quidam vir dives, qui facultates ſuas relegavit operi complendo. Pro altari majori petiit a civibus, ſibi donari tabulam quamdam marmoream, neglectam in Palatio deſolato Imperatoris Friderici ad caſtrum Florentini, ubi alias diximus deceſſiſſe. Reſponderunt, difficulter ſatis tranſportari poſſe integram, & propterea tot annis omiſſam aliam longe majorem, jam dicatam aræ præcipuæ templi Cathedralis. Pepigit ille utramque ſe laturum abſque ulla læſione, modo minorem dono reciperet. Admiſſa conditione, ſolus ipſe cum ſocio impoſuit *Marian. cit. Jacobil. in vita B. Paulucii. Moritur Joan. Stronconius. Tom. 3. an. 1356. n. 2.*

plau-

plauſtro utramque tabulam, & duxit abſque alio ductore per aliquot milliaria in urbem, repoſuitque majorem in æde matrice, alteram in ſua Eccleſia, omnibus admirantibus. Utraque tabula in præſentem uſque diem cernitur in prædictorum templorum aris præcipuis. Pietate, doctrina, & concionibus clarus, hoc in loco requievit in Domino, ſepultus coram altari majori. Poſt annos centum choro exornando, effoſſo illo loco, inventa ſunt Viri ſancti oſſa candida & mundiſſima, cor integrum & illæſum. Admirantibus, qui aderant, quædam vetula roſario cor tetigit, deinde oculos cujuſdam cæci, qui ſtatim viſum recepit. Hic ille eſt vir incognitus, cujus oſſa ſub ſummo altari, & linguam recentiſſimam aſſervari dicit Gonzaga, ſed pro corde linguam repoſuit. Ejus contactu, necnon corporis fratris Franciſci Lucerini, ibidem ſepulti, miracula plurima contingunt. Conventus dicatus eſt ſanctiſſimo Salvatori, & aliquando a Fratribus derelictus, quondam a beati Joannis Capiſtrani Commiſſario reaſſumptus eſt, & a Luceriensibus reſtauratus.

Gonz. in Prov. S. Angeli Con. 7.

XI. Succeſſit Stronconio in regimine per provincias ſancti Angeli, & Calabriæ frater Thomas Florentinus, laicus, vir pius & prudens, cujus opera & ſollicitudine multa conſtructa ſunt in illis partibus Cœnobiola. Horum exemplo certatim alii per univerſum regnum Neapolitanum, & Siculum, Iuſtitutum propagarunt. In Apulia multi jam erant hujus viæ, & vitæ ſectatores, ſed quodam ſpecialis fraternitatis vinculo cum Fratribus Boſnenſibus, religioſiſſime viventibus, alligati, eorumque peculiaribus inſtitutis, uti alias ſæpe monuimus, regebantur. In Sicilia egregie, & ſtrenue laboravit beatus Matthæus Agrigentinas, de cujus geſtis & virtute longiorem alias ſermonem inſtituemus.

Conv. Luceriæ. Fr. Thomas Florentin. Vicarius in aliquibus Provinciis.

Anno 1427.

XII. Sanctus Bernardinus Senenſis hoc tempore præfectum agebat Cœnobii Feſularum, & mirabili modo excitatus eſt, ut prædicatum iret in Galliam Ciſalpinam. Aberat ille Florentiæ, & domi tirocinum præferebat quidam Canonicus Monaſterii Lucenſis ſancti Frigiani, quem ad hoc Inſtitutum admiſit Bernardinus. Inter ſacras preces & meditationes, quibus aſſidue inhærebat, miro quodam æſtu per domum uſquequaque ferebatur clamans, & ingeminans hæc verba: *Frater Bernardine vade in Lombardiam, Dei verbum prædicaturus*. Regreſſus vir Dei, ut ſcivit miro modo tantum ſibi indici miniſterium, imperavit Fratribus, ut Dei voluntatem amplius explorarent, & quos ſcivit Deo cariores, tum inter Fratres, tum alibi, non aliter quam ſanctus Franciſcus ſanctam Claram, & beatum Silveſtrum, humiliter conſuluit. Multis demum indiciis, & interiori edoctus ſpiritu, ita Deo placuiſſe, ſtatim perrexit ad Pedemontanos, ubi admirabili fructu prædicavit.

S. Bernardinus mirabiliter excitatur ut prædicet in Lombardia.

Tom. 1. an. 1212. n. 30.

Pergit ad Pedemontanos.

XIII. Mediolanenſes audientes mirabiliter, quæ de ipſo dicebantur, ad ſuam evocarunt Civitatem. Hic paulatim auctoritate & opinione crevit, prius in humilioribus Eccleſiis, & rarius, mox in præcipuis, & quotidie prædicans, tanto hominum concurſu & applauſu, ut maxima quæque templa numeroſiſſimo auditorio viderentur anguſta. Opportune hic addam, quæ de primis iſtis Bernardini prædicationis auſpiciis ſcribit Maffæjus Veggius Laudenſis, vir doctiſſimus, & Martini V. in florente adhuc ætate Datarius, frequens iſtarum concionum auditor: *Nec vero*, inquit, ***quamvis talis ac tantus habitus fuerit, ſtatim tamen, ac primum publice docere populos aggreſſus eſt, cœpit celeber ipſe glorioſuſque haberi; multis enim annis latuit, incognitumque ac obſcurum ejus nomen fuit. Pauci Bernardinum norant, pauci frequentabant, nemo adhuc eum tanto in honore habebat, nemo admirabatur, nemo efferebat, prædicabat, extollebat, donec peragratis multis,***

Deinde ad Mediolanenſes.

Aſſidue prædicat, & cum fructu.

Maffei Veggii de illo teſtimonium.

tis, ut ſit, diu civitatibus, tamdem pervenit Mediolanum, actis jam quatuordecim annis, gaibus diſſeminando verbo Dei ſemper intenderat. Ego tum, dum puer eſſem, duodecim circiter annos natus, recolo me eum ibi vidiſſe abſque ullo prorſus nomine & fama, audiviſſe etiam in populo loquentem. Nam erat mihi præceptor Grammaticæ optimus quidam ſenex, qui diebus feſtis, cum verba faceret, audire eum avide, ac diſcipulos quoſdam præcipue ſibi commendatos, quorum unus eram, audituros etiam ſimul ſecum ducere conſueverat, diceretque ad nos ſæpius. Eamus, filii, audituri bonum iſtum Fraterculum, tam vili, & trita indutum veſte, cui tanta linguæ gratia, tantus ſplendor eloquii, tum aptus docendi modus, tanta verborum ſimul atque ſententiarum majeſtas. Hujuſcemodi enim ſolebat ſermonem de illo proferre. Nam magnifice egregieque eum ſemper commendabat, atque extollebat, affirmans conſtanter, nunquam ſimilem illi aliquem vidiſſe. Ego judicio magiſtri mei fretus, non meo, quod nullum quidem erat, propter breviorem ætatem, maximi faciebam hominem, audiebamque verba illius attente; licet minus capax eſſet ingenium ad accipiendum pondus ipſorum. Sed cum talem illum eſſe arbitrarer, qualem magiſter judicabat, videbantur mihi omnia quæcumque diceret, divino ore prolata.

XIV. *Itaque ille tamquam gregarius quidem, apud paucos tantum cognitus, populum aliquando, quemadmodum in Eccleſiis fieri ſolet, docebat. Cum interim paulatim placeret magis ejus dicendi modus, commendarique plurimum a gravibus & doctis cœpit. Atque ita plerique acti ſunt menſes, cum demum adveniente tempore Quadrageſimæ, demandata eſt ei provincia, ut omnibus illis diebus, qui ob ſingularem ſupra alios ſanctificationem, ad inſtruendum commonendumque populum fidelem præcipue dedicati ſunt, prodiret ipſe publice, ſermonis ad eum habendi cauſa. Quod ille, ut juſſus erat, tanta executus eſt gratia, ut cum antea omnibus eum audientibus egregie dixiſſe viſus fuiſſet, tunc ſeipſum longe ſuperaſſe videretur. Tantum vero apud omnes illico crevit nomen ejus, tanta expectatio, tanta auctoritas, tanta excellentiæ ejus prædicatio, ut Bernardini nomine nihil jam clarius, nihil illuſtrius haberetur, & quaſi e cœlo miſſum Bernardinum quiſque nominaret, atque efferret. Cujus tantæ tamen gloriæ non parvam puto cauſam præſtitiſſe gentem illam Mediolanenſium optimam, humaniſſimam, divinique cultus obſervantiſſimam, quæ cum facilis dulciſque naturæ ſit, nulli moleſta, nulli invida, honeſto ſemper alicui exercitio intenta, ſingularique inter ſe vivens benevolentia & caritate, ita in exteros longe eſt fida, benigna, atque benefica, aliorum magis commoda, & honores augens, quam minuens, ſine dolo, ſine fuco & faſtu, ad bonum ſemper prompta: & cum peccaverit, minime moneri, & corrigi difficilis, aut dura. Hujus ergo ille gentis adjutus præcipuo ſtudio atque favore, tantum eſt adeptus auctoritatis, tantumque honoris & gloriæ.*

Magnopere omnes applaudunt Bernardino prædicanti.

Gens Mediolanen. laudatur.

XV. *Mirum autem erat videre quanta aberrantium turba, auditis illius doctrinis, ad rectum vivendi modum perducebatur. Concurrebant ad Eccleſias inſtar formicarum, ut vix ſufficerent, qui peccata eorum audientes purgarent, ſanctiſque, & ſalubribus Sacramentis ſatisfacerent. Actumque deinceps, atque id ſedulo ab iis, qui rebus ſacramentariis præerant, animadverſum eſt, ut tanto numero aut pluri homines ſingulis annis ad pœnitentiam ultro libenterque venirent, quanto antea per decem annos ſolebant. Tunc multi contempta penitus hujuſce mundi vanitate, ad Deum converſi adoleſcentes, Religioni ſanctæ ſeſe dicarunt. Quod principium fuit ejus ſancti gregis, qui ſub Franciſci ordinatione ſtricte vivens, nunc admodum crevit. Magnum fuit*

Bernardino ſuadente, frequentant omnes Sacramenta.

Multi fiunt Minoritæ.

tunc

tunc omnibus propoſitum ſanctitatis monimentum, antea inſuetum; videre tot nobilium, clarorumque virorum filios, delicate omnes, ſplendideque educatos, ad tantam humilitatem ſua ſponte dejectos, pro pretioſis viliſſimas veſtes induere, pro electis tenues cibos capere, pro mollibus plumis, duris in ſtratis recumbere, pro generoſis, quibus ante vehebantur, equis, nudis pedibus, etiam per omne frigoris tempus incedere, pro laſcivioribus blandioribuſque cantibus, ſanctum libentius Alleluja *concinere, pro laxiore, qua ante utebantur, licentia, nihil niſi juſſu ejus, qui curam haberet omnium, efficere.*

Qualis Bernardini in dicendo energia.

XVI. Quibus vero virtutum fulcimentis, & doctrinæ eloquentia ad tantam pervenit ſermonis, & opinionis dignitatem, idem auctor his verbis enarrat. *Omni ſtudio & diligentia ſancto ſibi injuncto operi inſiſtens, tanta illud implevit gratia & felicitate, quantam, qui eum verba facientem audierunt, non ſatis admirari, atque ſummis ſupra omnes laudibus efferre potuerunt. Si enim pronuntiationem recte antiquiſſimi & ſapientiſſimi dicendi præceptores primam eſſe, & ſummam eloquentiæ laudem crediderunt. Si interrogatus Demoſthenes, quid in oratore primum eſſe judicaret? pronuntiationem reſpondit; quid vero ſecundum, itidem pronuntiationem: quid denique tertium? pari modo pronuntiationem ſemper eſſe dixit: quaſi in ea omnis vis, omniſque oratoris excellentia contineri potiſſimum videretur. Quibus nos Bernardinum præconiis extollemus? Qua admiratione proſequemur? qui toties eum audivimus ea pronuntiationis gratia, naturæ prælarga manu adeo donatum fuiſſe, ut nihil dignius, nihil certe præſtantius dici poſſet. Quippe cui ita vox lenis, clara, ſonora, diſtincta, explicata, ſolida, penetrans, plena, redundans, elevata, atque efficax erat, ut ad id, quod juſſus ſuſceperat, proferendi in vulgus ſermonis officium, recte illi ad nutum formata credi liceret. Quæ ita ſuavis erat, ut cum ſuavitate admixtam haberet dignam quamdam gravitatem; ita robuſta, ut condita eſſet magna lenitate; ita aperta, ut non ſolutius tamen illa deflueret. Quæ præterea aptis quibuſdam, & decentibus modis ita inſtruebatur, ut major inde nimirum ejus dignitas, gratiorque expectatio naſceretur. Nec dico, quam ad unguem omnia, quæ magni dicendi artifices tradiderunt, ſola eam natura adjuvante, obſervabat, quam vocem ad quæcumque optaret ſibi ſervientem haberet, quam callebat eam, ut res quæque, de qua dicendum eſſet, poſtulabat, vel demittere, vel moderari, vel attollere, vel concitatius etiam nonnumquam acriuſque profundere, quam recte id, quod apud alios etiam ſummæ eſt artis, ipſe ſuo ingenio norat, quo loco principium haberi, ubi ſuſpendi ſpiritus, ubi claudi ſenſus deberet, quis in omnibus ordo ſervandus eſſet, qui cum ornatu conjunctus tantum apud animos hominum valet, ut nihil eo plus valere maximi oratores atteſtentur.*

Ut ſe accommodabat auditoribus.

XVII. *Per dies autem feſtos & ſolemnes, quibus ex omni genere & colluvie hominum major fit concurſus, apud quos præter ordinem ſermo, qui tantæ diverſitati ſatisfaciat, habendus ſit, quam ex induſtria ille tunc minime ordini ſerviens, multa nunc hinc, nunc illinc, ſaliens magis cumulabat, quam diſponebat. Et cum jucundus ſua ipſe natura eſſet, quam multa, ſtudio etiam graviſſimis ſententiis ſuis, jucunditatis, & facetiarum plena, ſæpius intermiſcebat, ut faſtiditos alias audientium animos talibus, quaſi dulcibus pabulis recrearet, recreatoſque proinde ita etiam efficeret attentiores. Accedebat his venuſtas oris, lætitia vultus, totiuſque decor corporis aptiſſimi, etiam ejus, & rei cuilibet, quæcumque exponenda eſſet, congruentiſſimi geſtus. Quibus adeo miro naturæ munere valebat, ut ne quiſquam illum quamvis doctus, atque omni arte inſtructus minus anteiret. Unde fiebat, ut tot & tantis ad dicendum adminiculis adjutus, tria, quæ in oratore ex ſententia*

tentia ſummorum eloquentiæ auctorum exiguntur, mira ille divinaque gratia ſupra omnes aſſequeretur. Nam & cuncta, quæ dicturus erat, melius docebat, & animos audientium magis delectabat, & vehementius eos movebut, atque ad quæcumque placuiſſet, ardentius incitabat.

XVIII. *His adjungamus, quæ majorem, ac admirabiliorem reddidit Evangelicarum inſtitutionum rectam doctrinam. Neque enim tam ei ſola lingua, corporiſque geſtus ſerviebat, quam multa etiam eorum, quæ dicturus erat, eruditio, ac præſtans ingenium. Adjiciamus inſuper multarum rerum notitiam, ſummamque in diſcernendis variis populorum moribus prudentiam. Nam ut omnes adivit Italiæ civitates, ſanctis eas inſtruens diſciplinis, ita diverſa ipſarum ſtudia, diverſaque, quibus corrupta quæque magis eſſet, peccata intelligebat, intelligenſque diverſis etiam, ac quibuſque ſuo convenientibus morbo remediis emendabat; morem ſequens medicorum, medicus ipſe animarum, exercitatus admodum atque inſtructus. Ita vero emendabat, ut carperet magis vitia, quam homines, magis ſcelera, quam ſcelerum auctores ad odium provocaret, ut non eamdem omnium, vel temporum, vel conditionum, vel perſonarum, vel ſtatuum, in reprehendendis criminibus rationem haberet: ut de magnis, ac poteſtate, aliquave dignitate præditis viris, modeſte loqueretur ſemper, ne leves vani populi, ac præcipites motus, quos reprimere ſemper ſtudebat, magis concitaret. Ut multa conſulto præteriret, quæ vel nihil proficere, vel occulti alicujus ſceleris notitiam experientiamque proinde afferre cognoſceret. Obſervans diligentiſſime quod Paulus Timotheum docet:* Prædica verbum, inſta opportune, importune, argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina. *Atque ita obſervans, ut cum infinitis ille profectus auctor extiterit, numquam tamen ipſum aliquid, quod ſcandali cauſa eſſet, protuliſſe compertum ſit. Quod eo majore dignum laude putandum eſt, quo perpaucis id ejus muneris profeſſoribus datum eſſe videamus: tam difficile & arduum eſt multis audientibus multa loquentem, modum ſemper ſervare.*

Ut reprehendebat peccata.

2. Ad Timoth. 4. 2.

XIX. *Sed præter hæc, quod omnia, quæ diximus, ſuperat, tanta erat vitæ ejus integritas & ſanctitudo, ut nihil in eo unquam deprehenſum fuerit, quod reprehendi poſſet, nihil in eo notatum, quod ſinceritatem ejus maculare videretur, ut non diverſa eſſent a ſermonibus ejus opera, haberetque ſemper ſocias res verbis, & verba rebus, ut non aliter ac alios docebat, ipſe faceret. Non ſegnis jam imitator Salvatoris noſtri, quem pari cura publice populos erudientem legimus facere prius quam docere cœpiſſe. Neque minus obſervator Apoſtoli, qui Titum inſtruens, quo docere modo debeat ſenes, juvenes, anus, adoleſcentulas, pro ſua quemque ætate, & conditione, poſt omnem doctrinam ſubdit:* In omnibus teipſum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate. *Quibus tantum ille ſibi auctoritatis vendicavit, ita celebre ſibi, ac magnum nomen adeptus eſt, ut paſſim eum omnes populi, omnis ætas, omnis ſexus, puſilli ſimul & magni ſequerentur, amarent, colerent, obſervarent, omnes eum reverenter magnificarent, extollerent, ac tamquam divina oracula ejus verba ſuſciperent.*

Ipſe irreprehenſibilis.

Act. 1.
Ad Tit. 2. 7.

XX. *Summum erat cuique ſtudium dulcibus ejus & ſanctis verbis recreari, monitis imbui, documentis inſtrui, increputionibus ſalubriter curari, ponere ante oculos turpitudines anteactæ vitæ, diluere ſordes delictorum, pœnitere antiquorum malorum, ſcelera horreſcere, vitiis bellum indicere, mundi illecebras contemnere, converti ad meliorem ſententiam, recta gradi via, virtutem amplecti, ſpem in Deo ponere, divinis delectari mandatis, ad cæleſtia jam gaudia ſuſpirare. Quis verbis æquare poterit quantum ejus doctrinis*

Quanta in auditoribus mutatio.

adjuti adoleſcentiores, innocentiæ & pudoris profectum attulerunt? Ad quantam probitatem, ad quantam reducti ſunt frugem vitæ, quam graviores induerunt mores? Præſertim fœminæ, quarum molliores jocos, cantus & ſaltationes, ad frequentandas melius ſanctas Eccleſias, celebrandaque Sacramenta, divinaque avidius mandata audienda convertit. Laſciviores vero ornotus, & capillorum ludibrioſus quoſdam præſtigias, medicamenta quoque od fucandam faciem adinventa, ac inutilem omnem mundum, mundioris, eleguntiorisque corporis cauſa paratum, irritamenta cuncta, ac fomenta libidinis, ita deſpici, abjici, ac exterminari curavit, ut publice etiam ignibus ea ſæpius traderentur. Nec minus ſuperſtitioſa quædam ſcripta, portentoſis, neſcio quibus, ac iiſdem nihil aliud, quam Dæmonum nomina ſignificantibus, notis & characteribus compoſita, medicata etiam, & magicis carminibus præcantata pharmaca, quæ ad inſaniam magis, quam ad amorem, aut pacem ullam eos, quibus miniſtrantur, redigere ſolent, ita ſanctis ſuis admonitionibus, illuſtrique ſuæ vitæ auctoritate deſtruxit, atque evertit, ut infinita eorum congeries in ignem utique exurenda, penituſque delenda, tali tamquam digna ſupplicio mitteretur.

XXI. *Quis vero cumulate, ita ut res ipſa exigit, explicaverit, quantum robuſti etiam ac ſeniores ſanctis ejus moti admonitionibus antiquam licentioris vitæ conſuetudinem reliquerunt? quantum depoſita gravi veterum malorum ſarcina, agiliores expeditioreſque, dum juſte, recteque vivunt, effecti ſunt? Quanta ab eis rejecta damnata ſunt exercitia? Quantæ exploſæ falſæ, corruptæque negotiationes & lucra? Quantæ ementium, & vendentium inter ſe deceptiones & involucra? A quantis ceſſatum eſt dolis & fraudibus? A quantis fucis & impoſitionibus? A quantis mendaciis & dejerationibus? Quam multi præterea liberati a pernicioſiſſima alearum peſte? A turpiſſima monſtruoſiſſimoque criminandi, inferendique in cum contumelias conſuetudine? Quam multi rapere, quam multi concutere, quam multi aliis vim inferre, quam multi ſtupra, adulteria, cædes, proditiones committere deſtiterunt? Quam multæ proſtitutæ, ac publicæ obſcænarum libidinum victimæ ad cœlibem vitam fœminæ redierunt? Quanta porentibus in filios diligentia, filiiſque in parentes crevit reverentia? Quantus maritorum, & uxorum invicem amor & fides? Quam domini ſervos mitius, quam ſervi dominos fidelius proſecuti ſunt? Quam ad amorem omnes, vel Fratres, vel conſanguinei, vel affines, vel amici, vel contubernales, aut incenſi magis ſunt, aut reſtituti? A quantis civitates exemptæ ſunt ſeditionibus, a quanta turbatione animorum? Quanta in populis extincta ſunt odia, repreſſæ iræ, ſanati livores, ſedatæ diſcordiæ & contentiones? Quanta poſſim orta pax & concordia, quanta quies & tranquillitas? Quot reconciliatæ adverſæ inter ſe, & infenſæ mentes? Quot revocati ad benevolentiam & pacem animi? A quanto liberati æſtu perturbationum, a quanto nocendi ſtudio vindicandique inſania?*

XXII. *Quis denique ſatis dixerit, quot uberrimis ille, ſanctiſſimiſque doctrinis ad Dei cognitionem, amoremque attraxerit? Quot ex tantis mundi ærumnis, tantoque naufragio, ad tranquillum tutumque ſanctæ Religionis portum eduxerit? Quotquot eorum habitationis cauſa extrui domos, & Mo-* Quot erecta Monaſteria. *naſteria curaverit, ingentis omnes operis, atque expenſæ, ingentique populorum ſtudio, ob ſancta ejus merita collatis omnium bonis id adjuvante: quibus non tota tantum Italia, ſed Chriſtianus nunc ferme orbis totus, quotidie magis impletur. Creſcente enim felicius in dies ovium ſanctarum grege, cujus ſanctus ille paſtor, ſi non inceptor, ſaltem auctor fuit, nimirum etiam*

qui-

quibus tanta ejus multitudo collocetur, creſcere, & multiplicari habitationes neceſſe eſt. Ecquid his majus? quid excellentius? quid vel mundo illuſtrius? vel cælo glorioſius eſſe queat? Si enim Pythagoram Philoſophum gentilem ſummis laudibus antiquitas extulit, quod populum Crotonienſem in luxuriam, ac graviſſima omnia vitia lapſum, publicis admonitionibus viros & mulieres, pueros etiam ſeparatim omnes habitos ad meliorem frugalis vitæ uſum revocavit: ſi magnam eſt ille gloriam conſecutus, quod ſapientia & auctoritate ſua tantum uni populo ad deponenda uſque mulieribus veſtimentorum ornamenta contulit; quantum nos huic laudis, & gloriæ attribuendum putabimus, qui dignioribus, ſanctioribuſque doctrinis pariter & exemplis innumerabiles etiam populos ad majora longe virtutum incrementa provexit? Jamblic. in vita Pythagoræ.

XXIII. *Et cui nunc mirum videbitur, ſi tantis poſtea,* (de quibus ſuo loco infra dicetur) *ſignis ille claruerit? Nam ſi tantorum bonorum ipſe cauſa extiterit, non eſt ambigendum parem illi in cælis, ubi ſempiterno ævo fruitur, eorum gloriam referri; neque modo eorum, quæ vivens ipſe operatus eſt, ſed & omnium, quæcumque nunc ad meliorem alium vitam translatus ex antiquis benefactis ſuis, quaſi ex jactis ante ſeminibus conſurgentia redivivo ſemper ortu producit. Ita enim fit, ut quidquid pium, juſtum, ſanctumque poſt ſe morientes reliquerunt, propter quod in ore viventium ſummu cum laude verſentur; id quo uberioris in dies fit meriti, ad uberiorem utique in dies, glorioſioremque vitam eis cedat. Ad vitam dico, non ad majorem blandientis ullius famæ expectationem, quo mortalium vana maxime & inanis decipitur opinio. Vita namque apud Deum eſt, non fama, quæ locis tantum & temporibus longe ab illo alienis præſcribitur. Nec diverſu eſt ratio eorum, quæ poſt etiam inde mala exoriuntur, primo ejus auctori pœnam accumulent. Si par ergo in cælis illi gloria refertur eorum bonorum, quæ vel vitæ tempore, vel nunc etiam vita functus piorum meritorum virtute agit, beatiſſima certe ipſum, glorioſiſſimaque cum Deo vita frui credendum eſt. Nullaque proinde excelſæ ipſius apud Deum poteſtatis admiratio haberi debet, ſi quidquid pro ſalute noſtra ab eo petat, obtineat, cum iis etiam magnis, admirabilibuſque ſignis, quæ ſupra omnem humanam virtutem facta ab ipſo, fierique novimus.*

XXIV. *Mirentur alii & magnifaciant longiſſimas peregrinationes, deſertiſſimas ſolitudines, aſperrimos æſtus, & frigora, viliſſima cibaria, attenuatiſſima & creberrima jejunia, duriſſimas accubationes, lucubrationes, macerationes, graviſſimas corporis caſtigationes, quibus majorem procul dubio apud Deum, excellentioremque gloriam quæri nemo negaverit. Ego autem non ſatis poſſum mirari, & magnifacere unum hominem tot populis ſaluti fuiſſe; unum hominem potuiſſe ſanctis ſuis doctrinis ac exemplis tantos populorum quotidie graviter delinquentium errores, tanta ſcelera corrigere, curvas in terris, cæleſtiumque penitus inanes animas noſtras ad Deum erigere, tot excurſantibus quotidie cordis noſtri motibus frænum ponere, a tot blandiculis ſenſus noſtros voluptatibus abdicare, ſeveriores, auſterioreſque corpori noſtro leges dare; tot ulceroſis virulentiſque morbis mentes noſtras purgare, civitatum mores componere, ſtudia ſancta augere, profligare vitia, pellere ſcandala, ſedare ſeditiones, ſanare inimicitias, inveterata, ardentiaque odia extinguere; tantæ denique pacis, tantæ reconciliationis & concordiæ auctorem eſſe. Hæc enim longe majoris meriti quam ſuperiora, recte cuique ea examinanti eſſe videbuntur. Quæ nec magno etiam ſine integerrimæ acceptiſſimæque Deo mentis ſtatu, ſummoque Dei afflatu, ac* Unde Bernardino tantus fructus.

ſingulari cæleſtis gratiæ influxu fieri poſſe credenda ſint. Ut recte quidam Ordinis ejus doctiſſimus, ac diſertiſſimus, cum interrogaretur, cur ipſe multo majore doctrina ac eloquentia præditus, non tantum in corrigendis populorum peccatis vim haberet? dixiſſe videatur; ſe quidem eſſe tamquam carbonem nihil ignis habentem, cui applicati alii utique carbones mortui minime reviviſcant: Bernardinum autem carbonem ignitum divino ſpiritu eſſe, quem contingentes ceteri carbones extincti, ſubito vim ignis ſuſcipientes ardeſcant.

XXV. *Plane cum tot ille, & tanta egerit, ac apertis quidem omnia, & publicis declamationibus ſuis, non minus inter privatas actiones ſaluti quorumcumque conſulebat, nunc hortans, nunc monens, nunc pro ſua quemque conditione emendans, ut nulla ex parte omnis ſermo ejus fructu careret. Quemadmodum cuidam adoleſcenti, quem propter probitatem ejus præcipue diligebat, dum pendente poſt tergum zonæ capite cinctum eum aliquando vidiſſet:* Faceta & ſalutaria ejus monita. Dic mihi, *inquit*, an ante faciem, an retro incedis? *quibus non tam prudentiæ, quam facetiæ verbis placide ille admonitus ab ea cingendi conſuetudine, quæ neque decens, neque conveniens naturæ videbatur, poſtmodum abſtinuit. Quemadmodum & optimo Religioſo Ordinis ſui cupienti, quam ſuſceperat religioſam recte viam implere, rogantique quo facilius id modo poſſet efficere, annuens ipſe inclinato in terram toto corpore, nihil aliud quam,* deorſum deorſum, *ipſe reſpondit. Talibus & ſignis, & verbis pariter ſignificans humilitatem, quam uti præcipuum, unicumque ejus, quod magnopere cupiebat fundamentum, ſequi deberet. Cujuſmodi & alius dum diſcendi forte, ut fit, cauſa rogaretur, quando recte publicis in ſermocinationibus exclamandum eſſet: pulchre ita monuit;* fac, *inquit*, quod facturus es, & perfice in caritate, & quod maxime optas, ſpiritus ipſe Dei, cum tempus poſtulabit, tibi ſuggeret, atque ultro ſubminiſtrabit.

XXVI. *Huic perſimile eſt aliud reſponſum, quod dedit alii eum roganti, ut cum tanti apud omnes populos ſermones, quos publice enuntiabat, haberentur, tantumque fructum parerent, doceret ipſum ſingulares, quas in enunciandis ipſis ſermonibus regulas obſervaret, quibus inſtructus utiliores, & ipſe ſuos, quos habiturus eſſet, ſermones facere poſſet.* Unicam enim, *inquit*, tantum regulam obſervavi; *quod cum ille admirans, ac gaudens ſimul, quod facilior ei eſſet unius, quam plurium regularum obſervatio, quænam ea eſſet regula? rurſum quæſiviſſet:* Ex quo, *ait*, cœpi huic exercitio intendere, numquam niſi propter honorem & laudem Dei, verbum aliquod protuli. Atque hæc regula, quam ſemper ſollicitus obſervavi, mihi præſtitit quidquid vel ſcientiæ, vel eloquentiæ, vel promptitudinis, vel auctoritatis ſum conſecutus. Hæc, quaſcumque errantes animas ad Deum converteram, ſola mihi præſtitit. *Nec omittendum eſt illud, quod eidem alio tempore interroganti eum, quid ſentiret de doctrina ſacra? quod dicentem ipſum alias audiviſſet, triginta ſe ei annis vacaſſe:* Nunc minus, *inquit*, quam unquam videor mihi eam intelligere. *Non etiam tacendum eſt ſapientiæ plenum illud dictum, quo hunc ipſum conſolatus eſt, dum in primis converſionis ſuæ annis ſpiritu libidinis graviter tentatus, quæſiviſſet ab eo, quid triginta jam ipſe annos Religioni ſanctæ militans, cum pugna carnis ageret? Prudenter enim ita eum admonens:* Nunc, *inquit*, pejus quam unquam facerem. *Quibus plane verbis & humilitatem ſuam ſervavit, & infirmum Fratrem, magna ad retundendos infeſtæ carnis ſtimulos, deſtinandamque ejus pugnam conſtantiu exemplo ſuo roboravit.*

XXVII. *Atque, ut alia hujuſcemodi multa prætereamus, non tam ſtudiis,*

diis, publiciſque, & privatis exhortationibus, quam orationibus etiam inſiſtendo, ſtudebat labores ſuos proficuos eſſe. Nam iis horis, quæ nocte cantantur, quibus vel ante, vel poſt quieſcendi magis, quam orandi tempus omnibus eſſe conſuevit, ipſe tamen in cella ſua, in loco Capriolæ orationi vacare conſuevit. Id enim a multis jam annis inſtituerat, numquam poſt decantatas Matutinales horas ſopori ſe dare. Quæ cuncta cum præcipua in eo fuerint, majoraque longe humanis viribus, quod tamen mirum eſt in iis, qui ſummas a Deo gratias conſecuti ſunt, ita ſe ſemper geſſit, ac ſi nihil horum in eo eſſet, ita ſe palam omnibus oſtendit, ac ſi nulla aliis virtute præſtaret; ea fuit humanitate, ea vitæ manſuetudine, ea dulci, & omnibus grata converſatione, ut, quod eſt perfecti hominis manifeſtum iudicium, novitiis etiam ipſis ſe ultro ſubmitteret, conſilia quoque ſæpius ab inferioribus expoſceret, nihil de ſe unquam præſumens, ſupra neminem ſe unquam extollens, adeo ut qui eum non cognoviſſet, minimum omnium ab exteriori tantum morum facie eſſe judicaſſet, & cum tantus in prædicando verbo Dei eſſet, extant tamen qui eum dicentem audierint a principio, quo illi ſex annos operam dederat, numquam niſi in viliſſimis quibuſdam oppidulis, ac rudiores inter homines ad id ſe idoneum crediſſe. Sunt etiam qui perhibent eum, cum cellam ipſorum forte cujuſpiam neceſſariæ rei cauſa peteret, plano ſemper paſſu vadentem nonniſi levi tactu oſtium pulſaſſe, neque niſi vocatum juſſumque unquam intraſſe. Viſumque eſt aliquando, dum populi eum diſcedentem magno cum honore, & concurſu concomitarentur, ita triſtem, dejectum, proſtratumque incedere, ac ſi ad ſupplicium duceretur.

Ejus oratio & virtutes.

XXVIII. *Ita quoque parcus verborum, remiſſæque, & patientis naturæ fuit, ut cum publice omnium crimina acerbiſſime carperet, privatim tamen neminem unquam, ipſos etiam domeſticos, & inferiores niſi dulciter arguerit. Et cum multa illi privatim publiceque exponenda eſſent, numquam tamen, quod & ipſe aliquando ad inſtructionem aliorum ajebat, ex propoſito mendacium dixerit. Quo neſcio quid in libero, claroque homine pulchrius, aut dignius eſſe poſſit. Si quando autem judicando quidquam erraſſet, poſtea ſuum erratum manifeſta ratione intelligens, tam facile cedebat, ut vel penitus conticeſceret, vel ſe etiam erraſſe palam fateretur. Ita omnis omnino pervicaciæ expers erat, ita ſuis ipſe ſententiis minime confidere, aut inniti audebat. Porro mundi opes ita deſpexit, ut cum multæ illi pecuniæ ad extructionem Monaſteriorum obvenerint, numquam tamen aliquid earum, vel videre, vel tangere, nedum poſſidere voluerit.*

XXIX. Concionabatur aliquando Mediolani, præſente Duce, in ejuſque arrogantiam ſevere, & fidenter admodum invehebatur, quod ejus litteræ ita acciperentur, ut propemodum divinus quidam cultus eis impendi videretur. Hortabatur autem populum, ut mundum, & ejus inanem gloriam nihili penderet. Dux vero id ſentiens, graviſſime in illum commoveri cœpit, aitque niſi ab ejuſmodi ſermonibus abſtineret, ſe omni ſuppliciorum genere cruciatum e medio ſublaturum. At Bernardinus ea re mirifice exhilaratus, retulit ad populum, quid Princeps ipſi minatus eſſet, oravitque ne defendendum ſuſciperent, paratum ſe dicens ad perferendum pro veritate martyrium, rurſuſque palam illum reprehendit. Ea ſancti Viri conſtantia fractus, & perterritus Princeps non auſus fuit ullas porro minas ei intentare.

Ducis Mediolanen. minas contemnit.

XXX. Aderat tum Principi quidam non bonus conſultor, qui diceret: *ſi vis Bernardinum corrumpere, mitte illi poculum nummis aureis plenum, quos ſi receperit, poteris dicere populo, docere Bernardinum amplectendam*

pau-

paupertatem , & opes contemnendas , illum tamen id non præſtare , quippe qui multam a te pecuniam acceperit . Placuit ſummopere conſilium Principi . Itaque exploraturus num opere faceret , quod verbo doceret Bernardinus , miſit ei poculum , in quo inerant aurei nummi (quos Ducatos vocant) quingenti . Affertur a nuntiis Ducis pecunia illa Bernardino , ajunt ex devotione eam mitti a Principe , ut utatur ea ad res neceſſarias ſibi comparandas , & prout libitum ſibi fuerit . Bernardinus vero noluit eam recipere , juſſitque dici Principi , ſe ea opus non habere . Refertur ergo pecunia ad Principem , ſed rurſus verſutus ille conſultor inſtigat , ut denuo mittat Bernardino , mandetque , ut ſi ad privatos eam accomodare nolit , conferat in Fratrum ſuorum uſus , & ad Monaſterii ſtructuras . Redeunt cum aureis nuncii ad Bernardinum , explicant mandata Ducis , ille reſpuit plane . Ajunt illi , *quid ergo his faciemus , quando Princeps juſſit ne ad ipſum illos reportemus* ? Tum Bernardinus : *Si ita* , inquit , *ſe res habet , & mihi pecunia hac licet uti pro meo arbitratu , ſequamini me præeuntem* . Ducit ergo

Miſſis ab eo pecuniis aliquot e vinculis liberat.

eos ad carceres , quibus tenebantur ære alieno preſſi : rogat ex ſingulis quantum debeant , jubet tantumdem illis numerari e pecunia Ducis . Id cum factum eſſet , omnes liberati ſunt , demptis duobus , ad quos redimendos pecunia non ſufficiebat . Tum illi miſeri cœpere lacrymas fundere , Bernardini amplecti genua , rogare ne ipſis deſit . Flexus ea re vir pius , motuſque miſericordia , non ſine lacrymis ait : *Quæſo , cariſſimi , ne vos animi dolor occupet . En ego polliceor vobis me daturum operam , ut liberi hinc recedatis , quod ſi non poſſim , me locum veſtrum ſubiturum* . Id ubi plebs reſcivit plerique multa permoti miſericordia , captivos illos e cuſtodia dimiſerunt . Dux autem videns non redire pecuniam , ait ad aulicos : *Frater iſte dicit , ſe pecuniam ducere pro nihilo , at re ipſa aliud teſtatur* . Nuncii autem cum revertiſſent , ut Duci referrent , quo pacto illi aurei a Bernardino expenſi eſſent , omnem de ſancto Viro malam ſuſpicionem , odium , & invidentiam prorſus a ſe rejecit , mundique contemptorem & laudavit egregie , & majori deinde reverentia proſecutus eſt .

* *Sunt verba Maffæi Veggii.* Ejus conſtantia in adverſis.

XXXI. At quoniam* non tam in proſperis ſecundiſque rebus , quam in triſtibus & adverſis vera hominis ſapientia probari ſolet , juxta præclaram illam Varronis ſententiam : *Sapiens & bonum ferre poteſt modice , & malum fortiter* : Operæ pretium eſt intelligere , quam magno etiam animo graves ſævientes in ſe iniquorum hominum calumnias , & perſecutiones tulerit , quod convenientius alias explicabimus . Nunc illud dicemus , quod omnes , quæcumque contigiſſent incommoditates & neceſſitates corporis , ita æquo animo ſuſtinebat , ac ſi maxime omnibus , quibus indigebat , abundare videretur , ſemper Deum laudans , ſemper in eo ſpem certam ac fixam gerens , ſemper ejus opem ſibi præſto futuram affirmans . Quod tunc potiſſimum demonſtravit , ſicuti referentem ſocium quemdam ejus audivi , cum iter facturus (nomen loci non recolo) errore viarum uſque ad magnam noctem deductus eſt in aſperrimos montes , & loca incognita , nullum penitus hominis , aut habitationis ſignum videns . Tremebat ſocius illius noctis caſum , variaque , & magna ante oculos poſita pericula querebatur . Contra bonus Pater aſellum manu ducens , nihil animo fractus , Fratrem conſolabatur , hortabaturque , bono & ſecuro animo eſſe , nec dubitare quin Deus præſens eis eſſet , dirigeretque greſſus eorum , dicebatque : *ora tantum Deum , care Frater , & ipſe proſperum faciet iter noſtrum* . Cum tamdem audito latratu canum , manifeſte jam ad hominum habitationem ſe perveniſſe cognoverunt . At tunc ſocius oſtium cujuſdam domus , ubi hoſpitarentur , pulſavit , ex-

expergeſecitque pariter omnes, qui longiore jam noctis tempore poſtulante ſopori ſe dederant. Surrexit e lecto dominus domus, viſurus quis illuc tali hora adventaſſet, atque ubi Bernardinum adeſſe intellexit, lætatus eſt admodum, ſuſcepitque illum non alio officio & honore, ac ſi Angelus Dei ad ipſum deſcendiſſet. Juſſit enim omnem familiam e ſtratis ſurgere, indicans ſanctum hominem ad eos ea nocte Deum tranſmiſiſſe; parare illi magno ſtudio cœpit quæcumque ad curandum, recreandumque fatigatum corpus neceſſaria erant, aſelli etiam curam habere. Miniſtrabat uxor, parvuli circum filii plaudebant, ipſe omni cura & obſequio, atque ante omnia læto ſemper & hilari vultu aſſiſtens illi ſedulus intendebat. Demum poſt datam corpori quietem, redditaque die, diſcedentem etiam eum non minore humanitate proſecutus eſt. Quam recognoſcens optimus Pater, cum per noctem inter veſcendum gratias plurimas agens, jucundiſſimum etiam ſe illi exhibuiſſet, tum abſcedens magno cum mentis affectu benedixit ei, & uxori, & filiis, & omnibus bonis ejus. Unde etiam poſtmodum proſpere illi ſemper ceſſiſſe notatum eſt.

XXXII. Talis vero cum bene valeret, erat in ferendis, quæ ei accidiſſent, incommoditatibus, cum autem ægrotaret, ita patienter tolerabat, ut inter eum bene, vel male valentem nihil intereſſe videretur. Arenulis diu vexatus eſt: podagra aliquando: hemorrhoidarum fluxum gravem quatuordecim annis continue paſſus eſt, ſed ea æquanimitate, ut ab annunciando verbo Dei numquam ob id ceſſaverit. Aliorum autem, quos præcipue amaret, languores, aut interitus ægerrime ferebat; tam pia illi, & tenera mens erat, quod maxime animadverſum eſt in fratre Vincentio dilectiſſimo ſocio ejus. Cujus mortem magna cum amoris teneritudine, magniſque cum lacrymis proſecutus eſt. Inquiens inſuper, non dignum ſe tali ſocio extitiſſe: *De his nos dicemus anno, quo Vincentius deceſſit.*

Erga alios teneritimus affectus.

Ann. 1442.

XXXIII. Continentiam vero corporis alias probavimus ex manifeſtis, probatiſque teſtimoniis, quod ex ipſis etiam primis adoleſcentiæ annis ejus facile intelligi poteſt; quibus ita ſobrie, caſtigateque educatus, ita ſancte ſemper converſatus eſt, ut ſi ea, quæ diximus, teſtimonia deeſſent, ipſa per ſe tamen ſatis minime unquam lubrica, minime unquam fluxa vita ejus, talem fuiſſe teſtificaretur. Denique, quod eſt omnium virtutum fundamentum, ſine quo omnia quæ fiunt bona corruunt, tam firmo ſemper ille, ac ſolido, conſtantique animo fuit, tanta in eo viguit laus perſeverantiæ, ut cum a pueritia ſanctis ſemper moribus educatus, rectum vivendi modum imbiberit, tum pubes etiam factus, in dies magis creſcens virtute, meritiſque, profecerit. Per ipſa demum ſenectutis tempora felicius utique procedens, ad extremum uſque vitæ diem numquam a recta via declinans, fortiore ſemper, conſtantioreque propoſito pervenit, ut quod magnum quidem & admirabile, rarumque eſſe videatur, nihil unquam in quavis ætate ſua, vel dixiſſe, vel egiſſe ab aliquo animadverſum ſit, quod turpi ulla macula notari poſſet. Eorum vero quæ bene ſancteque egit, tantus ſit cumulus, propter quæ merito ſummam eſt de ſe apud omnes exiſtimationem, ſummamque, de qua ſatis diximus, auctoritatem conſecutus.

Ejus in virtute perſeverantia.

XXXIV. Honorem hunc omnem Bernardino exhibendum, & fructiferam prædicationem in Italia ſuſcipiendam, ante aliquot annos prædixit ſanctus Vincentius Ferrerius. Cum enim Alexandria, Lombardiæ civitate, jam fama & ſanctitate celeberrimus, concionaretur, audiretque Bernardinus, adhuc ignoti nominis adoleſcens, abſoluta concione ad Vincentium acceſſit. Ille vero egregiam adoleſcentis indolem conſpicatus, humaniſ-

S. Vincent. Ferrerii de eo Vaticinium.
Vita S. Vinc. c. 24.

niſſime exceptum, ut ſecum pranderet, effecit. Poſt multos ultro citroque ſermones, accepta ſancti Viri benedictione, Bernardinus abiit. Poſtridie concionante Vincentio, adeſt rurſum Bernardinus. Ibi palam prædixit vir ſanctus, dicens: *Noveritis, cariſſimi, inter vos adſtare Fratrem quemdam Franciſcanum, qui paucis ab hinc annis erit inſignis in tota Italia, atque ex ejus tum vita, tum doctrina fructus uberrimi exiſtent: & licet ego illum ætate antecedam, attamen in Romana Eccleſia ille me honore anteibit. Et vos quidem decet hoc nomine gratos eſſe Deo: ego vero relicta illi Italia, me ad Gallias, & Hiſpanias recipiam.* His dictis, eo rediit, unde parumper digreſſus erat. Poſt annos decem Bernardini nomen Italiam omnem complevit, & quamvis triginta annis ante illum e vita deceſſiſſet beatus Vincentius, ſex annos ante Vincentium Bernardinus in Sanctos relatus eſt.

Capitulum generale 74. Mantuæ.
Marian. c. 20.
Marc. l. 1. c. 33.

XXXV. Celebrata ſunt hoc anno Comitia generalia in urbe Mantuana, præſente Pontifice, ſumptus liberaliter miniſtrante Joanne Franciſco Gonzaga, urbis Principe. Quid hic factum, aut decretum, non liquet, perditis actis Capituli. Errat Rodulphus, tum in numero (alia enim anteriora prætermiſit) tum in actis, dum in his Comitiis electum aſſerit Generalem Miniſtrum fratrem Angelum Senenſem, qui non niſi ſub annum MCCCCXXI. ad hoc munus aſſumptus eſt.

Fr. Joan. Meliten.

XXXVI. Electi, vel creati ſunt hoc anno Epiſcopi, Maltenſis, ſive Melitenſis, ſub Archiep. Panormitano, frater Joannes Eximinus, ſacræ paginæ profeſſor, alias proviſus indebite a Benedicto XIII. in eadem Eccleſia per mortem Andreæ: *Apoſtolatus officium*, XVII. Kalendas Aprilis. Hunc alias retulimus Oratorem, & Procuratorem fuiſſe Jacobi Comitis Urgelitani, ſucceſſionis jure regnum Aragoniæ ſibi vendicantis.

Tom. 9. an. 1412. num. 2.
Fr. Joan. Milonen.
Fr. Anton. Nebien.

Milonen. in inſula Archipelagi, frater Joannes de Medicis Cretenſis, per obitum Henrici, VI. *Nonas Maii*. Nebienſis in Corſica, frater Antonius de Caſſia, ſacræ Theologiæ Magiſter, per translationem Antonii ad Eccleſiam Acernenſem, & mortem Petri, ſancti Angeli Diaconi Cardinalis, cui Nebienſis Eccleſia fuit commiſſa in adminiſtrationem: *Apoſtolatus officium*, VII. Kalendas Martii.

Fr. Simon Ruben.
Fr. Bernard. Uſſellen.

Rubenſis in Calabria, ſub Archiep. Barenſi, frater Simon Brunduſinus, Decretorum Doctor, per obitum Sixti: *Inter cetera*, VII. Kalendas Februarii. Uſſellenſis in Sardinia, ſub Archiep. Arboren. frater Bernardus, alias Leonardus Rubei, ſacræ Theologiæ Magiſter, per translationem Petri ad ſedem Calaritanam: *Apoſtolatus officium*, XII. Kalendas Maii.

Fr. Rober. Elſinen.
Fr. Anton. Thinen.
Fr. Anton. Nicien.

Elſinenſis in Hibernia, ſub Archiep. Tuamen. frater Robertus Foſten, ſacræ Theologiæ Magiſter, XIV. *Kalendas Martii*. Thienen. & Michonen. unius ex Cycladum inſulis in Ægeopelago, ſub Archiep. Athenien. frater Antonius Tiburtinus, III. *Idus Auguſti*. Nicien. ad radices Alpium, & fluvium Varum, ſub Archiep. Ebrodunen. frater Antonius Clementis, ſive de Ragiaco, ſacræ Theologiæ Baccalaureus, per translationem Joannis ad Eccleſiam ſancti Papuli, *Die eodem*.

Fr. Nicol. Tinien.
Fr. Walter. Roſſeo.
Fr. Joan. Arch. Theban.
Fr. Helias Arboren.
Fr. Alphonſus Epiſcop. Palentin.

Tinien. in Sclavonia, ſub Archiep. Spalaten. frater Nicol de Corbaria, *Nonis Decembris*. Roſſenſis in Hibernia, ſub Archiep. Caſſallenſi, frater Walterus Formay, ſacræ Theologiæ Magiſter, per obitum Matthæi, XVIII. *Kalendas Decembris*. Thebanus Archiep. frater Joannes de Pontremulo, in ſacra pagina Magiſter, per obitum Jacobi, XI. *Kalendas Martii*. Arboren. Archiep. in Sardinia, frater Helias ab ipſo Capitulo electus, VI. *Kalendas Auguſti*. In catalogo Epiſcoporum Palentinæ Eccleſiæ invenio hoc anno ſucceſſiſſe Sancio de Roxas, ad Toletanam translato, fratrem Alphonſum de Arguello Ferdinandi Infantis Caſtellæ gubernatoris, mox Aragonii Regis Confeſſarium.

Po-

Google

Poſtea translatus eſt ad Cæſaraugustanam, uti dicemus anno ſequenti.

XXXVII. Habuit hoc anno initium Conventus ſancti Angeli apud Mediolanenſes. Cum enim ſumme placeret doctrina ſancti Bernardini, ejuſque vitæ Inſtitutum, ad quod multi undique adoleſcentes confluebant, decreverunt cives extra urbem Cœnobium extruere, prope ſecundas foſſas intra portam novam & Cumanam, ubi tenue quoddam tuguriolum, & ædicula *ſancti Angeli* nuncupata, quæ ſpectabat ad Præpoſitum, & Canonicos ſanctæ Mariæ Falcorinæ, vix quindecim hominum capax, extabat. Magnis crevit incrementis, & pulcherrimum evaſit in domicilium cellarum ducentarum, ea pulchritudine, ut *Paradiſus Mediolani* appellaretur, & metum incuſſerit, ne ſi aliquando in hoſtium poteſtatem deveniret, negotium faceſſeret civitati. Ferdinandus itaque Gonzaga ſtatus Mediolanenſis ſub Carolo V. gubernator, anno MDLI. ſolo æquavit, atque intra urbem tranſtulit, jacto primo lapide Eccleſiæ in Dominica Sexageſimæ, XXI. *Februarii*, anni ſequentis, per Joannem Angelum Arcimboldum Archiepiſcopum, Provinciæ Miniſtro Franciſco Ponga Comenſi, Guardiano Franciſco Cuſano, & ſumma facundia ſermocinante fratre Joanne Vicecomite. Liberaliſſime Cives impenſas contulerunt, domicilium Fratrum capaciſſimum & commodum, Eccleſiam auguſtiſſimam, & pulcherrimam, viginti duobus ſacellis ornatam fabricarunt; hortum etiam abundantiſſimis aquis irriguum adjunxerunt. Magna devotione univerſus populus, maxime diebus feſtivis, ad ædem hanc, etſi utcumque a domibus diſtantem confluit, & magno fertur erga incolas affectu. Viam ab urbis meditullio ad Conventum uſque lapidibus ſterni, & commodiorem reddi juſſit Rodulphus heros Mediolanenſis, impoſito hoc onere ſuis hæredibus in teſtamento. A vetuſto templo ad novum iſtud, ſimul cum oſſibus piorum virorum & Fratrum, translatum eſt ſepulcrum & exuviæ beatæ Beatricis Ruſcæ (Ludovicam vocat Gonzaga), uxoris Comitis Franchini de Vicecomitibus, ex nobiliſſima Ducum Mediolanenſium proſapia, tertium ſancti Franciſci Ordinem profeſſæ, uti incultum hoc docet epitaphium.

Conv. S. Angeli Mediolani. *Maffæus in vita S. Bernard. lib. 1. Gonz. in Prov. Mediolan. Conv. 1. Mon. MSS. hujus Conv.*

B. Beatrix Ruſca.

Lucida gemma jacet, Ruſca, quæ gente Beatrix.
Franchino Comiti juncta corona fuit.
Solvitur hocque viro ſacer o Franciſce ſub alis
Caſta tuis, vitæ conditione manet.
Tertius huic ordo vivendi præbuit artem,
Qua ſuperis gaudet facta Beata Deo.
Antonia Ruſca uxor Joannis Mariæ Vicecomitis Beatrici matri ſacrum dicavit, anno ſalutis MCCCCXCIX.

XXXVIII. Præcipuum templi ſacellum poſſidebant Comites Somalliæ, ab his tranſivit ad gentem Perettam Sixti V. Pontificatu illuſtrem, Franciſci Peretti Abbatis Clarevallenſis unici nunc familiæ fulcimenti, mihi colendiſſimi, & amiciſſimi, munificentia ſplendidiſſimum. Jacent illic duo ex prædictis Comitibus, Franciſcus pater, & Alphonſus filius, Dux cohortis gravis armaturæ ſub potentiſſimo Rege Philippo II. Quales fuerint hoc indicat epitaphium.

Franciſco, & Alphonſo, patri & filio, Somaliæ Comitibus, qui claritatem generis ſui paribus, ac peramplis militiæ honoribus, paribuſque bellicæ virtutis laudibus, & paribus item animi, atque vitæ ornamentis illuſtrarunt. Mariana Bobadilla Hiſpana, Nobiliſſima ſtirpe genita, & Margarita filia, hæreſque, ſocero, viro, avo, patri, pie mærentes. PP. anno MDLXXX.

XXXIX. Mariana hæc obiit Romæ, filia illuſtriſſimi Comitis Chinchonii, optimi benefactoris Minorum, quorum Comitia generalia in Hiſpania ſuis ſumptibus in perpetuum celebrari ultimis tabulis decrevit. Alia ſacella ſpectant ad familias nobiliſſimas Paravicinam, Malumbriam, Carcanam, Sanſoniam, Senatoriam (vel ſola Joannis Baptiſtæ militari virtute illuſtrem) Landam, Vallis Starii Principem, Tonſam, aliaſque præcipuas. Frons templi ornatiſſima eſt, ſacrarium locuples, & bene inſtructum omni genere ſupellectilium. Domus univerſa nobili conſurgit ſtructura, capax Fratrum centum quinquagiuta. Plurimum debet induſtriæ & labori Pauli de Carcanis a Modoetia, Cœnobii tertium præfecto. Guardianus quotannis diſpenſat dotem octo puellis integræ vitæ & opinionis, ex teſtamento Vitaliani Borromæi Vicecomitis. Præeſt ampliſſimæ ſocietatis Spiritus Sancti, quæ illic varia pietatis exercet officia. Laboravit pro viribus, ſed in caſſum, Fridericus Cardinalis Borromæus Archiepiſcopus Mediolanenſis, ut Confraternitatem hanc a Fratrum ſubtraheret juriſdictione & contubernio, idque tentavit circa alteram ſancti Joſeph ibidem inſtitutam, ſed minime obtinuit, renitentibus conſtantiſſime Confratribus, Ducum Mediolanenſium, & ſummorum Pontificum privilegia objicientibus. Floruerunt hic, præter alios multos, Michael de Mediolano vir doctus Epiſcopus Bergomenſis. Beatus Albertus Morigius, concionator eximius, & Bernardus Mandelus, virtute & ſanguine clariſſimus.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI. Conv. Planengi. Gonz. in Prov. Brixiæ Conv. 10.

„ XL. A Cremenſi urbe in Lombardia bis M. P. diſtat Pagus Planen-
„ gi, inops & exiguus, ubi cum nullus degeret Sacerdos, qui indigenis
„ Sacramenta miniſtraret, Senatus Cremenſis, annuente hoc Martino
„ Pontifice, cœnobium conſtruxit pro octo Fratribus, qui Popello, vici-
„ niſque ruriculis ſolatio eſſent & ſaluti. Hi Parochi officio funguntur,
„ prædicant, & Confeſſiones excipiunt, ſubminiſtrantibus alimonia Epiſco-
„ po & Civibus Cremenſibus.

XLI. Ita jam placere cœpit ubique religioſum Regularis Obſervantiæ Inſtitutum, Conſtantienſis Concilii auctoritate confirmatum, & laudabili ſectatorum converſatione commendatum, ut omnes omnium regionum urbes & oppida, ultro eos ad ſe vocarent, & domicilia conſtruerent. Martinus etiam Pontifex in Concilio electus, & Inſtituto ſumme addictus, benigniſſime piæ Congregationis propagationi annuebat, & cooperabatur, omnibus facile concedens facultatem novas domos, & habitacula hujus vitæ viris ædincandi. Hoc anno amplam & liberam ipſis profeſſoribus regularis Obſervantiæ facultatem tribuit ubique domos admittendi, vel conſtruendi: *Promptum & benevolum*, XV. Kalendas Octobris. Abbati ſanctæ Praxedis de Urbe commiſit, ut habitacula, a quibuſdam ſectariis male ſentientibus in Provincia Romana, & alibi effugatis; derelicta, eiſdem Obſervantinis tradi curaret: *Injunctum nobis*. Eodem die. Scripſit Decano beatæ Mariæ in caſtro Queruford, Halberſtaden. diœceſis, ut Minoribus confirmaret domum, quam eis conceſſit in villa Mollenbach, Moguntinæ diœceſis, vir nobilis Guntherus Comes de Suartzburg apud Eccleſiam parochialem ejuſdem villæ penitus derelictam: *Super gregem Dominicum*, XII. Kalendas Julii, Sculteto magiſtro civium, Scabinis, & univerſitati oppidi Goudenſis Albazeti Trajectenſis diœceſis, in auſtrali Hollandia indulſit, ut domum ædificarent, & concederent fratri Chriſtiano Polio regularis Obſervantiæ Cœnobium in Germania inferiori, & hinc diſciplina hæc ad alias partes diffuſa eſt. Longe poſteriorem facit Gonzaga hujus ædis conſtructionem, & ab ipſa facti narratione Pontificia valde diſcrepat, necnon aliqua monumenta Belgica ad me

Conv. Mollenbach.

Conv. Gouden.

Gonz. in Prov. Germ. infer. Con. 9.

me tranſmiſſa. Porro Oppidani commodum pro ratione Inſtituti Conventum ædificarunt,& ſuis ſumptibus ſartum tectumque ſervarunt, donec oppido a Geuſiis perduellibus obſeſſo & capto, anno MDLXXII. Fratres profligati ſunt, & ædificia everſa.

XLII. Nobili viro Joanni Duci Britanniæ conceſſit, ut eiſdem domum conſtrueret in oppido Rothoni, aut alio magis congruo: *Quanto ſalutis operibus*, VIII. Idus Julii. Ædificavit porro in oppidulo Savenay, Nannetenſis diœceſis prope Ligerim fluvium, leucis quatuor a mari Oceano in Britannia ſuperiori. Similiter indulſit Pontifex Piponi de Ozera Comiti Themeſienſi in Hungaria, ut domum alteram fabricaret, nullo tamen determinato loco: *Ea quæ divino*, v. Kalendas Junii. *Idem in Prov. Turonen. Pictav. Conv. 9.* Conv. Savenay.

XLIII. Domus Atrebatenſis ab ipſis ferme Religionis exordiis magnifice conſtructa, ſub hunc annum deſtructa eſt, timentibus Civibus ne hoſtibus, quibus premebantur, deſerviret in fortalitium. Obtinuerunt Fratres a Joanne Duce Burgundiæ, Belgarum Principe, ut intra urbem liceret reædificare. Placuit etiam Martino Pontifici, deditque ſuas litteras ad Decanum Eccleſiæ Cameracenſis, ut petentium votis ſatisfieret: *Sacræ Religionis*, XII. Kalendas Martii. Hinc cogor fateri errorem irrepſiſſe in ea, quæ de hujus Conventus translatione retulimus ex Ferreolo Locrio, quam longe fecit recentiorem. Conv. Atrebaten. *Ann. 1223. n. 27*

XLIV. Ante paucos annos impetrarunt Fratres a Joanne XXIII. licentiam, vivæ vocis oraculo dumtaxat expreſſam, ut domum ſibi conſtruendam per nobilem virum Guillelmum oppidi de ſancto Georgio dominum, in villa de Saleriis ſuæ ditionis, poſſent accipere. Depoſito vero e Pontificatu in Concilio Conſtantienſi Joanne, cum ſcrupulus ſubeſſet, nec haberent Fratres, quo ſe munirent, petierunt denuo a Martino facultatem, prædictam domum recipiendi, & inhabitandi. Cauſam commiſit diſcutiendam & examinandam Epiſcopo Biſuntino: *Piis & honeſtis*, III. Idus Februarii. Nimis ſeram facit Gonzaga hujus Cœnobii conſtructionem, ſub an. MCCCCXLVII. fortaſſis ſcribendum erat MCCCCXVII. quod propius accedit ad utriuſque Pontificis indultum. Eccleſia conſecrata eſt anno MCCCCLII. vixitque in hoc Conventu Magiſter a Cathalando, vir undequaque celeberrimus. Conv. de Saleriis. *Idem in Prov. S. Bonav. Conv. 33.*

XLV. Conventus Angeliacenſis, a Concilio Conſtantienſi connumeratus inter eos, qui regularem profitebantur Obſervantiam, vel rigoroſum fortaſſis Nicolai Radulphi Vicarii a Concilio deſignati, regimen detrectans, vel aliunde motus, voluit conjungi ſeneſcentis Inſtituti communitati, & Vicarii jugum excutere. Controverſiam commiſit Pontifex Epiſcopo Santonenſi decidendam: *Exhibita nobis*, XII. Kalendas Junii. Conv. Angeliacen.

XLVI. Hoc anno, vel circiter, in caſtro Salinarum, diœceſis Metenſis, pii viri Robertus Morcelius, Itillona Quarcatia conjuges, & Titianus Boucher, fabricarunt Sororibus tertii Ordinis ſancti Franciſci commodum Monaſterium. Eccleſiam conſecravit Deſiderius Natalis Epiſcopus Pamadenſis, Suffraganeus Metenſis, anno MCCCCLXXIX. in feſto Omnium Sanctorum, ſub invocatione ſanctarum Marthæ, & Eliſabethæ Lantragaviæ. Monaſterio Clariſſarum Valentino, cui præerat Jolanda, conſanguinea Regum Aragoniæ, confirmavit omnia privilegia, vel a ſuis prædeceſſoribus, vel a Regibus conceſſa, & indulſit ne viſitari a quopiam poſſit, niſi a Miniſtro Generali, vel a Commiſſario ab ipſo deputando: *Cum a nobis petitur*, V. Kalendas Junii. Erat tunc Provincialis Aragoniæ frater Bertrandus Dex, qui ſucceſſit Thomæ Olzyno; ſed & frater Franciſcus Alagona jus aliquod in Provincialatum prætendebat. Mon. Salinarum. *Idem in Prov. Francię Pariſien. Mon. 9.*

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

Guic. cit. ut ſupr. tom. 1. c. 21.

„ I. CONſtantiæ pro rebus Eccleſiæ componendis atque firmandis adhuc hærentes Patres Concilii, tamdem communi voto Martinus abire permiſit; ipſe vero ſacro die Pentecoſtes divina myſteria ſolemni ritu operatus, populo benedixit, dieque ſequenti, XVIII. Kalendas Junii Conſtantia diſceſſit Schaffuſam, Sigiſmundo Imperatore a dextris, Auſtriæ Duce a ſiniſtris, equum fræno ducentibus, & omnibus abeunti bene precantibus. Indeque per Bernenſes, die XIV. Junii hujuſmet anni cum XV. Cardinalibus Gebennam ad Lacum Lemanum perveniens ab Amedeo VII. Sabaudiæ Duce magnificentiſſime exceptus, in cœnobio Ripæ noſtrorum Fratrum tribus menſibus hoſpitatus eſt. Quibus tranſactis mox per agrum Taurinenſem Mediolanum tenuit, ubi ultra C. M. hominibus concurrentibus ad ſolemnitatem, Pontificalia cum ingenti majeſtate exercuit; demum Mantuam conceſſit, ubi legationes Principum Italiæ excipiens, diſſidia componens, profectionem Romanam ſummo ſtudio complanans, reliquum hujus anni tranſegit.

Lit. Pont. pro divet. Indicul. ex variis.

„ II. Plures interea emanarunt hoc anno litteræ Pontificiæ, juxta negotiorum Ordinis indigentiam. Et quidem Epiſcopo Urbinati, ut noſtras Moniales ſancti Silveſtri transferret, locumque Fratribus aſſignaret: *Paſtoralis officii &c.* Kalendis Januarii ſcripſit, & Indulgentiam Fratribus Conventus Dienſis conceſſit: *Eccleſiarum fabricis &c.* XV. Kalendas Februarii. Sed, V. Kalendas præfati menſis indulto fratri Benedicto poſſe remanere cum Prioratu ſancti Benedicti: *Ad ea per quæ &c.* & VIII. Idus ejuſdem, fratri Thomæ tranſitu ad Cluniacenſes: *Voto Religionis &c.* cum fratre Roberto, XIV. Kalendas Martii diſpenſavit: *Solet Apoſtolicæ &c.* & VIII. Kalendas ejuſdem Martii cum Monialibus ſanctæ Claræ de Villafrechioſo circa commutationem nonnullorum bonorum: *Juſtis & honeſtis &c.* Verum, V. Nonas ejuſdem Epiſcopo Marinenſi viſitationem Monialium commiſit: *Debitum miniſterii &c.* & VI. Idus fratrem Lupum de ſancto Romano ad magiſterium dimiſit: *Religionis zelus &c.* & II. Idus vertentem litem ſuper quarta funerali inter noſtros & Fratres Prædicatores Argentinæ diremit: *Qui libenter in pacis &c.* quemdam ſubinde fratrem Balthaſſarem, cum nonnullis aliis ab obedientia ſe retrahentem, ad Miniſtrum Generalem reduxit: *Dum uberes fructus &c.* VIII. Idus Aprilis, & noſtris Fratribus in Conventu Anicienſi in Sabaudia commorantibus, quamdam Domum extra muros Civitatis permiſit: *Sacræ Religionis &c.* VII. Idus præfati menſis. Confirmato poſtea quodam privilegio Abbatiſſæ Valentinenſi: *Cum a nobis petitur &c.* V. Kalendas Junii, III. Kalendas ejuſdem abſolutionem ab omnibus caſibus in mortis articulo Fratribus noſtris elargitus eſt: *Chriſtifidelium &c.* ac ad magiſterium fratrem Bernardum de Silva dimiſit: *Viri ſacræ &c.* II. Kalendas Julii.

Lit. Pont. pro Fratribus, & Monialibus.

„ III. Sed hæc inter Chamberiaci in Sabaudia inter Fratres Prædicatores nempe atque Minores contentio exorta eſt, eorum, qui aliis majores eſſe viderentur? Sed eam ſuſtulit Pontifex per breve: *Juſtis petentium &c.* XI. Kalendas Julii, quo ſtatuit ut in proceſſionibus præcedant primi, ſcilicet Prædicatores. Conceſſa paulo poſt diſpenſationis gratia fratri Odoni: *Sedes Apoſtolica &c.* VI. Nonas Julii; controverſiam inter Abbatem Monaſterii ſancti Miniatis, & noſtros diremit: *Ad audientiam*

Ex copia.

„ *tiam noſtram &c.* Nonis Julii. Et fratri Jacobo de Salerno, ut in diverſis
„ Italiæ locis, IV. Cœnobia conſtruere poſſet pro Fratribus de Obſervantia,
„ benigne conceſſit: *Sedis Apoſtolicæ &c.* IV. Idus Julii. Scripſit etiam
„ Epiſcopo Maurianenſi pro quadam lite Fratrum: *Exhibita ſiquidem &c.*
„ VII. Kalendas Auguſti, & IV. Nonas ejuſdem Beleramnium Epiſcopum
„ Religioni reſtituit: *Perſonam tuam &c.* & Bertramino de Seraphinis ad
„ Arienſem in Candia Eccleſiam, ſub Joanne XXIII. anno MCCCCXIV. *Wadd. ad ann. 1414.*
„ promoto, qui, quod Epiſcopatus occuparetur ab infidelibus, in aliquo
„ Conventu ſui Ordinis, & Provinciæ Januenſis, poſſe commorari obtinue-
„ rat, hoc anno quamdam cameram in Conventu Caſtri-novi, Terdonenſis
„ Diœceſis indulſit: *Rationi congruit &c.* Deinde datis litteris: *Sacræ Re-
„ ligionis &c.* XII. Kalendas Septembris pro Monaſterio ſanctæ Claræ Za-
„ morenſi, fratrem Philippum de Ceccano virum doctum, & pium in Ba-
„ ſilica Principis Apoſtolorum Pœnitentiarium, cum juramento inſtituit:
„ *Religionis zelus &c.* VII. Kal. Septembris Epiſcopo Condonienſi circa
„ diſpenſationem fratris Joannis: *Sedes Apoſtolica &c.* V. Kalendas Se-
„ ptembris expeditis litteris, III. Kalendas ejuſdem Viſitatorem Monaſte-
„ rio ſanctæ Claræ Toleti: *Eximiæ devotionis &c.* dedit. Item Epiſcopo
„ Bononienſi pro donatione fratris Laurentii de Lentellinis: *Humilibus &c.*
„ Kalendis Septembris dato breve, eodem tempore diſpenſavit cum fra-
„ tre Aria de Guzman Toletano ſuper quadam: *Solet Sedes &c.* In Diœceſi
„ Chartaginenſi cauſa ſepulturæ lites erant cum noſtris, & pro iis dirimen-
„ dis Epiſcopo ſcripſit: *Exhibita nobis &c.* IV. Idus Septembris. Sed Idi-
„ bus ejuſdem electionem Abbatiſſæ Meſſanenſis confirmavit: *Cum nu-
„ per &c.* litigantibus pro magiſterio fratribus Jacobo, & Guillelmo, per
„ ſuas litteras litem amovit: *Humilibus &c.* XVI. Kalendas Octobris, &
„ conſimile breve pro nonnullis Monialibus ſanctæ Claræ Toleti, VI. No-
„ nas ejuſdem Menſis dedit, & V. Nonas Monaſterio Monialium Montis
„ Domini Florentiæ Eccleſiam ſancti Juſti univit: *Juſtis & honeſtis &c.* II.
„ vero Nonas quoddam compromiſſum P. Guardiani Conventus Montis-Ca-
„ lerii in Diœceſi Taurinenſi confirmavit: *Ea, quæ &c.* & Idibus Octobris
„ Fratribus de Obſervantia, ut poſſent conſtruere, III. Conventus licen-
„ tiam fecit: *Promptum, & benevolum &c.* Sed XV. Kalendas Octobris
„ indeterminate, & ſine limitatione iiſdem præfatis poſſe recipere loca a
„ fidelibus aſſignanda conceſſerat, ut eſt videre apud Waddingum. Cete-
„ rum Aragoniæ Provinciam regebat his diebus frater Bertrandus Dex, qui
„ ſucceſſerat Thomæ Olzino, ſed non pacifice, cum frater Pacificus Ala-
„ gona jus aliquod in Provincialatum prætenderet; quamobrem ſummus
„ Pontifex, ad quem controverſia delata erat, ſuper hujuſmodi litem com-
„ ponendam Stephano S. R. E. Cardinali ſcripſit: *Exhibita nobis &c.* VI. *Indic. ex Vatic.*
„ Idus Novembris, reque ut ut compoſita, in Provincialem confirmavit fra-
„ trem Joannem de ſancto Jacobo: *Ad hoc circa &c.* V. Idus Decembris;
„ & eodem tempore pro executione prædictarum litterarum ad Prælatos
„ Valliſoleti ſcripſit: *Hodie dilecto filio &c.* ac ſubinde circa lites Fratrum
„ ejuſdem Provinciæ, Alamano S. R. E. Cardinali: *Dudum pro parte &c.*
„ IV. Idus Decembris, ac etiam Miniſtro Generali: *Regularem vitam &c.*
„ II. Idus ejuſdem menſis. Quo etiam tempore ad Abbatem de Huerta pro
„ Fernando de Illeſcas litteras direxit: *Ex Paſtoralis &c.* ac tamdem Cla-
„ riſſis Toletanis quamdam donationem approbavit: *Humilibus &c.* XV.
„ Kalendas Januarii.

„ IV. Hoc autem anno Ludovicus de Sabaudia, Princeps Achajæ, &

„ Pe-

„ Pedemontium,qui Bonnam filiam Amedei VII.quem paulo ante comme-
„ moravimus, uxorem duxerat anno MCCCCIII. die XXIV. Julii, religiunis
„ amantiſſimus deſiit vivere, & more Majorum, quorum pietatem æmula-
„ tus fuerat, quietis locum elegit in Eccleſia S.Franciſci Conventus Pine-
„ roli, ſuo buſto hac brevi epigraphe diſtincto: *Anno Domini* MCCCCXVIII.
„ *die* XI. *Decembris obiit Illuſtriſſimus D. D. Ludovicus de Sabaudia Prin-*
„ *ceps Achajæ, & Pedemontium*. Potentiſſimus etiam Dominus Caſtri-
Guicen. & Pingon. „ Brionis, cum in Eccleſia noſtri Conventus Dinani, ad Evangelii cornu
„ magnum, & ſplendidum Sacellum extruxiſſet, etiam hoc anno pie obiit.
„ V. Poſt hæc non pigebit referre, quæ ad honorem fratris Joannis de
„ Monte Bando Minoritæ in Annalibus Tholoſanis Dominus de Bardin in
„ ſuprema Curia Tholoſana Senator diligenter notavit ſub his verbis: *Anno*
„ MCCCCXVIII. *Hic* (ſcilicet Joannes de Monte Bando) *inſignis Prædicator*
„ *prima Dominica menſis Auguſti concionem habuit ad populum in Eccleſia*
„ *Cathedrali Nemanſi, & inter concionandum validis demonſtravit rationi-*
„ *bus diverſa gravamina, quæ Patriæ Occitaniæ populis conferebantur, pro-*
„ *pter defectum unius Parlamenti non ſtabiliti in dicta Patria; inde ſiqui-*
„ *dem emanaſſe omnes oppreſſiones tangentes tam Eccleſiaſticos, quam Laicos,*
„ *illatas a Nobilibus, & potentibus militibus, ut a Seneſcallis, Vicariis,*
„ *& aliis Curialibus dictæ Patriæ: quamobrem vehementi oratione hortatus*
„ *eſt, ut ſibi conſulere vellent, ac tantis malis quotidie emergentibus, peten-*
„ *do a Domino Rege, ſive a Domino Delphino, & eorum conſiliis, reſtitutio-*
„ *nem Parlamenti, quod ſuperioribus annis apud Tholoſam inſtauratum fue-*
„ *rat, remedium darent. Concione finita, uno impetu domus communis*
„ *Civitatis Nemanſi populi multitudine repleta eſt, & deliberatum, quod*
„ *dictus P. Joannes ab eis deputaretur, & per omnes Villas mitteretur,*
„ *expenſis dictæ Villæ, ut communi conſenſu dictum Parlamentum paſtula-*
„ *ret: quam commiſſionem, & deputationem dictus P. Joannes de Monte-*
„ *Bando libenter ſuſcepit, & fideliter executus eſt. Deputatus ſubinde cum*
„ *quibuſdam Nobilibus perſonis ex diverſis Civitatibus ſibi adjunctis, a Do-*
„ *mino Delphino inſtitutionem Parlamenti obtinuit. Itaque anno ſequenti*
„ MCCCCXIX. *die* XX. *Martii, cum Carolus filius Regis Franciæ regens Re-*
„ *gnum degeret apud Carcaſſonam, volens ſatisfacere promiſſis per eum fa-*
„ *ctis præfatis Deputatis, per ſuas patentes litteras unum Parlamentum in-*
„ *ſtituit apud Tholoſam, compoſitum ex uno Prælato, & undecim Conſiliariis*
„ *Eccleſiaſticis, & Laicis, necnon duobus Graphiariis duarum linguarum*
„ *deſumptis, ſcilicet ex lingua d'Occy, & totidem de lingua de Hoc: qui Con-*
„ *ſiliarii per ſua arreſta omnes lites tam civiles, quam criminales, in dicta*
„ *patria emergentes, abſque reclamatione dirimerent, atque componerent.*

AR-

ARGUMENTUM.

Deputantur Inquiſitores in Gallia. Alvarus e Salamantica deſtinatur Orator pro reformatione Univerſitatis Salamanticenſis, & in eadem fit Decanus Theologicæ facultatis. Petrus de Fuxo Cardinalis legatione fungitur Avenionenſi. Creantur Epiſcopi. Bernardinus Senenſis prædicat cum fœnore per Æmiliam & Marchiam Tarviſinam. Antonius a Maſſa mittitur ad Imperatorem Conſtantinopolitanum. Profeſſores regularis Obſervantiæ in Gallia indicunt Comitia, & ubique mire hoc augetur Inſtitutum.

I. GALLIAM domeſticis tumultibus, & alternis Principum cædibus fluctuantem, capta occaſione turbulenti temporis, & promiſcuæ libertatis, tum hæretici, tum Judæi pravis doctrinis tentarunt corrumpere. His oppoſuit Martinus Inquiſitores ex Ordine Minorum, quibus ampliſſimæ ſane contigerunt provinciæ. Anno præterito diximus commiſſas fratri Poncio Feugeyronis, Arelaten. Aquen. Ebredunen. provincias, Lugdunen. Viennen. Bellicen. Gratianopolitan. Maurianen. Gebennen. Valentin. Vivarien. Dien. Tarantaſien. & Auguſten. civitates, ac diœceſes, necnon Delphinatum, & provinciam Folcalquerii, Comitatum Venayſinum, Principatum Auraicenum, & civitatem, ac diœceſim Avenionenſem, licet poſtea Pontifex adjudicaverit Inquiſitori ex Ordine Prædicatorum urbem, & diœceſim Gebennenſem, juxta primam diſtributionem a Nicolao IV. factam. Hoc anno confirmavit in eiſdem Provinciis, & urbe ac diœceſi Maſſilien. fratrem Petrum Fabre a Joanne Bardolino Miniſtro Generali, ſub obedientia Benedicti XIII. deputatum Inquiſitorem, fratris Antonii Aillandi ſucceſſorem. Ecce inſtrumentum.

Reg. Vatic. l. 2. an. 2. de Regul. fol. 178.
Fr. Petrus Fabri Inquiſitor in Gallia.
Ejus prædeceſſor frater Antonius Aillandus.

Venerabili fratri Epiſcopo Maſſilien.

II. *AD ea libenter intendimus, per quæ fidei Chriſtianæ puritas conſervari valeat, expulſis ab ea penitus hæreſum labe, & pernicioſis errorum maculis univerſis, necnon perſonas ad ipſam fidem, ad nos, & Sedem Apoſtolicam magnum gerentes devotionis affectum, libenter proſequimur favoribus gratioſis. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Petri Fabri Ordinis Fratrum Minorum, & ſacræ paginæ profeſſoris, petitio continebat, quod dudum ad notitiam dilecti filii Joannis, dicti Ordinis in provincia Provinciæ ſecundum ipſius Ordinis morem Miniſtri Generalis, ex nonnullorum fide dignorum relatu pervenit, quod in Delphinatu, ac Arelaten. Aquen. Ebredunen. Viennen. & Tarantaſien. provinciis, & provinciæ Folcalquerii, & Venayſini Comitatu, necnon Principatu Auraicen. ac Avenionen. & Maſſilien. aliiſque civitatibus, & diœceſibus, quamplures errores, hæreſim ſapientes, in Catholicæ fidei detrimentum pullulabant; ac conſiderans, quod dilectus filius Antonius Aillandi dicti Ordinis profeſſor, olim in illis partibus hujuſmodi pravitatis Inquiſitor deputatus, adeo ſenio confractus, & ſui corporis viribus deſtitutus exiſtebat, quod hujuſmodi Inquiſitionis officium deinceps commode exercere non valeat, dictus Joannes habens ad hoc, ut dicebat, a Sede Apoſtolica per illius litteras ſpecialem poteſtatem, dicto Antonio ab hujuſmodi Inquiſitionis officio, prout ex ipſarum forma poterat, privato & amoto, præfatum Petrum in eiſdem Delphinatu provinciis, necnon Comitatibus, Principatu, civitatibus, & diœceſibus Inquiſitorem di-*

Reg. Vatic. ibid. fol. 190.

ctæ

ſtæ pravitatis Maſſilien. nuncupatum, cum omnibus gratiis, libertatibus, immunitatibus, & privilegiis, quibus Inquiſitores pravitatis hujuſmodi dictum officium exercentes, uti & gaudere conſueverunt, ejuſdem poteſtatis vigore conſtituit & deputavit. Quare pro parte dicti Petri nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut conſtitutioni & deputationi hujuſmodi, pro eorum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur. Nos igitur volentes dictum Petrum apud nos de religionis zelo, litterarum ſcientia, vitæ munditia, honeſtate morum, aliiſque virtutum donis, fide dignorum teſtimonio multipliciter commendatum, horum intuitu, favoribus proſequi gratioſis, ac de præmiſſis certam notitiam non habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ, de qua in his & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus vocatis dicto Antonio, & aliis qui fuerint evocandi, de præmiſſis omnibus, auctoritate noſtra, te diligenter informes, & ſi per informationem hujuſmodi ea repereris fore vera, conſtitutionem & deputationem præfatas, auctoritate noſtra confirmes & approbes. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Datum Florentiæ IV. *Idus Septembris anno* 11.

Fr. Alvarus Orator Academiæ Salamanticenſis.

III. Intepeſcente obſervatione legum præclariſſimæ Univerſitatis Salamanticenſis, præſertim circa promotionem ad Doctoratus & Magiſteria, deſtinati fuerunt Oratores ad Pontificem, quorum dux erat frater Alvarus a Salamantica Minorita, relaturi diſſolutionis incommoda. Decreto remedio obviavit malis Pontifex, & ne contingerent in poſterum, ipſum Alvarum inſtituit Decanum Theologicæ facultatis, addita lege, quod antiquior inter Magiſtros in eadem facultate haberetur pro Priore, & Decano. Ita in hunc diem obſervari ipſe in dicta Academia, dum ſtuderem, animadverti. Statuti originem ex his litteris lector percipiet.

Deinde Decanus.

Ad futuram rei memoriam.

Reg. Vatic. lib. 1. de diver. form. an. 2. fol. 93.

IV. S*Apientiæ, cujus immarceſcibile irradiat lumen, ac infinitus eſt theſaurus, & quæ omnem habens vigorem, ſacramentum, virtutiſque vapor eſt Altiſſimi diſpenſator & dux, omniumque chariſmatum elargitor Dominus, ad hoc ſuæ miſerationis dignatu, nobis licet immeritis, ſponſæ ſuæ univerſalis Eccleſiæ regimen pia dignatione commiſit, & noſtris humeris jugum adjiciens Apoſtolicæ ſervitutis, nos, quo humano debitum generi in terris dignius non exiſtit, culmen aſcendere voluit, ut inenarrabiles & inveſtigabiles ſuas facientes ſemitas, exquiſitis indiciis de firmamenti arce ſupremi ad mundi infima, protoplaſtique poſteros, qui non nativitatis depaſcunt fructus, ſed intelligentiæ ſpiritum, eamdem, cujus initium veriſſima eſt diſciplinæ concupiſcentia, perſtringendo ſapientiam, divinis educuntur eloquiis, reflectentes intuitum, quid pro hujuſmodi illuſtranda Eccleſia ad fidei propagationem conferat orthodoxæ, proſpiciamus attentius; & qualiter a fidelibus ſingulis, profligatis ignorantiæ tenebris, illi poſt ſuperemiuentiſſimam ſummi opificis uotsonem,; per ejuſdem ſapientiæ donum in via mandatorum directi, veri luminis pertingunt claritatem, ſolertius intendentes, eos ad quærendum ipſius alimenta ſapientiæ litterarum ſtudia, potiſſime facultatis Theologicæ, per quæ ſublimis ſpeculatoris indagine contemplantur alta, militantis baſes muniuntur Eccleſiæ, omniſque conditionis humanæ dilatatur proſperitas, noſtra*

ſtræ ſollicitudinis ope, Apoſtoliciſque favoribus propenſius excitemus. Sane pro parte dilectorum filiorum Rectoris, Cancellarii, & Magiſtrorum facultatis Theologicæ bujuſmodi, ac Univerſitatis Salamantinæ ſtudii; necnon Alvari de Salamantica Ordinis Fratrum Minorum, & in Theologia profeſſoris, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet in ſtudio ipſo uno, veluti ex principalioribus, famoſiſque per univerſa orbis climata conſtitutis ſtudiis Theologiæ bujuſmodi, ac Juris utriuſque, necnon Artium, & Medicinæ ſolemnis directione exercitii vigere conſueverint hactenus, & vigeant facultates: ſuper ritu tamen & obſervantia, qui ejuſdem Theologicæ facultatis inibi optatum miniſtrarent augmentum, debita, ſive illis, quæ ſuper talibus in ſtudio Pariſienſi ab olim introducta fuere conformia, non ſuccreverunt hucuſque, nec obſerventur ad præſens, conſuetudines pariter & ſtatuta. Nos igitur pro felici, fructuumque plurimorum productiva ipſius Salamantini fontis, atpote fœcandi, exaltatione, ſtudii noſtri volentes miniſterii partes accuratius impertiri, eorumdem Rectoris, Cancellarii, Magiſtrorum, & Alvari in hac parte ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica, præſentium tenore, ſtatuimus, & etiam ordinamus, quod in ipſo Salamantino ſtudio circa dirigendum, complectendumque & aſſumendum in eadem Theologica facultate exercitium in actibus peragendis ſcholaſticis, ſuſcipiendiſque Baccalaureatus, & aliis gradibus, necnon Doctoratus inſigniis, & alias omnia & ſingula concurſus conſuetudines, & ſtatuta quoad facultatem eamdem in ſtudio Pariſienſi hujuſmodi hactenus rite obſervata, deinceps perpetuis futuris temporibus vigeant, & firmiter obſerventur. Singuli autem, qui curſu feliciter conſummato in ipſa Theologia, bravium obtinere meruerint, ſibique etiam pro aliorum erudimento docendi licentiam, & magiſterii honorem petierint elargiri, per ipſorum inibi Magiſtros eidem Cancellario præſententur, a quo, ſi in librorum lecturis, & aliis ordinariis curſu, & conſuetudinibus quoque, & ſtatutis obſervatis hujuſmodi, ad hoc extiterint idonei ſufficienteſque reperti, licentiam & honorem ſortiantur & reportent antedictos, & quibus adeptis abſque ulterioribus de eis habendis examine & approbatione in facultate, ipſam regendi atque docendi in aliis ſtudiis generalibus quibuslibet, etiam illorum ſtatutis & conſuetudinibus, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quavis firmitate valiatis, nequaquam obſtantibus, plenam & liberam habeant facultatem. Univerſi inſuper & ſinguli in facultate præfata legentes, docentes, & audientes pro tempore inibi, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, indulgentiis, & conceſſionibus quibuſvis aliis generalibus ejuſdem facultatis ſtudiis, & in illis regentibus, legentibus, & ſtudentibus per Sedem Apoſtolicam, vel Legatos ejuſdem generaliter quomodolibet conceſſis, in omnibus gaudeant pariter & utantur. Et inſuper ad eumdem Alvarum, qui unus ex dilectis filiis ipſius Univerſitatis Ambaſciatoribus ad nos deſtinatis exiſtit, &, ut aſſeritur, in ipſo Salamantino ſtudio aliquandiu in Theologia legit, & rexit eamdem, cuique apud nos de multiplicum virtutum donis fide digna teſtimonia perhibentur, debite deſtinantes conſiderationis aciem, ſperantes quod per laudabile ſuæ providentiæ ſtudium, dextera ſibi Domini aſſiſtente propitia, ad ejuſdem ſtudii incrementum ſe offerre debeat, multipliciter profuturum, ipſum quoad vixerit, & eo de medio ſubiato, perpetuis futuris temporibus antiquiorem ex Magiſtris in eadem Theologia, de Univerſitate hujuſmodi, Priorem, atque Decanum facultatis præfatæ in eodem Salamantino ſtudio, auctoritate præfata, facimus, conſtituimus, & etiam deputamus, decernentes irritum & inane quidquid in contrarium ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter conti-

contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis & conſuetudinibus Salamantini ſtudii hujuſmodi, etiam confirmatione Apoſtolica, vel alia firmitate roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c. Datum Florentiæ x. *Kal. Maii anno* II.

Ferdinandus Illeſcas inſtruit Bibliothecas.

Fr. Philippus Pœnitentiarius.

V. Malum hoc inconſideratæ promotionis ad Magiſteria, alioſque gradus Eccleſiaſticos ita turbavit provinciam Aragoniæ, ut neceſſe fuerit peculiari lege cavere, ne contra ſtatuta, & leges promovendorum candidati gauderent privilegiis, aut gratiis: *Apoſtolicæ ſervitutis*, IV. Idus Decembris. In provincia Caſtellæ & Conventu Toletano nonnullæ conſtruebantur, & inſtruebantur Bibliothecæ, quas ſumma cura perfici & conſervari curabat vir doctus & gravis, Ferdinandus Illeſcas, de quo ſæpius præfati ſumus, obtinuitque a Pontifice diploma, ne libri a quoquam diſtraherentur: *Eximiæ devotionis integritas*. XVII. Kal. Septembris. Ad præſens uſque tempus remanſit hujus collectionis, & litterariæ hujus Viri ſolertiæ ſpecimen: multi enim adhuc ſuperſunt in æde Toletana codices MSS. hujus Patris ſtudio collecti, ex quibus unum ejus nomine inſcripto accepi ex Bibliotheca Card. Ximenii anno MDCXXXIV. continentem aliquot opera Scoti nondum excuſa, quæ cum reliquis ejuſdem Doctoris elucubrationibus, Deo dante, propediem prodibunt in lucem. Pœnitentiarium in Baſilica Principis Apoſtolorum inſtituit Martinus Philippum de Cecano virum doctum & probum, quem ſuis litteris valde commendat.

Fr. Petrus de Fuxo Legatus Avenionen.

Frater Nicolaus Epiſcopus Dromoren.

Fr. Blaſius Dulphen.

Fr. Sabin. Guardien.

Fr. Martin. Marrochionen.

Frat. Gregorius Nanderalben.

Fr. Petrus Auximan.

Frat. Alphonſus Archiep. Cæſarauguſtan.

VI. Erat hoc anno Legatus Avenionenſis Petrus Cardinalis de Fuxo Minorita, cui Pontifex ſub finem anni præcedentis dirimendas commiſit controverſias provinciæ Aragonenſis, aliaſque res graviſſimas Eccleſiæ. Electus eſt hoc anno Epiſcopus Dromoren. in Hibernia, ſub Archiepiſc. Armacano, frater Nicolaus Wartre, per obitum Joannis: *Apoſtolatus officium*, XVI. Kal. Aprilis. Dulpnen. in Hungaria, ſub Archiepiſc. Colocen. frater Blaſius de Novarienna, per obitum Georgii: *Apoſtolatus officium*, XVII. Kal. Octobris. Guardien. ſub Archiepiſc. Beneventano, frater Sabinus de Cellino. Ita invenio die XII. Julii in vetuſto quodam libro Camerali. Marrochiorum in Africa inſtitutus eſt Vicarius, propter abſentiam Epiſcopi oves negligentis, frater Martinus de Cardenas, qui derelictis ibidem Chriſtianis per aliquot anoos ſuccurrit pabulo verbi Dei, & ſacrorum adminiſtratione Sacramentorum: *Sinceræ devotionis affectus*, IV. Kal. Junii. Nanderalbenſis Epiſcopus, ſub Archiepiſc. Colocen. frater Gregorius de Nexe, per obitum Michaelis: *Divina diſponente*, II. Kal. Junii. Auximan in Marchia Anconitana, immediate ſub Pontifice Romano, frater Petrus Franciſci de Sano, per reſignationem Joannis Nardi: *Suſcepti cura regiminis*, III. Kal. Februarii. Cæſarauguſtanus Archiepiſcopus in Aragonia, frater Alphonſus de Arguello Caſtellanus, Regius Confeſſarius & Cancellarius, per remotionem Franciſci Clementis, & reſtitutionem ad priorem ſuam Eccleſiam Barcinonenſem. Huc translatum ab Eccleſia Siguntina Aragonii afferunt ſcriptores, ſed paulo antea diximus a Palentina. An & paulo poſtea tranſivit ad Siguntinam? Exceptus fuit magna pompa, & majeſtate a Cæſarauguſtanis. Celebravit Concilium provinciale anno MCCCCXXVI. Dedit facultatem ædificandi Conventum Minorum regularis Obſervantiæ, ſub invocatione ſanctæ Catarinæ in territorio Carinienæ, & fundandi Cæſarauguſtæ Xenodochium regium ſanctæ Mariæ Gratiarum. Turoli Regiis interfuit Comitiis, & ſumma vigilantia inſignem ſibi creditam Eccleſiam gubernavit. Anno MCCCCXXIX. Regis Alphonſi V. indignationem incurrit,

rit, incuſatus quod ſecreta commercia inierit cum Rege Caſtellano, & voluerit Cæſarauguſtanos contra Aragonium concitare, quod ejus mortem acceleravit eo anno, die VII. Februarii.

VII. Bernardinus Senenſis, diſpoſitis rebus Mediolani, ubi anno præcedenti diximus prædicaſſe, morem ſecutus Salvatoris, ſtatuit ad alios inſtruendos populos proficiſci. Memor vero tantæ humanitatis, quantam a Mediolanenſibus ſuſceperat, pollicitus eſt proxime ſequenti anno ad eos reverti, per totumque tempus Quadrageſimæ concionari. Ita annum hunc in docendis Æmiliæ, & Marchiæ Taruiſinæ civitatibus, nulli parcens labori tranſegit. Nec inutilis fuit ejus diſcurſus, nam poſt ingentem illam, quam Mediolani acquiſierat auctoritatem, recipiebatur ubique ſumma cum expectatione & lætitia; eratque tanti ponderis apud omnes ejus doctrina, tantumque fructum afferebat, ut renovari paſſim illius verbis omnia viderentur. Nec minus, quod Mediolani actum erat, multa adoleſcentum turba, mundum contemnens Religionem amplexa eſt. Quorum cum & aliqui egregie docti eſſent, juſſi etiam populos docere magna cum omnium commendatione cœperunt. Augebatur ita paulatim novellus, & ſanctus grex regularis Obſervantiæ. Multa quoque ejus cauſa Monaſteria gaudentibus, & nulli impenſæ parcentibus populis, extruebantur.

Zurit. l.11. c.72 & l.11. c.48. Murillo de rebus Cæſaraug. tract. 2. c.29. Carillo de Epiſc. Cæſaraug. Veggius lib.3. S. Bernard. prædicat cum fructu in Æmilia &c.

VIII. Martinus Pontifex venit hoc anno die XXVI. Februarii Mantua Florentiam, ubi Oratores Imperatoris Conſtantinopolitani ad Pontificem venere, publicantes velle Græcos, quod ad fidem pertineret, in ſententiam Latinorum venire, ſi æquæ conditiones proponerentur. Hos & perbenigne ac ſplendide Pontifex ſuſcepit, & Legatum a latere creavit Petrum Fonſecam ſancti Angeli Cardinalem, hominem Hiſpanum, in quavis facultate doctum, qui Conſtantinopolim ad componendas res proficiſceretur. Verum prius quam virum integerrimum a ſe dimitteret, eo præmiſit fratrem Antonium Maſſanum Ordinis Minorum mox Generalem Miniſtrum, tunc in Etruria Provincialem, uti alias narravimus, qui Imperatoris & Græcorum explorata ſententia, quid in ea re ſperandum eſſet, Pontificem admoneret.

Platina & Ciacon. in Martinũ V.

Fr. Anton. Maſſa mittitur ad Imperator. Conſtantinopolitanũ. *Tom.8.an.* 1414. *n.* 2.

IX. In fine anni præcedentis obiit frater Nicolaus Radulphi Vicarius Generalis, uti diximus, regularis Obſervantiæ in Gallia. Pauculi illi Vicarii Provinciales, & domorum Præfecti, Comitiis coactis in Conventu Choleti, provinciæ Turonia hoc anno die XXIX. Januarii, juxta tenorem decreti Conſtantienſis, & facultatem in eo ſibi conceſſam, delegerunt ſibi Superiorem fratrem Thomam de Curte, ſive de Curia, qui alias præerat Fratribus hujus Inſtituti ante Concilium Conſtantienſe, quem Alexander V. e ſuo gradu deturbavit.

Tom.8.an. 1415. *n* 11. Capitulum regularis Obſervantiæ in Gallia.

X. Multiplicata ſunt valde hoc tempore, uti ſuperius admonui, domicilia regularis Obſervantiæ. Fratribus Juliano de Neapoli, & Dominico Januenſi conceſſit Pontifex facultatem, ut domos tres in Sicilia conſtruerent, vel ab aliis conſtructas admitterent: *Promptum & benevolum*, IV. Kal. Julii. Eamdem totidem domorum elargitus eſt facultatem Generali Miniſtro Antonio de Pereto, & Fratribus Aragoniis: *Sacræ Religionis*, IV. Kal. Martii. Henrico Alamanno, aliiſque ſociis indulſit, ut in oppido Caſtri Franci, Taruiſien. diœceſis, domum a ſe inchoatam, prope ſacellum ſancti Antonii, conſentientibus Superioribus & Epiſcopo, libere retinerent: *Humilibus & honeſtis*, VII. Kal. Junii.

Ann. 1418. *n.* 17. *& ſeq.* Multæ conceduntur licentiæ domos fabricandi.

XI. Deprecante Eduardo Principe, Joannis Portugalliæ primogenito, devicta urbe Septæ ex Africa redeunte, dedit facultatem, ut prope vil-

Conv. Azambuciæ.

villam Azambuciæ, infra limites parochialis Eccleſiæ de Azanhieras, ad eremitorium ſanctæ Mariæ de Virtutibus, Ulyſſiponen. diœceſis, ad Monaſterium de Sanctis militiæ ſancti Jacobi de Spata, ejuſdem diœceſis, pleno jure pertinentis, Cœnobium conſtrueretur pro Minoribus regularis Obſervantiæ. Excitavit hanc Principis pietatem frequentia miraculorum, quæ fiebant ad imaginem beatæ Mariæ Virginis eburneam ſeſquipedalem, miraculoſe eo in loco anno MCCCCIII. repertam a bubulco, in arbuſto pendentem, indicante tauro, qui ab armento deflexerat, & imaginem genuflexus adorabat: *Apoſtolicæ nobis* v. Nonas Martii. Conſtructionem ædificii nimis

Gonz. in Provin. Portugal. Con. 4.

differt Gonzaga in annum MCCCCXXXVIII. refertque ſolutum pretium Priori poſſeſſori eremitorii, & ſacrum illud ſimulacrum continuo miracula patrare, idque ipſe præſens conſpexi anno MDCX. acclamantibus vicinis populis, & Virginis ſacratiſſimæ mirabilia deprecantibus. Clarius hæc omnia conſtabunt ex alio Martini diplomate: *Cum ſecularium*, II. Kal. Octobris, quod ſub annum MCCCCXXVIII. dabimus in Regeſto.

XII. Dedit etiam hoc anno, VII. Kal. Aprilis Martinus Pontifex tribus Religioſis tertii Inſtituti ſancti Franciſci, poteſtatem ædificandi do-

Conv. S. Mauritii prope Conzanum.
Idem in Provin. Genuæ Conv. 39.

micilium prope ædiculam neglectam ſancti Mauritii ad quintum lapidem a civitate Caſalis in Lombardia, in territorio Conzani, loco ſolitario, nemoroſo, ſatiſque amœno. His deficientibus, ait Gonzaga, ſucceſſiſſe Obſervantes anno MCCCCXIX. Sed cum in eumdem annum coeant, & ſecundus Martini Pontificatus, & præſcriptus Chriſti, vel oportet Tertiarios & inchoaſſe & defeciſſe eodem anno, vel errorem irrepſiſſe in numerum.

Conv. Ticocinen.
Idem in Provin. Polon. Conv. 21.

Simile mendum habetur in hiſtoria Conventus Ticocinenſis provinciæ Poloniæ, quem hoc anno MCCCCXIX. refert Gonzaga ædificatum: cum nonniſi anno MCCCCLXXIX. fuerit inchoatus, ut ſub illo tempore expendam.

XIII. Initium habuit hoc anno Florentiæ extra portam ſancti Miniati

Conv. S. Salvatoris Florentiæ.
Marian. cap. 6.
Gonz. in Provin. Tuſcia Conv. 9.
Tom. 4. an. 1405. n. 2.

Conventus ſancti Salvatoris, per fratrem Nicolaum Antonii de Uzano Florentinum, Joannis Stronconii, uti alias diximus, Vicarium, & Commiſſarium in provincia Tuſciæ. Situm dederat, & amplum palatium ſacris ædibus adaptandum vir pius & nobilis, Lucas Jacobi Toſſi, & conſtruendi facultatem Gregorius XII. paulo antequam Pontificatum deponeret. Demum piorum eleemoſynis commodum crevit in Conventum, juxta temporis illius rationem, & ſtrictæ paupertatis, quam profitebantur incolæ, menſuram. Creſcente vero Fratrum numero, Coſmas Medices nobilis Florentinus, domum alteram majorem, & auguſtiorem alio in loco ſalubriori extruxit. Sed cum terminos religioſæ paupertatis videretur excedere, nullo pacto potuerunt induci, ut admitterent. Contulit ille admiratione & veneratione plenus, in Canonicos regulares ſancti Auguſtini, qui Abbatiam Feſulanam intitularunt. Secundo reſiſtendum fuit alterius nobilis viri Florentini Caſtelli Quareteſii profuſæ pietati, qui humili pauperum domicilio vaſtiſſimam Eccleſiam, priori deſtructa, jungere aggreſſus, perficere non potuit, reclamantibus Fratribus tam ingentem molem ſuæ adverſari profeſſioni. Quamobrem moriens teſtamento legavit magnam pecuniarum vim Templo complendo, ſi aliquando Fratres conſentirent. Defunctis primævis paupertatis zelatoribus, ſucceſſerunt alii, qui non adeo hoc curabant; quare anno MCCCCXC. Eccleſia omnibus ſuis numeris abſoluta eſt, ita curante Laurentio Mediceo. Conſecrata eſt anno MDIV. die XXII. Aprilis, ab Epiſcopo Vagienſi, qui eodem die inſignem habuit concionem ad populum, & ex ſuggeſto explicuit ipſum habitum, ſub quo ſanctus Franciſcus ſacra ſtigmata ſuſcepit. Floruit hinc iſta ædes ſtructuræ pulchritudine, ædificio-

ficiorum mole, copioſo Fratrum numero, & plurimorum illuſtrium Minoritarum ſepulturis: ſed temporum calamitate valde decidit a primo ſplendore. Jacent hic Fratres aliquot pietate inſignes; prædictus Nicolaus de Uzano, vir pietate & diuturno ſancti Bernardini comitatu inſignis, Hieronymus de Stufa prius laicus, poſtea invitus ad Sacerdotium promotus, ſui temporis prædicatorum celeberrimus. Gaſpar de Barga laicus, virtutum & miraculorum gloria illuſtris, qui inter reliqua mirabilia puerum animam agentem, incolumem tradidit genitrici. Bernardus Scarlatenſis cœleſtibus viſionibus aſſuetus. Evangeliſta a Cortonio, peccatoribus convertendis, & in Sacramento Pœnitentiæ ſingulariter inſtruendis, peculiari virtute donatus. Res mira huic accidit. Quidam fœnerator Florentinus ſacram confeſſionem abhorrens, extrema correptus infirmitate, rogatus & veluti coactus, ut in ultimo vitæ diſcrimine peccata ſua huic Fratri detegeret, miſit qui vocaret. Venienti præ foribus occurrerunt duo in veſte religioſa, qui melius habuiſſe infirmum, nec ejus opera indigere dixerunt, ſeque ibi aſſiſtere ut infirmo deſervirent. Receſſit ille, ſed paulo poſt rediit, reatuum expiationem inculcaturus. Pulſavit ad oſtium, vocavit, clamavit, cumque nullus reſponderet, & vicini admirarentur, dejectis foribus aſcendunt, neque ullum in univerſa domo conſpiciunt, ſed intolerabilem ſentiunt fœtorem. His indiciis judicatum eſt fictos illos Monachos dœmones fuiſſe, qui impœnitentiam inſtillarunt, & ſecreto Dei judicio male viventem, & ſimiliter morientem in Tartara deduxerunt. Aliorum etiam Patrum pietate & doctrina ſpectabilium corpora hic jacent, quorum ſuis temporibus peculiarem dabimus notitiam.

XIV. Indultum fuit Miniſtro Generali, & Fratribus provinciæ Poloniæ, ut Cœnobium ab Univerſitate, & incolis oppidi Danenſis, diœceſis Wladislavien. conſtruendum, poſſent admittere: *Promptum & benevolum*. VII. Idus Octobris. Similiter aliud a communitate, & populo Portus Naonis, diœceſis Concordienſis ad Seciam flumen, ſub Patriarcha Aquilejenſi conſtruendum, annuente Epiſcopo, Fratribus conceſſum: *Piis votis fidelium*. VIII. Idus Novembris. An tamdem conſtructa ſint hæc Cœnobia non aperte conſtat; neque enim in catalogis veterum Conventuum iſtos reperio. Fratribus Cœnobii ſanctæ Mariæ Gratiarum ad Ripaltam, de quo alias locuti ſumus, indulſit ut Mantuam venientes, hoſpitarentur in domo ſancti Spiritus, non obſtante quod illorum conſodales Conventum in eadem Civitate haberent: *Sacræ Religionis*. III. Kalend. Februarii, Diſcordabant inſtitutis peculiaribus vivendi, & Ripaltani ſtrictiora amplexi non adeo accepti erant Mantuanis. Ceſſit poſtea hoc hoſpitium in Conventum eorumdem Fratrum regularis Obſervantiæ, facultatem concedente ipſo hoc Pontifice, anno IV. ſuæ aſſumptionis, & ſumptus adhibentibus Mantuanis.

Tom. 8. an. 1389. n. 11.

Conv. S. Spiritus Mantuæ.

XV. Invenio ſub hoc tempus Sanciam Fernandi Seguinam civem Murcienſem in Hiſpania, ultimis tabulis decreviſſe corpus ſuum ſepeliri in Eccleſia Minorum, & copioſam ſummam pecuniarum legaſſe pro reparando ſacello majori. Obſtitit Gondiſalvus Martini, Cantor Eccleſiæ Carthaginenſis, apud quem magna pars pecuniæ repoſita erat: ſed tamdem cauſa Romam deducta, compleri oportuit quod defuncta decrevit.

XVI. Dedit hoc anno Pontifex facultatem transferendi Monaſterium ſanctæ Claræ Portugalenſe ex loco, qui dicebatur *inter ambos rivos*, ad ipſam Portuenſem Civitatem, quod alias admonuimus: *Iis pro Eccleſiarum*, X. Kalend. Octobris. Fieri cœpit ſolemniſſimo ritu hæc translatio, indictam gravem ſupplicationem aſſociante ipſo Rege Joanne Luſitaniæ, hujus nomi-

Mon. Port. trāsfertur.

Tom. 4. an. 1258. n. 25.

Tom. 8. an. 1405. n. 26.

minis primo, Infantibus filiis Ferdinando, & Alphonſo Barcellorum Comite, Ferdinando Epiſcopo Portuenſi Regis conſanguineo, Laurentio Majoricarum, & Fratre N. Marrochiorum Epiſcopis, aliquot regni Proceribus, & Regiis adminiſtris, Fratribus utriuſque Conventus Minorum, & Prædicatorum, & populo univerſo. Finita ſolemni ſupplicatione, Rex, uterque filius, & Ferdinandus Epiſcopus, quatuor in locis diſtinctis primos poſuerunt Eccleſiæ lapides. Primum cantavit ſolemne ſacrum Marrochiorum Antiſtes, & concionem habuit Majoricenſis. Hujus rei teſtimonium ſub ſigillo, & ſyngrapha Regiis dedit ipſe Rex Clariſſis, quod ex illarum archivo
Cunha 2. par. cap. 26. tranſcripſit Illuſtriſſimus Rodericus *da Cunha* illius olim urbis Epiſcopus, nunc digniſſimus Archiepiſcopus Ulyſſiponen. in libro, quem edidit de Epiſcopis Portugallenſibus. Datum eſt Æra MCCCLIV. XX. Maii, & teſtificatur ſolemnem hunc apparatum translationis proceſſiſſe die XXVIII. Martii. Inciderunt itaque hæc in annum MCCCCXVI. & facta ſunt auctoritate Innocentii VII. cujus Diploma refert in ſuis litteris Martinus, atque illius vigore aliqua in re præceſſiſſe ſubindicat. Rex autem in ſuo ſcripto aſſerit, facta auctoritate Joannis Pontificis, fortaſſis præter illud Innocentii, obtentum eſt aliud Diploma a Joanne XXIII. vel error eſt ſcribæ pro Innocentio ſubſtituentis Joannem. In Pontificiis & Regiis litteris honorifica habetur
Fr. Joan. Xira Regis Confeſſarius. mentio fratris Joannis Xiræ, ſive Xica, Regi a ſacris arcanis.

XVII. Monaſterium Clariſſarum ſancti Silveſtri civitatis Urbini in moribus diſſolutum, cum Pontifex intellexiſſet, ſcripſit ejuſdem urbis Epiſco-
Reformatur Monaſterium Urbini. po, ut vel ad meliorem frugem Moniales reduceret, vel quæ ſupererant ad Monaſterium Benedictinarum transferret, & domum Fratribus regularis Obſervantiæ conſignaret. Ita porro ſe geſſit pius Antiſtes, ut Moniales vitam reformarent, & in proprio perſeverarent domicilio. Cum vero aliquæ adhuc in Ordine remanerent reliquiæ ſchiſmatis in Concilio Conſtantienſi extincti, & Superiores a Benedicto XIII. aliiſque Pontificibus abrogatis inſtituti, in ſuis miniſteriis, Antonio Generali Miniſtro neglecto, perſeverarent, pluraque in damnum regularis diſciplinæ, & Primicerii contemptum fierent, Pontifex omnes hujuſmodi abuſus a principio ſchiſmatis uſque ad illud tempus introductos abolevit, & tolli præcepit: *Dum uberes fructus*. Kalend. Januarii. Auctoritatem inſtituendi ſyndicos ab aliis Pontificibus conceſſam, puritati regulæ conſervandæ ſumme neceſſariam, hoc anno renovavit: *Exultantes in Domino*. XV. Kalend. Februarii.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. RElicta Mantua, per Ferrariam tenens viam Flaminiam, præter-
„ miſſa Bononia, quod poſt abdicationem Joannis, expulſis Gu-
„ bernatoribus Eccleſiaſticis, ſe liberam aſſeruiſſet, Florentiam pervenit,
„ ubi novit Braccium de Montono militem famoſum occupaſſe Peruſiam
„ Urbem præclaram, Spoletanum Ducatum, & alia plura Patrimonii Ec-
„ cleſiæ ſuo ſubegiſſe imperio: rem ergo prudentia, & auctoritate reſtitu-
„ turus Florentiæ morabatur Pontifex; ac interea nonullos Cardinales,
„ qui Petrum de Luna Pſeudopapam ſequuti fuerant, in publico Conſiſto-
„ rio exceptos, benigneque habitos, in ſuis dignitatibus & honoribus
„ confirmavit. Bartholomæum etiam Coſſam, vel Coxam, qui dicebatur
„ Joannes XXIII. a cuſtodia Ducis Bavariæ ære Pontificio redemptum,
„ ſuis pedibus Florentiæ provolutum, humaniter habuit, & in Collegium
„ Cardinalium cooptavit, dixitque Epiſcopum Tuſculanum, ſed paulo
poſt

Anno Christi 1419.	Martini V. anno 2.	Sigismundi Imp. anno 9.	Religionis Minorum anno 212.

„ poſt ibidem morbo conſumptus Bartholomæus XI. Kalend. Januarii
„ MCCCCXIX. magna funeris pompa in ſancti Joannis templo ſepultus eſt. *Ex Bullar. Roder. fol. 79.*
„ Inter autem tot negotia Minoritici Ordinis curam attente gerens, cum
„ intellexiſſet nonnullos per ſaltum conſcendiſſe Cathedram Magiſterii,
„ contra eos tenoris ſequentis Bullam edidit.

MARTINUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

„ 1. *CUm valde periculoſum ſit animabus Chriſtifidelium, ut in ſacra*
„ *Theologia ad magiſterii gradum indigni promoveantur, quorum*
„ *erroribus ſcandala, & nonnumquam hæreſes pullulant: Nos, prout paſto-*
„ *rale officium requirit, paterno ſtudio circa reformationem perſonarum*
„ *ipſarum intendentes, ne ignorantia divinarum ſcripturarum Religioni*
„ *Chriſtianæ damnum pariat, partes Apoſtolicæ ſollicitudinis adhibemus.*
„ 2. *Relatione ſiquidem nonnullarum fide dignarum perſonarum ipſa-*
„ *rum ad noſtram notitiam pervenit, quod nonnulli Fratres Ordinis Mino-*
„ *rum variis in mundi partibus commorantes, tracti ambitione, regularem*
„ *diſciplinam Ordinis ejuſdem contemnentes, antequam curſum ſtudii artium*
„ *liberalium, in facultate Theologiæ per Apoſtolicas, necnon Generales,*
„ *& Provinciales Conſtitutiones, & regularia præfati Ordinis Inſtituta,*
„ *definitum debite peregerint, & alias ad gradum, & honorem magiſterii*
„ *in eadem facultate obtinendum idonei fuerint, in facultate prædicta gra-*
„ *dum & honorem hujuſmodi impendi, ac magiſtralia inſignia ſibi conferri*
„ *procurarunt hactenus, prout etiam de præſenti procurant.*
„ 3. *Nos igitur, ne imperitorum ambitio Chriſtianæ fidei detrimentum*
„ *afferat, opportune providere volentes, univerſis & ſingulis Cancellariis,*
„ *Rectoribus, Decanis, Magiſtris, Doctoribus Studiorum, ac Univerſitati-*
„ *bus eorumdem, ubicumque conſiſtentium, in virtute ſanctæ obedientiæ di-*
„ *ſtricte præcipiendo mandamus, ne deinceps prædictis Fratribus, aut eorum*
„ *alicui, niſi curſum per Conſtitutiones, & ſtatuta hujuſmodi, ut præmitti-*
„ *tur, præfixum perfecerint, & alias ad dictum obtinendum idonei exi-*
„ *ſtant, gradum & honorem, & inſignia prædicta conferre quomodolibet*
„ *præſumant.*
„ 4. *Decernentes, & eadem auctoritate ſtatuentes, quod quilibet ex*
„ *Magiſtris, aut Doctoribus, qui alias, quam, ut præmittitur, gradum*
„ *& inſignia hujuſmodi Fratribus ipſis, aut ipſorum alicui impendere præ-*
„ *ſumpſerit, gradu & honore miniſterii careat, ac a lecturis, & aliis acti-*
„ *bus, gratiiſque magiſtralibus, ipſo facto perpetuo ſit privatus, necnon ad*
„ *gradum, honorem, & inſignia prædicta de cetero per eum aſſumenda,*
„ *gratiis magiſtralibus, actibuſque legitimis ipſo facto ſit privatus, & om-*
„ *nino inhabilis exiſtat.*
„ 5. *Volumus inſuper, ut eiſdem pœnis ſubjectus ſit, quicumque præter*
„ *rigorem hujuſmodi, gradum & inſignia prædicta ſuſcipere præſumpſerit.*
„ *Volumus autem, quod ſi aliqui ex prædictis Fratribus bachalaureatum pro*
„ *hujuſmodi gradu magiſterii conſequendo contra Conſtitutiones, & Statuta*
„ *prædicta fuerint adepti, & illius prætextu libros ſententiarum publice,*
„ *& actualiter legunt, a lectura hujuſmodi, ſub eadem pœna penitus, & om-*
„ *nino ceſſent, alias ab eorum Superioribus per cenſuram Eccleſiaſticam ar-*
„ *ceantur.*

6. *Non*

6. *Non obſtantibus quibuſcumque exemptionibus, privilegiis, & indultis, ac litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, Univerſitatibus, aut ſingularibus perſonis earumdem, & Fratribus prædictis, ſeu eorum alicui communiter, vel diviſim per nos, ac Prædeceſſores noſtros n Sede Apoſtolica quomodolibet conceſſis; etiamſi de eis, ne de eorum totis tenoribus, de verbo ad verbum ſpecialis in his litteris mentio eſſet facienda, quæ, quoad hoc, eis, aut alicui eorum ſuffragari nolumus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.*

7. *Et ne ignorantia hujus noſtræ voluntatis, & decreti, litteræ hujuſmodi effectum minime conſequantur, univerſis, & ſingulis Provincialibus Miniſtris, ſub pœna privationis ſuorum officiorum, quam ipſo facto, ſi ſecus fecerint, incurrere volumus, harum ſerie præcipimus; & mandamus, ut in eorum Provinciis dictarum litterarum publicationem, & earum executionem debitis temporibus efficiant.*

8. *Nulli ergo omnino hominum &c.* x. *Kalend. Februarii.*

Aliæ ejuſdem litteræ in favorem Fratrum & Monialium.

Indicul. ex Vatic.

II. Alia etiam nonnulla ſunt Apoſtolicæ proviſionis præter ea, quæ Annaliſta recenſet: fratrem enim Laurentium Lateranenſem Pœnitentiarium inſtituit: *Religionis zelus &c.* VII. Kalend. Februarii: pro electione Abbatiſſæ Clariſſarum Hiſpalenſium: *Ad ea libenter &c.* XVI. Kalend. Martii, cum aliis litteris pro eodem negotio expeditis IX. Kalend. Junii: *Sedis Apoſtolicæ &c.* cum alioquin pro Eccleſia Minorum de Montiniaco Indulgentiam: *Licet is &c.* XII. Kalend. Maii expedierit: Miſſi ſunt etiam pro Catholicæ fidei propagatione 20. Fratres de noſtris ad Inſulas Cæſalienſes: *Eximiæ devotionis &c.* Idibus Junii, & data indulgentia pro Conventu Fratrum Calienſium: *Quanto frequentius &c.* XVI. Kalend. Julii; ſex loca recipienda in Calabria conceſſit: *Promptum & ſedulum &c.* XV. Kalend. Julii: & præterea erectionem Conventus de Monte acuto pro Fratribus de Obſervantia: *Pia devotorum &c.* Nonis Septembris, & fratri Thomaſio poſſe remanere apud Benedictinos: *Sedes Apoſtolica &c.* IX. Kalend. Novembris.

S. Bernardinus Senenſis prædicat Trivilii.

Ex hiſtor. Convent. Trivil. MSS.

III. Inter hæc autem quo ſpiritus fervore, & qua gratia divina ſuffultus Bernardinus Senenſis Apoſtolicum prædicandi munus proſequeretur, pluribus ab Annaliſta relatis licet demonſtretur abunde, iis nihilominus adjiciemus, hoc anno Trivilii non tantum conciones habuiſſe cum admirabili fœnore ſpirituali, in Eccleſia ſancti Martini, quæ poſtea in Præpoſituram tranſiit, ſed etiam ibidem Confraternitatem Diſciplinatorum ſub titulo ſanctæ Marthæ fundaſſe maximo Oppidanorum jubilo, ut quidem ex ejuſdem Societatis libro, in quo factum ad perpetuam memoriam ſub verbis ſequentibus litteris commendarunt, elicitur: *Anno Domini* MCCCCXX. *facta, & conſtructa fuit Eccleſia Ordinis Diſciplinatorum ſanctæ Marthæ Caſtri Trivilii, & conſecrata* III. *Maii anno* MCCCCXXII. *Qui Ordo Diſciplinatorum inceptus fuit de an.* MCCCCXIX. *per Prædicationes Venerabilis, honeſti, & religioſi Viri fratris Bernardini de Senis Ordinis Fratrum Minorum: Qui Dominus Frater mirifice prædicavit in Trivilio diebus quindecim, incipiendo a Feſto ſancti Martini anni ſupradicti* MCCCCXIX. *& dietim ſummo mane prædicavit uſque ad finem dictorum dierum* 15. Hæc ibi. Suggeſtum, e quo ſanctus Bernardinus ſermones habebat, plurimis poſt annis ſanctus Carolus Boromæus Cardinalis, & Archiepiſcopus Mediolanenſis conſcendit: quamobrem ſubſequentibus temporibus, ut majori veneratione dignum cuſtodiebatur.

IV. Hoc

Google

„ IV. Hoc etiam tempore in Cœnobio ſancti Salvatoris Florentiæ , „ quod IX. Provinciæ Tuſciæ numeratur , Venerabilem Chriſti ſervum „ fratrem Bernardum Scarlatenſem , qui ob ſingulares virtutes , quibus „ præditus erat , cœleſtibus plurimis viſionibus a Deo immiſſis conſolari „ merebat , floruiſſe IV. Idus Martii anno MCCCCXIX. teſtis eſt Gonzaga : „ illius etiam corpus ibidem quieſcere cum aliis pluribus , qui (ut ſcribit „ Marianus) doctrina , pietate , ſanctitate , atque Religionis zelo claruerunt : quorum tamen oſſa , quod omnimodam minetur locus ruinam , conſultiſſime ad proxime ſequentem translata ſunt ; ne tantorum virorum reliquiæ , atque venerandi cineres male petirent , peſſumve abirent , ſed „ videndus hic Waddingus .

F. Bernard. Scarlatenſis floret.

Gonzaga part. 2. fol. 229.

ARGUMENTUM.

Sanctus Bernardinus iterum prædicat Lombardis , ſed dum pernicioſas quorumdam doctrinas refellit , graves patitur perſecutiones . Creantur Epiſcopi . Confirmatur Minoritis poſſeſſio locorum Terræ ſanctæ . Multiplicantur domicilia .

I. Sub hujus anni initium rediit Mediolanum ſanctus Bernardinus Senenſis , ut filios , quos ſpiritu genuerat , reviſeret , & quod promiſerat , Quadrageſimam cum eis , nova allaturus documenta , tranſigeret . Fuit vero omnis ejus locutio de *Illuſtratione* , quemadmodum ſuperiore anno de *Amore* , ut quos amare docuerat , quo pacto etiam illuſtrari poſſent , inſtrueret . Tunc denuo decedens , totam ſerme peragravit Italiam , ſemper docens , inſtans , ſemper inſudans , ſemper ad virtutem , atque ad Dei amorem omnium animos incendens , tanto cum profectu , quantum ſupra ſatis docuimus .

Veggius lib. 3. S. Bernardin. denuo prædicat in Lombardia.

II. Hinc poſtquam incredibili populorum profectu quadrageſimales abſolverat conciones , abiit Terdonam , Alexandriam Statiellorum , atque ad alias illius Provinciæ civitates , verbum Dei ubique ingenti cum fœnore proponens . Hic tamen exorta ſemina diuturnæ , & moleſtæ in eum motæ perſecutionis , quæ nonniſi ſub Eugenio IV. deferbuit . Eo tempore miro quodam incremento percrebuit opinio , & prævaluit doctrina quorumdam , etiam piorum , & doctorum virorum de Anti-Chriſti celerrimo adventu , inter quos potiores auctoritate , & virtute fuerunt ſanctus Vincentius Ferrerius , miraculorum gloria , & prædicationis fructu celeberrimus , ac Manfredus Vercellenſis , ejuſdem Inſtituti : *vir venerabilis vitæ* , inquit ſanctus Antoninus , *peritus , & timens Deum* . Paulo ante deceſſerat ex humanis ſanctus Vincentius , qui ſummo conatu hoc populis perſuadebat , & ſcripta epiſtola diffuſa ad Benedictum XIII. anno MCCCCXII. quem tunc verum reputabat Pontificem , inculcabat ante annos novem natum Anti-Chriſtum . Virum ſanctiſſimum benigne interpretantur ſanctus Antoninus , & Thomas Malvenda , qui etiam epiſtolam ipſam tranſcripſit . Opinionem hanc invaluiſſe , ait , in Etruria inter ſanctiſſimos Eremitas , Venetiis , & alibi . Joannes Boterus refert , alios ejuſdem temporis hujus ſententiæ tutelares , Jacobum de Miſnia , Theodoricum Uriam Auguſtinianum , & Henricum de Haſſia , qui integros de hoc argumento libellos ſcripſerunt . Inter omnes vero Manfredus vehementius , & acrius iſta urgebat in partibus Lombardiæ : *Neſcio* , inquit Antoninus , *quo ſpiritu ductus , ita ut terrore ejus doctrinæ mul-*

Mota in eum perſecutionis exordia.

Quorumdam opinio de adventu Anti-Chriſti. *Antonin. relatus a Bzov. ad ann. 1416. n. 29.*

Antonin. tit. 23. c. 8. §. 4.

Malven. de Anti-Chriſto lib. 2. c. 38.

Boter. par. 2. de Princ. Chriſtia.

multi utriuſque ſexus contemnentes ſeculum juvenes, & virgines, ſenes cum junioribus, habitum ſub eo receperint Tertii Ordinis ſancti Dominici, homines ultra centum, & fœminæ plus quam trecentæ, ſimplices omnes & Lombardi. Ducem ſuum Manfredum univerſi ſecuti, Bononiam profecti ſunt, inde Florentiam hoc anno pervenerunt, quos, ut Martinus illic commoratus conſpexit, juſſit ut redirent in domos ſuas, præcepitque, ne ullum eis ferretur ſubſidium, ſed neutrum eſt aſſecutus, illis miro nexu conglutinatis Manfredo, & veluti exulibus & piis, populo commiſerante. Florentia Romam abierunt, ubi eis martyrium, & victoriam contra Anti-Chriſtum præceptor pollicebatur; ſed brevi magna parte ex hac vita decedente, reliqua magnis anguſtiis compreſſa, complures a dæmonis vexatæ, aliæ bonorum Angelorum ſpectris ludificatæ, in duas partes ſunt diviſæ, & paulatim defecerunt per mortem, quarum aliquæ pie objerunt, abſque eo quod viderint Manfredum, uti credebant, Papam, neque Anti-Chriſti ſera bella, aut terrores fuerint experti. Deinde ſub Eugenio IV. Manfredus ipſe, nimis aliquando credulus, inquit ſanctus Antoninus, viſionibus illarum fœminarum, Romæ deceſſit, ſepultus in Conventu Minervæ. Additque: *Prædicabat Bernardinus*, Senenſis ſcilicet, *contra eum, arguens factum illud, & Manfredus contra Bernardinum, in aliquibus doctrinæ ſuæ cum ſuggillans*. Hæc omnia diffuſius narrant ſanctus Antoninus, & Abrahamus Bzovius, breviterque inſinuat Ambroſius Catarinus.

Antonin. ab eod. Bzov. cit. Bzov. an. 1426. Catar. tract. de Conceptio.

III. Clarius rem omnem recenſet ipſe ſanctus Bernardinus peculiari tractatulo, alioque opuſculo viginti trium articulorum, quos contra Manfredum in judicio produxit. Illinc orta prima notitia, quod frater Vincentius, Bernardini ſocius, vir pius & doctus, in Caſtro-novo prope Terdonam interrogatus a nobili quadam matrona nupta, an liceret vovere in manibus cujuſdam Monachi Aſtenſis, qui vicaria fungebatur auctoritate Manfredi, quotieſcumque, & quocumque vocaretur, ſe ſecuturam Manfredum, ut fugeret a perſecutione Anti-Chriſti, reſpondit non licere inconſulto, multo minus renuente marito, quod ſequacium in eum concitavit invidiam, aſſerentium Spiritum ſanctum matrimonii auctorem, imminente tanto ſalutis periculo, poſſe illud diſſolvere. Secundam habuit notitiam Alexandriæ ab Inquiſitore Dominicano, qui litteris egit cum Manfredo, circa duo hæc potiſſimum puncta de Anti-Chriſti adventu, & licito, quod prædicabat, conſortum divortio: nec vero quidquam profecit. Tertias accepit querelas a Leonardo, Generali Magiſtro Ordinis Prædicatorum, quod Manfredum a periculoſa hac doctrina, & ſequela non potuerit retrahere. Unde palam cœpit Bernardinus in eum prædicare Alexandriæ, & novam hanc religionem, uti appellat ſanctus Antoninus, *Anti-Chriſtianæ ſectæ* nomine ſuggillare, quo etiam titulo eamdem in ſuis operibus compellat. Sævit illico in eum tempeſtas, nihilque intentatum reliquerunt Manfredi ſectatores, & fautores, quo ejus minui poſſet auctoritas, & nomen offuſcari. Anti-Chriſti nuntium paſſim appellantes, hæreſim objecerunt, & genus idololatriæ, quod adorandam quotidie exponeret ex ſuggeſto tabellam, aureis litteris, radiis ſolaribus circumornatis, exaratam. Eæ erant nominis Jeſu, quod ſummo ſtudio fidelium cordibus imprimere, & ſumme neglectum renovari, atque adorari ſatagebat. Eo proceſſit altercatio, ut neceſſe habuerit Martinus Pontifex utrimque interdicere, & Manfredum ſuæ gentis ſequela, & Bernardinum illa picta tabella. Hic obſecutus pium docendi genus intermiſit, & denuo ex ejuſdem Pontificis licentia reaſſumpſit: ille vero a ſuorum ſequela non potuit avelli. Scriptis hinc inde articulis, deputati ſunt judi-

Bernard. to. 1. ſerm. 7. art. 2. c. 2.

judices in Urbe Cardinales duo, Antonius, civis & Epiſcopus Senenſis, & Nicolaus Albergatus, civis itidem & Epiſcopus Bononienſis, a quorum judicio reſiliens Manfredus, obtinuit ut controverſia committeretur Dominico Capranicæ, tituli ſanctæ Crucis Cardinali, & demum Joanni de Caſanova Aragonio Ordinis Prædicatorum, tituli ſancti Sixti Cardinali: a quo poſtremo cauſam Bernardini ad ſe revocavit Eugenius IV. & virum ſanctiſſimum valde commendatum, a moleſtiis omnibus liberavit, uti anno MCCCCXXXII. referemus, aſſiſtente in his tribulationibus Bernardino ejus individuo ſocio, & diſcipulo beato Joanne Capiſtranenſi. Viſum eſt hæc maniſeſtius, & clarius præſtruere tot hujus controverſiæ anfractibus, & frequentibus, quæ ſequuntur diverticulis.

IV. Prædicaſſe hoc anno Bernardinum Placentiæ, illius urbis monumenta teſtantur, & probat ſuggeſtum apud Minores Conventuales, in hunc uſque diem conſervatum, in quo depicta eſt ſancti Viri effigies, tabellam ſupradictam manu tenentis. Adeo civium corda emollivit & flexit, ut ſacra monita libenter admiſerint, & ultro decreverint Bernardini ſectatoribus domum conſtruere. Anno ſequenti vir nobilis Jacobus Muſſus moriturus legavit conſtruendæ neceſſaria, uti tunc dicemus. Mantuæ etiam populos docuiſſe narrat Doneſmundus, atque integras Quadrageſimas prædicaſſe ad preces Paulæ Malateſtæ, uxoris Principis Mantuani. Sed ſequenti anno, ſacro illo tempore, conciones ibidem habuit, in urbem regreſſus, Principis voto ſatisfacturus, & Monaſterii opus, de quo ſtatim, completurus. Tunc ingens illud accidit miraculum, quod ex teſte oculato refert anonymus, quem diximus, auctor legendæ. Tranſmittenda erat aqua, urbem illam attingens, rogavitque nautam, ut propter Deum ipſum traduceret. Ille mercedem a Deo expectandam negligens, naulum exegit, exiſtimans illum pecuniam habere. Bernardinus ait, ſe Dei amore facultates omnes contempſiſſe, iterumque orat, ut pro Dei amore ipſum cum ſocio tranſvehat, eadem hora in urbe illa concionem habiturum. Recuſat nauta, & dicit: *Etiamſi omittenda tibi concio ſit, ego te in navem meam non recipiam, niſi naulo perſoluto*. Sentiens Vir Dei non poſſe ſe hac via trajicere in urbem, bene confidens in Domino, qui humiles, & timentes ſe cuſtodit, qui imperat ventis, & aquis, qui ſedare novit tempeſtates omnes, & ſuper mare gradiebatur, ſic compellat ſocium ſuum: *Frater mi ſatiſne fidis Domino*? Reſpondit ille: *Plane Pater*. Et Bernardinus: *Potes*, inquit, *imitari quod me facere videris*? Illo dicente ſe poſſe: Bernardinus palliolum ſuum expandit ſuper aquas, primuſque ipſe calcat illud, ſocius ſequitur: atque ita ambo flexis genibus, oculis & manibus in Cœlum ſublatis, divinam jugiter implorantes opem, in alteram aquarum partem ſine ullo metu, & cura incolumes evaſere, cum navis necdum medium eſſet emenſa ſpatium. Cernentes id tum qui in navi erant, tum qui ſtabant in litore, alta voce pariter implorabant Dei miſericordiam, tam inſigni miraculo obſtupefacti.

Prædicat Bernardinus Placentiæ.

Et Mantuæ. *Doneſm. in hiſt. Mantuan. lib. 5.*

Surius in vita S. Bern. c. 34.

Super pallium cum ſocio aquas calcat.

V. Ad Eccleſiam Equinenſem in Achaja, ſub Archiep. Athenien. aſſumptus eſt hoc anno frater Bertrandus de Inſula, Magiſter in ſacra Theologia, XVIII. Kal. Februarii. Ad Baleacen. in Albania, ſub Archiep. Antibaren. frater Alphonſus de Carceres, VI. Kal. Aprilis. Ad Caprenſem in mari Tyrrheno, ultra Surrentinam urbem, ſub Archiep. Amalphitano, frater Jacobus Capuanus, per translationem Benedicti ad Ravellenſem, X. Kal. Maii. Ad Nanderalbenſem, ſub Archiep. Colocen. frater Matthæus de Chiapa, per obitum Gregorii etiam Minoritæ, III. Kal. Septembris. Ad Capreanam, ſub Archiep. Amalfitan. frater Joannes Ferretus ſacræ Theologiæ

Fr. Bertrandus Epiſc. Equinen.

Fr. Alphonſus Baleacen.

Fr. Matthæus Nanderalben.

Fr. Joannes Caprean.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI. Fr. Paulus Epiſc. Ortanus, Adjacen. Anconitan. & Aſculanus.

Joan. Rex Caſtellæ jubet obſervari diem S. Franciſci.

giæ Magiſter, per obitum Jacobi, XVI. Kal. Januarii. „ Ad Adjacenſem
„ in Corſica, ſub Archiepiſcopo Piſano frater Paulus Albertius Florenti-
„ nus translatus ab Eccleſia Ortana die V. Junii. Hic poſtea translatus eſt
„ ad Eccleſiam Anconitanam, deinde ad Aſculanam.
„ VI. Joannes II. Rex Caſtellæ, & Legionis, erga Minores addictiſ-
„ ſimus, quos proinde ab omnibus exactionibus voluit in ſuo regno immu-
„ nes, & ſuis miniſtris in omnibus tribunalibus apprime commendatos,
„ emiſſo diplomate anno MCCCCXXXVI. hoc anno Patris ſui Henrici imita-
„ tus pietatem, & erga ſanctum Franciſcum affectum, præcepit, ut dies
„ natalitius ejuſdem ſancti Inſtitutoris pro feſtivo haberetur, hoc emiſſo di-
„ plomate.

Joannes Caſtellæ, & Legionis Rex omnibus & ſingulis perſonis in regnis noſtris commorantibus ſalutem in Domino, qui vera eſt ſalus.

„ VII. *QUanda diligenter attendimus, & cordis intima cogitatione*
„ *penſamus excelſam meritorum prærogativam, quibus beatus*
„ *Franciſcus tam glorioſe ſublimatur, non poteſt animus*
„ *noſter contineri, quin aliquo devotionis indicio demonſtret, quanto erga*
„ *ipſum Sanctum affectu rapiatur. Quare Regis Henrici genitoris noſtri, cu-*
„ *jus in feſto ſancti Franciſci conſtat diem fuiſſe natalem, devotionem imi-*
„ *tantes, volumus, ſtatuimus, & ordinamus, quod dies ipſius Sancti, qui*
„ *incidit in* IV. *Octobris ſemper in regnis noſtris ſolemniter celebretur, ſicut*
„ *dies Dominici conſueverunt celebrari, prohibentes, & mandantes, quod in*
„ *prædicto die ſervilia opera ab omnibus penitus evicentur, ſub pœnis latis*
„ *contra eos, qui Dominicos dies non ſervaverint, de quo Ordinarii locorum*
„ *maxime curabunt. Datum in Villa de Majorita die* XXIV.

Tom. 7. an. 1342. n. 18. & ſeqq. Ibid. n. 35. Confirmantur Minoritis loca Terræ ſanctæ.

VIII. Erant, qui hoc tempore conarentur interturbare pacificam poſſeſſionem ſanctorum locorum Hieroſolymorum, & Vallis Joſaphat, quæ a multis annis conceſſa fuerant Minoritis, uti alias enarravimus. Commiſit Pontifex cauſam examinandam Joanni Patriarchæ Gradenſi, de quo alias diximus, & Nicoſien. ac Colocen. Archiepiſcopis, quibus injunxit, ut ſi per quinquaginta annos ea poſſediſſe Fratres probarent, in perpetuum ipſa, eorumque proventus, & emolumenta eis adjudicarentur. Mantuæ porrectum fuit commiſſionis inſtrumentum Patriarchæ, per fratrem Andream de Hungaria, & fratrem Joannem de Biſcaja, ſive Cantabrum, ubi examinatis teſtibus in Eccleſia Cathedrali ſancti Petri, præſente Principe Joanne Franciſco Gonzaga, & Joanne de Ubertis, aliiſque viris nobilibus, ſententiam tulit pro Minoritis. Pontificis Diploma, & Patriarchæ decretum, ne pereant, hic ſubjiciam. Alia plurima privilegia & gratias, quæ eorumdem locorum Fratribus conceſſit hoc anno, in Regeſto exſcribemus.

Venerabilibus fratribus Patriarchæ Graden. & Nicaſien. ac Colocenſi Archiepiſcopis.

Ex Bulla originali.

IX. *AD aſſiduum Chriſti ſervitium deputatos favore præcipuo proſequi Romana debet Eccleſia, ac illis præcipue gratiam ſuæ benignitatis extendere, qui, divinis vacando obſequiis, noſcuntur amplius promereri. Cum itaque, ſicut accepimus, Montis Sion, necnon Bethleem, & Sepulcri Dominici in Hieruſalem, & beatæ Virginis in Valle Joſaphat, loca, dilectis*

filiis

filiis Guardiano & Conventui Fratrum Ordinis Minorum dicti loci Montis Sion, ceteriſque ipſius Ordinis Fratribus in prædictis locis degentibus, qui etiam loca ipſa per multa tempora poſſediſſe aſſerunt, pro eorum uſu & habitatione valde accommoda eſſe noſcantur: Nos attendentes pia opera, quæ dicti Fratres pro Catholicæ fidei incremento, per prædicationis miniſterium, ac alias in illis partibus jugiter exercent, volenteſque propterea Fratres ipſos favoribus proſequi gratioſis, fraternitatibus veſtris, de quibus in his, & aliis fiduciam in Domino gerimus ſpecialem, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum, loca prædicta, quorum confinia præſentibus alias haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, Fratribus ipſis dummodo ab eis per quinquaginta annorum ſpatium poſſeſſa fuerint, pro ſuis uſu & habitatione hujuſmodi in perpetuum, auctoritate noſtra concedatis, deputetis & aſſignetis, facientes eos dictorum locorum pacifica poſſeſſione gaudere: contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Et nihilominus Fratribus ipſis oblationes, quæ inibi, pia largitione fidelium, pro tempore erogabuntur, in eorumdem Guardiani & Fratrum, pro ſuæ vitæ ſuſtentatione uſus convertendas, per eorum procuratores, ſeu commiſſarios, quos Fratres ipſi, vel eorum ſucceſſores ad hoc duxerint deputandos, colligi faciendi, eadem auctoritate licentiam largiamini: conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis & conſuetudinibus Ordinis prædicti, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, ceteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Datum Florentiæ, VII. Idus Julii Pontificatus noſtri anno III.

Patriarchæ ſententia.

Præmiſſis multis more juridico, & inſerta Bulla, deinde ſubjungit.

X. *Viſis denique & conſideratis, ac diligenter inſpectis & examinatis, ac diſcuſſis omnibus & ſingulis, quæ in præmiſſis, & circa præmiſſa, videnda, examinanda, & conſideranda fuerunt; & ſuper omnibus & ſingulis matura ac diligenti deliberatione præhabitis, admonitis quoque dictis fratribus Andrea de Hungaria, & Joanne de Biſcaja præſentibus, ſuis & nominibus, quibus ſupra, ad hanc noſtram ſententiam, & pronuntiationem proferendam, & promulgandam pro præſenti die & hora, Chriſti nomine invocato, ejuſque Matris intemeratæ Virginis, beatorumque Apoſtolorum Petri & Pauli: nos Joannes Patriarcha Graden. necnon. Commiſſarius & delegatus, ac executor Apoſtolicus antedictus, ſedentes pro tribunali in majori Eccleſia Cathedrali ſancti Petri, glorioſæ civitatis Mantuæ, quem locum ſpecialiter deputavimus & elegimus ad hunc actum, & ad hanc noſtram ſententiam diffinitivam promulgandam & proferendam. In his ſcriptis dicimus, ſententiamus & diffinitive pronuntiamus in hunc modum, videlicet: Quia comperimus, ac nobis pleniſſime conſtat per dicta & atteſtationes ſupra nominatorum teſtium legitimorum, & pleniſſime fide dignorum, quod Conventus & habitatio dictorum locorum Montis Sion, & Bethlehem, ac Sepulcri Dominici, necnon Eccleſia beatæ Mariæ Virginis in Valle Joſaphat a dictis Fratribus Minoribus Ordinis ſancti Franciſci nedum per quinquaginta, ſed per ſexaginta annorum ſpatium & ultra, ab inde citra, & de præſenti dicta loca & territoria tenta & poſſeſſa fuerunt, & ſunt continue. Idcirco ſententiando & pronuntiando dicimus & ſententiamus, prænominata loca ſæpedictis Fratribus Ordinis Minorum ſancti Franciſci, & ad ipſos Fratres, &*

eorum

eorum Ordinem pleno jure ſpectare & pertinere: & ipſis Fratribus in illis partibus degentibus pro eorum uſu & habitatione in perpetuum, auctoritate Apoſtolica qua fungimur in hac parte, & in executione dictarum litterarum Apoſtolicarum tenoris ſupraſcripti, damus, concedimus, conferimus, & aſſignamus, ac adjudicamus: ut de cetero, ſive in poſterum prædicti Conventus & Fratres Minores loca ſæpedicta, & ipſorum locorum quieta & pacifica poſſeſſione gaudeant & poſſideant, ac pacifice & quiete gaudere & poſſidere debeant. Nihilominus Fratribus ipſis oblationes & eleemoſynas quaſcumque, & proventus pro eorum vitæ ſuſtentatione factas, quæ, & qui inibi pia largitione fidelium pro tempore erogabuntur, in uſum eorumdem locorum Guardiani & Fratrum Minorum, auctoritate Apoſtolica qua fungimur ut ſupra, damus, confirmamus & attribuimus, pariterque, ut præmittitur, adjudicamus in ſuos uſus ubilibet convertendas per eorum procuratores, ſeu commiſſarios, quos Fratres ipſi, vel eorum ſucceſſores ad hoc duxerint eligendos, deputandos & inſtituendos per ipſos Fratres, vel eorum ſucceſſores, & toties quoties eis videbitur opportunum, recipi, & recolligi faciendi, memoratiſque Fratribus, eadem auctoritate Apoſtolica pleniſſimam licentiam elargimur, ac præfatorum ſanctiſſimorum locorum celebri veneratione aſtricti devotiſſime impertimur: conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis & conſuetudinibus Ordinis prælibati, etiam juramento, & confirmatione Apoſtolica, vel quacumque alia firmitate roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcumque non obſtantibus. Et prædicta omnia & ſingula dicimus, pronuntiamus, ſententiamus & definimus ſupradictis modo & forma, quibus melius poſſumus & debemus. In quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum robur, & firmitatem, hanc præſentem noſtram ſententiam diffinitivam, cum prædictis petitione, & capitulis ſubſequentibus, ac dictis, & atteſtationibus teſtium præmiſſorum coram nobis exhibitis per ipſos Fratres, noſtri Patriarchatus ſigilli in talibus conſueti, jubemus munimine roborari.

XI. Lecta, lata, data, & in his ſcriptis ſententialiter promulgata, pronuntiata, & declarata fuit ſupraſcripta ſententia, & pronuntiatio diffinitiva per prælibatum Reverendiſſimum in Chriſto Patrem & Dominum D. Joannem, miſeratione divina Patriarcham Graden. necnon Commiſſarium & delegatum ac executorem Apoſtolicum antedictum pro tribunali ſedentem, in majori Eccleſia Cathedrali ſancti Petri, civitatis Mantuæ, quem locum ſibi elegit, & ſtatuit ad hunc actum, & ad hanc ſuam ſententiam, pronuntiationem & declarationem proferendam & promulgandam, anno Domini MCCCCXXI. Indictione quarta decima, die Martis, ſeptimo menſis Januarii, hora vigeſima ſecunda, vel circa, præſentibus magnifico & excelſo Domino Joanne Franciſco de Gonzaga, Mantuæ Imperiali Vicario, populique Capitaneo, & Domino generali, Reverendo in Chriſto Patre & Domino Joanne de Ubertis, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopo Mantuano.

XII. Voluerunt etiam alii in Gallia impedire profectum & propagationem regularis Obſervantiæ, & revocare ad communitatem Ordinis omnes illos Conventus a Concilio Conſtantienſi exemptos, & ſtrictioris vitæ

Pontifex confirmat decretum Conſtantienſe.

ſectatoribus deſtinatos, uti ſuo loco diximus; aſſerentes omnia illa Synodi decreta circa Minorum regimen fuiſſe a Martino Pontifice revocata. Male hoc habuit Pontifex, declaravitque ſequenti Bulla, non ſolum non revocaſſe, ſed omnibus novum robur adjeciſſe. Diploma hoc diligenter procuravit

Guillelmus Joſſelinus.

Guillelmus Joſſelini, vir nobilis & doctus, qui dum tironem ageret in provincia

vincia Turoniæ apud Fratres Obſervantes, uti Belgica Chronica Minorum apud me MSS. referunt, & videret mœrentes Fratres propter prædictum rumorem de revocato decreto Conſtantienſi, dixit Superiori: *Si pioeet mihi reddere veſtes ſeculares, & in regreſſu ad Ordinem computare, quos in tirocinio tranſegi menſes quatuor, ſpondeo me obtenturum a Martino Pontifice indulti Conſtantienſis confirmationem.* Quod promiſit, complevit, obtenta hac Bulla. Multa egregie præſtitit poſt regreſſum, Conventum Metenſem reformavit, mortuuſque in provincia prædicta magna pietatis opinione, multa patravit miracula. Eſt autem quod hic moneam, Conventum Angeliacenſem in hoc diplomate non recenſeri, quem tamen Synodus adnumeraverat: unde judicandum eſt juxta controverſiam ſuperius a nobis relatam ab Obſervantia deſciviſſe. *An.1418. n.45.*

Ad futuram rei memoriam.

XIII. *ROmanum Pontificem Chriſti Vicarium, beatique Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſorem, Religioſos ſub arcta Obſervantia Domino devote famulantes Apoſtolicis convenit munire præſidiis, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos a ſincero propoſito revocet, ſeu robur, quod abſit, ſacræ Religionis infringat. Accepimus ſiquidem, quod nonnulli Miniſtri, & aliqui alii profeſſores Ordinis Fratrum Minorum prætendentes nos pridem, ſtatuta, decreta, & ordinata per ſacram Synodum Conſtantien. provinciarum Franciæ, Burgundiæ, & Turoniæ, ſecundum morem ipſius Ordinis, necnon domorum de ſancto Audomaro, Morinen. de Sogio, Sagien. de Varennis, Rhemen. de Dola, Biſuntin. de la Valle Guidonis, Cenomanen. de Ciicio, Nanneten. de Ambaſia, Turonen. de Bercorio, Choletto, & Fontiniaco Comitis, Maleacen. diœceſis, ceteraque domorum infra provincias præfatas exiſtentium, qui Ordinem præfatum dicuntur ſub arctiori Obſervantia tenere, per ſuas litteras conceſſa in genere, vel in ſpecie, per noſtras litteras revocaſſe, caſſaſſe, irritaſſe, & annulaſſe, reponendo ipſum Ordinem quoad electionem Generalis, & provincialium Miniſtrorum ejuſdem, & Obſervantiam regularem vivendi, ſub obedientia Prælatorum ipſius Ordinis, eo modo, ſeu in iiiis terminis, in quibus Ordo ipſe ante obitum, & tempore fel. rec. Gregorii Papæ XI. prædeceſſoris noſtri exiſtebat, non obſtantibus litteris, & privilegiis Apoſtolicis, & aliis indultis, ſub quavis verborum forma hactenus quibuſcumque conceſſis, & concedendis in futurum, etiamſi de iiiis, & eorum totis tenoribus eſſet in eiſdem de præmiſſis mentio facta ſpecialis, prætextu aſſertarum noſtrarum litterarum, necnon revocationis, irritationis, caſſationis, annullationis, & repoſitionis præfatarum, eoſdem Vicarios, Guardianos, & Fratres dicti Ordinis, provinciarum & domorum præfatarum, contra hujuſmodi ſtatuta directa, & ordinata præfatæ Synodi, diverſis modis opprimere, & moleſtare præſumpſerint hactenus, & præſumunt, in præfatorum decretorum, ſtatutorum, & ordinatorum Sacri Conciiii derogationem non modicam. Nos igitur, qui contra hujuſmodi præfatæ Synodi ſtatuta, decreta, & ordinata, nihil hactenus voluimus, prout nec volumus, attentari; intendentes memoratos Vicarios, Guardianos, & Fratres ab illatis, & forſan inferendis oppreſſionibus, & moleſtationibus omnibus ſuper præmiſſis, & eorum occaſione, relevare, motu proprio declaramus noſtræ intentionis & voluntatis hactenus minime fuiſſe, aut etiam exiſtere, aliquid contra hujuſmodi ſtatuta, decreta, & ordinata in præfatorum Fratrum de Obſervantia favorem, & litteras dictæ Synodi feciſſe, aut derogaſſe eis, ſeu ilia,* *Reg. Vat. lib. de regul. an. 3. fol. 174.*

illa, vel illorum aliquod revocaſſe, caſſaſſe, irritaſſe, & annullaſſe in genere, vel in ſpecie. Quinimo volumus dicta decreta, ſtatuta, & ordinata, in ſuo ordine permanere: Decernentes quaſcumque noſtras, & alias litteras, ſi quæ forſan in contrarium in aliquo repertæ fuerint, ſeu reperientur in futurum, necnon quaſvis alias, nullius extitiſſe, vel exiſtere roboris, vel momenti. Non obſtantibus clauſulis, ſub quibuſcumque verbis expreſſis in eiſdem prætenſis, vel aliis litteris, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c. noſtræ declarationis, voluntatis, & conſtitutionis infringere &c. Si quis &c. Datum Florentiæ Nonis Maii anno III.

An. 1418. n. 11. Conv. Scarlin. vel Montis-muri. *Conv. in Prov. Tuſc. Conv. 12.*

XIV. Multi hoc anno admiſſi, vel fabricati ſunt Conventus, præſertim regularis Obſervantiæ. Expulit beatus Thomas a Florentia, ſive de Scarlino, quem alias Vicarium diximus in partibus Calabriæ, Fratricellos hæreticos e quodam loco ſolitario *montis-muri* nuncupato, prope pagum Scarlinum in Tuſcia, & ex domini Popilonienſis, cujus intererat, Summique Pontificis conceſſione domicilium ſibi ſuiſque Conſodalibus adaptavit, ubi reliquam vitæ partem ſanctiſſime tranſegit, unde & *Scarlini* cognomen adhæſit. Eo defuncto, domunculam nimis humilem, & incultam in meliorem formam redegit anno MCCCCLXX. frater Gaſpar Florentinus Thomæ diſcipulus. Anno MDXXXIX. die XVI. Maii repente irruentes Turcæ Cœnobium expilarunt, Guardianum, & Fratres captivos abduxerunt. Ne vero amplius hujuſmodi paterent periculo, piorum impenſis, obductis vallis, & propugnaculis in fortalitii modum, ædem munierunt. Sed iterum anno MDLXVI. advenientibus Turcis, omnes ſugerunt, neque amplius regredi tutum judicarunt. Propter piorum tamen virorum, qui illic inhabitarunt, reverentiam, Reverendiſſimus Dominus Gonzaga, dum Comitia provinciæ Tuſciæ ad Podium Bonitii anno MDLXXX. celebraret, præcepit, ut novo reficeretur incolatu. Solebat prædictus Dei ſervus Thomas ita ſuos diſcipulos, & conſodales orationi, & contemplationi aſſuefacere, ut poſt matutinum omnes ad vicinum nemus ſimul pergerent, & ſinguli in diverſis tuguriolis ex ramuſculis contextis, uſque ad auroram divinis contemplandis myſteriis vacarent. Ingenti & diuturno miraculo accedebant lupi prægrandes, qui præ foribus accubabant, & Fratribus tamquam agni manſueti colludentes ab aliarum ferarum incurſibus defendebant. Aſportandis etiam eleemoſynis e pagis longinquis adjutorio erat frequenter magnus cervus, cui caſu ex ſilva exilienti ita beatus Thomas præcepit.

XV. Floruerunt hic magna pietate, licet in Eccleſia ſanctæ Firmæ ſepulti, frater Lanceslaus Hungarus regiæ proſapiæ, vir utique integerrimus, Polydorus Romanus, qui relicta Senatoria trabea, liberiſque contemptis, hic religioſiſſimam vitam tranſegit, Gaſpar prænominatus, Marius Maſſainus ejuſdem conſocius, ſingulari quadam ſanctitatis prærogativa illuſtres. Mirandum illud, quod accidit relaxatæ abſtinentiæ documentum. Moris erat eo loci abſtinere a carnibus. Dæmon aſſumpta humana ſpecie, ſe ingeſſit domini Popilonienſis, erga Fratres ſumme benefici, domeſticis obſequiis. Paulo poſt miſericordiæ, & pietatis titulo ſuggerere cœpit hæro,

Dæmon ficta ſpecie Fratribus illudit.

ut pauperculos Fratres male habentes, perpetuo eſurientes, abundantius paſceret, & miſſis carnibus aliquando nimiam abſtinentiam temperaret. Juſſit hærus, ut ille ferendarum in ſe curam aſſumeret, talemque callidus inſidiator ſuſcepit, ut ſæpius & abundantius, quam ſuſpicaretur Dominus, aut Fratres cuperent, aſportaret. Inſurrexit inter Fratres murmur relaxatæ abſti-

abſtinentiæ, & enervatæ pœnitentiæ, adeo frequenti carnium manducatione; opportuitque ut Guardianus prædictus Gaſpar Florentinus, ad heroem iret, & latentis fraudis, quam ſubodorabat ſuſpicionem exponeret. Vocatus fictus ſamulus, interrogatuſque quinquies vel ſexies cujas, aut cujus filius eſſet? Impatienter reſpondit: moroſum ſe habere herum, qui patriam, progeniemque ultro vellet extorquere. Cui Guardianus: *Propterea interrogamus, quia ſuſpicamur, te non ex his noſtris, ſed ex infernis eſſe regionibus.* Tunc Dæmon ad dominum converſus, maximo furore ait: *Benefac his ingratis, qui probra, atque injurias ob recepta referunt beneficia*, & mox ingenti ſtrepitu & fragore ex eorum evanuit conſpectu. Heros ſumme perterritus Fratres deinceps in majori habuit veneratione.

XVI. Lapide uno ab Eugubio Umbriæ civitate, in nemoroſo colle Patres Auguſtiniani domum ſibi ædificaverunt, ſub titulo ſancti Hieronymi, introductis quibuſdam ex regulari Obſervantia ejuſdem Religionis. Orta eſt contentio inter eos circa ædis regimen, diſſenſionis præcipuo auctore quodam Ugolino. Hinc Joannes XXIII. domum ſubjecit fraternitati ſancti Auguſtini ejuſdem urbis, quæ recedentibus inde Fratribus, præter Ugolinum & pauculos, domum ruinæ proximam reparavit, ea intentione ut Fratribus regularis Obſervantiæ Ordinis ſancti Franciſci tribueretur. Oravit itaque nobilis vir Guido Antonius Comes Montis Feretri, ut ſuppreſſo ibidem Ordine ſancti Auguſtini, conferretur Minoritis. Annuit votis hoc anno Martinus, & domum ſubjecit Conventui ſancti Franciſci urbis prædictæ: *Humilibus ſupplicum*, III. Idus Aprilis. Subjectionem hanc, tamquam inſolitam in Ordine ſancti Franciſci, in quo Conventus omnes ſuos Guardianos, ab aliorum Cœnobiorum Prælatis habent independentes, revocavit Eugenius IV. anno VI. Pontificatus. Hoc in loco ſanctus Franciſcus mulierem defunctam ad vitam revocavit: qua de cauſa Baptiſta, Philippus, & Hieronymus de Biſcazaribus, Eugubini cives, majorem ſilvæ adjacentis partem Fratribus donarunt.

Conv. Eugubii. *Idem in Prov. S. Franc. Con* 23.

XVII. Prope Theatem, Marucinorum urbem, in regno Neapolitano, frater Dominicus Genuenſis, vir venerabilis, diſertiſſimus divini verbi prædicator, poſt Joannem Stronconium provinciæ ſancti Bernardini fundator & auctor, Theatinorum munificentia hoc anno Conventum ſub ſancti Andreæ nuncupatione conſtruxit, ubi ipſe poſt aliquot annos corporis depoſuit exuvias.

Conv. Theatis. *Idem in Prov. S. Bernard. Conv.* 5.

XVIII. In Lotharingiæ urbe Vico, Metenſi Epiſcopo per omnia ſubjecta, dereliquerant Tertiariæ quædam Sorores domum ſuam, & in aliam tranſierant profeſſuræ arctiorem vitam, ſub regula ſanctæ Claræ. Priorem domum conceſſit Conradus Epiſcopus Fratribus regularis Obſervantiæ hoc ipſo anno, die XII. Februarii, & ab omni exactione voluit immunem.

Conv. Vici in Lotharingia. *Idem in Prov. Franc. Pariſ. Conv.* 8.

XIX. Sub hunc annum Cheriaci, quæ Biſuntinæ Diœceſis pagus eſt in Burgundia, Margarita Duciſſa, & Comitiſſa Burgundiæ domum Minoribus extruxit, obtenta prius facultate a Joanne XXIII. deinde a Concilio Conſtantienſi, annuente etiam Theobaldo Epiſcopo Biſuntino. Conventum nemoris de Mugello in Tuſcia celebrem, cujus originem & amplam hiſtoriam deſcripſimus, diximus hoc anno (quod & vere tunc contigit) ad Obſervantinos translatum.

Conv. Cheriaci. *Idem in Prov. S. Bonav. Conv.* 12.

Tom. I. an. 1212. n. 41.

XX. Tunc etiam conſtructus Conventus ejuſdem Inſtituti, non procul a Penna Aprutiorum civitate, ex diverſis Civium eleemoſynis, id curante Dominico Genuenſe ſupra relato, ſub titulo ſancti Chriſtophori. Poſt annos octoginta ſedem mutarunt Fratres, quod cœli temperies minus faveret,

Conv. Pennæ. *Idem in Prov. S. Bernard. Conv.* 4.

ret, ex publico urbis ærario data pecunia pro conſtruenda domo altera in loco eminentiori, ſub invocatione ſanctæ Mariæ. Obierunt hic magna virtutis & pietatis opinione, Ægidius Anglanus, beati Joannis Capiſtrani cariſſimus ſocius, virtutum omnium æmulator, qui Colucium Maleonum ad ſuum ſepulcrum orantem a gravi infirmitate liberavit. Jacobus Clericus, adoleſcens, moribus & maturo ingenio ſenex, prophetico ſpiritu inſignitus, & Petrus laicus laboris patientiſſimus, in oratione aſſiduus, frequenter extaticus a terra ſublevabatur.

Transfertur ad Obſervantes mons Alvernæ.

XXI. Hoc anno, vel anteriori, devenisse in poteſtatem Obſervantum ſacrum Conventum Montis Alvernæ, habeo ex Diplomate hoc anno Martini emiſſo, in quo Fratribus Ordinis Minorum de Obſervantia loci de Alverna, Aretinæ Diœceſis, confirmat donationem Eccleſiæ parochialis ſancti Laurentii de Sala in oppido Bibienæ, ejuſdem Diœceſis, ab Epiſcopo Bæſo dudum factam, ut in domibus contiguis ejuſdem Eccleſiæ cœnobium ædificaretur Minorum: *Sacræ Religionis*, Kalendis Auguſti. Donatio hæc facta eſt Patribus Conventualibus, ſub Alexandro V. ratamque habuit Joannes XXIII. ſucceſſor, cui novum robur adjici curarunt hoc anno Obſervantes. Quare non anno MCCCCXXX. uti habet Gonzaga, ſed MCCCCXX. recenſenda eſt translatio Conventus Alverniæ ad Obſervantes, idque ſuadet temporis circumſtantia, qua Florentiæ prope Montem Alverniæ hærentem Pontificem convenire potuit commode Franciſcus Catarinus Cluſinus, ex ſtirpe Orlandi, qui montem primo donavit, unicus ſuperſtes.

Gonz. in Prov. Tuſciæ. Conv. 7. & 17.
Vide de his ann. 1213. n. 12. & ſeqq.

XXII. Hoc anno conceſſit Pontifex ad preces Illuſtriſſimi Principis Petri, Ducis Conimbricenſis, Joannis Regis Luſitaniæ ſecundo geniti, ut Minores Obſervantes accipere poſſent Conventum ſibi ab eodem Duce ædificandum prope eremitorium ſancti Jacobi in Septa, Africanæ oræ civitate, a Joanne Rege paulo antea devicta: *In eminenti ſpecula*, IV. Nonas Junii. Ædificaſſe vero Principem abſque ulla mora conſtat ex alia Bulla anno ſequenti data, qua id Pontifex ipſe recenſet: *Sacræ religionis*, IV. Idus Junii. Indulſit hoc anno, ut Fratres ædificare poſſent Conventum in loco *Fuente de la pergua* nuncupato, in territorio villæ Iliturgii, vulgo *Andujar*, Giennen. Diœceſis in Hiſpania, ſibi a nobili viro Ferdinando Paes milite Cordubenſi donato: *Dilectos filios*, III. Kalendas Maii. Locumque nunc inhabitant Fratres Iliturgii: poſſediſſe prius Tertiarias Sorores ſcribit Gonzaga, eaſque, ſub anno MDXIII. ad Clariſſarum Monaſterium, ſub ſtrictiori regula victuras tranſiiſſe, relicta prima domo Minoritis. Vicario, & Fratribus Provinciæ, ſive Vicariæ Boſnæ, conceſſit Pontifex, ut domum ædificandam a nobili viro Joanne de Marot milite, Quinqueecclesien. Diœceſis, in quodam ſuo oppido, *Athya* nuncupato prædictæ Diœceſis, acciperent, quam licentiam etiam antea impertiit Innocentius VII. *Sacræ Religionis*, VII. Kalendas Martii. Eidem nobili viro facultatem dedit alium Conventum ædificandi ad honorem ſancti Ladislai Regis, in villa Warii, Diœceſis Waradien: *Sacræ Religionis*, eodem die. Fratri Marco Quirino Cretenſi indulſit ut in eadem inſula Provinciæ Achajæ duos Conventus ædificare poſſet, & in eis viginti Fratres aliunde translatos collocare, eiſque Vicarium præficere, ſub quo juxta regulæ ſuæ obſervantiam vivere liceret: *Sacræ Religionis*, VII. Kalendas Martii. Et abſolute Fratribus Obſervantiæ, præſertim Provinciæ Calabriæ, ut ſex Conventus poſſent admittere: *Promptum & ſedulum*, XV. Kalendas Junii.

Conv. Septæ.
Conv. Illiturgii.
Gonz. in Prov. Granat. Conv. 16.
Conv. Athyæ.
Conv. Warii.

XXIII. Circa hunc annum in Provincia Calabriæ, & Cuſtodia Regii Patrum Conventualium, ædificari cœpit Conventus Borelli oppidi, Diœceſis

Conv. Borelli.

ſis Miletenſis. Egregii operis habet odeum, floruitque ibidem Magiſter Franciſcus Zangarus ſacræ Theologiæ Magiſter, doctuſque Concionator. Conflagrarunt incendio hoc tempore univerſæ ferme ædes Minorum urbis Callienſis, de quarum origine alias locuti ſumus: commendavit Pontifex fidelibus, ut reſtaurandis præſtarent auxilium. Conventus Pontaſtagni, ſive Stamni, Curſolen. Diœceſis, de quo alias locuti ſumus, invenimus hoc anno originem in Diplomate Pontificio, qno controverſias aliquas cum Epiſcopo exortas circa decimas ſolvendas, voluit deciſas, quod ad majorem rei claritatem, dabimus in Regeſto: *Juſtis & honeſtis*, VI. Idus Maii.

Tom. 4. an. 1263. n. 21.

Tom. 8. an. 1349. n. 18.

„ Confirmavit etiam, imo verius revalidavit hoc anno Pontifex fundatio-
„ nem Conventus ſancti Spiritus Muris veteris, Valentinæ Diœceſis, quem
„ conſtrui poſſe Benedictus XIII. facultatem fecit. Martini autem Diploma
„ cum aliis datur in Regeſto: *Humilibus & honeſtis &c.* VIII. Idus De-
„ cembris.

ADDITIO ALIORUM.

XXIV. Baldns Bonifacius Plumbinus magnus Orator, eximius Juriſconſultus, & legum interpres in univerſitate Patavina, Franciſco Carrarienſi, Patavinorum Principi carus, in arduis negotiis ſæpe probatus, præſertim in legatione ad Galeatium Vicecomitem Principem Mediolanenſem, qua Franciſci ſenioris, patris, in cuſtodia defuncti corpus dari filio ſepeliendum impetravit, anno 1418. non 1428. uti habet Scardeonius, inchoavit ea in urbe Xenodochium pauperum, in honorem & ſub titulo ſancti Franciſci, cum Eccleſia, ſeu oratorio, & aliis contiguis officinis pro uſu & habitatione Fratrum Minorum de Obſervantia. Illo vero decedente, conjux Sibilia de Cepto, Gualperti filia, mariti hæres ex teſtamento ſcripta, opus complere volens, & Fratrum quieti providere, adjunxit aliud oratorium, & reditus pro Presbytero ſeculari, qui pauperibus miniſtraret abſque Fratrum moleſtia. Omnia rogavit a Pontifice hoc anno confirmari, qui de his ſcripſit ad Epiſcopum Patavinum: *Sinceræ devotionis affectus*, XI. Kalendas Aprilis. Scriptores Patavini de hoc Xenodochio in ea urbe celeberrimo, amplis reditibus, nobili ædificio, & inſtructiſſima officina aromataria, inſigni, ſcribunt, nulla facta Fratrum incolatus mentione. Viſum eſt itaque, ad clariorem tantæ ædis originem inſtrumentum ipſum in Regeſto exhibere.

Scardeon. fol. 99. Conv. Paduæ Xenodochii.

Scardeon. citat. Portinar. lib. 9. c. 47.

XXV. Hoſpitale alterum pauperum Villæ Francæ Montium de Occa, Burgen. Diœceſis, in Hiſpania, rexit longo tempore Didacus de Vergara Minorita, & regendum hoc anno alteri Minoritæ Petro de Frias, in ſacra Theologia Magiſtro, tradidit Blanca Regina Trinacriæ, Caroli Regis Navarræ filia primogenita, hoſpitalis patrona, quod confirmatum voluit Pontifex, datis litteris ad Archiepiſcopum Toletanum: *Gerentes in deſideriis*, IV. Idus Aprilis.

Minoritæ Rectores hoſpitalis Montium de Occa.

XXVI. Clariſſis etiam hoc anno aliquot accreverunt Monaſteria. Biturgiæ in Umbria, vulgo *Borgo di San-ſepolcro* ædificatum fuit a Biturgiano Senatu cœnobium ſanctæ Catarinæ ſacrum, pro Sororibus tertii Ordinis, quod temporis ſucceſſu factum eſt Clariſſarum. In civitate Mantuana, quod ſupra indicavimus, ſuaſu ſancti Bernardini Senenſis, Paula Malateſta Principis Mantuani conjux, nobile conſtruxit ejuſdem Inſtituti, ſub arcta regula ſanctæ Claræ, Monaſterium, a corpore Chriſti & ſancta Paula nuncupatum, ad quod tranſtulit viginti pias mulieres, quæ in humili tuguriolo abſque ulla regula vivebant, ſitum & domos aliquas libere donavit Joannes Thomaſius Doneſmundus, Principibus a ſecretis. Cura commiſſa regularis Obſervantiæ Patribus, virgines regulariter inſtituendi, advocatis ex Mo-

Mon. Biturgiæ: *Gonz. in Prov. S. Franc. Mon. 11.*

Mon. Mantuæ Corporis Chriſti.

Idem in Prov. S. Anton. Mon. 8. Doneſm. lib. 5. hiſtor. Mantuan.

Monaſterio ſanctæ Urſulæ Mediolanenſi, Sorore Franciſchina de Guiſſano, prima Abbatiſſa, miræ virtutis fœmina, & aliis vitæ Monaſticæ Magiſtris. Paulo poſt ad tantam pervenerunt hæ Moniales virtutis perfectionem & opinionem, ut multis inſtruendis & reformandis Monaſteriis abducerentur. Nullos admittere voluerunt reditus, neque tamen, quippiam deerat, curante fundatrice, & familia Gonzaga, omnia abunde miniſtrari. Plurimi fecerunt Principes Sereniſſimi domum hanc, eique crediderunt multas ſuæ proſapiæ virgines, inter quas valde emicuit Paula Gonzaga, Friderici primi Ducis ſoror, virtutum & miraculorum gloria inſignis. In ſolemnitate Corporis Chriſti ad templum hoc accedit ſolemniſſima totius Cleri, & populi ſupplicatio. Plurima huic Monaſterio privilegia a Martino conceſſa anno ſequenti dabimus in Regeſto. Ea fuit hujus nobiliſſimæ Principis erga ſancti Franciſci Ordines, præſertim reſtitutæ diſciplinæ, devotio, ut petierit licentiam a Pontifice anno ſequenti, tria Monaſteria Sororibus Clariſſis, & quatuor Fratribus Minoritis ædificandi in locis, vel terris magis opportunis, & pium hunc cogitatum ſecundum hunc numerum ferme complevit.

Mon. Drepanen.

XXVII. Duorum in Sicilia Monaſteriorum, urbis Mazariæ, & Drepani, ante multos annos fabricatorum, hoc anno invenio mentionem, & Moniales prioris, propter bellorum incommoda ad poſterius tranſiiſſe, in eoque dies ſuos terminaſſe, ac proinde omnino derelictam illam ædem cum ſuis proventibus, petierunt Drepanenſes ſibi uniri, de quo Pontifex ſuas litteras dedit ad Decanum Eccleſiæ Mazarien. *Digna reddimur attentione*, XV. Kalendas Junii. Monaſterio Avenionenſi, diminutis reditibus, laboranti univit Guido Epiſcopus Capellaniam a Ludovica de Barateriis, uxore quondam nobilis viri Andreæ Rapondi de Luca, fundatam, quod a Pontifice petierunt Sorores confirmari: *Illa devotarum*, IV. Nonas Julii. Monaſterii ſanctæ Claræ Hiſpalenſis privilegia a ſummis Pontificibus, Regibus, & Principibus conceſſa roboravit: *Exigentibus veſtræ devotionis*, XIV. Kalendas Martii.

Monaſt. Unlingien.

Bruſch. de Monaſt. German. Cruſ in an. Suev. lib. 6. p. 3. c. 12.

XXVIII. Hoc anno extructum Monaſterium Clariſſarum Unlingienſe, parvum quidem, ſed elegans, in tractu Marthalenſis Monaſterii, paulum ſupra Buſſium montem & arcem. Primus auctor fuit Walterus ab Ellerbarch Eques. Benefecit poſtea Andreas Comes Sonnenbergius, qui anno MDXI. periit: ſororemque habuit Magdalenam, illarum ſacrarum Virginum Rectricem, quæ anno MDXIII. cum alia quadam Sonnenbergia Margarita, naturali Eberhardi Comitis filia, peſte deceſſit. Beneficus quidem extitit Wilhelmus Dapifer Waldpurgius, Othonis Epiſcopi Auguſti, & Cardinalis, pater. Præerat huic loco adhuc MDL. Otilia Vogelmaierina Mammingenſis MDXXVII. electa.

Domus S. Mariæ de Regula in Urbe.

XXIX. Miniſtro & Fratribus Tertii Ordinis in Urbe commorantibus conceſſum eſt, ut in regione Regulæ, in parochia ſanctæ Mariæ in Cativeriis, hoſpitale cum ſacello, altari, & aliis neceſſariis officinis pro pauperibus, & infirmis ad illud pro tempore confluentibus, poſſent conſtruere: *Religionis veſtræ*, XIX. Kal. Januarii. „ Item conceſſum fratri Petro de

ADDITIO ANNALIUM.

„ Reverſatis Confeſſiones ſacramentales audire, licentia cujuſcumque mi-
„ nime requiſita, & a caſibus reſervatis abſolvere: *Perſonam tuam &c.*
„ III. Idus Februarii. Indulgentiæ etiam fidelibus pro reparatione Eccle-
„ ſiæ ſanctæ Mariæ in Pertica, Mediolanenſis diœceſis conceduntur: *Licet*
„ *is &c.* VI. Kal. Maii.

SUP-

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. PLura indicantur a ſummo Pontifice emanata pro noſtris, quæ in Litteræ Apoſtolicæ.
„ Annalibus recenſita non lego, quæ juxta ſeriem temporis referre
„ ex Petro de Alva & Aſtorga placet: & primo ut Garzia quatuor Fratri-
„ bus Minoritis Magiſterii conferat honorem: *Viri ſacræ &c.* III. Idus Ja-
„ nuarii; & Kalend. Maii Indulgentia pro Capitulo Generali Forolivienſi:
„ *Licet is &c.* & pro habitatione Fratrum in Eccleſia Turpienſi: *Sacræ re-*
„ *ligionis &c.* nonis Maii; ut frater Petrus non amoveatur a Conventu Indic. ex Vatic.
„ Barchinonenſi: *Merentur fructuoſa &c.* VIII. Idus Junii; pro obedientia
„ aliquorum Fratrum: *Humilibus &c.* III. Idus Junii; ut Joannes conferat
„ Magiſterium duobus Fratribus: *Devotionis tuæ &c.* II. Kalend. Junii:
„ pro cauſa Beatricis & Agnetis Tertii Ordinis: *Exhibita nobis &c.* IV. no-
„ nas Julii; & V. Idus pariter Julii Societatis Peregrinantium conſtituti
„ ſunt Conſervatores: *Dilectos filios &c.* fratri Ludovico datur Abbatia de
„ Porcellis Tyburtina: *Religionis zelus &c.* XVI. Kalend. Septembris; &
„ fratri Alphonſo magiſterium: *Religionis zelus &c.* III. nonas Octobris;
„ & II. Idus Octobris componitur lis inter Moniales Avenionenſes & Pe-
„ trum laicum: *Juſtis & honeſtis &c.* Fratri vero Guillelmo confirmantur
„ gratiæ a Miniſtro Generali conceſſæ: *Religionis zelus &c.* XIII. Kal. No-
„ vembris, & IX. Kalend. ejuſdem abſolutio Fratrum, & Clericorum Ca-
„ laguritanorum emanat: *Exhibita nobis &c.* & IV. Kalend. Breve pro re-
„ paratione Conventus de Daroca: *Humilibus &c.* & II. nonas, Fratres &
„ Clerici Calaguritani litigantes pro funeralibus componuntur: *Ea quæ*
„ *judicio &c.* III. vero Idus fratri Paulo conceditur commenda Monaſterii
„ ſanctæ Mariæ Magdalenæ: *Religionis zelus &c.* & II. Idus Fratribus de
„ Daroca licentia concionandi conceditur: *Honeſtis & devotis &c.* fratri
„ Alphonſo conceditur abſolutio quatuordecim perſonarum: *Illius qui &c.*
„ XIII. Kal. Decembris: XI. Kalend. vero fratri Guillelmo ut conferat
„ magiſterium 3. Fratribus: *Sinceræ devotionis &c.* & VI. Kalend. Paulæ
„ Mantuanæ ingreſſum Monaſteriorum: *Devotionis tuæ &c.* & domum
„ ſancti Spiritus Mantuanam conceſſit: *Sinceræ devotionis &c.* IV. Kalend.
„ frater Joannes fit Pœnitentiarius ſancti Petri: *Religionis zelus &c.*
„ IV. nonas diſpenſatur frater Guillelmus Cotti: *Religionis zelus &c.*
„ IV. Idus confirmatur frater Robertus in Miniſtrum Provincialem: *Ama-*
„ *biles fructus &c.* ac tamdem XIV. Kalend. Januarii conceditur fratri
„ Joanni ut eremiticam vitam agere poſſit: *Sacræ Religionis &c.* & X. Kal.
„ ejuſdem habentur litteræ pro Magiſterio fratris Ferdinandi: *Viri ſa-*
„ *cræ &c.*

„ II. In Concilio Conſtantienſi perverſi viri Joannes Huſs. & Hiero-
„ nymus Pragenſis, ſectatores Wicleffi Angli Hæreſiarchæ igne damnati, Wadd. ad ann. 1415.
„ ſuæ perfidiæ, impietatis, & hæreſum meritas pœnas luere; ſed in Boemia
„ animarum ſtragem eorum doctrina diabolica augebat; in immenſum enim Monum. MSS.
„ fere hæreticorum numerus excreſcens, præter Boemiam circumvicinarum Prov. Boemiæ.
„ etiam regionum gentes dementabat, & reſiſtentes gladio trucidabat;
„ hoc anno MCCCCXX. Conſules novæ civitatis Pragæ, per hos Huſſitas in
„ prætorio confodiuntur, & Fratres cum univerſo Clero in exilium diſſi-
„ pantur, impio & luſco Zyſzka per totam Boemiam Chriſtifideles perſe-
„ quente: itaque noſtrorum Monaſterium cum Eccleſia S. Ambroſio nun-
„ cupata, pium opus Wenceslai I. Boemiæ Regis in Suburbio erectum,
pe-

„ penitus deletum eſt: Eccleſia tamen ſancti Jacobi Vetero-Pragæ laniorum, defenſoriæ conſervata fuit.

B. Jacobus a Coronis floret.

„ III. Inter hæc autem beatus Jacobus a Coronis nuncupatus, a bellicis furoribus, & hæreticorum impietate inhumanæ alienus, licet Schiſmatis Eccleſiæ inter anguſtias, nihilominus virtutum fulgoribus egregie micabat. Erat Provinciæ S. P. Franciſci alumnus, in diœceſi Aſſiſienſi ortus: in Religione nil irreligioſum admittens, jugi incremento Evangelicæ perfectionis, regularis & inculpatæ vitæ exemplum evaſit. Procelloſo humanæ vitæ in pelago, ad Stellam matutinam Mariam ſemper intentos oculos habebat, gnarus, ea directrice ſe portum ſalutis adinventurum: quamobrem Virgini Deiparæ addictiſſimus, ſæpe Coronam ex 60. Ave Maria, & 6. Pater devote compactam in ejus honorem recitabat. In mutuis colloquiis, in exhortationibus, ſeu concionibus publicis, ſemper de beatiſſima Virgine Dei Genitrice Maria, ſermonem omni laude refertum habebat, ac efficaci gratia conditum, ut omnibus præfatam Coronam recitandi modum explanaret. Ajebat ſic eam ſalutantes, ejuſdem præpotenti interceſſione ab omnipotenti Deo gratias non paucas obtinere mereri. Hinc Jacobo cognomen a Coronis factum eſt. Dono prophetiæ clarus, plura etiam miracula per interceſſionem beatæ Mariæ Virginis edidit. Demum virtutibus & annis cumulatus, poſt Sacramentorum Eccleſiæ, cum devotione exemplari ſuſceptionem, in cœleſtem patriam tranſiit: anima ſiquidem ejus angelicis Choris ſociata in cœlum conſcendere viſa eſt. Vixit in virginitate annis LXX. & Biturgiæ ejus corpus in pace quieſcit. De eo poſt Marcum Ulyſſiponenſem plures agunt, quos in ſuo martyrologio citat Arturus.

„ IV. Sacra etiam Virgo Eliſabetha, vulgo Beta, Sveviæ patriæ oriunda celebranda occurrit. Joanne Anclero cive oppidi Waltſeenſis, anno MCCCLXXXVI. progenita, & a cunabulis Chriſtianæ pietati addicta, in timore Domini, & amore virginalis pudicitiæ adoleſcebat; quando ætatis ſuæ anno quartodecimo illecebras carnis exoſa, ut eas ſicut aſpernabatur, ita in ſemetipſa plene conter[illegible]et, prolixis precum inſtantiis Tertio S. P. Franciſci Inſtituto adſcribi obtinuit. Pœnitentiæ & humilitatis ſub habitu vias virtutis, ductore Deo, ſtrenue tenens, ne qua greſſum extulerat, imprudens repeteret, fræno rationis & mortificationis calcaribus ad interiora corpus dirigens prudentiſſime urgebat. Hinc eſt quod audax Virago non tulit retro gradum, ut a cœptis eam diverteret: variis potuit machinamentis invadere Satanas; etenim diverſis tentaminum certaminibus conflixit; ſed ille perperam, hæc vero ad palmam legitime certans, coronam attigit, & vitiorum tropheis exornata triumphavit.

Eliſabetha floret, & obit.

„ Demum famula Chriſti faſciis mortalitatis exuta, circa ætatis ſuæ annum XXXIV. in delicias Jeſu Chriſti ſui prædilecti recepta, famam ſanctitatis in moribus, & ſigna Crucifixi in membris reliquit, ac ſubito miraculorum multitudine uſque nunc claruit. Ejus vitam ex originali MSS. Conradi Kiegle, Præpoſiti Cœnobii Canonicorum Regularium Ordinum ſancti Auguſtini oppidi Waltſeenſis, qui per viginti annos hujuſce Virginis extitit Confeſſarius, deſumptam, ſcripſit Marianus.

ARGUMENTUM.

Inſtituitur Inquiſitor Minorita in regnis Daniæ, Norvegiæ, & Svetiæ. Societas Peregrinantium proficit in partibus Ruſſiæ, Godoliæ, Walachiæ. Multa conceduntur in favorem locorum Terræ ſanctæ. Mortuo Antonio Pireto Miniſtro Generali, deligitur in Comitiis Generalibus, qui ſuccederet, Angelus Salvettus. Recenſentur Epiſcopi, & domicilia hoc anno conſtructa.

I. INNUMERA mala, & miſerrimas clades per univerſum Boemiæ regnum Huſſitarum, & Thaboritarum hæreſes hoc tempore pepererunt, & ab his exorta aliorum errorum ſemina, quæ in propinquis regnis fraudulenter jacta multa procreabant zizania. Timebat Pontifex ne & Aquilonaria regna Daciæ, Norwegiæ, & Svetiæ hoc malo inficerentur, & ſcripſit ad Epiſcopum Sleſwicenſem, ut Inquiſitorem, auctoritate Apoſtolica inſtitueret in prædictis regnis fratrem Nicolaum Joannis, Minoritam, Conventus Ottonenſis alumnum, religionis, & fidei ſinceritate, morum maturitate, & litterarum ſcientia, aliiſque virtutibus inſignitum. Primo hoc tempore introductum in regna iſta ſacræ Inquiſitionis officium exiſtimaverim, de quo nihil aliud habet Parama in ſuo opere de ſanctæ Inquiſitionis per omnes regiones origine. Subjicio Pontificis de hac re Diploma.

Fr. Nicolaus Inquiſitor in regnis Aquilonaribus.

Venerabili fratri Epiſcopo Sleſwicen.

II. *Licet ubilibet Apoſtolicæ Sedis providentia circumſpecta, contra hæreticæ pravitatis labe reſperſos, quorum nequitia ſerpit ut cancer, ne in aliorum innocentiam ſua venena diffundant, remedium libenter adhibeat opportunum; in regnis tamen Daciæ, Svetiæ, Norwegiæ, ad quæ, & eorum incolas affectum gerimus ſpecialem, præcipue cupimus ut negotia fidei jugi profectu, omnino radicitus extirpatis erroribus, proſperentur, fideſque Catholica fortius invaleſcat. Affectantes igitur ad hujuſmodi negotium fidei efficaciter promovendum, talem inibi deputare perſonam, cujus honeſta converſatio exempla tribuat puritatis, ejuſque labia erudita doctrinam fundant ſapientiæ ſalutaris, ut ejus miniſterio omne fermentum hæreſis exinde labis hujuſmodi expurgetur; tandem ad dilectum filium Nicolaum Joannis, Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, domus Ottonen. in Sacerdotio conſtitutum, quem, ſicut fide dignorum teſtimonio accepimus, religionis & fidei ſinceritate, & maturitate morum, ac litterarum ſcientia, multarumque aliarum virtutum donis eorum largitor Dominus inſignivit, dirigentes oculos noſtræ mentis, ac de ejus ſufficientia, & idoneitate ad Inquiſitionis hæreticæ pravitatis officium, in dictis regnis exercendum, certam notitiam non habentes, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi poſt diligentem examinationem, præfatum Nicolaum ad hoc idoneum eſſe repereris, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, dictum Nicolaum Inquiſitorem hæreticæ pravitatis in præfatis regnis, uſque ad dictæ Sedis beneplacitum, auctoritate noſtra, conſtituas & deputes, ſibi in ſuorum remiſſionem peccaminum injungendo, quatenus in caritate Dei, omni humano timore poſtpoſito, virtutem ſancti Spiritus induens, præfatum Inquiſitionis officium in dictis regnis, prout tanti negotii utilitas ſuadebit, ſub ſpe mercedis æternæ, ſic efficaciter proſequi & exequi ſtudeat diligenter, ut per ſollicitudinis ſuæ prudentiam,* ra-

Reg. Vat. lib. 1. de Regul. an. 4. folio 281.

radix pravitatis ejuſdem penitus evellatur, & vinea Domini Sabaoth, exterminatis exinde vulpeculis, fructus uberes afferas Catholicæ puritatis. In hujuſmodi negotio proceſſurus, tam ſecundum indulgentias & privilegia Inquiſitoribus pravitatis ejuſdem, auctoritate Apoſtolica, deputatis, ſeu officio hujuſmodi Inquiſitionis ab eadem Sede conceſſa, quam etium ſecundum Canonicas ſanctiones: per hujuſmodi autem auctoritatem, conſtitutionem, & deputationem de ipſius Nicolai perſona, ſi eas fieri contingat, ut præfertur, in hujuſmodi Inquiſitionis officio, locorum Ordinariis, quominus ipſi Inquiſitionis officium ſuper labe præfata, ſicut volunt dictæ Canonicæ ſanctiones, exercere valeat: & prædictis, vel quibuſcumque aliis privilegiis dicto Ordini, vel Inquiſitoribus, ſeu officio memoratis, ſi qua ſint eis a dicta Sede conceſſa, nullum volumus præjudicium generari. Datum Tibure, XIII. *Kalen. Julii, anno* IV.

Societas peregrinamiũ in partibus Ruſſiæ &c. valde proficit.

III. Magnam & utilem ponebant hoc tempore operam Minoritæ in convertendis hæreticis, & revocandis ſchiſmaticis ad unionem Eccleſiæ in partibus Ruſſiæ, Podoliæ, ac Walachiæ minoris, in quas ante aliquot annos penetravit fructuoſa, & laudabilis illa ſocietas peregrinantium Fratrum Minorum, & Prædicatorum, in hunc finem a Pontificibus Romanis, uti alias diximus, inſtituta. Conceſſit itaque Pontifex, ut in illis regionibus ſedes figerent, & domicilia conſtruerent, ex quibus opportunius tanto operi proſequendo Sodales proſilirent.

Tom. 9. an. 1398. n. 1.

Dilectis filiis Vicario & Fratribus Ordinis Minorum profeſſoribus, Societatis Peregrinantium nuncupatis, in Ruſſiæ, Podoliæ, & Walachiæ minoris partibus commorantibus.

Ibid. fol. 237.

IV. *SAcræ Religionis, ſub qua mundonis abdicatis illecebris, cum adjectione voluntariæ paupertatis, virtutum Domino, in humilitatis ſpiritu devotum impenditis, & ſedulum etiam in favorem fidei Catholicæ famulatum, merita promerentur, ut Apoſtolica Sedes vos, & veſtrum Ordinem favoribus benignis confoveat, & ſpiritualibus gratiis proſequatur: in illis præſertim, per quæ cultus divini nominis augeatur, voſque piæ vitæ ſtudio vobis ipſis, & aliis ad animarum ſalutem proficere valeatis. Exhibita nobis ſiquidem nuper pro parte veſtra petitio continebat, quod partes Ruſſiæ, Podoliæ, & Walachiæ minoris, ad quas dudum quamplures Fratres Ordinis Fratrum Minorum profeſſores, de licentia & auctoritate Sedis Apoſtolicæ tranſeuntes, inibi per eorum prædicationem & doctrinam, ac ſanctæ vitæ converſationem, gentes ab infidelitatis errore, hæreticaque pravitate, ac ſchiſmatica labe, ad Catholicam, & orthodoxam fidem revocaverunt, & tam ipſi, quam vos, qui eis in prædicatione & doctrina, ac pia converſatione ſucceſſiſtis, etiam quamplures domos cum Eccleſiis, ſive oratoriis, campanilibus, campanis, clauſtris, & aliis officinis neceſſariis, pro habitatione Fratrum dicti Ordinis, de ſimili dictæ Sedis licentia fundaſtis, propter quæ inter partium ipſarum Chriſtifideles, & neophytos creſcit devotio, fides augmentatur, & ad eam plures partium ipſarum adhuc infidelium erroribus infectarum, multo fortius incitantur. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut fundationi domorum prædictarum robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, ac vobis, ut pro veſtra, & Fratrum dicti Ordinis habitatione, ſi liberalitate fidelium concedantur, vel alias vos acquirere contingat, recipere, & in quolibet ipſorum locorum Eccleſiam, ſeu oratorium cum cam-*

pa-

Google

panili, campana, cœmeterio, domibus, & aliis congruentibus, & neceſſariis officinis conſtrui, & ædificari facere valeatis, licentiam concedere, & alias in præmiſſis vobis opportune providere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur. Nos igitur attendentes, quod vos fidei orthodoxæ, ac divini cultus augmento labores & ſtudia indeſinenter impenditis, & ut eo ferventius illis inſiſtere valeatis, quo vos favoribus Apoſtolicis amplioribus noveritis circumfultos, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fundationes domorum præfatarum, prout canonice factæ ſunt, ratas habentes & gratas, illaſque, auctoritate Apoſtolica, confirmantes, vobis recipiendi in partibus illis hujuſmodi quinque alia loca, ſi vobis pia largitione fidelium concedantur, vel illa alias juſtis modis poteritis adipiſci, libere recipere, & ea licite retinere, ac in quolibet locorum ipſorum Eccleſiam, ſeu oratorium cum campanili, campana, cœmeterio, clauſtro, domibus, & aliis neceſſariis officinis, prout ordo juris expoſcit, conſtrui & ædificari facere, & in eis perpetuo manere valeatis, diœceſani loci, & cujuſcumque alterius licentia ſuper hoc minime requiſita, jure tamen parochialium Eccleſiarum, & quorumlibet aliorum in omnibus ſemper ſalvo. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, prohibentis ne Religioſi Ordinum mendicantium quorumcumque loca in aliqua &c. de novo recipere, vel recepta mutare &c. Et quibuslibet aliis &c. auctoritate Apoſtolica præfata, tenore præſentium, licentiam elargimur. Nos enim Fratribus dicti Ordinis, qui in eiſdem quinque locis pro uſu & habitatione veſtris recipiendis, fundandis, & conſtruendis pro tempore reſidebunt, ut omnibus & ſingulis privilegiis, libertatibus, exemptionibus, immunitatibus, gratiis, & indultis, quibus cetera loca, & Fratres ejuſdem Ordinis in illis pro tempore commorantes, gaudent, vel quomodolibet potiuntur, uti & gaudere valeant, auctoritate Apoſtolica, concedimus per præſentes. Nulli ergo &c. Datum Tibure, v. Idus Julii, anno IV.

V. Diximus anno præcedenti, Joannem Patriarcham Gradenſem adjudicaſſe Minoritis legitimam & pacificam poſſeſſionem locorum Terræ ſanctæ, quod Pontifex confirmatum voluit hoc anno. Deinde Archiepiſcopis Cretenſi, Nicoſienſi & Colocenſi commiſit, ut eoſdem inducerent in pacificam poſſeſſionem Conventus Baruthi, & Eccleſiæ ſancti Salvatoris, quæ per annos multos poſſederunt, & ipſe paulo antea per aliam Bullam ex poteſtatis plenitudine conceſſit. Alia etiam largitus eſt ſanctorum horum locorum incolis privilegia, præſertim circa Miſſas antelucanas celebrandas, etiam duabus horis ante crepuſculum, uti ex Bullis in Regeſto producendis conſtabit. De duplici tamen prædicta locorum capienda poſſeſſione, hic produco inſtrumenta.

Favet plerumque Fratribus Terræ ſanctæ.

Ad perpetuam rei memoriam.

VI. H*Is, quæ pro Eccleſiaſticarum perſonarum, præſertim ſub regulari Obſervantia ſtudio piæ vitæ vacantium, tranquillitate & commodo, provide facta comperimus, ut illibata perſiſtant, libenter, cum a nobis petitur, Apoſtolici roboris adjicimus firmitatem. Dudum ſiquidem per nos accepto, quod montis Sion, & Betbleem, ac ſepulcri Dominici in Hieruſalem, necnon beatæ Mariæ Virginis in Valle Joſaphat loca, dilectis filiis Guardiano, & Conventui Fratrum Ordinis Minorum dicti loci Montis Sion, ceteriſque ipſius Ordinis Fratribus in dictis locis degentibus, qui etiam loca ipſa per multa tempora ſe poſſediſſe aſſerebant, pro eorum uſu & habitatio-*

Ex Bulla originali ibid. fol. 63.

ne valde accommoda eſſe noſceretur. Nos certis tunc expreſſis rationabilibus cauſis inducti, Venerabili Fratri Joanni Patriarchæ Graden. ejus proprio nomine non expreſſo, ac duobus aliis in ea parte Collegis per alias noſtras litteras dedimus in mandatis, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum loca prædicta, quorum confinia in eiſdem noſtris haberi voluimus pro ſufficienter expreſſis, Fratribus ipſis, dummodo ab eis per quinquaginta annorum ſpatium poſſeſſa fuiſſent, pro ſuis uſu & habitatione hujuſmodi in perpetuum, auctoritate noſtra, concederent, conſtituerent, deputarent, & etiam aſſignarent, facerentque dictos Fratres eorumdem locorum pacifica poſſeſſione gaudere, contradictores eadem auctoritate, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Et nihilominus Fratribus ipſis, oblationes, quæ ibi pia largitione fidelium pro tempore erogarentur, in eorum Guardiani & Fratrum, pro ſuæ vitæ ſuſtentatione, uſus convertendas per eorum procuratores, ſeu commiſſarios, quos Fratres ipſi, & eorum ſucceſſores, ad hoc ducerent deputandos, colligi faciendi, eadem auctoritate, licentiam largirentur. Deinde, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dictorum Guardiani, & Fratrum petitio continebat, præfatus Joannes Patriarcha ſolus ad dictarum litterarum, prout ex earum forma poterat, executionem procedens, tamdem quia ex fide dignorum teſtium ſuper hoc pro parte Guardiani, & Fratrum productorum, & diligenter examinatorum, dictis, & depoſitionibus ſibi legitime conſtitit, loca prædicta nedum per quinquaginta, verum etiam per ſexaginta & ultra annorum ſpatia ab eiſdem Fratribus continue poſseſsa, dedit, conceſſit, contulit, & aſſignavit, ut in poſterum ipſi Guardianus, & Fratres illa pacifice poſsideant, ac poſsint etiam pacifica poſseſsione gaudere. Et nihilominus Fratribus ipſis oblationes prædictas, per procuratores, ſeu commiſsarios hujuſmodi recipi, & colligi faciendi, plenariam conceſsit facultatem, prout hæc & alia, in quodam inſtrumento publico inde confecto, ſigillo ipſius Joannis Patriarchæ munito, plenius continentur. Quare pro parte dictorum Guardiani, & Fratrum fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut donationi, conceſsioni, & aſsignationi prædictis, ceteriſque in dicto inſtrumento contentis, pro eorum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adjiceremus, ipſiſque & Fratribus procuratores, ſeu commiſſarios ad recolligendum, & recipiendum oblationes prædictas, ut præfertur, deputandos, quoties eiſdem Guardiano, & Fratribus videbitur, amovendi, ac alios eorum loco ponendi & deputandi, licentiam concedere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur. Nos igitur qui de præmiſsis, & aliis in dicto inſtrumento contentis hujuſmodi, fuimus plenarie informati, litterarum noſtrarum & inſtrumenti prædictorum tenores etiam perinde, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſerti forent, hic habentes pro ſufficienter expreſsis, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, donationem, conceſſionem, & aſſignationem prædictas, ceteraque omnia in dicto inſtrumento contenta, rata & grata habentes, illa omnia ex certa ſcientia, auctoritate Apoſtolica ſupradicta, tenore præſentium, confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus. Supplentes etiam defectus quoslibet, ſi qui forſan intervenerint in præmiſſis. Et inſuper Guardiano, & Fratribus antedictis, dictos procuratores, ſeu Commiſſarios, quoties eis videbitur, uc præmittitur, amovendi, ac alios eorum loco ponendi, & deputandi, ipſis & eorum ſucceſſoribus, eadem auctoritate, licentiam concedimus per præſentes. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud ſunctum Petrum. XVI. Kalend. Martii. Pontificatus noſtri anno IV.

Vene-

Venerabilibus Fratribus Creten. & Nicoſien. ac Colocen. Archiepiſcopis.

VII. *Salatare ſtudium, & ſincerus dilectorum filiorum Guardiani, & Conventus Fratrum Ordinis Minorum montis Sion caritatis zelus ad conſervationem, dilatationemque fidei Catholicæ, & Chriſtianæ in partibus ultramarinis, ac ſacræ Religionis honeſtas, ſub qua devotum exhibent Domino famulatum, promerentur, ut petitionibus ipſorum, præſertim in his, quæ ad fomentum piæ devotionis fidelium, ac ejuſdem fidei ſemper recolenda myſteria ſubſerviunt & conferunt, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Cum itaque locus Fratrum Ordinis prædicti Eccleſiæ ſancti Salvatoris in Barutho, quem Guardianus, Conventus, & Fratres ipſi per longa temporum ſpatia, ſicut fuimus fide dignorum relatione ſufficienter informati, poſſederunt aſſidue, ac etiam poſſident nunc, pro ipſorum & aliorum Fratrum in eiſdem partibus ultramarinis degentium uſu & habitatione non parum accomodus eſſe noſcatur. Nos attendentes laudabilia piæ devotionis & caritatis opera, quæ ipſi & Fratres hujuſmodi tam per aſſiduæ prædicationis miniſterium ad ipſius ædificationem, & incrementa fidei, quam pias Chriſtifidelium illuc in dies peregrinantium recollectionem, directionem, & conſolationem, ac aliis multipliciter in illis partibus exercent, volentes propterea ipſos favoribus proſequi gratioſis, & ipſorum in hac parte ſupplicationibus inclinati, locum prædictum, cujus confinia, quantitatem, & qualitatem noſtris litteris volumus pro ſufficienter expreſſis, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, oblationibuſque & emolumentis ad illum pertinentibus, ſeu provenientibus in Guardiani, & Conventus, & ipſorum Fratrum inibi degentium, ſuſtentationem, ac dicti loci ædificiorumque ejus reparationem, & utilitatem convertendis, Guardiano, Conventui, & Fratribus ipſis, ac ſucceſſoribus eorum per Guardianum, & Conventum, & Fratres eoſdem in perpetuum tenendum, regendum, & otiam poſſidendum pro uſu & habitatione hujuſmodi, auctoritate Apoſtolica, donavimus, conceſſimus, deputavimus, & aſſignavimus, necnon oblationes, & emolumentu per aliquem procuratorem, ſeu commiſſarium, ad hoc per eos deputandum, & pro ſola voluntate eorum, quoties ipſis videbitur, amovendum, & ejus loco alium ſubſtituendum, colligi, & recipi faciendi, eadem auctoritate, tenore earumdem litterarum noſtrarum, licentiam elargiti fuimus: conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis & conſuetudinibus dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque alia roboratis, ceteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Et inſuper decrevimus irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Fraternitatibus veſtris per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios, Guardianum, & Conventum, & Fratres prædictos, vel procuratores ſuos, eorum nominibus, & ad hoc legitime conſtitutos, in corporalem poſſeſſionem hujus loci de Barutho, juriumque, & pertinentiarum prædictorum inducatis, & defendatis inductos, amotis quibuslibet detentoribus ab eodem, ac facientes ipſum Guardianum, Conventum, & Fratres, eorumque ſucceſſores, ejuſdem loci pacifica poſſeſſione gaudere. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: non obſtantibus omnibus ſupra dictis, ſeu ſi aliquibus a Sede Apoſtolica indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum*

Ex Bulla originali.

de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel ſpeciali, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel diſerri: & de qua, cujuſque toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Datum Romæ apud ſanctum Petrum XVI. *Kalendas Maii, Pontificatus noſtri anno* IV.

CORRECTIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

„ VIII. Venerat hoc anno ex Paleſtina frater Scholarius de Monte-„ Ilcino vir doctus & pius, miſſuſque eſt a Miniſtro Generali ad Pontifi-„ cem, ſignificaturus aliqua, quæ fidei in illis partibus propagandæ expe-„ diebant. Redeuntem Pontiſex Miniſtro commendavit, voluitque inſtitut „ pravitatis hæreticæ Inquiſitorem in partibus Senarum. De Viro hoc in-„ ferius frequenter ſermo redibit.

Capitulum generale 75. Forilivii. Moritur Anton. Pyretus Generalis Miniſter. Succedit Angelus Salvettus.

IX. Hoc anno in civitate Forilivienſi in Æmilia, celebratum eſt Capitulum generale ſub feſtum Pentecoſtes, in quo ſuffectus eſt Antonio Pyreto nuper defuncto frater Angelus Salvettus, ex Magiſtro ſacri collegii Bononienſis, Miniſter Etruriæ. Senis nobilibus parentibus Florentinis a patria exulibus natus, puer ſodalitio Franciſcano conſecratus. In humanis & divinis litteris eminenter verſatus, eloquentia clarus, optimos ſui temporis in Italia concionatores vel æquabat, vel ſuperabat. Magna aggreſſus in Religionis decus & ornamentum, non potuit perficere, brevi functus Generalatu. Prædeceſſorem Pyretum ei ceſſiſſe per aſſumptionem ad Epiſcopatum ſcribunt Marianus & Marcus; ſed certo certius anno proxime elapſo mortuum in ſua humilitate mihi conſtat ex variis litteris Pontificiis hoc anno datis, quarum aliquas inferius indicabo. Mirum quam inconſtans circa ejus mortem Petrus Rodulphus, dum de ipſo agit, hoc anno deceſſiſſe ait, dum loquitur de ſucceſſore, ſupponit mortuum Pyretum anno MCCCCXVIII. & Salvettum eo tempore ſuffectum. Habeo aliquot inſtrumenta ſubſcripta. Multa conſtituit Angelus in his Comitiis circa officium divinum, paupertatis obſervantiam, octo ſtudia, ſeu collegia generalia inſtituenda, & modum viſitandi provincias, quæ ſuo tempore peculiari opere *de capitulis & conſtitutionibus* dabimus opportunius.

Marian. c. 11. Marc. lib. 1. c. 38.

Rodul. fol. 192.

Tom. 9. an. 1417. n. 2.

Fr. Joann. a S. Jacobo Commendatarius.

X. Fratrem Joannem de ſancto Jacobo Henrici Inſantis, Ordinis ſancti Jacobi de Spata magni Magiſtri, Confeſſarium, de quo alias egimus, propter labores multos pro Eccleſiæ unione aſſequenda toleratos, Commendatarium fecit Pontiſex omnium bonorum, quæ Eccleſia Bethlehemitana poſſidebat in regnis Caſtellæ, & Legionis: *Religionis zelus*. XIV. Kalend. Julii. Aliis etiam beneficiis conferendis per Archiepiſcopum Tholoſatem, vel Apamiarum, aut ſancti Papuli Epiſcopos affecit fratrem Joannem Garſiam, in ſacra Theologia Magiſtrum, ejuſdem facultatis in univerſitate Tholoſana Decanum, in qua triginta annis legerat, & qui graves labores pro extinguendo ſchiſmate ſubjerat in Concilio Piſano, Romano, & Conſtantienſi, teſte ipſo Pontifice. Eccleſiam Enachdunen. in Hibernia ſub Archiepiſc. Tuamen. contulit fratri Joanni Camere. V. *Idus Junii*. Catarenſem in Dalmatia, ſub Archiepiſc. Barenſi in Apulia, fratri Raymundo Viterbienſi, per obitum Antonii Bitontini. *Idibus Auguſti*.

Fr. Joan. Garſia Decanus Theologiæ Tholoſæ.

Fr. Joann. Epiſc. Enachdunen.

Fr. Raymundus Cataren.

XI. Alphonſo Gomeſio ſacræ Theologiæ profeſſori in Conventu Aurienſi, viro probo, commiſit, ut abſolveret aliquot perſonas ex iis, quæ tam ex ipſa Diœceſi, quam ex Lucenſi tot moleſtias, bonorum direptione, & Urbis obſidione, intulerunt olim Franciſco Epiſcopo bonæ memoriæ, ut e ſuo Epiſcopatu coegerint recedere & ex his jam defunctorum, & in profa-

Fr. Alphon. Gomeſius.

nis

nis locis ſepultorum corpora permitteret exhumari, & Eccleſiaſticæ tradi ſepulturæ, fratri Guillelmo Morana Lectori, & prædicatori Eccleſiæ principalis civitatis Doroccæ in Aragonia, & Conventus Minorum Præfecto, Reginæ Mariæ ſumme caro, multa confirmavit privilegia a fratre Antonio Pyreto Generali Miniſtro jam defuncto, uti inſinuant Diplomata, variis temporibus conceſſa. Similiter aperte indicatur, Antonium nuper obiiſſe in alio Diplomate, quo committitur Nicolao Provinciæ Romanæ Miniſtro facultas confirmandi electionem Roberti Welleys, in Miniſtrum Provinciæ Anglicanæ, per liberam reſignationem Petri Ruſſel: *Quia*, inquit, *Ordo Minorum propter obitum bon. mem. Antonii de Pereto nuper extra Curiam defuncti, Generali Miniſtro caret de præſenti, qui electionem iſtam ſecundum Ordinis ſtatuta confirmet &c.* Data eſt autem hæc Bulla IV. Idus Decembris, anni præteriti. Unde ex his, & iis, quæ paulo ante diximus, conficitur Antonium obiiſſe, anno MCCCCXX. dilabente. Inſtituti ſunt hoc anno Pœnitentiarii duo, Laurentius Jacobi Pictoli Romanus, in Eccleſia Lateranenſi, & frater Joannes de Sagarolo in Baſilica Principis Apoſtolorum.

Fr. Guillel. Morana.

„ XII. Philippus Maria Angelus Dux Mediolanenſis probe conſiderans
„ quantum ſuis ſubditis lucrum, & virtutis augmentum acceſſerit ex præ-
„ dicationibus ſancti Bernardini, apud quos non ſemel concionatum narra-
„ vimus, hoc anno decrevit pro illius diſcipulorum habitatione prope Ur-
„ bem Ticinenſem locum deſignare. Diplomatis exemplar Ticino accepi,
„ in quo Dux ita profatur: *Conſiderantes commendabilem conditionem, &*
„ *ingentia merita venerabilis, & devotiſſimi religioſi fratris Bernardini de*
„ *Senis Ordinis Minorum, quantumque in partibus iſtis per pronunciationem*
„ *verbi Divini profecerit ad bonum, & ſalutem Chriſtifidelium animarum,*
„ *deliberavimus locum unum Civitati noſtræ Papiæ propinquum, prout &*
„ *factum eſt de Eccleſia ſanctæ Mariæ de Angelis prope hanc noſtram Civita-*
„ *tem Mediolani deputare, & in conceſſionem tradere, in quo ipſe fra-*
„ *ter Bernardinus, & Fratres Ordinis ſui ad imitandum ejus vitam, obſer-*
„ *vantiam, & mores dediti ſe recipere valeant, & pro firma habitatione*
„ *remanere. Quapropter Eccleſiam, & locum ſancti Jacobi extra, & prope*
„ *Civitatem noſtram Papiæ, cujus, ſucceſſione paterna patroni ſumus, cum*
„ *omnibus ſuis ædificiis, juribus, & pertinentiis pleno iure, quantum in no-*
„ *bis eſt, tenore præſentium tradimus, concedimus &c. pro uſu, & habita-*
„ *tione Fratrum Ordinis antedicti &c. & deputamus venerabilem dilectum*
„ *noſtrum Michaelem de Canimanis Præpoſitum majoris Eccleſiæ Papiæ Pro-*
„ *curatorem noſtrum, ut cum Reverendiſſimo in Chriſto Patre Domino Epi-*
„ *ſcopo Papienſi, nomine noſtro donationi, & conceſſioni, quam præfatus Dom.*
„ *Epiſcopus de ipſa Eccleſia ſimiliter facturus eſt, pro nobis, & nomine no-*
„ *ſtro præſtet aſſenſum, aliaque faciat &c. Datum Mediolani, die* XVI. *Maii*
„ MCCCCXXI. *quartadecima indictione*. Ubi vero Petrus de Graſſis Epiſco-
„ pus Papienſis vidit litteras has, aliaſque Martini V. datas Mediolani,
„ Idibus Octobris, Pontificatus anno I. in quibus Miniſtro Generali, Vi-
„ cariis, & Fratribus de Obſervantia facultatem conceſſerat in ſtatu Medio-
„ lanenſi domos conſtruendi, & conſtructas recipiendi, conceſſit Fratribus
„ beato Bernardino de Senis, Simoni de Mediolano, Dominico Januenſi,
„ & Franciſco Papienſi Minoritis Obſervantibus, ſuo, & prædicti Ordinis
„ procuratorio nomine acceptantibus Eccleſiam prædictam, cum pertinen-
„ tiis, & ſedimen, ſeu prædium adnexum XIX. tab. VII. ped. V. in quo
„ erant vinea, pratum, & viradaria. Demum Michael Ducis Procurator,
„ præcedente etiam aſſenſu Capituli Papienſis, introduxit prædictos Fra-

ADDITIO PATRIA LUCÆ WADDINGI.

Conv. S. Jacobi extra Papiam.

Conv. S. Angeli Mediolanenſis.

„ tres

„ tres in Eccleſiæ & prædii poſſeſſionem eodem anno, ſub diem XIV. Au-
„ guſti. Paulo poſt ibi conſtructus eſt Ducis, piorum, & Civium eleemo-
„ ſynis, inſignis Conventus triginta, & plurium Fratrum capaciſſimus.
„ Nunc primarius eſt Conventus Provinciæ reformatæ Papienſis, & tiroci-
„ nium religioſiſſimum adoleſcentum, ibique legitur Theologia moralis, &
„ requieſcit nobili ſepulcro, uti ſuo loco dicemus, corpus beati Bernardi-
Anno 1490. „ ni Feltrenſis.

Conv. Forolivien. *Genz. in Prov. Bonon. Conv. 5.* B. Jacob. Vagarellus.

XIII. Conceſſit hoc anno Pontifex fratri Jacobo de Primadiciis facultatem duos regularis Obſervantiæ erigendi Conventus, ubi commode poſſet. Unum ſub idem tempus, intra Forolivii (ubi hoc anno habita diximus Comitia) ambitum D. Hieronymo ſacrum, civibus, maxime Franciſca Ordelaffia, & quodam viro Pino pecunias ſubminiſtrantibus, extruxit. Jacet in ſacello immaculatæ Conceptionis beatus Jacobus Vagarellus Patavinus, doctiſſimus prædicator, qui doctis additionibus ſummam Evangelicam illuſtravit. Sepulcro inciſum hoc epitaphium: *Hic jacet corpus beati Jacobi Vagarelli de Padua, Ordinis Minorum regularis Obſervantiæ. Obiit* MDXVII. Hic ortus & educatus Chriſtophorus Numajus, aliis Homaglius, qui per omnes ſui Ordinis gradus ad Generalatum, deinde ad Cardinalatum aſcendit.

Conv. Torpeanus. *Idem in Prov. ſeptem Martyr. Conv. 15.*

XIV. Hoc anno Nicolaus Epiſcopus Torpeanus in regno Neapolitano conceſſit Minoribus regularis Obſervantiæ antiquiſſimum ſuæ urbis Conventum, ante annos ſeptingentos a Monachis Græcis ſancti Baſilii conſtructum, ſancto Sergio ſacrum, ſed ſub hoc tempus derelictum, & ruinæ proximum. Donum acceptavit, domumque reſarcivit frater Auguſtinus a Florentia, tunc in Romana Provincia, ac in Calabria Vicarius, ſui conterranei Thomæ Florentini ſucceſſor. Impetraverat prius a Pontifice litteras pro his obtinendis, propter quas Epiſcopus & Capitulum ea facilius conceſſerunt: *Sacræ Religionis*, Nonis Maii. In eodem regno non longe a rupe Montis-plani Aprutiorum oppido, conſtructus hoc anno alter Conventus a beato Joanne Stronconio, ſub invocatione ſancti Joannis Baptiſtæ.

Conv. Montiſplani. *Idem in Prov. S. Bernard. Conv. 6.*

Conv. Placentiæ in Italia. *Genz. in Prov. Bonon. Conv. 25. Mon. MSS. Placentiæ.*

XV. Hoc anno obiit Placentiæ Italicæ vir nobilis Jacobus Muſſus, legavitque bonam partem ſuarum facultatum, condendo Cœnobio Fratrum Minorum regularis Obſervantiæ extra urbem, vel reficiendo pro eiſdem collapſo Monaſterio ſanctæ Mariæ Nazarenæ a Sanctimonialibus Ciſtercienſibus olim derelicto extra portam ſancti Raymundi. Illud ſecundum factum eſt paucos poſt annos, ſummo Civium applauſu, propter ingentem de Bernardino Senenſi, ejuſque Conſodalibus ſpem conceptam. Sed anno MDXXVII. in ea regione bello graſſante, deſtructum eſt totum ædificium, & Fratres tranſlati in urbem ad parochiam ſancti Alexandri. Empto anno ſequenti Monaſterio ſanctæ Monicæ, & altero propinquo ſanctorum Joannis & Pauli, parochiam deſeruerunt. Hac etiam domo deturbati a Petro Ludovico Farneſio, primo Placentinorum Duce, ut Canonicis regularibus ſancti Auguſtini traderet, pro altera, quam abſtulerat, arci conſtruendæ opportunam. Ita per incertas ſedes vacantibus Fratribus compaſſus Senatus Placentinus, anno MDXLVII. conceſſit templum beatæ Mariæ de Campanea, vallo civitatis circumſcriptum. Additum deinde inſigne, & capaciſſimum ædificium pro Fratrum habitaculo, a quo etiam aliqui amovere tentarunt, ſed prævaluit Pauli III. & Julii III. auctoritas, & Ducis, ac Ferdinandi Gonzagæ Mediolanenſis Gubernatoris in Fratres pietas. In eo templo magna colitur veneratione imago beatæ Virginis, in cujus altari Urbanus II. pro genitrice ſua Eudoxia ibidem ſepulta, ſacrificans repentino impulſu initium

tium dedit illi Præfationi peculiari beatæ Mariæ Virginis: *Et te in veneratione beatæ Mariæ Virginis collaudare, benedicere, & prædicare &c.* Plurimi etiam in longinquis partibus ſua vota huic ſimulacro depromunt. Clemens VII. dum a Cæſarianis militibus in Adriana mole premeretur, eidem ſuam libertatem commendavit, prout appenſa argentea indicat tabella. Coluntur illic corpora ſanctarum Anaſoliæ, & Victoriæ Romanarum virginum, & martyrum, ſub Decio Imperatore. Conſpicitur etiam in eadem Eccleſia puteus, projectis multorum Martyrum corporibus, ſacer, ex quo prodibat oleum admirandæ virtutis. Cum vero præ turpi avaritia venderetur, etiam brutis animantibus ſanandis, emanare ceſſavit.

XVI. In quadam inſula Oceani verſus oras Cantabricas, non longe ab oppido *Anæ*, nobilis & vetuſta familia Guevarræ Conventum ædificavit ſancto Sebaſtiano ſacrum. In majori ſacello Petrus Guevarra militiæ Jacobianæ Eques, & Commendatarius, Caroli V. ad Regem Poloniæ orator, ſumptuoſo jacet mauſoleo. Dedit hic multam ſacram ſupellectilem Septentrionalibus plagis aſportatam. Ut quatuor conſtrui poſſent Conventus in regnis Daciæ, Norvegiæ, & Sveciæ conceſſit hoc anno Pontifex Provinciali, & Fratribus illarum regionum: *Inter cetera deſiderabilia*, XIII. Kal. Julii. Utque ſimiliter aliis totidem in Italia ædificaret frater Vincentius de Comis indulſit: *Piis ſupplicum votis*, IV. Nonas Aprilis.

Conv. S. Sebaſtiani Anæ. *Idem in Prov. Cantabr. Conv.* 20.

XVII. Circa Conventus villæ Ocaniæ, diœceſis Toletanæ, auctorem, & originem dixi alias quoſdam aberraſſe, & quidem Franciſcus Gonzaga, ac Petrus Salazarius, qui de eo diffuſius ſcripſerunt, valde ſe deſideraſſe ſcripturas aliquas, per quas illorum opinionem improbarent, & rei veritatem probarent, nec tamen inveniſſe fatentur. Ego certas, atque a ſuſpicione alienas miniſtrabo ex archivo Vaticano, hoc anno exaratas. Frater Joannes de Toleto, in Decretis Baccalaureus, qui per annos decem laudabiliter inter Patres Conventuales vixit, & tunc in Toletano habitabat Conventu, petiit a Martino Pontifice, ut ſibi, aſſentiente Generali Miniſtro, concederetur Eremitorium ſancti Barnabæ extra muros villæ prædictæ, & facultas in eo perpetuo commorandi ſimul cum quinque Religioſis Regularis Obſervantiæ, delecto ex his uno in Præſidentem, per Miniſtrum Provinciæ Caſtellæ confirmandum. Commiſſa fuit petitionis diſcuſſio, & executio Archiepiſcopo Toletano: *Piis devotorum precibus*, IV. Idus Septembris. Hi ergo fuerunt primi hujus operis aggreſſores, & quod de Villacretio fundatore, exeavatoque primo Eremitorio ſancti Michaelis dicitur, conjecturæ, ſive commenti loco reponendum eſt. Acceſſit forte poſtea Villacretius, & virtutis, atque habitaculi normam præſcripſit. Anguſtæ illic cellulæ ex virgultis & arbuſculis in denſa ſilva, & præcipiti rupe contextæ, & aliquot ſpeluncæ in ſacellorum normam ſub petra cavatæ, dicata præcipua Archangelo Michaeli. Hic plurimi vitam egerunt prorſus Angelicam, in jejuniis multis, crebris vigiliis, varia corporis afflictione, multos ad ſe allicientes tantæ virtutis exemplo. Præ aliis acceſſit frater Alphonſus Boroxius, ſacræ Theologiæ Doctor, vir doctus & egregius concionator, inter Patres Conventuales, olim Provinciæ Caſtellæ Miniſter, cujus inſigni doctrinæ aſperum vitæ genus tantam conciliavit fidem, ut undique ad eum concurrerent omnis generis homines, & Principes, tamquam ad divinum oraculum. Mirum in modum auxit hic novam hanc regularis Obſervantiæ familiam, Vicarii Provincialis munere annis quindecim perfunctus.

Tom.8. an.1176. n.18. Conv Ocaniæ. *Idem in Prov. Caſtel. Conv.* 8. *Salaz. in hiſtor. ejuſd. Prov. lib.* 4. c.8.

Fr. Alphonſus Boroxius.

XVIII. Milites ſancti Jacobi Ocaniam poſſidebant, & piorum virorum allecti virtute, opportunius ſtatuerunt fabricare domicilium. Henricus Infans,

ſans, de quo ſæpe alias actum eſt, militiæ Magiſter, poſt aliquot annos, non MDXX. uti ſcribunt citati auctores, in ima valle inter duos præruptos montes Cœnobium inchoavit, Eccleſia beatæ Virgini Mariæ *de Spe* nuncupata. Muris cinxit, bibliothecam inſtruxit, & valetudinarium conſtruxit anno MCCCCLXX. Ferdinandus Guſmanus, militiæ Calatravenſis Magiſter. Joannes Pachecus Jacobianorum Magiſter, Villenæ Marchio, & Maria *Puerto carrero* conjux, refectorium, dormitorium, inſeriores officinas, & clauſtrum ſecundum anno MCCCCLXXII. adjunxerunt. Gundiſalvus Chacconius Quæſtor, & Regiæ præfectus ſub Regibus Catholicis Ferdinando & Iſabella, & Clara conſors aqua longe deducta, ſacello majori, & atrii deambulacris ornarunt. Alphonſus a *Cardenas*, etiam militiæ Jacobianæ Magiſter, reliquam Eccleſiam perfecit, chorum impoſuit anno MCCCCLXXX. Guttierus a Cardenas Commendatarius Legionenſis, & Præguſtator Regius præcipuum clauſtrum anno MCCCCLXXXIII. ædificavit. Iſabella Regina Catholica manſiunculam ſibi addidit anno MD. a ſtructrice *Reginæ* nuncupatam; quam Philippus II. anno MDLXIII. a fundamentis refecit, & auxit, multa etiam Fratribus largitus beneficia. Eliſabetha Mendozia, & Eliſabetha Chaconia uxor, & filia Gondiſalvi Chaconii anno MDLXI. Eccleſiam ampliarunt, magnificarunt magnis ſumptibus, donatæ propterea jure patronatus ſacelli majoris, quarum ſucceſſores Comites Caſarrubbii eodem titulo potiuntur.

XIX. Dum novo hoc opere ornaretur Eccleſia, Philippus II. juſſit transferri ad dexteram ſacelli præcipui corpus prædicti P. Alphonſi Boroxii, tumulo præparato honorifico. In priori ſepulcro inventa ad pedes arcula manum continens integram, miro odore fragrantem, pii alicujus, ſed ignoti, viri, & varias litteras ad eumdem Alphonſum a variis Principibus utriuſque ordinis Eccleſiaſtici, & ſecularis, tranſmiſſas, in novo hoc mauſoleo eidem appoſita eſt. Primarum cellularum veneratio adhuc tenet Occanienſes, eaſdemque viſitantibus Sixtus IV. plenariam Indulgentiam conceſſit: *quia*, inquit, *audivimus fuiſſe cellulas quorumdam hominum probatiſſimæ vitæ*. Similiter conceſſit peculiari Diplomate Regibus Catholicis Ferdinando, & Iſabellæ; atque Innocentius VIII. Innico Lopetio a Mendoza Comiti Tendiliæ.

Conv. Caſtaneti. XX. Hoc anno occurrunt Diplomata duo Martini Pontificis, quibus Fratribus Eremitorii beatæ Mariæ de Caſtaneto, vulgo *del Caſt[illegible]r*, confirmat privilegia omnia, ſive a Benedicto XIII. ſive ab aliis Pontificibus, & Principibus conceſſa, & commendat eos Archiepiſcopo Toletano, ut ubique liceat mendicare: *Cum a nobis petitur*, XV. Kal. Octobris. Et: *Sacræ religionis*, eodem die. Diſtabat hoc Eremitorium leucis ſex ab urbe Toletana, & ab omni populorum incolatu duabus, inter conſertiſſimas ſilvas, aſperrimoſque montes ſitum, proceris caſtaneis circumdatum, unde & cognomen adhæſit. Hic vixerunt aliquoto tempore primi Inſtitutores, ſive reſtauratores Ordinis ſancti Hieronymi in Hiſpania, magiſtro & ductore fratre Va-
Tom. 9. an. 1377. n. 25. & anno 1405. n. 20. ſco Luſitano Tertii Ordinis ſancti Franciſci, beati Thomaſuccii, uti alias diximus, diſcipulo. His recedentibus, Joannes Ramirius Guſmanus, & Joanna Palomeque conjuges, domini prædictæ ſilvæ, dono dederunt anno MCCCCXV. Eremitorium, & ſilvæ partem fratri Garſiæ a Roales Minoritæ Conventuali, & ſociis octo, qui aſperiorem & æquiorem ſuæ regulæ vitam agere decreverant. Donationem confirmavit Benedictus XIII. tunc rerum potitus in Hiſpania, eamque hoc anno denuo ratam habuit Martinus, directis litteris ad Fratres Obſervantiæ: quo fit ut minus conſtare poſſit, quod
Gonz. cit. Con. 9. Salaz. cit. cap. 9. Gonzaga, & Salazarius ſcribunt, translatam ædiculam a Conventualibus ad

Obſer-

Digitized by Google

Obſervantes anno mccccxxv. acceptante fratre Alphonſo Boroxio, & donante Joanne Guſmano prædictorum heroum filio, & hærede. Vere donavit ille domos aliquas contiguas, & terminos auxit, ut commodum poſſet excreſcere in Cœnobium, addita etiam multa & pretioſa, ſacra, item & profana ſupellectile. Hujus poſteri, qui alia addiderunt beneficia, jus patronatus ſibi vendicarunt; reſtitit tamen Franciſcus de Rojas, qui ſibi deberi contendit. Didacus Pachecus Marchio Villenæ non minus beneficum erga domum hanc, quam erga præcedentem ſe oſtendit, collatis donis, & Eccleſia integre conſtructa. In ſolitario loco ſita, Patribus Recollectis adjudicata, eos dumtaxat excipit, qui vitæ ſtudent contemplativæ. Intra ſuum ambitum ſex ædiculas habet opacis arboribus, & conferto nemore diſſitas, quibus ſe abſcondunt Fratres ſtatis anni temporibus, arcto jejunio, & longa oratione rebus cœleſtibus meditandis. Habitavit hic Franciſcus Ximenius, Cardinalis poſtea Toletanus, in denſa ſilva conſtructo ſibi tuguriolo vimineo, quod luto abſque paleis linivit, ubi præceptore Didaco de Lumbreras, viro ſanctiſſimo, vitam duxit Angelicam. Magiſter in vicina ſpelunca multis annis aſperrime vixit, pane & aqua, & crudis herbis contentus. Obiit magna ſanctitatis opinione Toleti in Conventu regio ſancti Joannis, cui univerſus populus parentavit. Multas & pretioſas reliquias huic domui dedit Eleonora de Avalos, Mariæ Auſtriacæ Imperatricis nobilis domicella.

Fr. Didacus de Lumbreras.

XXI. Hoc anno Molinis, diœceſis Æduenſis in Gallia, Borbonenſi oppido, annuente Friderico de Guanceyo, Maria Bituricenſis, uxor Joannis Borbonii Ducis, poſtea ſepulta Silviniaci menſe Junio, anno mccccxxxiv. inchoavit Monaſterium Clariſſarum, orante & inſtigante beata Coleta reformatarum Clariſſarum inſtitutrice. Facultatem conceſſit Martinus anno præterito xii. Septembris, & Joannes Dux ædes, & fundum, ſoluto pretio poſſeſſoribus, prope, ſed intra oppidi mœnia, juxta turrim vulgo dictam *de la Gerbe*. Primum benedixit, & jecit Eccleſiæ lapidem die xviii. Novembris Epiſcopus Æduenſis, quo tamen nomine inſignita ſit, neſcitur, combuſtis omnibus Monaſterii ſcripturis. Ampliſſimum totius Burgundiæ eſt Cœnobium, & veluti in duo Monaſteria diviſum, ædificatis ex una & altera parte cujuſdam plateæ capaciſſimis domibus, connexis arcuato ambulacro.

Mon. Molinen. *Claud. Rob. in Epiſc. Æduen. n. 75. Foder. in Prov. S. Bonav. de hoc Monaſterio.*

„ Ab eadem etiam beata Coleta circa hunc annum fundatum Monaſterium
„ Suorianum, ex quo duæ prodierunt Giennenſis Inſtitutrices, traditumque
„ fundum cum ingenti pecunia a Jacobo de Bour, cum longe antea Templum
„ ipſe conſtruxerit. Ut Coletæ traderet excitavit fama virtutis & pietatis
„ Sororum Auxonii ab eadem inſtructarum. Prima illic inſtituta Abbatiſ-
„ ſa Maria de Corbeja, mulier religioſiſſima, quæ tanta virtute & diligen-
„ tia adoleſcentulas regularem edocuit diſciplinam, ut multæ ex diſcipulis
„ pro Beatis habeantur.

ADDITIO, ET CORRECTIO ALIORUM *Ex monitis a P. Luca Waddingo in edit. Lugdunenſi ad annum 1499. n. 44.* Monaſt. Suorian. *Idem Foder. ibidem pag. 49. Tom. 9. an. 1418. n. 7.*

XXII. Licet Fratres ſocietatis Peregrinantium magno fidei Catholicæ incremento laboraverint, uti alias diximus, in partibus Ruſſiæ, Walachiæ, & Podoliæ, nihilominus Joannes Epiſcopus Moldanienſis Eccleſiæ noviter erectæ, multa eis intulit gravamina contra privilegia & facultates eis a Sede Apoſtolica conceſſa. Conquerente itaque fratre Marco Slavo, Vicario Miniſtri Generalis in illis partibus deputato, remiſit examen Pontifex Archiepiſcopo Gneznenſi: *Juſtis ſupplicum votis*, v. Nonas Julii. Et Fratribus Vicariæ Boſnæ confirmavit omnes domos, quas a ſexaginta annis & ultra poſſidebant: *Humilibus ſupplicum votis*, iv. Nonas Julii. Fratribus Conventus Heidelbergenſis, diœceſis Wormatienſis, & aliorum Cœnobiorum in ditione Ludovici Ducis Bavariæ, & Comitis Palatini Rheni conſiſten-

Tom. 9. an. 1395. n. 1.

tium, ipſo Principe intercedente, conceſſit ut ex ſemetipſis poſſent Vicarium eligere, cujus regimini per omnia ſubeſſent: *Ad ſtatum Monaſteriorum*, VI. Idus Auguſti. In Conventum Brandeburgenſem hoc anno introductam regularis Obſervantiæ normam ſcribit Gonzaga.

Gonz. in Prov. Saxonia S. Crucis.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

Litteræ Pontif.

Indic. ex Vat.

„ I. Dicta Florentia Metropoli, & ad Archiepiſcopalem honorem Cathedrali evecta, Romam perrexit Pontifex, ubi magna pompa ab univerſo populo exceptus, ut eam ſemidirutam conſpexit, ac moribus depravatam, priſtino decori reſtituere affectare cœpit: & hinc illi Patris patriæ nomen adhæſit. Ceterum ab Annaliſta prætermiſſa, & ab Apoſtolica Sede pro nobis emanata breviter recenſemus: pro quibuſdam utenſilibus fratris Joannis Merani: *Ad audientiam &c.* III. Kalend. Februarii, expeditis litteris; quamdam contulit Commendam fratri Antonio de Burgo: *Religionis zelus &c.* II. Nonas Februarii; & filiæ Guillelmi, ut in Monaſterio Valentino poſſet recipi, licentiam conceſſit: *Sinceræ devotionis &c.* II. Nonas Martii. Sed fratri Gabrieli ſex loca in Provincia Marchiæ recipere: *Conceſſimus tibi &c.* VII. Martii: & datis litteris pro Monaſterio ſanctæ Mariæ de Lana Nicoſiæ in Cypro: *Sinceræ devotionis &c.* III. Nonas Aprilis, Fratres a ſolutione gabellarum exemit: *Sacræ Religionis &c.* & pro hujuſmodi exemptione Conſervatores deputavit: *Hodie dilectis &c.* XV. Kalend. Maii. Scripſit ſubinde Antonio de Maſſa pro magiſterio fratris Damiani: *Viri ſacræ &c.* V. Kalend. Maii; Epiſcopo Civitatenſi circa diſpenſationem fratris Onuphrii: *Sedi Apoſtolicæ &c.* Kalend. Maii; Fratribus Boſnæ ut prædicent Infidelibus: *Sacræ devotionis &c.* VI. Idus Maii, & facta facultate reparandi Conventum Cameracenſem: *Humilibus &c.* X. Kalend. Julii, Vicario Hungariæ duo loca: *Sacræ Religionis &c.* VI. Kal. Auguſti, & fratri Juliano unum in Cantabria indulſit: *Humilibus &c.* II. Kalend. ejuſdem; & juſſo ne frater Joannes amoveretur a Conventu Bolnæ Burgundiæ: *Religionis zelus &c.* IV. Nonas Septembris; fratri Ariæ ut promoveret duos Fratres ad magiſterium commiſit: *Viri ſacræ &c.* nonis ejuſdem, expedita vero quadam licentia pro fratre Petro Alareta: *Religionis zelus &c.* VIII. Idus Octobris, & alia pro fratre Alphonſo eremitice vivendi: *Pia fidelium &c.* IV. Idus ejuſdem; III. poſtea Idus Novembris datis Monialibus de Rapariegos privilegiis: *Sacræ religionis &c.* Monaſterio Sveſſanenſi aliqua ſacella univit: *Sacræ religionis &c.* II. Idus ejuſdem, ac ſubinde Idibus pro Clariſſis Zantoren. & de Ortodeſillas datis litteris: *Habentes in deſideriis &c.* VIII. Kal. Decembris, aliis cum diſpenſatione pro fratre Antonio de Scipionis: *Divina ſuperveniente &c.* fratrem Didacum Monaſterii de Moterio Confeſſarium inſtituit: *Religionis zelus &c.* XIX. Kal. Januarii, & alterum Didacum ad Auguſtinianos dimiſit: *Humilibus &c.* XI. Kal. ejuſdem menſis.

„ II. Interea Sigiſmundus Imperator ſupplicationibus Abbatiſſæ, & Monialium Clariſſarum Znoimæ intentus, ſuo Imperiali diplomate, omnia privilegia, gratias, & indulta a ſuis prædeceſſoribus Boemiæ Regibus, necnon Moraviæ Marchionibus, & aliis quibuſcumque Principibus, Chriſtive fidelibus illis conceſſa, benigne confirmavit, ut ejuſdem diplomatis exemplar ſequens oſtendit.

SI-

SIGISMUNDUS Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Boemiæ, Croatiæ &c. Rex.

1. *NOtum facimus tenore præſentium univerſis: & ſi Regiæ Celſitudinis circumſpecta benignitas, conſuetæ liberalitatis munificentia, univerſorum ſaluti tenetur intendere, voluntarios quoque affectare labores, ut ſubditi optata pace quieſcant; ad illorum tamen commoda ardenti zelo intendit, qui relictis mundi blanditiis, ſub habitu & obſervantia regulari nituntur Altiſſimo in ſimplicitate mentis & corporis jugiter famulari.* Ex copia authen.

2. *Sane pro parte Religioſarum Abbatiſſæ, & Conventus Sanctimonialium Monaſterii in Znoyma Ordinis ſanctæ Claræ, devotarum noſtrarum oblata noſtræ celſitudini ſupplex petitio continebat, quatenus eiſdem, & Monaſterio prædicto, univerſa, & ſingula privilegia, litteras, jura, libertates, gratias, conceſſiones, donationes, & immunitates ipſis a primæva fundatione ejuſdem Monaſterii, per felicis memoriæ Sereniſſimos Principes Boemiæ Reges, & Marchiones Moraviæ, & alios quoſcumque Principes, & Chriſtifideles indultas, ſeu indulta, approbare, ratificare, innovare, & confirmare de benignitate Regia dignaremur.*

3. *Nos igitur ſupradictarum Abbatiſſæ, & Conventus Monaſterii prædicti, devotionis conſtantiam, vitæ puritatem, & Religionis honorem attenta mentis revolutione penſantes, ſupplicationibus ipſarum admiſſis, ipſis & earum Monaſterio prædicto, univerſa & ſingula privilegia, & gratias prædeceſſorum noſtrorum Boemiæ Regum, & Marchionum Moraviæ, ac aliorum quorumcumque Principum, & Chriſtifidelium, quæ & quas ſuper villis, areis, vineis, hortis, pratis, paſcuis, ſilvis, rubetis, virgultis, molendinis, agris, piſcaturis, aquarumve decurſibus, curiis, cenſibus, & ceteris quibuſcumque obventionibus, aut utilitatibus, & bonis ſuis, rationabiliter obtinuiſſe noſcuntur; necnon jura, tam alta, quam baſſa, libertates, gratias, conceſſiones, donationes, & immunitates, ipſis & earum Monaſterio prædicto a prædeceſſoribus noſtris Boemiæ Regibus, & Moraviæ Marchionibus, ac aliis Chriſtifidelibus obtentas, & indultas, in omnibus ſuis tenoribus punctis, clauſulis, articulis, ſententiis, expreſſionibus, prout ſcriptæ ſeu ſcripta ſunt, ac ſi tenores omnium & ſingulorum præcipue de verbo ad verbum forent inſerti, de innata nobis clementia approbamus, ratificamus, innovamus, & virtute præſentium confirmamus.*

4. *Inhibentes univerſis & ſingulis Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus, Capitaneis, Officialibus, Magiſtris, civium Conſulibus, Juratis, & Communitatibus Civitatum, Oppidorum, Villarum, & Locorum, ceteriſque noſtris, & Coronæ Boemiæ ſubditis & fidelibus, ne præfatas Abbatiſſam, Conventum, & Monaſterium prædictum, aut earum homines & bona, adverſus noſtræ approbationis, innovationis, ratificationis, & confirmationis indultum, impediant aliquatenus, ſeu moleſtent, aut ſuos impedire ſeu moleſtare permittant; quin potius manuteneant, protegant realiter & defendant, prout indignationem noſtram contrariiſſimam arctius voluerint evitare: præſentium ſub noſtræ majeſtatis ſigillo teſtimonio litterarum. Datum Znoymæ anno Domini* MCCCCXXI. XXVIII. *die Martii, Regnorum noſtrorum anno Hungariæ &c.* XXXV. *Romanorum vero* XI. *& Boemiæ primo.* Ad an. 1348.

„ III. Interea ſi ſeritate hæreticorum Boemia Fratres exulare coacti „ inter anguſtias verſantur, in Hiſpania quietius agentes monaſticæ etiam „ vitæ ſerioſius incumbentes, virtutum odoramenta diffundunt: & quidem „ in provincia Caſtellæ, & ſpecialiter in Conventu Dominæ noſtræ de Spe, „ vitam pene angelicam agentes, jejuniis multis, crebris vigiliis, variis „ corporis macerationibus, & ignitis verbi divini eloquiis, multos ad Re„ ligionem, tantarum virtutum ſuturos æmulatores, alliciebant; quamo„ brem per hæc tempora mirifice Ordo creſcebat.

Fr. Joann. Urbinas ex Tertio Ordine miraculis clarus obit.

„ IV. Micabat etiam apud Urbinates in Italia, egregio ſanctitatis „ ſplendore frater Joannes Urbinas, Tertii Ordinis S. P. Franciſci alum„ nus, alius ab altero ejuſdem nominis, patriæ, atque inſtituti, fratre „ B. Antimi: hic operibus pœnitentiæ aliiſque perfectionis Chriſtianæ ju„ giter intentus, pluribus miraculis a Domino meruit honorari, ut ſcribit „ Marulus. Urbini deceſſit, & ſepulturam nactus eſt apud Moniales Mo„ naſterii Nominis Jeſu.

ARGUMENTUM.

Moritur beatus Petrus Villacretius, & florent alii viri piiſſimi. Sanctus Bernardinus prædicat Veronæ, & Vincentiæ. Narratur Coronæ beatæ Virginis exordium, & recitandæ fructus. Narrantur Epiſcopi, & creſcunt domicilia.

Obit B. Petrus Villacretius. *Gonz. 1. par. fol. 9. Monum. MSS. Prov. Concept.*

I. PER hæc tempora multi pietate & virtutibus inſignes partim floruerunt, partim curſum conſummarunt. Obiit hoc anno beatus Petrus Villacretius, Joannis Epiſcopi Burgenſis germanus frater, primus reformatæ Religionis auctor in Hiſpania. A Patribus Conventualibus, poſt annorum viginti in ſpeluncæ ſolitudine, prodiit, ut facinus hoc aggrederetur. Licet doctiſſimus eſſet, & gradu fulgeret magiſterii, nullus eo erat humilior, nullus modeſtior. Pane & aqua contentus, a vino & carnibus abſtinuit, raro alia admittens obſonia. Virginitatem perpetuo coluit, urbes fugiit & ſtrepitus, & in Eremitoriis tribus a ſe conſtructis Saliceti, Aquilarii, & Tribuli, rigidiſſimam inſtituit, obſervavitque diſciplinam. Profectus ad Comitia Provinciæ Caſtellæ, habenda in Conventu Rupis-fidelis, vulgo *Penna fiel* prædixit in limine ſuam mortem, dicens: *Hic requies mea in ſeculum ſeculi*, acceptiſque Sacramentis, obdormivit in Domino, v. Idus Octobris. Concinentibus in ejus obitu Fratribus univerſis, qui in ejus corpore cernebant manifeſta pignora futuræ hæreditatis. Miraculis clarus alabaſtrico decoratur ſepulcro.

Floret Bernardus Anticus. *Marian. c. 10. Chron. antiqua.*

II. Egregie florebat virtutibus & pietate frater Bernardus Anticus Fabrianenſis, in oratione, & contemplatione aſſiduus, in macerando corpore ſeverus, electos cibos ſemper abhorrens, viles duntaxat admittens. Sollicita cura, & perpetuo timore pudicitiam colebat uſque ad ultimam ſenectam. Octogenario dixit quidam, feliciter ſecum actum, quod ad illam pervenerit ætatem, in qua frigido corpore tentationes ſuccubuerint. Cui ille reſpondit: *Nequaquam mihi ipſi in ſeneſcenti, & arido corpore confido, nam dum in carnis ergaſtulo recluſus manſerit ſpiritus, coinquinari poterit, & in miſera hac captivitate patitur violentas oppreſſiones, & adverſarias impreſſiones*. Propter ejus virtutem receperunt Fratres in contubernium ipſius patrem annoſum valde, & ferme decrepitum, & filio inſtruendum tradiderunt.

runt. Ille ad omnem urgebat pietatem, objiciens frequenter, quod poſtremam inutilis vitæ partem Deo conſecrarit, & propterea ita laborandum, ut in paucis diebus multorum annorum reatus compenſaret: *Nonaginta*, dicebat, *annos natus, ferventer age, ne tempus breve creditum defluat inane*. Tamdem diebus & meritis plenus, in Conventu ſancti Petri apud Camertes præſciens mortem, rogavit vehementer, & obtinuit, ut præ foribus Eccleſiæ, per quas tranſitur ad clauſtrum, ſibi effoderent ſtatim ſepulcrum, & protinus procumbens in lecto, aſtantibus Fratribus, expiravit.

III. Petrus laicus etiam Fabrianenſis, vir humilis, pius, admirabilis etiam patientiæ, & ignitæ caritatis in eodem Cœnobio annis XXIV. coquum egit, abſque ulla unquam commotione, aut querela. Tempore epidimiæ inſerviebat peſtilentibus, & tamdem correptus ipſe contagione, coram beatæ Virginis imagine, junctis manibus, & genibus flexis, obdormivit in Domino, eodem corporis ſitu poſt mortem omnibus venerabilis, ſimilis Paulo primo Eremitæ.

Item Petrus laicus.

IV. In Conventu Eremitæ extra Fabrianum, plurima virtute emicuit frater Antonius Puerus, vel Purus, cujus felicitati invidens Dæmon, ex alto loco in hortum Fratrum dejecit. Qui caſum viderunt, putaverunt omnino colliſum & mortuum, ſed deſcendentes ut exanime cadaver efferrent, ſanum & vegetum invenerunt, & adhuc illic perſeverat locus unde dejectus eſt inſcripta memoria.

Et Fr. Antonius Purus.

V. In provincia Pennenſi, quæ nunc dicitur ſancti Bernardini, floruit frater Ægidius, unus ex primis ſociis Paulutii Trinciani. Cecidit aliquando in flumen *Humanum*, ex quo aſcendit, tamquam ſi e ſicco prodiret, in nihilo madefactus. Deceſſit in Conventu ſancti Chriſtophori urbis Pennenſis, miraculis clarus. Paulo poſt obitum, Coluccium de Camplo, Tertii Ordinis ſancti Franciſci profeſſorem, ad ſuum ſepulcrum orantem gravi infirmitate liberavit.

Item Fr. Ægidius.

VI. In provincia ſancti Franciſci, & Conventu Montis Peruſii deceſſit frater Ventura laicus Aſſiſias, erga pauperes & peregrinos benignus, affabilis & miſericors, cujus virtutem Deus variis miraculis comprobavit. Illuſtres etiam hoc tempore fuerunt Marcus Bergomenſis, Benedictus Camers, Gabriel Spoletanus, Franciſcus Florentinus, Joannes Peruſinus, & Antonius Tudertinus, virtute & pietate ſpectabiles.

Fr. Ventura.

Alii plerique.

VII. S.Bernardinus per Lombardiam diſcurrens, ſub hujus anni finem pervenit Veronam, ubi in Eccleſia Cathedrali frequentes habuit ad populum conciones, a die primo Novembris, uſque ad XVII. Januarii anni inſequentis; illinc profectus Vincentiam. Auctor fuit Veronenſibus, hoc, vel alio anno, ut quos ludos diverſis propoſitis præmiis, ex veteri Inſtituto in memoriam cujuſdam obtentæ victoriæ anno MCCVII. facere conſueverant Dominica prima Quadrageſimæ, ob reverentiam piacularis temporis, & ne ſacri profanarentur dies, in feriam quintam ante Dominicam Quinquageſimæ, aut in ipſam eamdem Dominicam rejicerent. Hujus tranſlationis meminerunt urbis ſtatuta cap. 35. a Bernardino perſuaſæ. Fecit inſuper, ut frequentius hic populus ad ſacram accederet Synaxim, cum quibuſdam moris eſſet, illam ſemel in anno, aliquando rarius percipere. In hac excurſione Lombardica invenit ſub quercu cadaver hominis recenter occiſi, flexiſque genibus orans defunctum revocavit ad vitam.

S. Bernardinus prædicat Veronæ.
Valer. de reb. Veronen. Corteſ. lib. 14.
Reſuſcitat defunctum.

VIII. Sub hoc tempus aſſociatus eſt Minoribus adoleſcens quidam, beatæ Virgini Mariæ reverenter addictus, qui contexta ex floribus corolla, ſimulacrum ejuſdem decorabat. Dum legendis floribus, & huic proſequendæ

Marian. citat. Marc. cit. c. 15.
Origo devotionis Coronæ beatæ Virginis.

dæ pietati non adeo liceret in tirocinio intendere, juvenili levitate conſtituit ad ſeculum redire. Diſceſſurus Virginem ſalutavit, & patrocinium popoſcit. Cui illa apparens dixit: *Noli contriſtari ob dimiſſum, vel impeditum, quod mihi præſtabas, florum obſequium; docebo quomodo in aliud præclarius convertas, & coronam mihi compingas, ſerto illo roſarum valde pulchriorem. Singulis diebus coronam mihi contexe, non ex floribus, qui cito marceſcunt, neque ſemper haberi poſſunt, ſed ex piis precibus, quas tu potes; & Angelus docuit recitare. Profer decies ſalutationem Angelicam, & ſemel orationem Dominicam, in memoriam gaudii, quo ego exultavi de concepto Verbo æterno. Secundo, eadem repete, propter illud, quo perrexi cum feſtinatione in montana Judææ, cognatam Eliſabetham viſitura. Tertio, propter ſummam lætitiam, qua Chriſtum Dominum abſque dolore, integro pudore ſum enixa. Quarto, propter eam, qua Magos infantulum adoraturos excepi. Quinto, ob repertum in Templo filium, quem prius deflebam amiſſum. Sexto, ob glorioſam ejus reſurrectionem. Septimo, ob meam in cælos Aſſumptionem. Hæc ſi ſingulis diebus dixeris, certo ſcias ſertum mihi gratum, & tibi meritorium, te compacturum.* Obſecutus adoleſcens, qua potuit devotione, recitare cœpit præſcriptam precum formulam, & accedens caute tironum magiſter, ut exploraret quid in cubiculo ageret, vidit Angelum roſas filo paulatim inſerentem, & ſingulis denis aureum lilium connectentem, mox coronam ex omnibus compoſuiſſe, & tironis genuflexi capiti impoſuiſſe. Paulo poſt præceptor imperavit, ut quæ tunc faciebat, enarraret; dixitque eo ſe modo preces illas obtuliſſe, quo a beata Virgine inſtructus fuerat, unde viſionis arcanum magiſter percepit.

Confirmatur miraculis. Primo. IX. Proſecutus ille quotidie per omnem vitam, devotionem hanc, accidit ut cum ſocio alternatim repetens, per nemus quoddam, prædonum latibulum, tranſiret. Prodeuntes ex latebris nebulones irruerunt in Fratres, ſciſcitantes quonam dilapſa fuerit ſpecioſa puella, quam ſecum in nemoris aditu ducebant. Illi negare & abjurare ſe nullum duxiſſe, neque vidiſſe; hi urgere, in comitatu fuiſſe, precariis orbiculis roſas alligaſſe, & ultima minari tormenta, niſi revelent ubi dimiſerint aut abſconderint. Dum nihil extorquere potuerunt a nihil ſcientibus, ad arbores alligatos vexare tentarunt. Illi e contra agonem ſuum Deo, & ſacratiſſimæ Virgini commendantes, rogarunt ut invocantibus opem ferrent. Adfuit beata Virgo, & latrones increpavit, quod ita inhumane ſuos ſervos tractaverint, ſeque ipſam eſſe dixit, quæ aſſociabat coronæ penſum devote ſolventes. Hac viſione territi, & increpatione compuncti latrones, a viis ſuis peſſimis recedentes Fratrum Minorum Inſtitutum ſubierunt, & ubique retulerunt quæ propriis oculis conſpexerunt.

Secundo. X. Hinc invaluit mos in Ordine Minorum, tranſivitque ad alios, coronam beatæ Virginis recitandi, quam oratione Dominica ſepties, & ſalutatione Angelica ſeptuagies & bis, repetita, in honorem annorum ſeptuaginta duorum, quibus ſacratiſſima Virgo, juxta probabiliorem ſententiam vixit, & gaudiorum ſeptem ab ipſa expreſſorum, complendam pii Viri aſſeverant. Ut vero amplius hæc creſceret pietas, crebra fecerunt miracula. Etenim poſt paucos annos ipſe adoleſcens decedens, viſus eſt in cœlum efferri, roſis & liliis circumdatus, atque inter brachia ſacratiſſimæ Virginis exceptus, floribus coronari.

Tertio. XI. Conſodalis alter firmiter conſtituit quotidie coronam hanc recitare ante prandium, ſed ſemel oblitus, dum manducare incœpit, recordatus eſt omiſſionis. Petiit licentiam abeundi, receſſitque in templum, ubi coram

beatæ

beatæ Virginis altari, quod ſolebat, penſum ſolvebat. Dum his immoraretur, miſit Guardianus exploratum quid ageret, aut quo abierit. Viſus eſt genuflexus orans, & Angelos duos per brevia intervalla excipere ex ore ejus roſas, & poſt decimam quamque, lapidem pretioſum, & ex his contextam coronam impoſuiſſe capiti beatæ Virginis adſtantis. Retulit omnia explorator Præfecto; hic vero obedientiæ præcepto ab orante confeſſionem omnium extorſit.

XII. Simile quid accidit Anconæ in Marchia. Beatus Gabriel Anconitanus Guardianus, admirandæ pietatis vir, præcepit Ludovico Albanenſi tironi, ut ſingulis diebus antequam manducaret, obſequium iſtud beatæ Virgini præſtaret. Quodam die toto tempore antemeridiano domeſticis miniſteriis implicitus, non potuit. Dum menſæ aſſideret, interrogatus a Superiore an penſum hoc beatæ Virgini illo die perſolverit? & faſſus non feciſſe, juſſus eſt in Eccleſiam abire, atque omiſſionem compenſare. Abiit, fecit, oravit coram altari præcipuo hanc noxam ſibi dimitti. Submiſit poſtea Superior, qui inveſtigaret, an vere obedierit? viſus eſt ferme eodem modo, quo alter orare, atque ex ejus precibus aptatam corollam beatæ Virginis capiti circumduci. Retulit hic quæ vidit; miſſi deinde alii, qui etiam idipſum perſpexerunt: acceſſit demum ipſe Guardianus, & quæ reliqui, conſpexit. Hinc amplius devotionem novitio commendavit, & ceteris Fratribus imitandum propoſuit, & diuturno tempore, illo in loco, quo novitius orabat, perſeveravit ſuaviſſimus odor roſarum & liliorum. Quarto.

XIII. Frater Petrus e civitate Pennenſi oriundus, ſocius beati Thomæ Florentini, & primus inter Obſervantes provinciæ ſancti Bernardini, laicus, vir miræ perfectionis, & aſſiduæ orationis, qui aliquoties viſus eſt per horas quinque immobilis, brachiis in crucis modum protenſis hæſiſſe, facie interim Solis inſtar reſplendente: aliquoties etiam e terra in altum elevatus, hac etiam ferebatur devotione, ut quotidie his precandi formulis beatam Virginem ſalutaret. Semel accidit, dum conſtruendo Cœnobio ſanctæ Mariæ Podii Orſonæ adlaboraret, ut diurno labore feſſus obliviſceretur coronam recitare. Dum iret cubitum, meminit omiſſi penſi Mariani, ſtatimque receſſit ad oratorium, dicturus, quæ ſolebat. Ab incœpta corona paulo poſt ſomno correptus, abſolvere non potuit. Dormitanti apparens beata Virgo Angelis duobus aſſociata dixit: *Dormi, & requieſce dilecte fili, ſatis oraſti laboribus feſſus, obedientiæ, & caritatis operibus addictus*; & efferri fecit per Angelos in lectum. Ad matutinas preces expergefactus, comperit viſionem, quam habuit, veram fuiſſe, non imaginariam. Quinto.

XIV. Simile ferme per omnia accidit cuidam Fratri adoleſcenti in provincia Romana, die quodam diſtracto in hoſpitibus recipiendis. Rem omnem deprædicabat frater Laurentius de Monte Calerio, Vicarius ejuſdem provinciæ, vir probatiſſimæ vitæ, beatæ Virginis Mariæ cultor ſtudioſiſſimus. Qui de hac re ſcribunt, ſuſpicantur iſta eidem Laurentio in ſua juventute accidiſſe. Sexto.

XV. In provincia ſancti Franciſci, & Comitatu Aſſiſii, fuit quidam vir religioſiſſimus, pietate & prophetiæ dono inſignis, qui devotionem hanc omni hominum generi magnis & parvis, nobilibus & infimis, ſenis & junioribus perpetuo inculcabat, propterea *frater Jacobus de Corona* nuncupatus. In omnibus tribulationibus & neceſſitatibus ad has preces recurrebat, & opem reportabat, rebuſque dubiis dabat reſponſa. In Burgo ſancti Sepulcri, dum ageretur de deſtruendo Conventu Minorum extra mœnia poſito, ne hoſtibus Neapolitanis cito adventuris, foret præſidio, rogavit Jacobus Septimo.

Com-

Commiſſarium, a Senatu Florentino in hanc rem amandatum, ut a ruina paululum ſuperſederet, donec ille beatæ Virginis imploraret auxilium. Aſſueto ſuo precum genere ſalutavit, rogavitque ut domum, in qua tot ei coronæ quotidie tam a ſe, quam a reliquis Fratribus offerebantur, ſervaret indemnem. Reſponſum accepit non acceſſuros hoſtes, ſed ab omnibus Florentinorum terminis brevi diſceſſuros, quod poſt paucos dies ipſe probavit eventus. Eo in loco, poſtquam varia patrarat miracula, & ſacroſancta ſuſceperat Eccleſiæ Sacramenta, migravit ad Dominum. Animam ad cœlos evehi inter multitudinem Angelorum viſum eſt, & exequiis interfuit populus univerſus.

Octavo. XVI. Bernardinus Feltrenſis Veronæ, in Eremitorio Porcariæ, provinciæ ſancti Antonii, narrabat ea in urbe accidiſſe, ut frater quidam pius in quodam Eccleſiæ angulo formula hac orandi devote uteretur, & ab alio viderentur eidem aſtitiſſe Angeli, qui ad ſingulas ſalutationes Angelicas, corona aurea Virginem redimirent, & roſam, aut lilium porrigerent. *Nono.* Referebat etiam, in eadem Provincia Antonium Rubeum Foro-Julienſem, huic pietatis generi addictiſſimum, dum comitaretur Senem quemdam provinciæ Vicarium in civitate Vincentiæ, ſub continuo aquarum diluvio, invocata beata Virgine, & poſitis precariis orbiculis in capite, neque una guttula madefactum, ſed ſicca veſte in urbem omnibus admirantibus perveniſſe. *Decimo.* Frater Franciſcus Sulmonenſis provinciæ ſancti Bernardini, vir laudabilis & pius, retulit adoleſcentem quemdam initiandum apud Minoritas, toties quoties accedebat ut religioſa veſte indueretur, revocatum variis tentationibus, quas demum nullo negotio ſuperavit, recitata corona aliquoties coram beatæ Virginis effigie.

Undecimo. XVII. Prædictus Feltrenſis publice prædicavit, ſcholarem Peruſinum, nobilis adoleſcentulæ amore inſanientem, magicis incantationibus uſum ut potiretur, ſed omnes eluſas, etiam ipſius Dæmonis confeſſione, quod ſingulis diebus coronam hanc beatæ Virgini puella conſecraret. *Duodecimo.* *Tertiodecimo.* Improbæ etiam vitæ hominem, qui ex ſumma deſperatione dæmones in ſuum convocavit interitum, ab eiſdem ſibi apparentibus reſponſum accepiſſe, nocere non poſſe quotidie has preces recitanti. Ticini dixit ex ſuggeſto, nobilem quamdam matronam docuiſſe hunc Virginis cultum ſuos filios puerulos, ſummo mane ſingulis diebus exhibendum, atque ex his unum in flumen deeidiſſe: matri demum, & multis corpus quærentibus ſuper aquas incolumem appáruiſſe, & dixiſſe ſe beneficio illius Virginis ſervatum, cui ex matris diſciplina matutinas adaptabat coronas. *Quartodecimo.* Pellicem etiam, propter quam multa orta erant ſcandala, & homicidia, demum lethaliter ſauciatam, & in foveam projectam, apparente, & protegente beata Virgine, propter hanc quotidianam devotionem, eouſque vixiſſe, donec advenerit Confeſſarius, & rite ſe accuſanti reatuum impenderit abſolutionem, ſtatimque expiraſſe.

Quintodecimo. XVIII. Volaterris anno MCCCCLXIV. devota fœmina, antequam iret cubitum cum ſuis filiis, hac formula oravit. Accidit ut illa nocte tectum oppreſſum nimio pondere nivis corrueret, ſed nihil nocuit paucis arundinibus circa lectum compoſitis, totam molem cum omnium admiratione ſuſtinentibus. *Sextodecimo.* In oppido Sartiani in eadem provincia Etruriæ, & Eccleſia Minorum, irruentes duo ſicarii in duos incolas Caſtri plebis, hujus cultus Mariani perpetuos obſervatores, uni nocere non poterant, alteri licet vulnera multa inflixerint, vivus, & ſanus præter omnium expectationem apparuit. Hæc & alia multa collegerunt, qui de recitanda Virginis corona ejuſque vir-

Vide de his Albert. Caſtellan. Andream Gianettam, Valerium, Abrah. Bzovium, & alios.

virtute pie ſcripſerunt. Alia plurima, his ſimilia invenies apud eos, qui ſacrum Virginis Roſarium digne commendant.

XIX. Creavit hoc anno Martinus Archiepiſcopum Dyrachinum in Macedonia, e regione Brunduſii in regno Neapolitano, fratrem Nicolaum Coſmæ ſacræ Theologiæ Magiſtrum, per obitum Joannis: *Apoſtolatus officium*. II. Nonas Julii. Metropolitam Chriſtonopolitanum fratrem Henricum de Villa Color. XIII. Kalend. Junii. Epiſcopum Crenſem, in inſula Zea, ſub Archiep. Athenien. fratrem Franciſcum Andreæ Venetum. III. Nonas Julii. Epiſcopum Cumuchenſem in Tartaria, prope montes Caſpios, fratrem Ambroſium Scipionis de Caſsia, per obitum Joannis: *Ex ſuſcepti cura regiminis*. VIII. Kalendas Decembris. Myrenſem in Phrygia, ſub Archiep. Synadorum, fratrem Stephanum Chailleti, per obitum alterius Stephani: *Apoſtolatus officium*. II. Nonas Februarii. Ebronenſem in Syria, ſub Patriarcha Hieroſolymitano, fratrem Bartholomæum de Peregrinis, per obitum Ludovici: *Apoſtolatus officium*. III. Nonas Auguſti. Renunciavit hoc anno ſuo Epiſcopatui Comenſi frater Antonius Turconius, de quo alias locuti ſumus, & ad ſuam rediit Religionem ex Pontificis conceſſione: *Sinceræ devotionis*. XI. Kalend. Januarii. „ Frater Paulus Albertus Florenti-
„ nus translatus eſt hoc anno ab Eccleſia Adjacen. ad Anconitanam, ob
„ translationem Aſtorgii ad Aſculanam; ſed cum Aſtorgius nollet Anconi-
„ tanam relinquere, Paulo data eſt Aſculana. Creatus eſt Epiſcopus Au-
„ ximanus frater Nicolaus e Caſtello eadem Urbe oriundus IX. Kalendas
„ Auguſti. Obiit anno MCCCCXXIV. Antonius de Zogarolo, a Terraci-
„ nenſi Epiſcopatu transfertur ad Caetanum XIII. Kalend. Junii. „ Pœnitentiarios vero Lateranenſes Antonellum de Iſernia, & Theobaldum Perini. Huic poſteriori commendavit hoſpitale de Salinis, Biſuntinæ diœceſis. Antonium de Maſſa, de quo alias ſæpe locuti ſumus, ob inſignem doctrinam, & raram facundiam Prædicatorem inſtituit Apoſtolicum. Fratrem Antonium de Enzinas Guardianum Toletanum, & Wolfrandum Marchiæ, inferioris provinciæ Auſtriæ Cuſtodem, aliis gratiis affecit. Fratribus Vicariæ Boſnæ, qui cum laude & fructu in Ruſſiæ, Bulgariæ, & Valachiæ partibus laborabant, ampliſſima privilegia confirmavit: *Dum uberes fructus*. IV. Kalend. Septembris. „ Ac demum cum Aria de Euzmaz Guardiano Toleta-
„ no diſpenſavit, ut poſſet conſequi magiſterii lauream: *Religionis zelus*.
„ XIV. Kalend. Novembris.

Fr. Nicol. Arch. Dyrachinus. — Fr. Henr. Chriſtinop. — Fr. Franc. Epiſcop. Crenſen. — Fr. Ambroſ. Cumuchen. — Fr. Stephanus Myran. — Fr. Bartholom. Ebronen. — *Tom. 9. an. 1409. n. 15. & an. 1416 n. 9.* — ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI. — Fr. Paul. Epiſc. Adjacen. & Aſculanus. — Fr. Nicolaus Auximanus. — Fr. Anton. Terracinen. & Caetanus. — Fr. Anton. de Maſſa. — ADDITIO ALIORUM.

XX. Calatagirone in Sicilia urbe, circa hunc annum extructum ex publico ære, Minorum domicilium, ſub titulo *ſanctæ Mariæ de Jeſu*, aſſerit Gonzaga; ſed poſt annum MCCCCXXVI. extructum, ſub illud tempus indicabo, maxime, ſi, uti ille ait, ædificatum ſit, deprecante beato Matthæo Agrigentino. Vixerunt hic ſemper viri religioſiſſimi, inter quos excelluerunt pietate Antonius Sacerdos, & Jacobus laicus, hac ipſa urbe oriundi, totque miracula patrarunt, ut Syracuſanus Epiſcopus ea in publicas tabulas redegerit, in archivo Cathedralis Eccleſiæ repoſuerit, & ipſorum corpora adhuc integra religioſo ſepulcro donaverit.

Conv. Calatagirone. — *Gonz. in Provin. Siciliæ Conv. 7.*

XXI. Aliud etiam Bergomi apud Tranſpadanos, ſub nomine *ſanctæ Mariæ de gratiis* inchoatum intra urbis mœnia, Petro ab Alſano ſitum concedente beato Bernardino Senenſi, quod donationis probat inſtrumentum die XXVII. Junii hujus anni conſcriptum. Pertinebat hæc domus ad provinciam Mediolanenſem, ſed Sixti IV. Pontificis auctoritate an. MCCCCLXXI. fuit Brixienſi unita. Jacet hic beatus Daniel a Nimbro, miraculis illuſtris. A poſteriori parte templi habetur in magna veneratione imago Chriſti Do-

Conv. Bergom. — *Idem in Provin. Brixien. Con. 2.*

mini, crucem ferentis, miraculis, quæ beatus Carolus Borromæus examinavit, necnon frequenti populi concurſu, celeberrima. Prope templum ſanctus Bernardinus quercum plantavit, quæ poſtea proceritate, & craſſitudine quercuum vicit naturam, & uno, atque altero ſeculo duravit. Non longe ab eo loco Virum ſanctum cecidiſſe ferunt, & pro numero digitorum manus dextræ, qua nitebatur reſurgere, quinque fonticulos ibidem emanaſſe. Ibidem etiam ampliavit Cœnobium ſancti Franciſci, prius ſancto Joanni Baptiſtæ dicatum, donante ſupradicto Petro Alſano domunculam, & agellum.

Guarner. de rebus Bergomat. Rodul. fol. 273.

XXII. In Tranſilvania nobiles viri Joannes Ladiſlaus, & Fratres, in quadam ipſorum villa *Cuſal* nuncupata, in finibus ſchiſmaticorum, & hæreticorum, domum ædificarunt Minorum, inhabitandam per Fratres Vicariæ Boſnæ, qui infidelibus, & ſchiſmaticis convertendis fideliter intenderent: *Piis fidelium votis*. IV. Idus Octobris. Hoc anno, non antea, ut alias advertimus, data facultas Thomæ a ſancto Severino viro principi, Conventum Fratrum Minorum ædificandi in ſua villa Padulæ, diœceſis Caputaquenper induſtriam fratris Juliani de Lauro, regularis Obſervantiæ: *Sinceræ devotionis affectus*, II. Kalend Auguſti. Ex quodam Diplomate Pontificis ad Abbatem Monaſterii Oberuborgh, Aquilejen. diœceſis, comperio fuiſſe in oppido Celeyen. ejuſdem diœceſis, Cœnobium Minoritarum, incerto tamen tempore, conſtructum, Eccleſiam domus Goveanæ, Conimbricen. diœceſis, ſub hoc tempus conſtructam comperio ex diplomate Indulgentiarum, eamdem viſitantibus hoc anno conceſſarum.

Conv. Caſal. — *Tom. 9. an. 1380. n. 10.* — Con. Padulæ. — Conv. Celeyen.

XXIII. In civitate Caſtellana pia quædam fœmina Margarita, Caſſandra filia, & aliæ duæ devotæ mulieres hoc anno ædificarunt Monaſterium ſanctæ Ceciliæ Tertii Ordinis: poſt aliquot annos reparavit Soror Cecilia Fucci, ampliavitque. Hinc prodiere primæ inſtitutrices Monaſterii Montis Citorii urbis Romanæ. Conceſſa hoc anno facultas Amadeo Sabaudiæ Duci, ut in aliquo loco intra terras ſui dominii, Monaſterium Clariſſarum ædificaret. An vero, vel ubi, fecerit, non conſtat: *Injunctum nobis*. XI. Kalend. Novembris. Monaſterium Clariſſarum urbis Zamoren. & de Rapariegos, Abulen. diœceſis, de quibus alias locuti ſumus, adeo deformata erant, ut ipſæ Sorores petierint reformari per Fratrem Franciſcum de Soria virum religioſiſſimum, & a longo tempore Viſitatorem Monaſterii de Oterdeſillas, *in quo ſpeculum vitæ Monaſticæ, & regularis diſciplinæ ad Dei gloriam non modicum relucere*, ipſe Pontifex teſtatur. Monaſterium ſanctæ Mariæ Magdalenæ civitatis Antivæ, Soranæ diœceſis, propter malam adminiſtrationem, & bellorum incommoda ad ſummam pervenit paupertatem, & ultimum exterminium, ita ut decedente hoc anno Maſtia Abbatiſſa, & unica ſuperſtite Moniali, Monaſterium cum ſuis reditibus datum ſit in adminiſtrationem, & commendam fratri Paulo de Avezano. Clariſſas Ticinenſes, ſive Papienſes, de quarum Monaſterio alias locuti ſumus, liberat hoc anno Pontifex a præſtatione decimarum illorum bonorum, quæ Blancha Duciſſa Mediolanenſis fundatrix illis aſſignaverat: *Fructus præcipuæ honeſtatis*. XII. Kalend. Junii. Monaſterii ſanctæ Mariæ de Cana extra muros Nicoſien. in regno Cypri, cauſas & lites circa quoſdam reditus commiſit hoc anno Pontifex Epiſcopo Nicoſienſi decidendas.

Monaſt. Civitatis Caſtellanæ. *Gonz. in Provin. S. Franc. Mon. 6.* — *Tom. 3. an. 1239. n. 31. & Tom. 4. an. 1270. n. 41.* — Mon. Antivæ. — *Tom. 9. an. 1393. n. 16.*

XXIV. Fratribus Tertii Ordinis Conventus ſanctæ Catarinæ Montiſfari, Compoſtellanæ diœceſis, confirmavit donationem Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Mino, Mindonien. diœceſis, a Lupo Epiſcopo alias factam: *Apoſtolicæ nobis*. III. Idus Julii. Aliam ſimiliter donationem domorum factam Fratribus

bus ejuſdem Inſtituti, urbis Ferrarienſis pro conſtruendo pauperum hoſpitali, approbandam commiſit Archiepiſcopo Ravennati: *Humilibus ſupplicum*. Kalend. Februarii.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. PAuca ſunt, quæ nobis addenda occurrant; nihilominus analecta Litteræ Pontif.
„ nonnulla ex Vaticani regeſtis proferemus: & quidem Kal. Ja- *Indicul. ex Vat.*
„ nuarii ſummus Pontifex fratrem Joannem Pœnitentiarium præfecit: *Re-*
„ *ligionis zelus &c.* & VII. Idus ejuſdem menſis fratri Ludovico cupienti,
„ Terræ ſanctæ devotionis cauſa viſitationem indulſit: *Tuæ devotionis &c.*
„ V. vero Idus Februarii datis litteris: *Sinceræ devotionis &c.* pro Claruc-
„ cia, & Eliſabetha Monialibus Venetis; X. Kal. Martii ad magiſterium
„ fratrem Angelum Thomam de Florentia dimiſit: *Viri ſacræ &c.* & VIII.
„ Kal. ejuſdem Antonio de Maſſa, ut tres Fratres ad magiſterium promo-
„ veret liberaliter indulſit: *Perſonam tuam &c.* ſed IV. Kal. Iſabellæ Cla-
„ riſſæ tranſitum ad Sorores Auguſtinianas permiſit: porro fratri Bartholo-
„ mæo quodam beneficio conceſſo: *Religionis zelus &c.* VIII. Idus Martii,
„ eodem tempore Clariſſas de Spello a ſolutione decimarum exemit: *Fru-*
„ *ctus præcipuæ &c.* & X. Kal. Aprilis pro Sorore Clara Martini Majoricenſi
„ expedivit breve: *Sinceræ devotionis &c.*
„ II. Fratrem Joannem de Baeza hoc anno reliquorum Fratrum, qui
„ in Canariis Inſulis laboribus Apoſtolicis incumbebant, ut earum habita-
„ tores ad caulam Domini reducerent, ſummus Pontifex Vicarium inſti-
„ tuit, expedito brevi: *Meritis tuarum &c.* V. Idus Aprilis; ſed V. po-
„ ſtea nonas Maii Indulgentiam pro iiſdem Canarienſibus conceſſit: *Eccle-*
„ *ſiarum, & Religioſorum &c.* quo etiam tempore fratrem Cicharellum
„ ad certum beneficium habilitavit: *Religionis zelus &c.* At hic pauliſper
„ immorandum, ut initia converſionis earum gentium, propagationiſque
„ fidei Catholicæ in medio pelagi, haud tantum legenti innoteſcant, ſed
„ etiam divina bonitas, & providentia cuicumque alte commendata exi-
„ ſtat.
„ III. Canarias, ſeu Fortunatas inſulas, in Atlantico mari ad Mauruſiorum
„ fines, ab Atlante in extremo Africæ Monte X. millibus ſtadiorum, ideſt
„ milliariis mille ducentis quinquaginta diſtantes, auctores poſuere: Pli- *P. Bertius.*
„ nius, Solinus, ac Ptolomæus ſex commemorant, ſed Ludovicus Cada-
„ muſtus decem eſſe, VII. ſcilicet cultas, ac III. deſertas recenſet: prima-
„ rum nomina ſunt, Fractæ Lanceæ vel Lanzarotta, quæ olim Centuria;
„ magnæ ſortis; Grancanariæ; Teneriffæ; Gomeræ, olim Theodæ; Pal- *Ex mappa Ubertini.*
„ mæ, antiquitus Capraria; Ferro; Priſcopluvialis, vel Pluitaliæ. Inſula
„ Ferro in latitudine Septentrionali gr. XXVI. cum XXXVI. minutis, in
„ Finitore Occidentali poſita, noſtri Hemiſpherii finis eſt, & alterius Orien-
„ talis initium: hæc omni aqua deſtituta, a providentia Dei ignotæ ſpeciei
„ arborem ſortita dicitur, quæ longa folia, arcta, & ſemper virentia ha-
„ bens, pecudibus ac hominibus jugiter abundat humore ſalubri; Hiſpanis
„ in eam primum delatis incolæ celaverunt, ſed arcanum ſcortillus detexit:
„ Canaria Magna XC. milliaribus in longum porrecta, a qua ceteris no-
„ men eſt, ſedem habet Epiſcopi, & regium Tribunal. Teneriffa præfata
„ aliquanto minor, a XC. milliaribus, cœlo ſereno, monte eximiæ altitu-
„ dinis eam prodente, conſpicitur; niger eam putat eſſe Nivariam Plinii
„ Caprariam: Palma exigua eſt, ſed amœna, vino, caſeo, & ſaccharo

„ abundans: qui ex Hiſpania in Peruviam, & Braſiliam navigant, in hac
„ Inſula commeatum in itinere ad victum neceſſarium petunt.

„ IV. Hæ autem Inſulæ in univerſum raros habent imbres; ventos ut
„ plurimum ſuaves, & roriferos; ſolum adeo pingue, quod nec arari, nec
„ plantari, nec ſeminari deſiderat, cum ſua ſponte fertile fructuum tantam
„ copiam producat, ut otioſæ multitudini hominum ſufficere poſſit; aer ibi
„ ſincerus ac temperatus, mediocris mutationis per tempora contentus;
„ nam qui a terra, ſive continenti perflant venti, ut Boreas, & Aquilo,
„ per longa nimis, vaſta, & inania ſpatia incedentes, antequam perve-
„ niant, deficiunt; qui vero a mari Argeſte flantes ad Aquilonem, qui
„ Latinis Cauri dicuntur & Zephiri, raros quidem ac temperatos imbres
„ ex pelago afferunt: his de cauſis ibi Eliſios campos, beatorumque domi-
„ cilia gens antiqua credens Homero, conſtitutos eſſe putavit.

B. Maclovius in Canarias Chriſti Fidem invexit.

Gonz. p. 4.

„ V. Has Inſulas Canarienſes beatum Maclovium, cum beato Blando-
„ no, trium millium Monachorum Patre, atque admirabilis abſtinentiæ
„ viro, Scotia ſolvens attigiſſe, eaſque per ſeptennium luſtraſſe, ibique
„ mortuum miræ magnitudinis Gigantem precibus ad vitam revocaſſe, qui
„ poſtea Chriſtianam fidem edoctus & baptizatus, Judæorum, & Pagano-
„ rum pœnas in alteram vitam retulerit, ibique ſub Juſtiniano Imperatore
„ accidiſſe memoriæ proditum eſt: quamobrem Maclovium primum extitiſ-
„ ſe, qui Canarienſibus Chriſti Evangelium prædicaverit, nemo inficiabi-
„ tur: ſed longo nimis temporum decurſu, deficientibus Operariis Evan-
„ gelicis, otioſus ager ille in horridam ſilvam dumetis errorum, ac ſuper-
„ ſtitionum ſentibus plenam evaſit: verumtamen tamdem Cantabri anno
„ MCCCXCII. ingenti ſumptu extructa claſſe per vaſtum pelagum excurren-
„ tes, in Lanzarottam unam Canariarum delati, conſerta pugna, Regem,
„ Reginam, & plurimos Inſulanos captivos abduxerunt. Anno deinde
„ MCCCCXVII. Joanne Betancurtio, vel Lectancout, ut ſcribit Gonzaga,
„ Duce Gallo, repetita navigatione, quatuor earum Inſularum ſubactæ
„ fuerunt; quarum imperium eidem Joanni Catarina Hiſpaniæ Regina ſub
„ Regni titulo conceſſit. Porro Joannes Minoritas barbaræ gentis inſtru-
„ ctores, ea in expeditione ſecum duxerat, quibus Joannes Bardolinus
„ tunc in ſchiſmate illarum partium Miniſter Generalis fratrem Joannem de
„ Baeza præfecerat, cui & Petrus de Luna tunc Benedictus XIII. fun-
„ dandi, & conſtruendi, ſeu conſtrui, & fundari faciendi in qualibet ex
„ quatuor præfatis Inſulis, unum locum dicti Ordinis Minorum, licentiam
„ & facultatem conceſſerat. Plurimum autem in gentis converſione præfati
„ Minoritæ proficiebant, quando exauthorato Benedicto, & a Concilio
„ Conſtantienſi in ſummum Pontificem electo Martino V. ad hunc ut legi-
„ timum Papam recurſum habuit Baeza, & ab eo illis in partibus Vicarius
„ hoc anno, ut prædictum eſt, inſtitutus fuit primo, & iterum anno ſe-
„ quenti per aliud Breve, ampla etiam, præter privilegia, auctoritate
„ conceſſa, & Benedicti XIII. confirmatis facultatibus, ut Vaticanum mo-
„ numentum a Waddingo in Pontificio regeſto exhibitum, plene oſten-
„ dit.

Circa ann. Chriſti 708.

Wadd. ad ann. 1423.

Idem.

Litteræ Pontif.

„ VI. Ceterum ſummus Pontifex VIII. Idus Junii circa ingreſſum ad
„ Monaſterium Clariſſarum Mantuæ leges præſcripſit: *Speciosus forma &c.*
„ & V. Idus ejuſdem menſis X. Moniales Valentinenſes ad aliud Monaſte-
„ rium tranſlatas voluit: *Sinceræ devotionis &c.* At XVII. die præfati ſcriptis
„ litteris Ludovico contra quemdam fratrem Marculinum nomine: *Ad*
„ *audientiam &c.* & VIII. Kal. Julii expeditis aliis: *Prudentes Virgines &c.*
qui-

„ quibus præcipiebat Clariſſis Papienſibus, ut ſubvenirent Monaſterio An-
„ ticipatenſi, cauſam præfati fratris Marculini Patriarchæ Gradenſi commi-
„ ſit: *Pridem ad audientiam &c.* XVII. Julii: deinde XV. Kal. Septembris
„ fratri Thomaſino tranſitum ad Benedictinos conceſſit: *Sedes Apoſtoli-*
„ *ca &c.* & VIII. Kal. ejuſdem litem quamdam vertentem inter Vicarium,
„ & Miniſtrum provinciæ Terræ Laboris compoſuit: *Juſtis & honeſtis &c.*
„ Kalendis vero, ut poſſent quædam alienare bona, pro Conventu Zamoræ
„ indulſit: *Paſtoralis officii &c.* V. Idus Octobris, fratrem Petrum Nico-
„ laum Pœnitentiarium inſtituit: *Religionis zelus &c.* & V. Idus Novem-
„ bris, fratrem Angelum infirmum ad alium Conventum transferri indulſit:
„ *Rem pietatis &c.* ſed IV. Idus Decembris, fratrem Alvarum ad Salaman-
„ tinam Cathedram dimiſit: *Religionis zelus &c.* & X. Kal. Januarii magi-
„ ſterium fratri Jacobo Georgio de Florentia decrevit: *Viri ſacræ &c.*
„ VII. Interea Joannes Muronus Gallus natione florebat: erat hic
„ Religioſus non minus devotione & ſanctitate, quam ſcientia illuſtris;
„ quamobrem digne memoratur in firmamento trium Ordinum Minorum
„ parte prima, in memoriali ejuſdem Ordinis ſub XXX. Miniſtro Generali
„ ad hunc annum: in Gallia migravit ad Dominum.

ARGUMENTUM.

Frater Angelus Salvettus Miniſter Generalis obit: ſubſtituitur Vicaria poteſtate frater Antonius de Maſſa. Sanctus Bernardinus Viruni, Bononiæ, & alibi fructuoſe prædicat. Creantur Epiſcopi. Sancti Ludovici corpus Maſſilia transfertur in Hiſpaniam. Dilatatur Inſtitutum.

I. HOc anno die ſexta Octobris frater Angelus Salvettus Miniſter Generalis deceſſit in urbe nativa Senarum, poſtquam Ordinem rexit annis duobus, & menſibus quinque. Sepultus eſt honorifice in Eccleſia Minorum ante gradus altaris majoris; ejus loco ſubſtituit Pontifex fratrem Antonium de Maſſa, virum doctiſſimum, ſacræ Theologiæ Magiſtrum, & inſignem verbi divini concionatorem, qui Ordinem Vicaria poteſtate regeret uſque ad proxima Comitia generalia. Inſtitutionis produco inſtrumentum.

Fr. Angelus Generalis Miniſter moritur.
Fr. Anton. de Maſſa inſtituitur Vicarius.

Dilecto filio Antonio de Maſſa Ordinis Fratrum Minorum, & ſacræ paginæ profeſſori, Generali Vicario dicti Ordinis, auctoritate Apoſtolica deputato.

II. *AMabiles fructus, quos ſacer Ordo Minorum in agro militantis Eccleſiæ, in augmentum catholicæ fidei uberrime produxit hactenus, & producit aſſidue, in noſtræ conſiderationis ſpeculum adducentes, illa libenter ordinamus, & quærimus, per quæ Ordo ipſe ſalutaribus proficiat incrementis, & iis quæ pro ipſius ſtatu feliciter conſervando, proinde facta ſunt. Cum itaque officium Generalis Miniſtri dicti Ordinis, per obitum quondam Angeli de Senis, in Theologia Magiſtri, ejuſdem Ordinis Generalis Miniſtri extra Romanam Curiam defuncti vacaverit, & vacet ad præſens, & neceſſitas flagitet Religioni, & ſtatui dicti Ordinis celeriter provideri: Nos intendentes, ne propterea Ordo ipſe aliqua ſubeat detrimenta, donec per generale Capitulum dicti Ordinis, auctore Domino, celebrandum, de Generali Miniſtro*

Reg. Vatic. ex lib. 1. de Regul. an. 6. fol. 303.

ſtra proviſum fuerit, ſtatui dicti Ordinis ſecundum cor noſtrum ſalubriter providere, ac de tuæ perſonæ induſtria in bene gerendis rebus, experientia præſertim in arduis noſtris, & Romanæ Eccleſiæ negotiis &c. Dominus inſignivit, ſumentes fiduciam ſingularem, ac ſperantes quod quæ tibi committenda duxerimus, prudenter, & laudabiliter exequeris, te Generalem Vicarium totius Ordinis prælibati, donec per ipſum Capitulum de generali Miniſtro canonice proviſum fuerit, ut præfertur, cum plenaria poteſtate, arbitrio, & auctoritate Generalis Miniſtri dicti Ordinis pro tempore exiſtentis, motu proprio, non ad tuam, vel alterius per te ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de mera noſtra liberalitate, auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia, tenore præſentium, facimus, conſtituimus, & etiam ordinamus, tibi nihilominus medio tempore quoſcumque Conventus, domos, loca, & Fratres dicti Ordinis profeſſores ubilibet conſtitutos, & Monaſteria Monialium ſub cura, & protectione ejuſdem Ordinis conſiſtentia, juxta dicti Ordinis Inſtituta, viſitandi, corrigendi, & reformandi, & quoſcumque delinquentes juxta commiſſi exceſſus, ſeu criminis gravitatem puniendi, caſtigandi, & ſi opus fuerit, ſuis officiis privandi, eoſque amovendi realiter ab eiſdem, ac de talibus officiis, quocumque nomine nuncupentur, & de aliis etiam vacantibus & vacaturis, ſecundum conſtitutiones Ordinis, perſonis idoneis, Ordinem ipſum profeſſis, prout tuæ diſcretioni videbitur, providendi, alias tamen juxta ipſius Ordinis Inſtituta, & alia faciendi, ordinandi, mandandi, & exequendi, quæ ſuper præmiſſis viſitationis, reformationis, & correctionis officiis, tam in capitibus, quam in ſingulis ſuis membris noveris indigere. Electiones quoque quaſcumque de Miniſtris Provincialibus, Cuſtodibus, Guardianis, cæteriſque officialibus juxta morem, & conſuetudinem dicti Ordinis: necnon de Monialibus ad te deferendas canonice celebratas, acceptandi, tenendi, & confirmandi, & ſi ſecus factæ fuerint, infirmandi, caſſandi, & irritandi, ac nullas, & irritas decernendi, & declarandi, & prout tibi videbitur, de aliis perſonis idoneis providendi. Contradictores &c. compeſcendi, & ſuper iis, quoties opus fuerit, auxilium ſecularis brachii invocandi, & omnia, & ſingula circa celebrationem futuri generalis Capituli faciendi, ordinandi, & diſponendi, quæ Generalis Miniſter dicti Ordinis pro tempore exiſtens, facere, diſponere, & ordinare conſuevit, & potuit, ſive poteſt, ac omnes Provinciales Miniſtros, Guardianos, Fratres, & alios dicti Ordinis profeſſores, qui ad hujuſmodi Capitulum ſolent convenire, per te, vel alios a te deputandos, hortandi, rogandi, inquirendi, & convocandi, juxta præfati Ordinis Inſtituta, ac voces definientium, vocalium in electione futuri Generalis Miniſtri in dicto Capitulo, eadem auctoritate, ſupplendi, inſtituendi, & incorporandi, prout alios in ſimili Capitulo fieri conſuevit. Et alia omnia, & ſingula ad ipſum Generalem pro tempore exiſtentem, tam de jure, quam approbata conſuetudine ſpectantia & pertinentia, gerendi, & exercendi, ordinandi, ſtatuendi, mandandi, diſponendi, & exequendi, quæ pro ipſius Ordinis felici ſtatu, atque regimine noveris profutura, plenam & liberam facultatem, harum ſerie concedentes. Et mandantes ex nunc, in virtute ſanctæ obedientiæ, dilectis filiis univerſis & ſingulis Miniſtris Provincialibus, Guardianis, Cuſtodibus, aliiſque officialibus, Magiſtris, Fratribus, Sororibus, & Conventibus dicti Ordinis, ceteriſque eorum ſubditis, ubilibet conſtitutis, quatenus tibi in præmiſſis omnibus, juxta præſentem poteſtatem per nos tibi conceſſam, & a te deputandis humiliter & fideliter pareant, et intendant, ac ſtudeant in omnibus, quæ ipſis injunxeris, et mandaveris, efficaciter obedire. Alioquin ſententias, ſive pœnas, quas per te,

vel

vel alios rite tuleris, et ſtatueris in rebelles, ratas, et gratas habebimus, illaſque faciemus, auctore Domino, uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Tu igitur ex conceſsis tibi, dono cœleſti, virtutibus, ſic in præmiſsis te geras laudabiliter et prudenter, quod ſperati fructus proveniant ex actionibus tuis, tuque ultra noſtram et Apoſtolicæ Sedis benedictionem et gratiam, apud Deum creſcas meritis, et Ordo ipſe per tuæ diligentiæ ſtudium continuis proficiat incrementis: Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem. III. *Idus Novembris, anno* VI.

Gattus in hiſtor. Virunen. S. Bernard. prædicat Viruni. Odia extinguit, pacem inducit.

III. Hoc anno Virunum (civitas eſt in ultimis Venetæ Reipublicæ finibus prope Noricos montes conſtituta) Guelfis, & Gibellinis factionibus graviter vexabatur. Eo divino actus ſpiritu Bernardinus, ſe contulit, publicæque ſalutis ſtudioſiſſimus, media in platea, ferventi animo, omnes ad pacem colendam invitavit. Cumque animadverteret diſſenſiones, ſectas, odia, bella, cædes, non aliunde, quam ex factioſiſſimo civitatis regimine pendere, ordines, quibus tum in rebus adminiſtrandis Virunenſes utebantur, acerrimis verbis inſecutus, cives ad eos corrigendos, aut penitus abolendos hortabatur. Quæ res effecit, ut Delphini Venerii, qui eo tempore Civitati regendæ præerat, juſſu, ac Venetæ Reipublicæ nomine, in unum collecto conſilio, Aldobrandinus ex præclara Dojonum familia Doctor eximius inſurrexerit, ac omnibus audientibus ea de pace tractavit, quæ ad conciliandos animos tum maxime pertinere videbantur. Neque id profecto fruſtra. Nam vix habita oratione, cum præſertim ſuadentis Bernardini Civibus auctoritatem inculcaret, flamma conſumptis peſtiferis ordinibus, vetere ſimultate depoſita, penitus extinctis odiis, amplexata optatiſſima pace, concordiam unanimes omnes ſunt ſecuti. At cum deinceps publicam Civitatis tranquillitatem, quæ ex hac ordinum mutatione, auctore Bernardino, defluxerat, agnoſcerent, immortales Deo Opt. Max. pro accepto beneficio gratias egerunt. Ac ne ſibi ingrati animi nota turpiter inuratur, accepti beneficii memores, erectum poſtea D. Bernardino templum longis Presbyterorum, aliorumque ordinibus quotannis celebrare conſueverunt. Illius etiam multis in locis veram ad tantæ rei memoriam, pinxerunt effigiem, quam cum ſceleſtiſſimus quidam calce tegere, atque abolere contenderet, infeſtiſſima, quoad vixit, lepra divinitus horruit, ac miſere ſquallens laboravit.

Bononiam abit. *Sigon. de Epiſc. Bonon. lib.4.*

IV. Sub hoc tempus eumdem Bononiam profectum, atque ibi cum fœnore prædicaſſe refert his verbis Carolus Sigonius: *Sanctus Bernardinus Senenſis in urbem venit, is, qui Monaſteria Fratrum Minorum, quos ab antiqua ſancti Franciſci ſeveritate ſenſim receſſiſſe videbat, ad veterem diſciplinam revocandam, atque obſervandam adduxit. Sordidus erat corporis ejus amictus, mira jejuniis contracta macies, aſperitatem, ac rigiditatem undique ſpirans indoles, ita ut qui eum cernerent, beatum ipſum Franciſcum, cujus ſe imitatorem profitebatur, ſe videre putarent. Huic igitur benigne excepto Nicolaus (Epiſcopus Bononien.) auctor fuit, ut in foro, more ſuo concionaretur, & cum cetera populi vitia reprehenderet, tum maxime aleæ ſtudium, cui tum deditiſſima erat Civitas, increparet. Quod ille præ gradibus ſancti Petronii ſtans, frequenti admodum audiente concione, diligentiſſime præſtitit. Nam inveteratam luſus conſuetudinem ita coarguit, ut ab ea damna, probraque omnia cum manifeſta Dei, hominumque injuria diceret proficiſci. Errat enim,* inquit, *ſi quis aleatorem uno tantum ſe obſtringere ſcelere putat, omnia in ſe piacula concipit, quem ejuſmodi occupatio ſtudiumve*

Aleatores arguit.

diumve delectat. Etenim, ut pernicioſam temporis jacturam omittam, cujus ab illa exacta demum ad calculum ratio repoſcetur, non ſolum patrimonium projicit ſuum, quod ad vitam ſuſtentandam, & ſenectutem ſublevandam, & ſibi, & poſteris, & Chriſti pauperibus debuit conſervare, ſed etiam invadit alienum, cum cui, ac ſæpiſſime amico eripit id, quod, ſi boni viri, aut civis fungi officio vellet, promptum cuſtodire ad duriora illorum tempora conveniret, in victoria profuſus, & inſolens, in offenſione adeo veſanus, & amens, ut quam iram in ſe exercere deberet, eam ſæpe in uxorem innoxiam, & in ipſum divinum Numen avertat, ac mod Deum, & Virginem glorioſam impura, & petulanti lingua proſcindat, modo ea cæcitate animi rapiatur, ut ferro in eorum imagines ſanctiſſimas invehatur. Quod flagitium ipſi ſæpe præſenti inflicta plaga, atque ultimo illato ſupplicio vindicarunt. Quæ omnia cum opportuna exemplorum, ac divinorum oraculorum auctoritate firmaret, ac magno animi ardore, ac ſumma pro rei gravitate dicendi copia exageraret, tantum profecit, ut multi juſto luſus odio incitati, abacos, calculos, tabellas, teſſeras, ceteraque perditæ aleæ inſtrumenta ad eum deferrent. Quæ cuncta, poſt IV. Nonas Maii, *in foro, populo ipſo approbante, combuſta ſunt. Accidit autem ut faber quidam, qui tabellas luſorias pingere, & familiam ex ea re ſuam alere inſtituerat, eo quæſtu privatus, ſanctum Virum adierit, & ſe in extremam neceſſitatem, illo dempto vitæ præſidio, perductum iri conqueſtus ſit, cum ſe nihil aliud pingere didiciſſe adjungeret, cui ſanctus Bernardinus reſpondit: Si neſcis aliud pingere, hanc imaginem pinge, nec te omnino pigebit, ac circulo facto, ſolem in eo formavit, atque in medio nomen Jeſu novis quibuſdam litterarum formis effinxit, quale nunc etiam ſub porticu Boni Jeſu, cum ipſius Beati effigie cernimus. Quod cum ille feciſſet, confluentibus ad emendam imaginem ex Bernardini auctoritate plurimis, magnas ex ea pecunias comparavit.*

Fr. Joann. Epiſc. Neritonen.
Fr. Ferdin. Malacitan.
Fr. Joann. Landaven.
Item Joannes alius.
Fr Robert. Imelacen.

V. Electi ſunt hoc anno a Pontifice Epiſcopi, Neritonenſis in Apulia, ſub Archiep. Hydruntino, frater Joannes Cavallarius, die XI. Martii. Magalien. ſeu Malacitan. in Hiſpania, ſub Archiep. Hiſpalenſi, frater Ferdinandus de Argaria, XV. Kalendas Junii. Landaven. in Anglia, ſub Archiep. Cantuarien. frater Joannes Welles, ſacræ Theologiæ profeſſor, & in Urbe Pœnitentiarius, per obitum alterius Joannis etiam Minoritæ, VII. Idus Julii. Imelacen. in Hibernia, ſub Archiep. Caſſellenſi, frater Robertus Wyndel, per obitum Nicolai, & incuriam, vel humilitatem fratris Joannis Riſhberii Eremitæ Auguſtiniani, qui litteras ſuæ proviſionis ad hanc Eccleſiam non curavit debito tempore expediri: *Apoſtolatus officium*, XIX. Kalendas Januarii. Invenio in variis hujus anni inſtrumentis Vaticanis mentionem fratris Joannis Alexii, olim Archiepiſcopi Nazareni, ad Epiſcopatum N. tranſlati, fratris Joannis Raffanelli Confeſſarii, & Sacellani Mariæ Galliarum Reginæ, in ſtudio Pariſienſi publici profeſſoris, Alvari de Salamanca, ſacræ Theologiæ Magiſtri, lectoris ſacrorum Bibliorum in Academia Salamantina, hora Tertiarum, ut habet Diploma, Prioris, & Decani Theologorum Romam miſſi, ut ſuperius diximus, Academiæ acturi negotia, Angeli Thomaſi Corſini nobilis Florentini, per Tuſciæ Provinciam pravitatis hæreticæ Inquiſitoris.

Fr. Joan. Arch. Naz.
Fr. Joann. Confeſſarius Reginæ Galliar.
Fr. Alvar. lector & Decan. Salamantin.
Ann 1419. n. 3.
Angelus Inquiſitor Tuſciæ.

Joan. Maria de reb. Hiſpan. lib. 10. c. 14.
Summon. lib. 4.
Zurita to. 3. *lib.* 13. c. 23.

VI. Hoc anno, Octobri menſe dimidiato, cum Alphonſus Rex Aragonius poſt acceptas, illataſque clades in regno Neapolitano, quod ſibi adoptionis jure per Joannam II. Reginam collato deberi contendebat, Neapoli relicto Petro fratre urbis præfecto, ſolviſſet, coortis tempeſtatibus disjectæ in varia loca naves, correcto tamdem curſu Maſſiliam, urbem in

ora

ora Phocenſis Provinciæ nobilem, celebrem portu, & Ludovici Andegavenſis (quem Alphonſo rejecto, Joanna ſui regni voluerat ſucceſſorem) imperio parentem, tenuerunt. Magno impetu, diu, noctuque certatum eſt, atque inter tenebras noctis, die XIX. Novembris, obtinuit Alphonſus. Ne vero inter rapiendi, ſcelerumque licentiam, fœminæ, quæ ad divorum templa confugerant, aut res, quas detulerant, violarentur, pio cavit edicto. Ex prædæ ſpoliis nihil ſibi uſurpavit, ſolum beati Ludovici Epiſcopi Tholoſani Minoritæ, Carolo II. Rege Neapolitano geniti corpus, in privata quadam domo abſconditum, & incendio deprehenſum, ſumma reverentia, & debito honore Valentiam in Edetanis tranſportavit. Oborta inter navigandum procella, nautæ, uti ſunt ſuperſtitioſi, vel redendum Maſſilienſibus, vel tradendum fluctibus cadaver contendebant, quod commoti videbantur expoſcere, eam eſſe cauſantes maris naturam, ut mortuorum corpora nec continere velit, nec efferre. Rex vero nobili dives trophæo, atque vel hoc uno pignore ſuum celebraturus triumphum: *Me*, inquit, *vel ſanctus Præſul ducet incolumem, vel ſecum rapiet in profundum. A me non projiciam, quem opimis ſpoliis cariorem duxi, & tutelarem eduxi.* Compoſitis ſtatim fluctibus, magno triumpho ſacrum corpus urbi Valentiæ invexit, & in æde præcipua, anno MCCCCXXV. conceſſa facultate a Petro Cardinale Fuxo, Legato Apoſtolico, nobili donarunt mauſoleo. Cives mox ſuum acclamarunt patronum, & protectorem. Petrus Rodulphus translationem hanc ſupputat, anno MCCCXVII. VII. Idus Aprilis, ejuſdemque anni, die XIII. Novembris, factam aliam affirmat per quatuor Cardinales, præſente Fratre germano Rege Roberto, a choro medio ad aram majorem. Sed valde errat in utriuſque translationis tempore, quam poſteriorem facit, longe prior fuit, ſub annum, uti retulimus MCCCXIX. in civitate Maſſilienſi, & quam dixit priorem, non niſi hoc anno tranſacta eſt. Adeo carum habuerunt hoc pignus Reges Aragonii, ut paciſcente Ferdinando, cognomento Catholico, cum Carolo VIII. Rege Gallorum (pronepote Ludovici Andegavenſis, cum quo Alphonſus hic certabat) circa reſtituendos Comitatus Roſſellonii, & Cerdaniæ, quos Ludovicus Caroli pater, ſub mortem reſtitui juſſit Aragoniis, noluerit Carolus reddere, niſi prius receptis ſacris Ludovici exuviis. Maluit tamen Ferdinandus ampla illa dominia periclitari, quam gentem ſuam tanto patrono ſpoliare.

Alphonſus Rex abducit Valentiā corpus S. Ludovici.

Ant. Panor. de dictis & act. Alphon. lib. 2. n. 4. Eſcolan. in hiſt. Valen. lib. 4. c. 1.

Rod. fol. 122. Sedul. in notis ad vitam S. Lud. c. 22. n. 2.

VII. Cantabri, ſub annum MCCCXCIII. ingenti ſumptu, instructa claſſe, fortunatas inſulas in Atlantico Oceano, ad Mauritaniæ lævam, in Lanſarotam (uni earum inſularum id nomen eſt) excurſione facta, confertaque pugna, Regem, Reginam, plurimoſque inſulanos captos abduxerunt. Anno deinde MCCCCXVII. navigatio repetita eſt, Joanne Betancurtio Gallo duce, & inſulæ quatuor ſubactæ, quorum imperium, Regio etiam adjecto titulo, ab Hiſpana Regina Catarina ei conceſſum. Duxerat hic Minoritas barbaræ gentis instructores, quibus ex Benedicti XIII. & Joannis Bardolini, tunc in ſchiſmate illarum partium Miniſtri Generalis, indultu præfectus eſt frater Joannes de Baeza. Plurimum hi profecerunt in gentis converſione, atque hoc anno Martinus Pontifex Baezanum reliquorum Fratrum Vicarium in iis partibus inſtituit, adjectis aliis privilegiis, quæ Vaticanum monumentum lectori exhibebit: *Ad ea quæ pro Catholicæ fidei*, V. Idus Aprilis.

Joan. Mar. lib. 19. c. 1. & lib. 20. c. 9. Garibay. lib. 16. c. 9.

Minores prædicant in fortunatis inſulis.

VIII. In Gallia inter duas urbeculas de Neſlo, & Heve, in viculo Mediæ-curiæ, non longe a Caſtello Domini de Crequy, Briæ Provincia, & Diœceſi Noviomenſi, viri illuſtres Gerardus Datyes, & Catarina Dicyn, op-

Conv. Mediæ-Curiæ. *Gonz. in Prov. Franc. Conv. 32.*

Mon. MSS. hujus Conv. oppidorum Mediæ-curiæ & Montinorum domini, commodum extruxerunt Fratribus hoc anno habitaculum, adjecto templo, ſub nomine ſanctæ Catarinæ. Biterris hoc anno translatum Minorum Cœnobium intra urbem, deſtructo primo, propter periculum incurſionis hoſtilis, uti alias recenſuimus: *Ann. 1318.* *Sacræ Religionis*, XVII. Kalendas Septembris.

IX. In Italia circa hoc tempus Carolus de Ricaſolis civis Florentinus, domum ruralem, quam ſibi condidit in clivo monticuli, a Carolo nuncupati, prope pagum ſancti Joannis de Valdarno, ſeu Vallis Arnenſis, in Cœnobium Franciſcanorum Obſervantum convertit, & tradidit ſancto Bernardino Senenſi. Excitavit tamen neſcio quas turbas contra Fratres, propter hujus loci conſtructionem Poggius Florentinus, vir eruditione celebris, in quem ſcripſit, ſub annum MCCCCXXX. beatus Albertus Sartianenſis, alias Poggio amiciſſimus, uti ſub illo tempore referemus. Obiit hic anno MCCCCXCVIII. virtutibus & bonis operibus inſignis frater Angelus de Groppina laicus, qui præeunte uxore ad Monaſterium Camolinum in Florentia, ſubſecutus eſt cum univerſa prole maſculina, ſub Inſtituto Franciſcano, & vitam duxit prorſus Angelicam.

Conv. Montis Caroli. Idem in Prov. Tuſc. Conv. 15.

Fr. Angelus de Groppina.

X. Conceſſit Pontifex facultatem hoc anno nobili viro Arcello, ex Marchionibus Salutiarum militi, Albenſis Diœceſis, ædificandi domicilium Minorum in caſtro Duglanc, prædictæ Diœceſis, ſuæ ditioni ſubjecto. An vero ædificaverit non comperio: *Sinceræ devotionis affectus*, XIII. Kalendas Aprilis. Similiter an Ludovicus de Sabaudia, dominus Raconiſii, miles Taurinen. Diœceſis, fundaverit eiſdem domum aliquam in caſtris, aut villis ſuo dominio ſubjectis, juxta licentiam ſibi conceſſam, ignotum: *Sinceræ devotionis affectus*, VIII. Idus Octobris. Jacobo Salernitano Minoritæ data eſt poteſtas quatuor Conventus admittendi in Italia, admiſſis duobus, obiit, alia duo recipiendi confertur facultas Vicario Generali ejuſdem Inſtituti in Provincia Terræ-laboris: *His quæ divini cultus augmentum*, VII. Idus Martii.

Conv. Doglane.

XI. In Luſitania hoc anno frater Petrus Alvarus obtinuit a quibuſdam Fratribus Tertii Ordinis domunculam, ſanctæ Cittæ virgini ſacram, ſitam inter nemora, & ſilvas in territorio oppidi Açeiçeira, Ulyſſipon. Diœceſis V. M. P. a villa Tomarii, quam ante aliquot annos ædificaverat Eremita quidam Italus, & uſque ad mortem in ſumma pœnitentia incoluerat. Ruinæ proximam Emmanuel Luſitaniæ Rex, Minorum Inſtituto addictiſſimus, inſtauravit, Joannes III. filius & hæres auxit, & abſolvit. Philippus II. Hiſpaniarum Rex, ſuſcepturus Luſitani regni diadema in villa Tomarii, in hoc Cœnobiolo aliquantulum hæſit, & Regio depoſito faſtu, humaniter cum Fratribus converſatus eſt. Vidi ipſe cubiculum, quo exceptus eſt, a tanto hoſpite *Regium* cognominatum.

Conv. S. Cittæ. Gonz. in Prov. Portug. Conv. 18.

XII. In Diœceſi Hiſpalenſi, & oratorio *de la Rabida*, oppidi *Palos*, de quo aliter alias locuti ſumus ex conjecturali, & minus certa relatione Gonzagæ, per conceſſionem Benedicti XIII. vivebat frater Joannes de la Rabida cum ſociis duodecim. Cum vero alii accederent convicturi, obtinuit hoc anno facultatem a Martino Pontifice alios totidem, ſive ex Fratribus, ſive ſecularibus aggregandi: *Sinceræ devotionis affectus*, XV. Kalendas Januarii. Sub annum MCCCCXXIX. Diploma Pontificium narrat, viginti illic habitaſſe Fratres, quibus, & eorum Vicario fratri Joanni Roderici concedit, ut privilegiis gaudeant conceſſis Conventui ſancti Michaelis de Monte, prope Alcoçerium, de quo alias egimus. Ab his, qui Regularem profitebantur Obſervantiam, deflexit oratorium ad Patres Conventuales, ab illis iterum re-

Conv. de la Rabida Palenſis. Tom. 4. an. 1261. n. 21. Gonz. in Prov. Betica Conv. 5.

Tom. 8. an. 1373. n. 10. Tom. 9. an. 1384. n. 9.

rediit, ut ſuo loco dicemus, ad Obſervantes. In Diœceſi Oxomenſi & oppido Almazani domus Minorum, Eccleſia, & officinæ majori ex parte collapſæ erant, quibus reſtaurandis animum adjecit nobilis vir N. Mendoza, Miles Seguntinus, præfati oppidi dominus, ſcripſitque Martinus Pontifex ad Archidiaconum de Arza in Eccleſia Oxomenſi, ut quibuſdam piorum collectis ſuffragiis, fabricam promoveret. Dixi alias poſt annum MDVIII. reædificatam hanc ædem a Petro Mendozio, Almazani Comite, Fratribus valde addicto. Similiter ſcriptum eſt ad Epiſcopum Zamorenſem, pro reparatione Cœnobii urbis Taurinæ in Caſtella: *Paſtoralis officii*, Kalendis Septembris. *Ann.1445. ann.1448.* Almazani reſtauratio. *Tom.9. an.1385. n.12.*

XIII. In Diœceſi Trajectenſi in Germania, ædificare cœperat Fratrum domicilium prope villam ſuam Burenvaltenſem, nobilis vir Wilelmus, Baro Baroniarum in *Baeren*, & in *Boeniſchen* ejuſdem Diœceſis, præhabita licentia Friderici Epiſcopi, & Bertrandi Miniſtri Provinciæ Colonienſis. Hoc autem anno aſſenſum præbuit Martinus illud Fratribus tradendi: *Humilibus & honeſtis*, X. Kalendas Julii. Periit hic Conventus, neque enim apud noſtros auctores video recenſeri. Conv. Burenvalt.

XIV. In Belgio obtinuerunt Guillelmus de Koc & Petrus Boldouvin, laici Tornacenſis diœceſis, licentiam ædificandi extra muros oppidi Brugen. ejuſdem diœceſis domicilium pro ſeptem Fratribus Minoribus in prædio, quod olim donaverat Guillelmus Fratribus Tertii Ordinis, ſubjectumque voluerunt Miniſtro Provinciæ Franciæ: *Pia vota fidelium*, Idibus Julii. Hoc illud ipſum reputo, quod Coſmas Medices dicitur ædificaſſe vel reædificaſſe, & ex quo Fratres Regulares Obſervantiæ diximus tranſiiſſe ad domum magnam Brugenſem Patrum Conventualium. Conv. Brugen. *Tom.8. an.1213. n.40.*

XV. In Hungaria, ad oppidum Janeri, Agrienſis diœceſis, quondam Ladiſlaus Banus ædificaverat domum, Fratribuſque Vicariæ Boſnæ dederat incolendam. Ejus filius nobilis vir Sigiſmundus de Loſonet Miles Strigonenſis confirmatam hanc donationem voluit a Martino, & hoc anno obtinuit: *Pia fidelium vota*, XV. Kal. Junii. „ Eccleſia Conventus Caſtri de „ Acmazan colabente, hoc anno Pontifex indulgentias eſt largitus manus „ porrigentibus adjutrices: *Eccleſiarum fabricis*, IV. Idus Junii. Conv. Janeri. ADDITIO ALIORUM.

XVI. Jacobus Scalionis Neapolitanus Minorita, genere illuſtris, & pietate clarus, ad infidelium partes tranſmigraturus, ut fidem diſſeminaret Chriſtianam, impetravit a Pontifice facultatem, ut duo Cœnobia ſibi, ſuiſque Confratribus liceret acquirere: *Sacræ Religionis*, VI. Idus Martii.

XVII. Clariſſarum occurrunt hoc anno domicilia aliquot vel conſtructa, vel inſtructa. Ad Aquas ſparſas, aliis Aquas amiſſas, in diœceſi Claromontana in Gallia, Joannes Dux Borbonius motus pietate ſacrarum Virginum, quibus Mariam conjugem Molendinis ædificaſſe diximus Monaſterium, alterum paravit, jacto primo lapide, hoc anno, die IV. Novembris. Loci poſſeſſionem accepit beata Coleta, normam præſcripſit ædificii, & præpoſitis ex confodalibus, quæ fabricæ præeſſent, in Sabaudiam conceſſit. Structuræ ſe oppoſuerunt loci Paſtor, & Canonici, primo ſecretis artibus, deſtruentes per alios noctu, quæ interdiu conſtruebantur: deinde palam adverſantes nullam non inferebant moleſtiam, donec Summi Pontificis præcepto coacti, ab injuriis aliquantum ceſſarunt. Redintegrato iterum bello, Carolus VIII. Rex ſuſcepit Monaſterium in ſuam protectionem, indicta pœna graviſſima, qui vel factis, vel verbis injurioſis offenderent ipſas Moniales, Confeſſores, aut ancillas illarum, datis litteris XVII. Februarii, anno MCCCCXCI. & aliis II. Decembris anno MCCCCXCIV. Conſecrata fuit Eccleſia anno MCCCCXXV. die XXVI. Junii, ſed feſtum dilatum eſt in diem pe- Mon. de Aquiſſparſis. *Gonz. in Prov. S Bonav. Mon.7. Foderè de hoc Monaſt. An.1421. n.20.*

penultimam Julii, propter varias octavas & feſtivitates, quæ interjacentibus diebus occurſunt, idque auctoritate Caroli Borbonii Claromontani Epiſcopi, ut patet ex ejus litteris datis anno MCCCCXCIX. die XXXI. Auguſti. Propter has turbas, & ædificatas novas ædes, reformataſque veteres, in diſciplina collapſas, a nova familia Obſervantum, arrepta occaſione apud Pontificem conquerendi, Miniſter Provinciæ Burgundiæ obtinuit, ne ullæ in poſterum domus regularis Obſervantiæ, aut reformatarum Clariſſarum fundarentur, aut a Conventualibus transferrentur, abſque Miniſtri Generalis, aut prædicti Provincialis licentia, præſertim in ejus diſtrictu: *Ad Ordinem veſtrum*, VII. Idus Januarii.

Monaſt. Parmen. XVIII. Extra civitatem Parmenſem derelicto, & ferme deſtructo ſuo Monaſterio propter diuturna bella, & frequentes hoſtium incurſiones, Clariſſæ coactæ ſunt ad parentum & conſanguineorum domos ſe reducere. His malis compatiens quidam civis Parmenſis, legavit domum ſuam intra urbem novo Monaſterio ædificando, & Bernardus Epiſcopus Eccleſiam conceſſit ſancti Quiriti. Ut igitur novum hoc domicilium fabricare, & vetus diruere poſſent, Pontifex indulget: *Ex injuncto nobis*, IV. Kal. Januarii. Aliquot poſt annos hoc idem ampliori Diplomate, quod ſub annum MCCCCXXIX. dabimus in Regeſto, Pontifex confirmavit. „ Prædictum autem Bernardum
ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI. „ Epiſcopum fuiſſe Ordinis Minorum, poſtea ab amicis Parmenſibus, præ-
„ ſertim Raynuccio Pico, viro docto, Ducibus Parmenſibus olim a ſecre-
„ tis, cujus plura extant ſacræ hiſtoriæ monumenta, percepi, & ſepulcrum
„ eſſe in Eccleſia Minorum ejuſdem urbis in ſacello ſancti Antonii, inciſo,
„ ſed jam exeſo hoc epitaphio: *Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini*
„ *fratris Bernardini de Carpio, eximii ſacræ Theologiæ Doctoris, Epiſcopi*
„ *Parmenſis* . . . . . Addunt inſuper natum in oppido Carpi, fuiſſe Mini-
„ ſtrum Provinciæ Bononienſis, & in cathalogo Miniſtrorum illius Provin-
„ ciæ ita haberi: *Frater Bernardus de Carpo, inſignis Collegii Theologorum*
„ *Univerſitatis Bononienſis Doctor*, *anno* MCCCXCV. *Provincialis electus*,
„ *& poſtea Epiſcopus Parmenſis. Vixit annos ſeptuaginta unum.*

XIX. Facultatem etiam fecit Jolandæ Abbatiſſæ Monaſterii ſanctæ Claræ Valentinæ in Hiſpania, quondam Alphonſi Ducis Gandiæ natæ, & Alphonſi Regis Aragonii tunc regnantis conſanguineæ, ut infra terras eidem Regi ſubjectas aliud Monaſterium ædificaret, gubernandum juxta leges religioſiſſimi Cœnobii de Oterdeſillas: *Piis fidelium votis*, V. Idus Junii. Monaſterio Clariſſarum Zamoren. propter bella, quæ diu viguerunt in regno Caſtellæ, ferme diruto & depauperato, adnecti conceſſit Eccleſiam ſanctæ Mariæ antiquæ, olim parochialem, prope Monaſterium ſitam, & præſtimonia ſancti Joannis *de Collinas*, ac ſancti Jacobi prope villam Beneventanam, diœceſis Aſtoricenſis: *Prudentes virgines*, VI. Kal. Martii.

XX. Fratribus Tertii Ordinis domus ſancti Joannis extra urbem Hiſpalenſem, propter aeris intemperiem, indultum hoc anno, ut alio transferant domicilium ſub nuncupatione ſancti Sebaſtiani: *Sinceræ devotionis affectus*, VII. Idus Maii. Reformatorem quorumdam abuſuum inter Fratres & Sorures ejuſdem Inſtituti Provinciæ Hiſpalen. inſtituit fratrem Bernardum de Rupe Ordinis Minorum, in Theologia Magiſtrum, etſi prius præfecerit Fernandum Gondiſalvi de Alcazar, ipſius Ordinis de Pœnitentia: *Religioſorum exceſſus*, VI. Idus Maii. Eidem Bernardo auctoritatem indulſit prædictis Fratribus de Pœnitentia conferendi ſcapulare, ut diſtinguerentur habitu a quibuſdam, qui *Eremitæ de paupere vita* nuncupabantur, nullius tamen religioſi Inſtituti: *Humilibus & honeſtis*, VI. Idus Maii. Joanni de Villar, & Lu-

& Lupo de ſancto Spiritu ejuſdem Inſtituti conceſſit Eremitorium ſancti Spiritus infra parochiam ſanctæ Mariæ, Aſtoricen. diœceſis : *Devotionis veſtræ*, Nonis Novembris. In eadem diœceſi & parochia de Lanavego ædificavit Gomeſius Didacus de Isla Canonicus Aſtoricen. domum cognominatam *de Wembribe* pro ejuſdem Inſtituti viris, pro cujus ſuſtentatione Gondiſalvus Epiſcopus univit præſtimonium ſancti Fructuoſi, & ſanctæ Agnetis infra parochiam prædictam, & limites Archidiaconatus de Ribadeſil conſiſtens, per liberam reſignationem Alphonſi Gondiſalvi Canonici Aſtoricen. quæ omnia rata habuit Pontifex : *His quæ pro divini*, VI. Kal. Novembris. Curam & adminiſtrationem Hoſpitalis ſancti Stephani Protomartyris, a ſancto Stephano Rege Hungariæ conſtructi in Urbe, datam fratri Gregorio Henrici Tertii Ordinis profeſſori per Sigiſmundum Romanorum & Hungariæ Regem, ad quem ſpectabat, voluit etiam confirmatam : *Ad ea quæ*, XVI. Kal. Junii.

XXI. Monaſterium ſanctæ Crucis Romæ in regione Campi Martis, ubi Tribuni eligebantur, non longe a Curtio lacu, & Antonini Pii inſigni columna, in illo loco qui dicitur *Mons Citorii*, in diplomate Pontificio *Mons acceptabilis*, ſub hoc tempus humile ſuſcepit exordium ſub Inſtituto Tertii Ordinis, ſive de Pœnitentia. Sorores duæ Ceccha & Margarita Tudertinæ cum aliis cohabitare cœperunt ibidem, & pœnitentiæ operibus ſemet exercere. His reliquit domum & ſupellectilem Stephana Ciocti, de Caſtro Campanagnie *, diſtrictus urbis Romanæ, pro habitatione & hoſpitale mulierum honeſtarum. Impetrarunt hæ, & Conſodales, ut bona hæc converterentur in uſum & emolumentum ſui domicilii, quo initio majora ſuſceperunt incrementa, & tandem duo contigua ſtabilierunt recluſoria, quæ Pius V. univit, reduxitque in commodum Monaſterium, relicto Fratribus Minoribus ædis regimine : *Humilibus ſupplicum votis*, Kal. Martii.

Monaſt. Montis-Citorii. *Gonz. in Prov. Rom. Mon. 8.*

* *Forte* Campagnani.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

,, I. HIs temporibus in Boemia, invaleſcente Huſſitarum ſecta, perfi-
,, dia & armis omnia peſſundante, cum fide Catholica quique
,, boni & pii, laici & Religioſi cujuſque generis & ſtatus, triſtem rerum
,, faciem deplorabant, & Sigiſmundus Imperator in comprimenda hæreti-
,, corum temeritate ſegnius agere viſus mœrorem adaugebat fidelibus, in-
,, terea latitantibus noſtris, vel ſolum vertentibus. Etenim Joannes Zyſz-
,, ka ſtirpe nobilis, Huſſitarum caput ad Iglam fluvium, a Praga XI. leucis
,, Germanis in meridiem, urbem condiderat ſub nomine *Tabor*, unde ejus
,, ſectatores Taboritæ nuncupabantur. Hic pluribus initis præliis cum Ca-
,, tholicis, eos proſpero ſibi marte ſemper devicerat; quamobrem Impera-
,, tor, neſcius quid melius ageret, ſub certis conditionibus, quas acceptare
,, non detrectabat Zyſzka, pacem componere omni meliori modo ſtu-
,, debat.
,, II. Sed hæc inter Pontifex II. Nonas Januarii habilitato ad quod-
,, dam beneficium obtinendum fratre Joanne de Flagonello : *Religionis ze-
,, lus &c.* V. Kal. Februarii, fratri Petro tranſitum ad Benedictinos permi-
,, ſit: *Sedes Apoſtolica &c.* & XVII. Kal. Aprilis Monialibus domus Corporis
,, Chriſti Mantuæ electionem Confeſſorum indulſit : *Sacræ Religionis &c.*
,, III. vero Idus præfati menſis fratri Vincentio duo loca recipiendi licen-
,, tiam dedit : *Injunctum nobis &c.* & Idibus ipſius Fratribus Cretenſibus
,, conceſſo poſſe retinere, quam habebant : *Sinceræ devotionis &c.* quinque

Litteræ Apoſtolicæ. *Indic. ex Vatic.*

» alias domos recipere indulſit: *Sacræ Religionis &c.* & VII. Idus Maii
» iiſdem præfatis privilegia Fratribus Boſnæ conceſſa communicavit: *Dum*
» *uberes &c.* at benemerito fratri Anſelmo nonnullas penſiones permiſit
» IV. Idus præfati menſis: *Sinceræ devotionis &c.* Fratrem autem Petrum
» de Sironis duplicatis litteris: *Humilibus &c.* XI. Kal. Junii ad Benedi-
» ctinos dimiſit; X. vero Kal. ad Sibilliam Monialem ſanctæ Claræ Valen-
» tinenſis ſcripſit: *Sinceræ devotionis &c.* VIII. Kalend. Magiſterium fratri
» Gondiſalvo de Valle-bona decrevit: *Viri ſacræ &c.* & VII. Kal. Provin-
» ciæ Caſtellæ privilegia confirmavit: *Sedis Apoſtolicæ &c.* Sed V. Nonas
» Junii quaſdam reſcripſit litteras pro Monaſterio ſanctæ Catarinæ Cæſa-
» rauguſtæ: *Exhibita nobis &c.* IV. Nonas tranſitum ad Monaſterium Va-
» lentinum Iſabellæ permiſit: *Humilibus &c.* ſed Antonellam ad Moniales
» Benedictinas tranſire conceſſit: *Humilibus &c.* XII. Kal. Auguſti: VI. No-
» nas ejuſdem beneficium cuidam fratri Nicolao contulit: *Religionis ze-*
» *lus &c.* X. autem Kal. Septembris datis litteris pro Monaſterio ſanctæ
» Claræ Leodii: *Digna reddimur &c.* & III. Idus ejuſdem menſis aliis cir-
» ca ordinationes pro Conventu Barchinonenſi: *His quæ pro &c.* VIII. Kal.
» Octobris Epiſcopo Vicentino impedire Conventus erectionem vetavit:
» *Dudum ſiquidem &c.* & Epiſcopo Ceprenſi abſolutionem Fratrum com-
» miſit: *Immenſa Apoſtolicæ &c.* IV. Kal Octobris, quando Senis ſuprema
» infirmitate decumbens frater Angelus Salvettus, cum annis duobus &
» menſibus quinque univerſum Ordinem rexiſſet, pie deceſſit, die VI. Octo-
» bris honorifice ante gradus Altaris majoris Eccleſiæ Minorum tumulatus.
» IV. ſubinde Nonas Novembris vetita extractione librorum a Bibliotheca
» Conventus de Arevalo: *Eximiæ devotionis &c.* III. Idus ejuſdem menſis
» Pontifex ob eximiam devotionem ſuam in noſtrum Ordinem, defuncti
» Angeli Salvetti loco ſubſtituit fratrem Antonium de Maſſa, virum do-
» ctiſſimum, qui Vicaria poteſtate, uſque ad proxima Comitia generalia
Indic. ex Vatic. » Religionem moderaretur: *Amabiles fructus &c.* ſed Idibus Decembris,
» collato beneficio fratri Antonio de Valle-rotunda: *Religionis zelus &c.*
» III. Kal. Januarii Miniſtrum Provincialem Terræ-laboris in ſuo gradu
» confirmavit: *Religionis zelus &c.*

» III. Expediti a Vaticano jam alia referemus, quæ priſcorum anti-
» quam pietatem, atque in Religionem noſtram devotionem commendant,
» ne ob negligentiam a memoria excidant. Extremotii in Luſitania annos
» ante CLXV. circiter S. P. noſtro pro ſuis Fratribus conſtructum Cœno-
» bium, hoc anno recens Odeum undequaque conſummatum, a pietate
» nobilium conjugum Alonſi Perez, & Conſtantiæ habuiſſe, lapis hac epi-
Monum. MSS. Prov. Algarb. » graphe inſcriptus: *Anno* MCCCCXXIII. *Alonſus Perez, & Conſtantia San-*
» *chez ejus conjux iſtum Chorum conſtruxerunt, regnante Ferdinando in*
» *Portugallia, regnante vero Joanne I. ultimam impoſuerunt manum*, ſatis
» aperte docet. Sed Fernandus ſive Ferdinandus filius Petri, crudelis nun-
» cupati, regnare cœpit anno MCCCLXVII. perduravitque in ſolio uſque
» ad annum MCCCLXXXIII. quo Joannes I. ei ſucceſſit; unde præfatæ in-
» ſcriptionis veritate perſiſtente, illud Odeum haud minus annis quadra-
» ginta perfectum fuit, & nihilominus tanti temporis opus, lapis ille amo-
» tus loco primo non indicat, ſed in baſi jacens dormitorium (ut ajunt)
» quod ſuſtentat; ex quo concluditur experientia, nihil æternitati ab ho-
» mine poſſe confingi.

» IV. In oppido des Alcaſavas Portugallenſibus dicto, quædam peril-
» luſtris Matrona, nomine Maria de Miranda, S. P. Franciſco, ejuſque

Re-

„ Religioni devotiſſima, quadam vice puerperam in extremis laborantem, „ dum viſitaret, modo penitus inopinato, & miraculoſo e faucibus mortis „ cum ipſo fœtu eripuit. Deſperata jam erat parientis ſalus, & a momento „ ſua vita pendebat, quando e feneſtrâ domus fratrem Emanuelem Minoritam ejuſdem oppidi oriundum illac tranſeuntem accivit, qui neſcius „ quid illa vellet, protinus conſcenſa ſcala, ad eum præſto fuit, quæ nihil „ morata in verbis, ejus habitus aſſumptam manicam deſuper decumbentem, & animam agentem poſuit dicens: *Ubi eſt habitus ſancti Franciſci*, „ *inde non abeſt ſalus*. O magna potentia Dei! Vix dixerat, & puerpera illico „ facillime peperit, & incolumis cum fœtu ab omni periculo, ſtupentibus „ cunctis, qui adſtabant, & Deum in Sancto ſuo laudantibus, evaſit.

Mirabilis caſus de virtute habitus Franciſcani. *Ibidem.*

„ V. In eodem oppido Fratrum Ordinis Prædicatorum ſacrum Cœnobium eſt, Dominæ noſtræ de Serrâ nuncupatum, in cujus Eccleſiæ quodam pariete imago S. P. Franciſci depicta veneratur. Invaleſcebat nimis „ aliquando puſtularum in populo dira infirmitas, ex qua, nullo artis medicamine opem ferente, perplures, in dies creſcente morbo, moriebantur: „ quamobrem oppidani humano auxilio deſtituti, e Cœlo ſalutem petituri, „ ad eam ſacram imaginem ſupplices confluebant. Adſtantibus pluribus repente manus Seraphici Patris puſtulis conſperſæ apparuerunt, a quibus „ guttatim humor, veluti aqua, emanabat: rem novam admirati obſtupuerunt, & ad hæc accerſiti ſacræ ædis Fratres, qui primo defluentem humorem naturalem putantes, ratione tempeſtatis, vel decidentium pluviarum, manus imaginis ſudariis ſiccare & abſtergere curarunt ſemel & „ iterum, ſed perperam, unde perſeverante prodigioſo defluxu, omnes „ crediderunt, & clamaverunt, *miraculum*, & feſtiviter nolis Eccleſiæ pulſatis, gratias dedere Deo, ac ex illa hora ceſſavit infirmitas, nec amplius „ viſa eſt; exinde vero ſacra illa imago majorem venerationem aſſecuta „ fuit.

Miraculum S. P. N. Franciſci. *Monum. MSS. præ.*

ARGUMENTUM.

Benedictus XIII. poſt triginta annorum in Pſeudo-Pontificatu pertinaciam decedit, Cardinales dumtaxat duo, qui penes ipſum erant, erexerunt Clementem VIII. Bernardinus Senenſis prædicat in Urbe & in Etruria miro animarum fructu. Habentur Comitia generalia, in quibus Antonius Maſſa eligitur in Generalem Miniſtrum. Recenſentur Epiſcopi, & nova domicilia.

I. Benedictus XIII. poſt annorum triginta pertinacem Pſeudo-Pontificatum, deceſſit in Peninſulæ arce munitiſſima hoc anno, ſub menſem Septembrem. Ita Ciaconus, & plerique rei Pontificiæ ſcriptores. Hiſpani tamen Hieronymus Zurita, Joannes Mariana, & alii vetuſtiores id in annum præcedentem, decimumque Kal. Junias in ipſum Pentecoſtes diem rejiciunt, quod reputo probabilius. Tunc ſublatas omnes ſchiſmatis reliquias boni quique judicarunt, deficientibus præſertim, qui malum hoc vellent aut poſſent fovere, duobus dumtaxat Benedicto adhærentibus, iiſque recentibus, Cardinalibus, Juliano Loba Aragonio, altero Ordinis Carthuſiani, nominis ignoti. At hi vel Benedicti pertinacia imbuti, vel ab Alphonſo Rege Aragoniæ perſuaſi, Ægidium Sancium Munotium, patria Turvelenſem, Canonicum Barcinonenſem, ſive potius Valentinum in defuncti locum

Moritur Benedictus XIII. *Zurita to. 3. lib. 13. c. 23. Marian. lib. 20. c. 14.*

Subſtituitur Clemens VIII. *Vide Scolan. de rebus Valentin. lib. 8. c. 8.*

cum ſubſtituerunt, die VIII. Junii, ejuſdem anni, uti ferunt auctores Hiſpani. Nutantem atque adverſus conſenſum orbis terrarum, oblatum honorem ſuſcipere recuſantem, Alphonſus Rex confirmaſſe dicitur ſub Clementis VIII. nomine, ut negotium faceſſeret Martino V. Aragoniis rebus adverſo, qui Ludovicum Andegavenſem antea Regem Neapolitanum, Romanæque Eccleſiæ beneficiarium nuncuparat, & nuper abdicatam a Joanna Regina Alphonſi adoptionem probaſſe videbatur, vireſque contra illum, & conſilia participaſſe. Tanto excitus auxiliario & patrono ridiculus Pontifex, coronationis inſignia ſuſcepit, eaque aggreſſus eſt, quæ veri Romani Pontifices conſueſcunt, Cardinales aliquot creavit, qui poſt paucos annos cum ipſo dignitatem abdicaverunt, coacti a Petro Cardinale Fuxo Minorita,
Anno 1429. Legato Apoſtolico, uti ſuo loco dicemus.

S. Bernardinus prædicat in Urbe.

II. Summo omnium applauſu, & ingenti animarum fructu, prædicavit hoc anno ſanctus Bernardinus in Urbe, & die XXI. Julii, ardere fecit tabulas luſorias, cantica laſciva, incantatoria, brevia, ſortes, & capillamenta, quibus fœminæ ad ſuperſtitioſa utebantur, lignea mole conſpectui populi prius expoſita. Multorum odia ejus ſuaſu conciliata, plures Judæos ipſe convertit; Finicella Lamia venefica inſignis arſit, quæ infantes multos occiderat. Per id tempus, addit Ciaconus, longe lateque per totam Italiam maximo cum fructu verbum Dei diſſeminavit. Concordat his Blondus: *Bernardinus Senenſis, eloquentiſſimus*, inquit, *tam vehemens, tamque efficax divinorum eloquiorum ſuaſor fuit, ut omni in Italia mirabilem fecerit animorum a vitiis ad virtutes commutationem*.

Ciacon. in Mart. V. creat. 1. Blond. in Etruria.

Marian. c. 5. Tactu veſtimenti ſanat ægram.

III. Tunc in Urbe unum atque alterum patravit miraculum. Fœmina quædam inſanabili laborans morbo, præ magna erga ſanctum Bernardinum devotione, cupiebat tangere veſtes ejus, ſperans ſe earum contactu ſanatum iri. Expectabat igitur eum clam loco quodam, quo erat tranſiturus; mox ſe ſubmiſit ad pedes ejus, volens tangere extremam oram cuculli. At vir Dei, qui nullam unquam fœminam ad ſe propius accedere pateretur, nec cum ulla fœmina, dempta confeſſione, ſolus colloqueretur, primo equidem turbatus fuit inopinato tactu, ſed comperta eximia fidei ejus devotione, tulit moderate, moxque illa mulier ſic reſtituta eſt, ac ſi numquam male habuiſſet.

Miſſo donariolo infirmum ſanat.

IV. Concionanti affecta valetudine, pia quædam matrona miſit aromata, vel confectiones, quibus pectus corroboraret. Ille vero ſeverus corporis ſui caſtigator, qui illud magis affligere, quam fovere, ejuſque commodis ſtudere mallet, nuntio aromata afferenti dixit: *Ego his rebus non indigeo, ſed eas in vicum, quæras hominem ex afflictiſſima ægritudine decumbentem, dicaſque ei verbis meis: frater Bernardinus mittit tibi hæc aromata ipſi miſſa, ut tu iis in nomine Jeſu utaris, teque confirmes*. Mira res! ſimul atque guſtavit æger ille aromata, e lecto ſanus ſurrexit. Nimia prolixitate oneroſus ero, ſi cuncta ejus miracula ſingillatim enumerare velim, quæ tamen populo circumquaque ſunt notiſſima, certiſque teſtimoniis confirmata. Neque enim ille unquam donec in vivis erat, aut ab operibus bonis, aut a miraculis patrandis otioſus fuit.

Marian. cit.

Viſa eſt flamma ignis ex ore ejus procedere.

V. Roma in Etruriam perrexiſſe ſcribit Marianus, atque in civitate Lucenſi menſe Septembri magno diſciplinæ Chriſtianæ incremento ad populum ſermonem habuiſſe, eumque confirmaſſe miris operibus. Dum in Eccleſia ſancti Martini concionaretur maximæ hominum multitudini, viſa eſt flamma ignis, inſtar radii ſolaris, cubitalis longitudinis, frequentibus reſperſa favillis ex ore illius procedere, & toto concionis tempore perſeverare.

Alias

Alias menſe Octobri viſa eſt per plateas facula magna ipſum præire. Ibi hominem iſchuria, ſeu lotii, aut urinæ retentione pereuntem, repente ſanavit. Adoleſcentulum quæmdam ad ſe pridie miſſa repetentem admonuit, domi in quodam ſcrinio repoſita, quæ ita eſſe ſummo ſuo, & matris ſtupore comperit, cum nullus hominum illa reportarit.

Iſchuria laborantem curat. Miro modo remittit ad ſe miſſa.

VI. Hoc anno ſub feſtum Pentecoſtes, frater Antonius de Maſſa, Vicarius Generalis auctoritate Apoſtolica deputatus, indixit generalia Comitia in urbe Ferrariæ. Gratiſſimum habuit Pontifex, tum ob ejus eminentem doctrinam, tum ob ſingularem facundiam in declamando, ut in ſupremum Ordinis Præfectum eligeretur, & ne obſiſterent Ordinis ſtatuta, quibus cavebatur, ne electionum præſides eligi poſſent in Superiores, infringenda curavit, hoc emiſſo diplomate.

Capitulum generale 76. Ferrariæ. Marian. c.11.

Dilecto filio Antonio de Maſſa, Ordinis Fratrum Minorum, ſacræ paginæ profeſſori, ac ejuſdem Ordinis Vicario Generali, auctoritate Apoſtolica deputato &c.

VII. *Cum nos nuper te Generalem Vicarium Ordinis. Fratrum Minorum, ne propter carentiam Generalis Miniſtri detrimenta ſubiret, conſtituerimus & deputaverimus, prout in aliis noſtris litteris plenius continetur, & ſicut accepimus, in conſtitutionibus dicti Ordinis inter cetera caveatur, quod tenens pro tempore electionem ejuſdem Miniſtri, illam in perſonam ſuam, ſi fiat, recipere & acceptare non poſſit: tuque propterea qui in proximo generali Capitulo dicti Ordinis Ferrariæ, Deo propitio, celebrando, electionem dicti Miniſtri tenere debes, timens ad ſuſcipiendum electionem hujuſmodi, ſi in perſonam tuam forſan fiat, propter præmiſſa inhabilem repræſentari; nos ad omne dubium ſummovendum, auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia, declaramus, noſtræ intentionis fuiſſe & eſſe, propter conſtitutionem & deputationem de te factas in Vicarium Ordinis prælibati, te nullatenus ad præmiſſa inhabilitaſſe, aut inhabilem quovis modo reddidiſſe: quinimo ad acceptandam electionem Generalis Miniſtri, ſi forſan illa, inſpirante Domino, in perſonam tuam, tuis ſuffragantibus meritis, in eodem Capitulo alias canonice fieri & celebrari contingat, te ad illam habilem & capacem eſſe, & electionem ipſam in te libere & licite poſſe ſuſcipere, & Generalis Miniſtri dicti Ordinis officium acceptare, & illi præeſſe, perinde ac ſi Generalis Vicarius dicti Ordinis non exiſteres, eadem auctoritate, decernimus, & etiam declaramus, tecum nihilominus in præmiſſis omnibus diſpenſantes: non obſtantibus privatis conſtitutionibus, ac quibuslibet aliis ſtatutis, & conſuetudinibus dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate vallatis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, v. Kal. Maii anno VII.*

Reg. Vat. lib. 1. de Regul. ann. 7. fol. 128.

VIII. Nullo negotio omnia coierunt ſuffragia in hominem, Pontificiarum, litteris inſignem, & præfecturæ jam pene poſſeſſorem. Sed quam diverſæ ſint artes e roſtris declamare, & ex alto regere, magno ſuo malo probavit Sodalitium. Etenim ſub Antonii regimine valde elanguit diſciplina regularis, irrepſerunt variæ corruptelæ, & reformatio ab Angelo Salvetto prædeceſſore inchoata, penitus evanuit. Vir placidus, & ultra modum benignæ naturæ, omnibus connivebat, nec quidquam magis placebat, quam nemini diſplicere. Neceſſe proinde fuit, quod ſuo tempore narrabitur, e Miniſterio revocare. Attamen ea fuit Pontificis de homine opinio, ut

Eligitur in Generalem Fr. Anton. de Maſſa.

Diſciplinæ tamē decremento.

Ann. 1430.

ut cum Imperator Conſtantinopolitanus legatum miſiſſet de unione Eccleſiæ Græcæ cum Latina acturum, ille ad eumdem, non alium, quam Antonium hunc remiſerit, ſententiam illius circa poſtulata exploraturum: quod ſuperius ſuo loco præmonuimus.

Ann. 1419. n. 8.

IX. Creati hoc anno Epiſcopi, Gallipolitanus in regno Neapolitano, ſub Archiepiſc. Hydruntino, frater Donatus Brunduſinus, per obitum Angeli: *Divina diſponente clementia*, II. Nonas Februarii. Cavallicenſis, ſive Cabellicenſis, in Comitatu Venuſino, ſub Archiepiſc. Avenionen. frater Bernardus de Rappe, ſacræ Theologiæ Magiſter, per translationem Guillelmi ad ſedem Lucionenſem: *Apoſtolatus officium*, IV. Kal. Julii. Claudius Roberti neque hujus Bernardi, neque translationis meminit Guillelmi. Fortiſventuræ Epiſcopatus, hoc tempore erecti in Inſulis Fortunatis, ſive Canariæ, ſub Archiepiſc. Hiſpalenſi, Eccleſia inſtituta, ſub nomine ſanctæ Mariæ de Bentacurtia, ita cognominata a Joanne Bentacurtio inſularum domitore, frater Martinus de Domibus, vulgo Hiſpanico *de las caſas*: *Cum univerſis Eccleſiis*, XII. Kal. Decembris. Aquinatenſis in regno Neapolitano, ſub Archiepiſc. Capuano, frater Franciſcus de Tedallinis, per translationem Jacobi ad Spoletanam Eccleſiam: *Paſtoralis officii*, Nonis Julii. Polignianenſis in eodem regno, ſub Archiepiſc. Barenſi, frater Raonus de Caſtro Medurno de Litio, per translationem Pauli ad Eccleſiam Bitontinam: *Apoſtolatus officium*, II. Idus Aprilis. Floruiſſe ſub hoc tempus fratrem Joannem Epiſcopum Feretrinum, Conventus Ariminenſis aliquando alumnum, ſcribit Rodulphus. „ Erat familia Secanius, „ patria Ariminenſis. Deceſſit anno MCCCCXLIV. die XXVIII. Septem„ bris, ſepultus in Templo ſancti Auguſtini. „ Erat hoc anno Epiſcopus Carthaginis Spartariæ in Hiſpania, frater Didacus Badan. a Pacenſi Eccleſia ad iſtam, demum ad Placentinam translatus. Hoc anno obtinuit a Pontifice Martino, ut ſtudia Grammatices, liberalium artium, & aliarum facultatum a ſe in oppido nativo Majoricæ, diœceſis Legionenſis, annuente Epiſcopo Joanne, inſtituta, & a Petro Guardiano, aliiſque Fratribus Minoribus regenda, confirmarentur: *His quæ pro litterarum*, XV. Kal. Februarii. Hujus Didaci vitam, & geſta ex ſepulcrali lapide dedimus alias, cum de Conventu ageremus Majoricenſi. „ Hoc anno Mediolanenſes poſtquam inſigni clade „ Florentinos, & Malateſtios fœderatos ad Pontem Ronchi affecerunt, Kal. „ Februarii Fori Cornelii arcem & urbem occuparunt, & captivum abdu„ xerunt Ludovicum Alidoſium, inſignis fœminæ Lucretiæ patrem, qui „ Florentinorum partes ſecutus dicebatur, & Mediolanum ad Ducem Phi„ lippum Mariam miſerunt. At ille inde poſtea dimiſſus, diu vixit Mutinæ „ & tamdem Minoritis Obſervantibus nomen dedit, & multis utrinſque „ eventus caſibus eruditus, Chriſtianæ virtutis inſigne ſpecimen dedit.

Fr. Donat. Epiſcop. Gallipolitan.
Fr. Bernard. Cavallicen.
Fr. Martinus Fortiſventuræ.
Vide anno 1425. n. 7.
Frat. Franciſcus Aquinaten.
Fr. Raon. Polignianen.
Fr. Joannes Feretrin.
Rodul. fol. 269.
ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI
Fr. Didacus Carthagin.
Tom. 4. an. 1257. n. 24.
ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI. *Rub. in hiſt. Raven. lib. 7. ſub ann. 1424.*
Ludov. Alidoſius ſit Minorita.

X. Duos invenio hoc anno ſimultaneos Procuratores generales Ordinis Hiſpanum unum, Gondiſalvum de Vallebona, Italum alterum, Lucam Senenſem, (adeo non eſt recentis conſuetudinis nationes Ultramontanas, & Ciſmontanas ſuos quaſque habere Procuratores) qui Pontifici exponebant quaſdam controverſias provinciæ Terrælaboris circa deponendum a Miniſteriatus officio fratrem Petruccium Neapolitanum, & ejus loco ſubrogandum Joannem Nolanum. Confirmavit demum Pontifex Nolanum, Fratrum ſuffragiis electum. In Provincia ſancti Antonii Conventum regularis Obſervantiæ ſanctæ Mariæ Gratiarum Mantuanum vir nobilis Joannes Franciſcus Gonzaga, Imperialis Vicarius in eadem urbe, abunde & ſumptuoſe dotavit libris & ſupellectili Eccleſiaſtica. Obtinuit ut Pontificio cave-

Duo Procuratores General. Ordinis.
Ex Reg. Vatic. lib. de Reg. ann. 6. fol. 44.

veretur præcepto, ne quidquam extraheretur: *Romanus Pontifex*, XVII. Kal. Aprilis. In eadem Provincia translatus eſt ad Obſervantes Conventus ſancti Joannis Baptiſtæ ad Campum ſancti Petri (caſtrum eſt ad decimum a Patavio miliare) primum a ſancto Antonio Patavino humiliter conſtructum, & ſuo incolatu illuſtratum, ſecundum a pio viro Georgio Joanne reſtauratum. Conv. Campi S. Petri. *Gonza. in Prov. S. Anton. Conv. 15.*

XI. In provincia Tuſciæ cœperat hoc anno B. P. Thomas a Scarlino Cœnobium conſtruere ad milliare unum ab oppido Radicodoli. Sed cum oppidani inhumaniter ſe gererent erga Fratres, atque illac tranſiret ſanctus Bernardinus Senenſis, aſſumptus ad Vicariatum Generalem regularis Obſervantiæ, ejus imperio Fratres locum deſeruerunt. Facti pœnitentiam præ ſe ferentes Radicodolenſes, obnixe rogarunt, ut domicilio Fratres redderentur. Flecti non poterant Patres provinciæ, ad quos de his judicare ſpectabat, tum propter veteres irrogatas ab oppidanis injurias, tum quia non tanti æſtimabant humilia Cœnobioli initia, ut propter illa occupanda novas ſubirent. Tranſactis demum annis quinquaginta, cum Comitia Patrum haberentur Florentiæ, inſtantibus denuo ſuppliciter oppidanis, miſſi ſunt a fratre Hieronymo Cortonienſi Provinciali Miniſtro, qui domum repararent. Illi divendito primo habitaculo valde incommodo, aliud opportunius loco ſaluberrimo, & amœno conſtruxerunt. Conv. Radicodoli. *Idem in Provinc. Tuſciæ Conv. 39.*

XII. In Hungaria extruxerat nobilis vir Joannes Nicolai de Caniſſa Domicellus, Weſprimienſis diœceſis, domum Fratribus regularis Obſervantiæ in prædicta villa Caniſſæ. Conceſſit hoc anno Pontifex ut eiſdem Fratribus traderet incolendum: *Ad ea quæ divini cultus*, VII. Kal. Januarii. Conv. Caniſſæ.

XIII. In provincia Aragoniæ, ut quinque Conventus regularis Obſervantiæ in unam coirent Cuſtodiam, videlicet ſanctæ Mariæ de Angelis prope civitatem Segobricenſem, ſancti Spiritus in Eremo, ſancti Franciſci ad Chelvas, ac Manſaneræ, ſeu Pomerii, ſub titulo *ſanctæ Mariæ de la Vega*, & proprium haberent Cuſtodem, in Capitulo tamen Provinciali eligendum, per omnia Miniſtris Generali & Provinciali ſubjectum, indulſit Martinus ad preces Joannis Epiſcopi, & Capituli Segobricenſis, Friderici de Aragonia Comitis de Luna, & Juratorum Segobricenſium: *Ad ea ex Apoſtolicæ ſervitutis*, VII. Kal. Auguſti. Prima eſt hæc, quam ſciam, Cuſtodia regularis Obſervantiæ in Hiſpania, ſub hoc vocabulo erecta. Anno ſequenti his acceſſerunt aliæ domus, Tiraſonenſis, Muri veteris, Carinienæ, & Alumnæ, quas ſimul cum prioribus indulſit Pontifex, ut regerentur, juxta decretum Concilii Conſtantienſis: *In Apoſtolicæ Sedis*, XIX. Kal. Septembris. Erigitur Cuſtodia Obſervant. in Aragonia.

XIV. Obtinuit hoc anno vir nobilis Gomeſius de Benavides miles, Palentinæ diœceſis, licentiam conſtruendi Fratribus domum in loco idoneo infra dominium Regis Caſtellæ & Legionis: *Sinceræ devotionis affectus*, VII. Idus Auguſti. An, vel ubi, ædificaverit, non conſtat, niſi conjecturare velimus, domum illam Villalvini, præfatæ diœceſis oppidi, a Rivo ſicco, vulgo *Rioſeco*, per quatuor leucas diſtantis. Antiquam eſſe, ſed ignoti temporis, & auctoris, fatetur Gonzaga: monumenta provinciæ Conceptionis, ad quam ſpectat, mihi tranſmiſſa, circa hoc tempus dicunt conſtructam. Tempus & diœceſis concordant, ſi aliunde alia non diſcordant. Illud poteſt eſſe controverſiæ, quod Gonzaga aſſerat ſub Pio V. anno MDLXIV. a Patribus Conventualibus ad Obſervantes tranſiviſſe, & diploma citatum Martini V. referat Gomeſium pro his, non pro illis voluiſſe domum conſtruere. Conciliari tamen iſta poſſunt temporum & rerum viciſſitudine; multa enim domicilia Obſervantum transferebantur ad Conventuales, vel mutua per- Conv. Villalvini. *Gonza. in Prov. Concept. Conv. 12 Monum. MSS. hujus Prov.*

mutatione domorum, vel ineundæ gratia concordiæ, vel quia ſplendidiora erant, quam Obſervantum ferebat reſtituta diſciplina, vel quia loci, aut aeris temperamentum ſuadebat ut dimitterentur. Ceterum domus ab hominum frequentia ſemota contemplandis rebus divinis, & mentis recollectioni plurimum ſavet, & propterea Patribus Recollectis adjudicata, qui ruinoſam & deformem eleganti & commoda ſtructura refecerunt. Jacet in Eccleſia nobiliſſima Heroina Maria a Velaſco, oppidi Rupis-fidelis, vulgo *Penna fiel* Marchioniſſa, & Fratres Antonius Moreno defunctus anno MDXCI. Franciſcus Garcia anno MDCV. & Frater Michael Gonzales anno MDCXI. viri probatiſſimæ virtutis, & ſingularis diſciplinæ. Primus ſacerdotio inſignitus antequam ad Religionem accederet, adeo rebus cœleſtibus videbatur immerſus, ut a rerum exteriorum ſenſu videretur alienus: ſecundus poſt mortem inventus eſt ferrea catena cinctus, quæ ab aſſiduitate in carne jam ferme abſcondebatur: tertius mortis præſciens horam, ſua membra eo modo compoſuit, quo erat tumulandus, ſibique ipſe propria manu oculos clauſit, & in omnium conſpectu veluti dormiret, manſit exanimis.

Conv. Maſſilien.

XV. Cœnobium Maſſilienſe, provinciæ ſancti Ludovici, ſub hunc annum ædificatum eſt intra urbis mœnia per dominum de Rameſano. Præerat aliud nobile Patrum Conventualium extra urbem, ubi ſepultum diximus corpus ſancti Ludovici. Hoc poſtea deſtructo, ne hoſtibus eſſet præſidio (arx enim potius, quam Conventus videbatur) privilegia omnia Pontificia & Regia, ac brachium ſancti Ludovici, ejuſque veſtimenta Pontificalia, calix, & teſtamentum ad Cœnobium Obſervantum tranſlata ſunt. Corpus vero beati Hugonis de Dina, de quo ſuo loco diximus, in ædem urbis præcipuam creditur ſecreto delatum. Eccleſiam conſecravit quidam Epiſcopus Trojæ, & valde ornant inſignia mauſolea Florentinorum, & Corſicorum. Paſſus eſt ab hæreticis crudele martyrium frater Antonius Carbonarius laicus, hujus Conventus alumnus, quod ſuo tempore narrabimus.

Tom. 5. an. 1298. n. 9.
Tom. 6. an. 1319. n. 10.
Tom. 5. an. 1278. n. 31.
Ann. 1575.

XVI. Annales Epiſcoporum Leodienſium apud Gaſparem Bruſchium, hoc anno conditum referunt Monaſterium Tungrenſe Virginum, ſub tertia Regula ſancti Franciſci, ſedente Joanne Comite de Heynsberch Epiſcopo Leodienſi.

Annal. Leod. n. 53.
Monaſter. Tungren.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. HOc anno MCCCCXXIV. ut concluderet cum Sigiſmundo pacem, „ & in favorem ſuorum Taboritarum Zyſzka dum pergeret, in „ Caſtro Priſcojæ peſte correptus animam peſſimis facinoribus obnoxiam efflavit, meritas Deo pœnas luituram: habuit nihilominus a ſuis ſectatoribus eximios (quaſi aliquid boni fuiſſet) ſepulcri honores; etenim Ezſaſlaviæ in funereo cippo, qui ejus imaginem inciſam lapidi continet, hæc „ verba in margine quadrato inſcripta fuere.

Dogl. ſupra cit. fol. 427.

„ *Anno M.CCCC.XXIV. die Jovis ante Feſtum Galli,*
„ *vita functus Joannes Zyſka a Calice, Rector*
„ *Rerumpublicarum laborantium in nomine, & pro nomine Dei,*
„ *hoc Templo conditus eſt.*

Petrus Bert. in deſcript. Boemiæ fol. 317.

„ E regione ad parietem erat Altare, in cujus exteriori facie Huſſus, & „ Zyſka picti videbantur: poſt Altare ex eodem pariete, & ex catena ferrea pendebat lapis quadratus ſeſquiſpithamæ magnitudine in quolibet „ latere, cui inſcriptum tale diſtichon legebatur.

Men-

,, *Menſa fuit Zyskæ lapis hic, dum corpore Chriſti*
,, *Veſcitur, & potum ſanguinis ore bibit.*

,, Super ſepulcrale buſtum e Templi fornice clava ferrea pendebat, quam
,, idem pluribus in præliis in Catholicos ſuſceptis, ſemper geſtaſſe videba-
,, tur: licet autem obierit Zyska, Huſſitarum nihilominus Secta non ceſſa-
,, vit, imo potius adeo invaluit, ut juſtis exercitibus Saxoniæ Ducum,
,, Marchionis Brandeburgici, ac Ottonis Archiepiſcopi Trevirenſis in fugam
,, actis, arrogantior, & in Catholicos quoſque inhumanior ſæviret, quo
,, in deplorabili ſtatu attrita, & calcata Religio ubique ſqualebat, ac hor-
,, rore rigebat.
,, II. Interea Martinus Papa IV. Kal. Februarii Monialibus Aſſiſina-
,, tenſibus ſancti Nicolai loci mutatione conceſſa: *Humilibus &c.* XVIII. *Arch. S. Claræ Aſſiſ.*
,, Kal. Maii, fratrem Antonium de Guarceno ad Magiſterium nuncupavit:
,, *Viri ſacræ &c.* V. Nonas ejuſdem menſis, pro Bulla Nicolai IV. ſuper
,, forma vivendi Fratrum, & Sororum de Pœnitentia litteras expedivit:
,, *Sinceræ devotionis &c.* & VI. Idus ad ſuperandas nonnullas difficultates
,, circa ſepulturas in Provincia Pannoniæ, ſeu Hungariæ Breve dedit: *Sa-*
,, *cræ religionis &c.* ſed XV. Kal. Julii ingrediendi Monaſteria Arimini
,, gratia Iſabellæ conceſſa: *Devotionis tuæ &c.* III. Idus ejuſdem menſis
,, Hoſpitalis Vincentini fratri Auguſtino curam commiſit: *Piis fidelium &c.*
,, Ex quibuſdam vero litteris Vaticani ſcriptis Kal. Auguſti: *Sacræ religio-*
,, *nis &c.* in quibus agitur de ſepulturis, intermicat quidam Conventus in
,, Villa de Sechanſon, cujus nulla memoria, quod noverim hucuſque apud
,, noſtros Scriptores habetur: at VII. Idus ejuſdem menſis habetur diploma
,, pro erectione cujuſdam Monaſterii in regno Caſtellæ: *Sinceræ devotio-*
,, *nis &c.* XIII. Kalend. Septembris incorporato Conventui Barchinonenſi
,, fratre Joanne Bernardo: *Sacræ religionis &c.* XII. Kal. ejuſdem magiſte-
,, rium pro fratre Andræa de Prato decretum eſt: *Religionis zelus &c.*
,, duæ Sorores anonymæ pro ſui ſpiritus quiete ad Benedictinas remiſſæ fue-
,, re: *Exigentibus devotionis &c.* XVIII. Kal. Octobris, & VI. Kal. ejuſdem
,, frater Petrus de Mendoza ad magiſterium: *Religionis zelus &c.* at II.
,, Idus ad Sacellani ſanctæ Mariæ Majoris gradum frater Hugo ignotæ Pa-
,, triæ & cognominis promotus fuit: *Religionis zelus &c.* XVII. Kalen. No-
,, vembris. Neſcio pro quo tranſitu cuidam fratri Dominico abſolutio imper-
,, tita fuit: *Sedes Apoſtolica &c.* & IX. Kalend. ejuſdem menſis, pro muta-
,, tione Conventus de la Valle emanavit licentia: *Pia fidelium &c.* ac
,, tamdem VII. Kal. Decembris Alphonſo de Robles Legione conſtruendi
,, Monaſterium ſummus Pontifex hoc anno licentiam dedit: *Sinceræ devo-* *Topogr. Ferrer.*
,, *tionis &c.* eſt autem Legio civitas Epiſcopalis in regno Terraconenſi,
,, Hiſpanis *Leon*, priſcis Legio ſeptima Germanica nuncupata, ad Eſtolam
,, amnem haud longe profluentem, in ampla planitie oblonga, & in duas
,, muro diviſa, nobilis, clara, necnon templo elegantiſſimo, arteque mi-
,, rabili conſtructo conſpicua, media fere inter Valliſoletum & Duetum,
,, hinc inde XXII. M. P. Hiſpan. diſtans, Regum Caſtellanorum ſedes ali-
,, quando fuit: in hac civitate igitur an Robles Monaſterium conſtruxerit
,, omnino latet, cum non niſi anno MDXVIII. Leonora Quinnona unum pro
,, Sanctimonialibus Conceptionis excitaverit, ut habetur in Annalibus.

ARGUMENTUM.

Celebratur Jubilæum. Petrus Cardinalis de Fuxo Minorita mittitur Legatus in Aragoniam, ut ſchiſmatis extingueret reliquias. Multi Minoritæ ad varias abeunt Græcorum regiones, fidem diſſeminaturi. Referuntur Viri inſignes, & Epiſcopi. Floret beatus Damianus Patavinus. Incipit clareſcere beatus Joannes Capiſtranenſis. Ædificantur Cœnobia.

Celebratur Jubilæum.

I. HOc anno Jubilæum celebravit Martinus Pontifex, immenſa hominum multitudine in Urbem confluente. Pax & tranquillitas inter omnes ferme Principes Europæ vigebat, tantaque erat annonæ copia, ut triticum, & hordeum viliſſimo pretio diſtraherentur. Fovebat tamen diuturni ſchiſmatis reliquias contra Martinum Pontificem Alphonſus Rex Aragonius, & parvas ſcintillas flabello indignationis (qua propter translatum a ſe regni Neapolitani jus adoptivum in Ludovicum Andegavenſem, ardebat) in magnum excitaret incendium, niſi Martinus opportune miſiſſet Sedis Apoſtolicæ Legatum Petrum ſancti Stephani in Cœlio Monte Presbyterum Cardinalem, Minoritam, Regis conſanguineum, qui frementem deliniret, errantem in viam reduceret, & ſchiſma penitus extirparet. Egregiam poſuit hic operam huic monſtro avertendo, & Chriſtianæ conciliandæ unitati, uti diffuſe narratur integro Codice MSS. Archivi Vaticani, ex quo primas damus litteras hujus legationis.

Mittitur Legatus in Aragoniã Cardinalis de Fuxo.

Martinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Petro, tituli ſancti Stephani in Cœlio Monte, Presbytero Cardinali, in regno Aragoniæ, & omnibus aliis partibus, inſulis, civitatibus, terris & locis, cariſſimo in Chriſto filio noſtro Alphonſo Aragonum Regi illuſtri ubique ſubjectis, Apoſtolicæ Sedis Legato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

II. *CHriſtus filius Dei vivi ex alto cælorum throno deſcendens, exemplum nobis reliquit, ut quemadmodum ipſe diſcipulos, quos elegerat, in univerſas mundi partes deſtinavit, ut omnibus creaturis Evangelium prædicarent, & ſacra Chriſtianæ fidei inſtituta humanum genus edocerent, ita nos, qui, licet immeriti, ejus vices in terris gerentes, Chriſtiano generi præſidemus, quantum ab ipſo nobis conceditur, per ſuas ſemitas incedentes, ad fideles abſentes oculos noſtræ conſiderationis intendamus, & ad ipſos, cum tempus poſtulare videtur, perſonas dirigamus idoneas, quæ executionem voluntatis & ſollicitudinis noſtræ per ſuas operationes, Deo propitio, valeant adminiſtrare. Cum itaque nihil in animo noſtro inſit ardentius, nihilque cum majori affectione deſideremus, quam videre univerſalem Eccleſiam in ſui ſtatus amplitudine ſtabilitam, & Sedem Apoſtolicam in ſua auctoritate & faſtigio conſervari, te, cujus perſonam, Dei benignitate, præclaris virtutibus illuſtratam eſſe cognovimus, quem etiam vitæ integritate, ac magnitudine conſilii, & rerum experientia, ac ſacrarum litterarum doctrina plurimum valere non dubitamus, in regno Aragoniæ, & omnibus aliis partibus, inſulis, civitatibus, terris, & locis, cariſſimo in Chriſto filio noſtro Alphonſo Aragonum Regi illuſtri ubique ſubjectis, de fratrum noſtrorum conſilio, pro ſtatu univerſalis Eccleſiæ, noſtrum, & Apoſtolicæ Sedis Legatum de Latere, cum plena poteſtate facimus, conſtituimus, ac etiam ordinamus, atque te ad regnum Aragoniæ, ac inſulas, civitates & terras prædictas, tamquam pacis An-*

Digitized by Google

Angelum, ut in ipſis evellas & deſtruas, ædifices atque plantes, deformata reformes, & corrigenda corrigas, atque ſtatuas quidquid ad ſtatum univerſalis Eccleſiæ, & ad conſervandam dictæ Sedis auctoritatem, & Eccleſiaſticam libertatem profuturum cognoveris, prout cæleſtis gratiæ infuſio, tuaque tibi prudentia miniſtrabit, providimus deſtinandum, firma ſperantes fiducia, quod actus tuos, dirigente ſapientia, quæ novit prava in directa, & aſpera in vias planas convertere, per tuæ circumſpectionis induſtriam, in dictis partibus ſtatus Eccleſiaſticus ad ſuam debitam formam, atque naturam dirigetur. Tibi igitur quaſcumque perſonas Eccleſiaſticas & ſeculares, in dictis partibus reformandi, & quæcumque ad cultum Dei, & Apoſtolicæ Sedis honorem, & obſervantiam Canonicarum ſanctionum, conſervationem Eccleſiaſticæ libertatis, & reformationem morum, honeſtatis cultum, relevationem Eccleſiarum & pauperum, animarum ſalutem & tranquillitatem, quomodolibet pertinebunt, corrigendi, ſtatuendi, præcipiendi, & etiam exercendi. Et nihilominus contradictores, rebelles quoſcumque, quaecumque Eccleſiaſtica, vel mundana, etiamſi Regali, Reginali, aut Pontificali, vel alia quavis præfulgeant dignitate, per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia Juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendi, quibuſcumque privilegiis, indulgentiis, exemptionibus, & litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, ſub quacumque forma, vel expreſſione verborum conceſſis, per quæ nullum cuique cujuſcumque ſtatus, conditionis, vel etiam Ordinis Ciſtercien. Cluniacen. Præmonſtraten. Grandimonten. Cartuſien. Vallis-umbroſæ, Camaldulen. Humiliatorum, ſanctorum Benedicti & Auguſtini, & Hoſpitalium ſancti Joannis Hieroſolymitani, & ſanctæ Mariæ Theutonicorum, & Calatraven. & quorumvis aliorum Ordinum exiſterent, in hac parte volumus afferri ſuffragium, nequaquam obſtantibus, plenam & liberam, tenore præſentium, auctoritate Apoſtolica concedimus facultatem, necnon pro votiva, & celeri expeditione negotiorum per nos tibi commiſſorum, quoties tibi videbitur, generalem, ſeu particularem Synodum Prælatorum, Principum, Ducum, Baronum, & Dominorum congregandi, ibique proponendi & deliberandi, prout agendarum rerum pondus pro tempore exiget, & quod inibi per te decretum & deliberatum fuerit, exequendi, mandandi, & faciendi per te, vel alios opportune, et etiam omnibus & ſingulis Prælatis Eccleſiarum, Monaſteriorum, ac Ordinum quorumcumque Magiſtris, Prioribus & Præceptoribus, cujuſcumque dignitatis, aut conditionis exiſtant, Capitulis quoque ſecularibus & Regularibus, exemptis, & non exemptis, & Clero per cenſuram Eccleſiaſticam, ut omnia quæcumque ordinaveris, ſeu diſpoſueris, exequantur efficaciter, et plene pareant, et intendant. Et nihilominus pro præmiſſorum executione plenaria, quandocumque tibi videbitur, implorandi et invocandi auxilium brachii ſecularis quorumcumque Regum et Principum. Nos enim ſententias, quas rite tuleris, et pœnas, quas inflixeris in rebelles, ratas habebimus, et faciemus, auctore Domino, uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Quocirca circumſpectioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus injunctum tibi miniſterium laboris hujuſmodi, pro divina, et dictæ Sedis ac noſtra reverentia devote ſuſcipiens, ſic illud utiliter, ſicque ſolerter et laudabiliter, juxta datam tibi a Deo prudentiam exequaris, quod de tuis laboribus, cæleſti favente clementia, deſiderati fructus proveniant, quos ſperamus, tuque illam, quæ pias cauſas agentibus, ſuperna retributione, impenditur, feliciter conſequi æternæ palmæ gloriam merearis. Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, VI. Idus Januarii, anno Dominicæ Incarnationis MCCCCXXV. Pontificatus noſtri anno VIII.

III. Ro-

III. Roma profectus Petrus, ſub Februarii initium, menſe Martio, Carpentoractum venit, miſitque ſui adventus nuncium ad Alphonſum, a quo reſponſum accepit, expectandum Joannis a Caſanova ſui Confeſſarii Ordinis Prædicatorum, a ſe ad Martinum miſſi regreſſum, ut circa legationem admittendam, vel repellendam penſitaret. Alius deinde ſupervenit Alphonſi tabellarius, qui Petro Paſchalem feſtivitatem, die octavo Aprilis Avenione celebranti, intimavit ne ulterius progrederetur. Tulit modeſte hanc injuriam Petrus, nec quidquam gravius repoſuit, ſed ſumma patientia, & prudentia multas Alphonſi contra Martinum Pontificem querimonias accepit, vanaſque tergiverſantis, & moras protrahentis artes ſuperavit, admiſſus tamdem ſub hujus anni finem ad legationis partem obeundam. Tria ſtatim per ſupradictum Joannem Alphonſus a Petro poſtulavit. Primum, ut corpus ſancti Ludovici Maſſilienſibus ereptum, concederet in aliqua Eccleſia Fratrum Minorum regni Aragoniæ collocari. Secundum, omnia bona Cameræ Apoſtolicæ a ſe collecta, recepta, aut diſtributa, remitteret. Tertium, Roqualenſe oppidum Rhodianorum militum ſibi conferret. Primum diſerte negavit Legatus, quod Reges & Principes Galliæ inique ferrent ſacro hoc pignore privari. Secundum in ſpem aliquam rejecit, ſi prius Rex idolum Peniſcollenſe dejiceret, deque toto legationis negotio ſecum coram conferret. Tertium noluit concedere, quod ſumma injuria, & jactura afficerentur Rhodiani. Hæc fuere legationis initia, reliqua præclare geſta ſequentibus annis referemus.

Bizar. lib. 11. hiſtor. Genuen. Folieta lib. 10. Monum. MSS.

IV. Genuenſes hoc tempore partim armorum potentia, partim icto fœdere cum Principibus, partim ditiſſimis commerciis extenſo imperio in partes Græcorum, ſedes & domicilium in optimis urbibus collocarunt. In regno Cypri, Famaguſtam celebre emporium poſſidebant, Chium inſulam in Ægæo, Peram urbem in Boſphoro Thracio, Amaſtrim urbem Ponti, & Bithyniæ, in Thaurica Cherſoneſo Cembalum, Soldajam, Caffam (veteribus Theodoſiam) in palude Mæotica Tanam urbem ad fluvium Tanaim, qui Europam ab Aſia dividit, obtinebant. Ad urbes Synopen, Trapezuntem, Sebaſtopolim, compluresque alias fœdere conjunctas, Conſules mittebant, qui juriſdictionem inter ſuos exercerent. Ex his locis longe lateque lux Evangelicæ claritatis in varias infidelium, vel ſchiſmaticorum Provincias per religioſos viros Ordinum Prædicatorum & Minorum, quorum magnus numerus in hoc opus cum Genuenſibus transfretabat, magno cum ſalutis animarum proventu diffuſa eſt. Minoribus ut commodius, & majori lucro laborarent, Pontifex hoc anno ſuorum prædeceſſorum beneficia voluit confirmata.

Multi Minores inter Græcos fidem diſſeminant.

Dilectis filiis univerſis Guardianis, et Fratribus domorum Ordinis Fratrum Minorum per Syriam et Ægyptum, ac alias partes Ultramarinas exiſtentium.

Ex Reg. Vatic. lib. 1. de Regul. fol. 121.

V. C*Um a nobis petitur, quod juſtum eſt, et honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter, dilecti filii, juſtis veſtris poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes gratias, libertates, immunitates, exemptiones, & indulta a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſive per privilegia, vel per indulgentias vobis, ac domibus veſtris conceſſa, vobis, & per vos eiſdem domibus veſtris, auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia, tenore præſentium, confirmamus, & præſentis ſcripti patro-*

trocinio communimus, ſupplentes omnes defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem. Nulli ergo &c. infringere. Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, II. Nonas Martii, anno VIII.

Recenſentur viri aliquot illuſtres.

VI. Occurrit hoc anno memoria in ſcripturis Vaticanis fratris Hugonis de Palis Pœnitentiarii in baſilica ſanctæ Mariæ Majoris, viri docti, & fratris Antonelli de Iſernia Pœnitentiarii Lateranenſis hoc anno promoti ad parochiam ſancti Salvatoris de Militiis in Urbe, & Eccleſiæ ſancti Vitalis tunc vacantis, per mortem ultimi Cardinalis. Hæc collatio facta fuit per Santum Epiſcopum Tiburtinum, Papæ Vicarium, die XIV. Junii. „ Henrici Ghe„ le ſanctæ Mariæ Majoris de Urbe Pœnitentiarii: *Religionis*. VIII. Ka„ len. Septembris. „ Joannis Bernardi, Joannis de Rocca, & Petri Volerdelli, ſacræ Theologiæ Magiſtrorum, in Conventu Barcinonenſi, doctrina illuſtrium, & in Conventu Toletano Petri de Mendoça egregii prædicatoris, qui Pariſiis, & Toleti, tum in domo Fratrum, tum in Eccleſia Cathedrali (prout tunc moris erat) libros legit Sententiarum. In Conventu ſancti Laurentii urbis Vincentinæ, Auguſtini Mediolanenſis Laici, ſive Converſi, qui Xenodochium pauperum in præcipua platea, qua Veronam, & ad alias Lombardiæ Civitates tranſitur, ſitum, bellorum injuria dirutum, reſtauravit.

ADDITIO ALIORUM.

Fr. Theobaldus Epiſcopus Aſſiſias.
Fr. Jacob. Tergeſtin.
Ex lib. 1. de Regni. fol. 32. 37. & 62.

VII. Occurrunt etiam in catalogis MSS. Eccleſiæ Aſſiſiatis, frater Theobaldus Pontus Aſſiſias ejuſdem urbis Epiſcopus, & Eccleſiæ Tergeſtinæ frater Jacobus de Balardis Laudenſis, Tergeſtinorum Epiſcopus, paulo poſt Urbinum translatus. Interfuit ante Epiſcopatum Concilio Conſtantienſi. Ab hoc inductam ajunt in Tergeſtum Balardorum familiam, nunc penitus extinctam. Sunt, qui hunc velint Ordinis Prædicatorum, & ſacri Palatii Magiſtrum. Certe Michael Pius inter Epiſcopos illius Inſtituti non recenſet, Magiſtrum tamen ſacri Palatii commemorat Jacobum Laudenſem poſt annum MCCCC. non hunc, ſed alium familiæ Aragoniæ, mox Epiſcopum Laudis, ſuæ patriæ.

Fr. Truto Oloren.
Fr. Joann. Sebaſten.
Fr. Rober. Graden.
Item frater Jacobus.
Fr. Joannes Sodoren.
Fr. Nicol. Thaoen.
Fr. Franciſcus Nazaren.
Fr. N. Ebolen.
Fr. Antonius Croen.
Fr. Jacobus Uſſellen.

VIII. In libris conſiſtorialibus occurrunt frater Truto aſſumptus ad Eccleſiam Oloren. in Norvegia. VIII. *Kalend. Junii*. Frater Joannes de ſancto Facundo ad Sebaſten. in Armenia. *Eodem die*. Frater Robertus Ryngman ad Graden. in Norwegia, ſub Archiepiſc. Nidroſien. per obitum fratris Jacobi, etiam Ordinis Minorum. III. *Kalend. Junii*. Frater Joannes Burgherlin ad Sodoren. inſulam ſub eodem Archiepiſc. alias ſub Archiepiſc. ſancti Andreæ Scotorum. XIII. *Kalend. Auguſti*. Frater Nicolaus de Troja ad Thanenſem in Ægypto, ſub Archiepiſc. Damiatæ. *Eodem die*. Frater Franciſcus Fuſterius ad Nazarenam in Galilæa. III. *Nonas Auguſti*. Frater N. ſacræ Theologiæ Magiſter ad Ebolonenſem titularem in partibus. *Nonis Septembris*. Frater Antonius Venturæ de ſancto Blaſio Romanus ad Croenſem, olim ſub Archiepiſc. Dyrachino. VI. *Idus Octobris*. Frater Jacobus de Villanova ad Uſſellen. in Sardinia, ſub Archiepiſc. Arboren. *pridie Idus Decembris*.

Porten. de felicit. Paduan. lib 9. c. 9. Scardeon. lib. 2. claſſe 6.
Floret beatus Damianus.

IX. Beatum Damianum e nobiliſſima Comitum familia urbis Patavinæ, hoc anno ſanctitate floruiſſe, ſcribit Angelus Portenarius ejuſdem urbis ſcriptor, cujus virtutem mire extollit alter Patavinus etiam hiſtoricus, Bernardinus Scardeonius. *Invidia*, inquit, *improborum hominum aliquando falſi criminis inſimulatus a ſuo Primicerio carceri teterrimo mancipatur. Verum ubi veritas facti divino Dei nutu patefacta, in lucem prodiit, mox & integritas vitæ ſanctiſſimi hominis, ex eo magis magiſque illuxit. Quare tam-*

tamdem e cuſtodia egredienti Monaſterii Præpoſitus ſtatim occurrit, qui tum primum veri conſcius, & facti pœnitens, errori ſuo ab eo veniam poſtulabat, quod per imprudentiam injuſte ei tantum tuliſſet opprobrium. At ille mira animi alacritate, utraque manu anteriorem tunicæ partem expandens: Ecce, inquit, *Pater, capax gremium ad recipiendas ejuſmodi pro Chriſto calumnias, ſi quæ reſtant: Gratias tu quidem a me expectare debes, pro his affiictionibus, et tu veniam errori tuo a me poſtulas? quando ex eis ſane tibi non accuſator, ſed debitor magis factus ſum*. Ex eo itaque tempore *Beatus* appellari ab omnibus cœpit, tamquam unus omnium paupertatis amantiſſimus, & unicum veræ humilitatis, & perfectæ patientiæ exemplar. Is ſicut vivens, ita & moriens innumeris miraculis claruit. Obiit Cremonæ in magna opinione ſanctitatis, & propterea ibi in arca lapidea honorificentiſſime conditus, & pro Beato Chriſti milite, ibidem a cunctis colitur, nullumque fere nomen frequentius ibi in ore omnium eſt, quam beati Damiani. Hujus ſancti Viri ad vivum delineata effigies intra ſpecioſiſſimum templum D. Antonii Confeſſoris, in ſecunda columna ſuperioribus annis conſpiciebatur, cæcorum, ac claudorum imaginibus, utpote miraculorum indiciis, undique circumcincta. Nunc vero Petri Bembi Cardinalis ſtatua erecta eſt, & imagines illæ omnes omnino deletæ, altero forſan latere iterum reponendæ.

Tom. 9. an. 1414. n. 1. & ſeqq. Beatus Joannes Capiſtranen. mire claret.

X. Primordia pietatis, & prænludia magnæ virtutis, quæ in beati Joannis Capiſtranenſis emicabant adoleſcentia, alias narravimus, ad altiora conantem majora conſecuta ſunt incrementa, magiſtro præſertim Bernardino Senenſi. Permagni refert, & intereſt juventutis imbuendæ diſciplinis optimis, quo utantur præceptore, cum ille ſit inſtar ſtatuminis, & perticæ, ad quam ſe mores erigant diſcipulorum. Joannes, dirigente Deo, nactus ſanctum Bernardinum, virum omni opinione majorem, tanto magiſtro plurimum profecit, ab hoc Sole trahens colores omnium virtutum. Aſſiduus comes ejus fuit, & auditor, a quo magnam hauſit ſapientiam & ſanctitatem. Felix ejuſmodi proborum contubernium, cum idem & docenti, & diſcenti propoſitum ſit, ut ille prodeſſe velit, hic proficere. Tamdem ex diſcipulo factus magiſter Capiſtranus, populos longe lateque docebat, tum publicis concionibus, tum privatis colloquiis, tum demum doctis ad ſingula dubia adhibitis ſolutionibus, & multis conſcriptis in omni ſcientiarum genere libellis. Multa ſane egregie, atque utiliter ſcripſit, in quibus & ſapientiam, & prudentiam quiſque mirabitur. Omnia ſolide, omnia judicii pondere librata, & diligenter examinata diſſeruit, ex ſacra Scriptura, vel optimis Doctoribus deprompta. Ex ejus ore verba ſapientiæ, & ſententiæ divinæ, veluti nimbi defluebant; neque id mirum; quippe eructabat calicem cœleſtis liquoris, quem copioſiſſime biberat, ſacratiſſima Virgine propinante. Concurrebant undique populi, ſanam, ſanctamque doctrinam audituri, & qui conſcientia infirma vexabantur, ab illo paſſim medelam expetebant. Hujus rei luculentum habeo teſtimonium Jordani Cardinalis Urſini, Epiſcopi Albanenſis, & ſummi Pœnitentiarii, quo hoc anno ampliſſimam tribuit facultatem, Pontifice etiam Martino jubente, a reatibus abſolvendi. Ipſum produco inſtrumentum.

Ei porrexit beata Virgo calicem cœleſtis liquoris.

JOR-

JORDANUS miſeratione divina Epiſcopus Albanen. Religioſo viro fratri Joanni de Capiſtrano Presbytero profeſſo Ordinis Fratrum Minorum.

XI. *GRata tuæ devotionis obſequia, & ſollicita cura, quibus erga Chriſtifideles, & pauperes, ac pœnitentes, qui ad te undique confluunt indefeſſe, & te quotidie occupant, non immerito depoſcunt, ut Apoſtolicæ Sedis munificentia ſe exhibeat erga te liberalem. Hac igitur conſideratione inducti, & per hoc tuam volentes honorare perſonam, de cujus circumſpectione plenam in Domino fiduciam obtinemus, auctoritate* Domini *Papæ, cujus Pœnitentiariæ curam gerimus, & de ejus ſpeciali & expreſſo mandato ſuper hoc vivæ vocis oraculo nobis facto, diſcretioni tuæ committimus, quatenus tibi, & uni alteri dumtaxat, idoneo & diſcreto Presbytero, profeſſo dicti Ordinis, per te eligendo, liceat confeſſiones quorumcumque hominum, utriuſque ſexus, ad te, & eumdem tuum ſocium ad confitendum venientium audire, ipſoſque a caſibus, & peccatis, Epiſcopis dumtaxat reſervatis, abſolvere, & eorum cuilibet pœnitentiam ſalutarem, juxta qualitatis exceſſum, injungere: quodque ſi quibus ob præmiſſa ad ſatisfactionem tenentur obnoxii, ſatisfaciant competenter, præſentes inde tibi litteras noſtro ſigillatas ſigillo in teſtimonium duximus tibi concedendas. Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos* v. *Idus Julii, Domini Martini Papæ V. anno* VIII.

XII. In Italia aliquot hoc anno conſtructi, vel refecti ſunt Conventus. Tom. 1. an. 1219. n. 56. Matthæo Agrigentino conceſſit Pontifex, ut tria Fratrum Obſervantum domicilia poſſet admittere: *Sacræ Religionis*. IX. Kalend. Maii. Anconitanum, cujus humilia alias dedimus initia, reſtauravit vir nobilis B. P. frater Gabriel Ferettus Anconitanus, de quo alias plura dicturi ſumus, & in eam, quam modo retinet, formam reduxit. Ejuſdem gentis vir frater Bernardinus nobiliſſimum ſacellum Virginis Mariæ in cœlum aſſumptæ, miraculis celebre, fabricavit, & Senatus Anconitani muniis exercendis adjudicavit. Quapropter quotannis in ſolemnitate Aſſumptionis, concurrente univerſa civium multitudine, magna celebritate ſummum canitur Sacrum, & poſt numeroſiſſimam populi ſupplicationem ſermo habetur ad populum. Cognominatur a ſitu, quo univerſæ Civitati ſupereminet, Conventus ſancti Franciſci *Altioris*, ad diſtinctionem alterius loco humiliori conſtructi ſancti Franciſci *de Scala* nuncupati, in quo Patres Conventuales inhabitant.

An. 1456. Conv. Anconit. reſtauratur. Gonz. in Provin. March. Conv. 1.

„ XIII. Verius tamen, tale nomen Cœnobium hoc eſſe ſortitum, ADDITIO ALIORUM.
„ conſtanti traditione refertur ex verbis ſanctiſſimi Patriarchæ, qui dum Tom. 1. an. 1219. n. 56.
„ prope Portum Anconitanum ſiſteret, ut alias dictum eſt, indice oſtendit,
„ ſe *in Alto*, hoc nimirum loco, ubi nunc Conventus viſitur, Domicilium
„ ædificari cupere. In Eccleſia hujus Conventus, præter alias picturas
„ Franciſci Barberii Centenſis, vulgo *Guercino*, Lilli, Perutiini, alio-
„ rumque Pictorum excellentium, duæ extant Tabulæ a celeberrimo, nec
„ unquam ſatis laudato Titiano Cadorino depictæ, quarum altera in altari
„ Tertii Ordinis ſpectatur, alia in ara maxima locata viſitur, quam Aloyſius
„ Gotius Raguſinus fieri mandavit, & Joſeph Jacobus Bucellenus Anconita-
„ nus Patritius, ex perpolito marmore elegantiſſime, nova Ara conſtructa,
„ exornari curavit. In cujus beneficii memoriam, ad lævam ejuſdem Aræ
„ ſequens poſita eſt inſcriptio: *Altare cum Tabula a celebri Titiano depicta,*
„ *& ab Aloyſio Gotio Patritio Epidaurio, cum ligneo ornamento an.* MDXX.

„ *in Sacello majori erectum Joſeph Jacobus Bucellenus Patritius Anconitanus, legatis duobus aureorum millibus, lapideo hoc opere ornari mandavit anno* MDCCIII. At non hoc ſolum beneficentiæ genere Joſeph Jacobus de Fratribus Minoribus benemeritus extitit; anno ſiquidem Jubilæi MDCC. multis aureorum collatis millibus, elegantiſſimo conſtructo fornice, Templum ſere totum renovari mandavit.

„ XIV. Primum ad dexteram Aræ maximæ hujus Eccleſiæ ſacellum ita ſummus Pontifex Gregorius XIII. ditatum voluit, ut quotidiana ſacrificia, quæ in eo peragerentur, homines vita functos vehementer juvarent, placatique Numinis indulgentia eorum animas, quas pœnitentia criminum ſubiiſſei, purgantibus ſuppliciis prorſus eximerent, cujus rei Pontificium diploma hic exhibetur.

GREGORIUS XIII. PONT. MAX.

Ex Autographo Archivii hujus Conv.

„ *OMnium ſaluti paterna caritate intenti, inter tam multa pietatis officia, quæ nos pio muneri noſtro convenit exercere, ſacra interdum loca ſpirituali privilegio inſignimus, ut inde fidelium animarum ſaluti amplius conſulatur. Quocirca, ut Eccleſia ſancti Franciſci in Monte Anconitano Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia, duodecim ut minimum Fratrum Sacerdotum ibi jugi Altiſſimo famulantium numero fulcita, nec ſimili uſque adhuc privilegio decorata eſt, in ea Altare ſancti Bernardini, quod notum eſt, majus hoc ſpirituali dono illuſtratur: Auctoritate nobis a Domino tradita concedimus, ut quoties ab aliquo Sacerdote dictæ domus duntaxat, Miſſa defunctorum ad prædictum Altare celebrabitur pro anima cujuſcumque fidelis, quæ Deo in caritate conjuncta ab hac luce migraverit, ipſa de theſauro Eccleſiæ indulgentiam conſequatur, quatenus D. N. Jeſu Chriſti, & beatiſſimæ Virginis Mariæ, beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, aliorumque Sanctorum omnium meritis ſuffragantibus, a Purgatorii pœnis liberetur. Datum Romæ apud ſanctum Marcum, anno Incarnationis Dominicæ* MDLXXXIII. IV. *Nonas Auguſti, Pontificatus noſtri anno* X.

„ *M. Dat.*

„ *Cæſ. Glorierius.*

Anno 1456.

„ XV. Præter corpus incorruptum beati fratris Gabrielis Ferreti, de quo alias ſermo redibit, multæ aliæ ſacræ aſſervantur Reliquiæ in ſacello Reginæ Martyrum dicato, nimirum de Ligno ſanctiſſimæ Crucis D.N.Jeſu Chriſti: una item e ſpinis Coronæ, de Præſepio, de Canna, de Fœno, de pannis infantilibus, de Fune, de Purpura, de Linteo, de Sudario, & de Columna, ad quam idem D. N. flagellis cæſus eſt. Item de Velo beatiſſimæ Virginis Mariæ, de Oſſibus ſanctorum Joachim, & Annæ ejuſdem intemeratæ Virginis Parentum, Zachariæ, Joannis Baptiſtæ, Apoſtolorum omnium, Marci Evangeliſtæ, Sebaſtiani, Laurentii, Coſmæ, Damiani, Blaſii, Petri Ordinis Prædicatorum, Hyppoliti, & Anaſtaſii Perſæ Monachi, ac Gorgomienſium MM. Auguſtini, Nicolai Myrenſis, Liborii, Gregorii Nazianzeni, Gregorii Thaumaturgi, & Caroli Borromæi Epiſcoporum: Antnnii Patavini, Dominici, Ignatii, Bernardini Senenſis, Andreæ de Avelino, Franciſci de Paula, Aloyſii Gonzagæ, Didaci de Alcala, Felicis de Cantalicio, Joannis de Capiſtrano, Petri de Alcantara, Paſchalis Baylon, & Franciſci Xaverii

Con-

„ Confeſſorum: Agnetis, Catarinæ, Agathæ, Dorotheæ, Benedictæ,
„ Apolloniæ, & Luciæ Virginum & Martyrum. Item de ſanguine S.P.N.
„ Franciſci, & ſancti Jacobi de Marchia. Item de Pallio ſancti Joſeph, ſan-
„ cti Joannis Evangeliſtæ, & ſanctæ Margaritæ Cortonenſis. Demum plu-
„ res aliæ particulæ ex Terra ſancta deſumptæ, quæ quidem ſacræ Reliquiæ
„ univerſæ authenticis litteris munitæ ſunt, ipſiſque patriam urbem ditavit
„ Conſodalis quidam ſacerdos, quum in hoc ipſo Cœnobio Theologicas do-
„ ceret litteras. Idem ſacrarium quoque varia, ac pretioſa ſupellectili ope-
„ re contexta phrygio, & Chorum libris pulcherrimis ad ſacrum Cantum
„ accomodatis ornavit. Bibliothecam denique lectis voluminibus locuple-
„ tavit, aliaque plura liberaliter amicorum ope præſtitit: quibus magis, ma-
„ giſque ſacri Cœnobii decor, ac ſplendor eſt auctus.
„ XVI. In ipſo Sacrario Imago Jeſu Chriſti Crucifixi colitur, quæ, ut
„ conſtanti traditione proditur, beatum Gabrielem alloquuta eſt: Imago
„ item beatæ Mariæ Virginis, de qua paulo ſuperius loquutus eſt auctor.
„ Ibidem in Capſula quadam ſervatur Pallium cum Bireto beati Gabrielis,
„ & Caputium beati Marci de Monte S. Mariæ, cujus ad ann. MCCCCLXX.
„ Waddingus meminit, & qui in hoc Cœnobio floruit, ubi complures quo-
„ que alii vitæ ſanctimonia, & doctrina illuſtres viri extremum obiere
„ diem; e quibus nuper P. frater Joannes Baptiſta de ſancto Elpidio divi-
„ norum altiſſima contemplatione, abſtinentia, animi demiſſione, aliiſ-
„ que eximiis virtutibus, necnon prophetiæ dono, ac miraculis illuſtris,
„ die 11. Martii anno MDCCXXXIII. ætatis vero XC. migravit ad Chriſtum.

XVII. Ad primum ab Urbino in Umbria lapidem, amœna valle interjacente, Guido Antonius, vir Princeps, Montis-Feltrii Comes, & Anna Feltria germana ſoror, Conventum extruere cœperunt in fundo conjuncto Eccleſiæ parochiali ſancti Donati, quem a Petro Serrano Abbate Monaſterii ſanctæ Crucis de Avellana, Eugubinæ diœceſis, coemerunt. Hoc anno auctoritate Martini Pontificis inchoatum Conventum ſub titulo ſancti Bernardini narrat Gonzaga, quod ſubſiſtere non poteſt, dum ſanctus Bernardinus adhuc in humanis degebat. Potius ſub S.Donati nomine inchoata ſtructura, poſt ſancti Bernardini canonizationem illud etiam nomen adhæſit. Immatura morte præventus Guido-Antonius opus non abſolvit, tentavit tamen ejuſdem nominis filius in Principatu ſucceſſor, primus Urbinatum Dux, nec potuit, proditorie a ſubditis occiſus. Fridericus frater prædeceſſorum votis ſatisfacturus, magnifice, & pro tanti Principis dignitate complevit. Ne vero parochialis Eccleſia ſancti Donati omnino aboleretur, decretum fuit, ut Presbyter ſecularis, quæ ſunt paſtoralis officii exerceret; Fratres autem, quæ ad cultum attinet divinum. Sed demum prope constructa altera Eccleſia ſub ſancti Donati nomine, adjunctiſque Parochi ædibus, templum iſtud integre Fratribus deſervit. Hic celebrata ſunt Comitia generalia, quibus in Miniſtrum Generalem cooptatus eſt Franciſcus Sampſon, & in Eccleſia, optimorum Italiæ pictorum operibus ornata, jacent prædicti tres Principes, ac Guidobaldus Dux Urbinatum, cum Eliſabetha Gonzaga conjuge, fœmina lectiſſima, necnon alii hujus nobiliſſimæ proſapiæ Heroes. Friderico, & Guidoni Ubaldo pulcherrima ex utroque latere templi poſuit ſepulcra marmorea, vario lapide diſtincta Franciſcus Maria ſextus & ultimus Dux Urbinatum, impoſito utriuſque vero ſimulacro, & duplici hoc Epitaphio.

Conv. S. Donati Urbini. Indid. Conv. 72.

D.O.M.

D. · O. M.
Federico Montfeltrio Urbini Duci ſecundo
S. R. E. Vexilliſero.
Italici fœderis aliorumque exercituum
Imperatori:
Præliorum paſſim victori, numquam victo:
Ditionis, & bonarum artium
Propagatori,
Celebris bibliothecæ & inſignium ædificiorum
Tum ad magnificentiam, tum ad pietatem
Structori,
Quem licet aliis præferas, neſcias tamen
Belli, an pacis gloria ſeipſum ſuperaverit.
Obiit Anno Domini M. CCCC. LXXXII.
Suo LXV.

D. O. M.
Guido Ubaldo Federici filio Urbini Duci III.
Qui adhuc impubes paternam gloriam æmulans,
Imperia viriliter feliciterque geſſit;
Juvenis de adverſa triumphans ſortuna,
Sed vi morbi corpore debilior, animo vegetior:
Pro armis litteras, pro militibus viros lectiſſimos
Pro re bellica, rem aulicam,
Ita coluit, fovit, auxit,
Ut ejus aula ceteris præclariſſimum
Extet exemplar.
Obiit Anno Domini M. D. VIII.
Suo XXXVI.
Et
Eliſabethæ Gonzagæ miræ pudicitiæ fœminæ
Ipſi jugali amore, & egregia virtute conjunctiſſimæ.

Liber auctoris de Urbinatum pietate. Fr. Guido Comes Montisfeltrii. Tom. 4. an. 1296. n. 12.

XVIII. Habent hic ſua ſepulcra familiæ pleræque nobiles, Bonaventuria, Battiferria, Veterana, Odaſia, Paſſionea, & aliæ, quarum epitaphia dabimus aliquando in libello, quem ſeparatim ſcripſimus de Urbinatum pietate erga familiam Franciſcanam. Condita eſt hic ante aliquot annos Olympia Santuccia Tertii Inſtituti ſancti Franciſci, cujus pietatem, & virtutem recenti cælebrant memoria Urbinates. Huc translatus eſt ann. MCCCCXLIII. præclarus ille Feltriæ gentis Princeps, Guido Comes, mox Franciſcanus, quem Aſſiſii diximus obiiſſe, & lapideo donatus tumulo, inſculpta effigie in habitu Franciſcano, appoſito etiam enſe gloriæ militaris emblemate, hæc habet carmina vetuſto inciſa charactere.

Plorat in Heſperia tellus, plorate Latini,
Guido Comes moriens hac requieſcit humo.
Non fuit. e cælo Princeps clementior alter,
Prævalidas Urbes rexit, & ipſe potens.
Non fuit in terris unquam, qui ſanctius Heros
Cappam Franciſci poſſet habere ſacri.
Quem dedit æternis probitas venerabilis ævo.
Mors animam cælo reddidit alma ſuo.

Vos

Vos igitur Superi ſocio gaudete ſuperno,
Et Divum ſervat Curia ſacra Ducem.
Mille quandringentis Domini currentibus annis,
Quadraginta tribus Februi vigeſima prima.

XIX. Quod vero magis æſtimandum eſt, hic requieſcunt corpora beatorum virorum fratris Petri Camertis, Antonii a Monte Milonis, Jacobi Mediolanenſis, Joannis, Gaſparis, & Donati Urbinatum, miraculis illuſtrium, quorum vitas dabimus alias diffuſius. Structura Conventus pulchra eſt, ſitus amœnus, & ſpatioſus hortus, viridariis, & nemoribus diſtinctus, ſacrarium habet locuplete ſupellectile, & bibliothecam optimis libris refertam.

Conv. Navis. *Idem in Provin. Tuſcia Con. 12.*

Fr. Andreas Groſſetan.

XX. Ab oppido Navis in Tuſcia pulſis Fratricellis, domicilium humile ſatis, & incompoſitum ceſſit Fratribus Obſervantibus, auctore beato Thoma Scarlino, quem peſſimi illi nebulones perpetuis proſecuti ſunt injuriis, & contumeliis. Hic obdormivit in Domino frater Andreas Groſſetanus, vir venerabilis, dilectus Deo & hominibus, religioſæ houeſtatis, & perfectiſſimæ obedientiæ exemplar, qui in oratione ſæpiſſime viſus eſt a terra elevari, tamquam qui terrena faſtidiens, in cœlum ferebatur. Hic nobilis adoleſcens Florentinus ſub diſciplina prædicti Patris Scarlini tironem agebat: ſed, ut fit, magnis concutiebatur tentationibus, ad relictas divitias, & mundi illecebras revertendi. Coram ſanctiſſimo Altaris Sacramento agonem ſuum repræſentans, ſomno correptus vidit Chriſtum Dominum improperantem, quod ſibi mundum vellet præferre, oblitus tot beneficiorum, & amariſſimæ, quam pro ipſo tulit, paſſionis. Ad ſaniorem mentem reverſus, deinceps vixit ſanctiſſime ſub tanti magiſtri diſciplina.

Conv. Averſæ.

XXI. In provincia Terræ Laboris extra muros urbis Atellæ, ſeu Averſanæ, erat ſub boc tempus Eccleſia ſanctæ Mariæ Magdalenæ, cum aliquibus ædificiis pene dirutis, quæ frater Jacobus Scalionius, de quo ſupra dictum eſt, obtinuit ſibi concedi a Joanna II. Neapolis Regina, & amicorum auxiliis reduxit in formam Conventus. Poſtea ſignificatum eſt, ædificia hæc olim receptacula fuiſſe pauperum & peregrinorum, & ſpectaſſe ad Magiſtrum generalem Ordinis ſancti Lazari, tunc in regno Siciliæ degentem. Quare licet a quadraginta annis nulla ibidem hoſpitalitas exerceretur, & contenderet Regina non aliis, quam ſibi, & prædeceſſoribus Regibus domum illam deberi, ut dubia omnia tollerentur, Regina deprecante, ratam habuit hoc anno Pontifex conceſſionem, & Cœnobii pro Fratribus Regularis Obſervantiæ conſtructionem: *Religionis, ſub qua* VIII. Idus Septembris. Nunc Conventus eſt optimus, religioſæ ſtructuræ, quadraginta Fratrum commodum habitaculum. Clauſtrum pulchrum ædificavit prædicti fratris Jacobi conſanguineus Jacobus alter Scalionius, ut ex ſubjecta inſcriptione lapidi inciſa ad oſtium ſacrarii comprobatur. *Anno Domini* MCCCCXXX. *menſe Januarii* IX. *Indictione, Egregius vir Jacobus Scalionius de Averſa fecit fieri hoc clauſtrum, cum toto ſuo apparatu, ad honorem Dei, & pro anima magnifici militis Domini Petreoli Scalionis Fratris ſui.* Frater Angelus Averſanus Ciſmontanæ familiæ Commiſſarius Generalis, mox totius Ordinis, ob promotionem Clementis Moneliani Generalis Miniſtri ad Cardinalatum, Vicarius Generalis, demum Archiepiſcopus Tranenſis, domum pulchre reſtituit, ampliavit, & ſuo funere nobilitavit. Epitaphium dabimus ſub annum, quo deceſsit. Paulo aliter hujus domus originem Gonzaga recenſet.

Fr. Angelus Averſan.

Gonz. in Provin. Terra Lab. Con. 18.

Tom. 4. an. 1268. n. 14.

XXII. In eadem provincia Conventus celebris ſanctæ Mariæ Novæ, de

quo

Conv. S. Mariæ Novæ Neapolit. tráſfertur adObſervantes;

quo alias longe præfati ſumus, conceſſus eſt Fratribus Regularis Obſervantiæ, propter bellorum turbines, pulſis ex Cœnobiolo ſanctæ Trinitatis ſito inter duas arces, ſeu caſtra, *Novum*, & *Ovi*, nuncupata, quæ Joannæ Reginæ hoſtes poſsidebant. Illi vero, intercedente Regina, impetrarunt hoc anno facultatem vendendi aliquas poſſeſsiones, domos, & bona immobilia, quæ habebat Cœnobium ſub Patribus Conventualibus, eaque in ipſius ædis incrementa convertendi: *Ad hæc circa regularis*. VIII. Idus Septembris.

Conv. Maroſticæ:

Gonzaga in Provincia ſancti Antonii. Conv. 27.

XXIII. Ad Maroſticæ oppidum, diœceſis Paduanæ, conſtrui Minorum domicilium, eo loco, ubi erat ſacellum ſancto Antonio Abbati ſacrum, Pontifex indulſit ad preces oppidanorum: *Pia fidelium vota*. V. Idus Julii. Originem tamen Conventus Minoritici in hoc oppido longe poſteriorem facit Gonzaga, eam tribuens beato Bernardino Feltrenſi inibi anno MCCCCLXXX. prædicanti. Ait enim, deprecantibus Maroſticanis eum quatuor Minoritas miſiſſe, atque hos Cœnobium extruxiſſe quarto poſt anno; de quo extare ait Innocentii VIII. Diploma eo anno datum, die XXIV. Novembris. Fortaſsis prima conceſsio Martini fuit irrita, & opus in aliud tempus dilatum, vel humiliter hoc tempore inchoatum abſolvit, vel in veram Cœnobii formam reduxit Feltrenſis. Similiter conceſsit Pontifex facultatem Agmonetto de ſancto Georgio, viro nobili, Militi Brunduſinæ diœceſis, ut in oppido Mithaniæ, prædictæ diœceſis, Conventum ædificaret. An vero fecerit non comperio: *Sinceræ devotionis affectus*. Kalendis Auguſti.

Hoſpitale Calaguritanum.

Conv. Lucenſe.

XXIV. In Hiſpania eodem modo indultum fuit nobili viro Gometio de Benavides, Militi Palentino, ut in loco aliquo idoneo ditionis Regis Caſtellæ, Cœnobium ædificaret pro decem, aut pluribus Fratribus Regularis Obſervantiæ. Ubi vero locorum conſtruxerit, nullus eſt, qui recenſeat: *Sinceræ devotionis affectus*, VII. Idus Auguſti. Ad preces nobilis viri Fernandi de Ayala, Militis Calaguritanæ Diœceſis, Pontifex conceſſit regimen ſpirituale Hoſpitalis ab eodem Milite conſtructi in villa Victoriæ, Guardiano, & Fratribus Conventus villæ prædictæ: *Ad illa, quæ divini cultus*, III. Kalendas Septembris. Ut Conventus Lucenſis in Galletia, annuos quoſdam reditus haberet, in Diplomate expreſſos, impetravit nobilis vir Fridericus, Dux Arionæ, & Comes Traſtamare, qui pro animabus progenitorum ſuorum, & conſanguineorum ibidem ſepultorum, ſuffragia fieri, ſacella ædificari, & domum univerſam reſtaurari cupiebat: *Sinceræ devotionis affectus*, V. Idus Julii.

Tom. 9. an. 1396. n. 4.
Conv Lavallen. transfertur.

XXV. In Gallia Conventum Lavallenſem, Cenomanen. Diœceſis, de quo alias locuti ſumus, transferendi in alium locum, & ſub commodiori ſtructura reædificandi licentiam obtinuit nobilis mulier Joanna, quondam conjux Guidonis de la Valle de Vitreyo, & de Caſtillione, quem ipſa ſimul cum marito ampliori, quam par erat menſura, ædificaverat: *Sinceræ devotionis affectus*, IX. Kalendas Novembris.

Conv. Heydelbergen. reformatur.

XXVI. In Germania Ludovicus Comes Palatinus Rheni, & Elector Imperii, Ruperti olim Romanorum Regis filius, deprecante piiſſima conjuge Machtilda Sabaudiæ Duciſſa, uxore ſecunda, hoc anno, auctoritate Pontificia introduxit in Cœnobium Heydelbergenſe Regularem Obſervantiam, executoribus Pontificii decreti fratribus Joanne de Albomonte, & Joanne de Vico: *Admonet nos ſuſcepti cura regiminis*, III. Idus Novembris. Ut Obſervantiam hanc ſtabiliret Princeps, aliud obtinuit a Pontifice Diploma anno ſequenti, tunc in Regeſto exſcribendum, in quo præcipit ne ullus,

lus, qui non eſſet Regularis Obſervantiæ, in Cœnobium illud a quocumque Ordinis Superiore mitteretur, aut quiſpiam ex eodem dimitteretur ad alia, abſque totius Conventus conſenſu.

XXVII. In Hungaria Sigiſmundus Romanorum, Boemiæ, & Hungariæ Rex, in oppido Vicegradenſi, Diœceſis Strigonienſis, ubi Hungariæ [Con. Vicegradi.] Reges reſidere ſolebant, nobile extruxit Minoritis domicilium, & Regium ſacellum magnifico commutavit templo, in quo pro Regibus Hungariæ, eorumque ſtirpe perpetuo Deum interpellarent. Nulli ſubjectum voluit Conventum, præterquam ſoli Miniſtro Generali, & Boſnenſis Principatus Vicario. Omnia confirmavit ſuo Diplomate Martinus: *Cum ſecularium Principum*, v. Kalendas Julii. In Anglia Cœnobii villæ de *Suthampton*, Wintonien. Diœceſis, occurrit hoc anno memoria controverſiæ Rectoris paro- [Conv. Suthampionii.] chialis Eccleſiæ beatæ Mariæ, prædictæ villæ, cum Guardiano, & Fratribus circa liberas ſepulturas. Tulit ſententiam Pontifex pro Fratribus, com niſſa cauſa Abbati Monaſterii de *Byneden*, Sariſbirien. Diœceſis.

XXVIII. Monaſterium Clariſſarum Veronenſe hoc anno inchoatum ex [Mon. Veronen.] civium facultatibus ſcribit Gonzaga, evocatis ex Monaſterio Mantuano [*Gonz. in Prov.*] Corporis Chriſti primis diſciplinæ Regularis magiſtris. Habeo tamen Mar- [*S. Anton. Mon. 2.*] tini Diploma hoc anno datum, quo hujus Monaſterii Sororibus, intercedente Paula Joannis Franciſci Gonzagæ, Militis Mantuani uxore, de qua alias dictum eſt, aliarum Clariſſarum facultates, exemptiones, & privilegia impertit, quod videtur ſupponere ante hunc annum opus inchoatum: *Sacræ Religionis*, VII. Idus Septembris.

XXIX. Fulginei in Umbria, uti alias diximus, piæ Sulmonenſes Mo- [*Tom. 9. an. 1395. n. 1.*] niales quinque, partium inter ſe diſſidentium factionibus, exulare coactæ, [Mon. S. Luciæ] Monaſterium ſanctæ Luciæ inchoarunt. Nomina hæc ſunt: Gemma mater, [Fulginei.] Margarita, & Clara filiæ, patre Franciſco Filiolo, conſanguineæ, Alexan- [*Gonz. in Prov.*] drina, & Liſa, Cola Letto progenitæ. Annis duobus hæſerunt in civitate [*S. Franc. Mon. 7. Jacobil. de Epi-*] Aquilæ, hinc divinitus monitæ venerunt Fulgineum hoc anno, die XIX. [*ſcop. & ſanctis Fulgin.*] Julii, & poſt triduum obtinuerunt a Jacobo Epiſcopo, & Conrado Trincio. [*Chron. MSS. hu-*] Fulginei domino Eccleſiam ſanctæ Luciæ, & contiguas ædes, in quibus olim [*jus Monaſt.*] habitarunt virgines Auguſtinianæ, additis horto, & turri vicinis, receptæ interim hoſpitio a beata Angelina Corbaria in Monaſterio ſanctæ Annæ. Hic ſub Urbaniſtarum inſtituto, & cura primum Patrum Conventualium, mox Obſervantum, religioſiſſime vixerunt, accurrentibus undique propter ſanctitatis famam pleriſque nobiliſſimis virginibus. Ad majorem demum perfectionem aſpirantes, a Sixto IV. Monaſterium ingrediente, anno MCCCCLXXVI. pridie Kalendas Septembris, impetrarunt, ut liceret vivere ſub prima regula ſanctæ Claræ. Hinc prodierunt reformatrices, & inſtitutrices multorum Monaſteriorum, Montis-Lucii Peruſini, SS. Coſmæ, & Damiani in Urbe, ſanctæ Crucis Urbinatis, ſanctæ Claræ Narnienſis, & aliorum.

XXX. Sanctiſſime obierunt prædictæ quinque inſtitutrices, Gemma, [Fundatrices pie] die XXIV. Aprilis, anno MCCCCXXXV. virtutibus, præſertim caritatis, & [moriuntur.] humilitatis inſignis, indignam ſe judicans, quamtumvis omnium votis expeteretur, quæ aliis præficeretur. Fratrem Benedictum Sulmonenſem Auguſtinianum Eremitam, ſuum nepotem, itineris & exilii comitem, monuit ut Peruſium iret, domum beatæ Mariæ virgini ſtructurus. Abiit, fecit, domum ſuis Fratribus adjunxit, ſub titulo *ſanctæ Mariæ Novellæ*, Fulgineum rediit, inter ſuos Confratres pie deceſſit. Genitricem ſecuta eſt Margarita filia, anno MCCCCLII. die V. Septembris, Romæ tamen in Monaſterio ſancto-

ctorum Coſmæ & Damiani. Tanto amoris affectu ferebatur in res divinas, ut ad commemorationem earumdem extra ſe frequenter raperetur. Auditis inter reficiendum vitis Pauli Apoſtoli, & Teclæ virginis, in Eccleſiam proficiſcens, gratias actura, ſæpe repetitis Pauli & Teclæ nominibus, in templo paſſa eſt mentis deliquium. Cum reliquis accurrit Alexandrina conſanguinea, rogavitque extra ſe hærentem, ut participem faceret tantæ conſolationis. Senſit, ſe ſtatim interne moveri, & ad Sanctorum excelſas virtutes imitandas excitari. Alias extra ſe factam transferebant, quo volebant, Moniales, nihil ſentientem, & impoſitis prunis nudæ carni fruſtra cruciabant, Deo immobiliter fruentem. In oratorio ſemel invenerunt a terra elevatam, igneis fulgoribus irradiatam. Bis Abbatiſſæ munus peregit. Reformavit auctoritate Nicolai V. & Joannis Capiſtranenſis Vicarii Generalis Fratrum Obſervantum, Monaſterium Peruſinum Montis-Lucii, illuc miſſa, anno MCCCCXLIX. ibidemque commorata annis duobus aliarum Præfecta. Hinc evocata Romam, anno MCCCCLI. ad Monaſterium ſanctorum Coſmæ & Damiani diſciplinæ regulari reſtituendum, Abbatiſſæ ſuſcepto onere, obiit ſanctiſſime anno ſequenti. Tres habuit diſcipulas valde dilectas, Angelinam in Thermis Aprutinis natam, quam ſecum Peruſium, & Romam duxit, & in viſione monuit Romæ languentem, anno MCCCCLIX. die XXIV. Decembris die ſequenti ſociam ſe habituram in cœlis. Obiit diſcipula ea hora, qua magiſtra prædixit, præmonſtratis multis indiciis gloriæ ſecuturæ. Secundam, Felicem Alfanam Peruſinam, in utriuſque Monaſterii reformatione comitem, quæ Romæ piiſſime deceſſit, viſo ante mortem Chriſto Domino, qui languentem inviſit. Tertiam, Seraphinam Romanam, cujus vitam ſcripſit Antonius Gallonius inter Sanctas virgines Romanas, quam nos ſuo tempore dabimus lectori.

XXXI. Alexandrina defuncta eſt Fulginei, die III. Aprilis, anno MCCCCLVIII. ætatis ſuæ LXXIII. ter perfuncta Abbatiſſæ, pluries Vicariæ, & magiſtræ novitiarum officiis. Multas accepit conſolationes divinas, Chriſtum Dominum non ſemel vidit, altum inaniter effoſſum puteum aqua ad ſummum uſque repleri, & mox demiſſam perpetua ſcaturigine conſervari ſuis precibus obtinuit. Sui Monaſterii hiſtoriam inchoavit, quam Cæcilia Coppola Latinis & Græcis litteris inſtructa, & aliæ proſecutæ ſunt ad annum ferme MD. Exemplar habeo in hac noſtra bibliotheca, ex quo potiora corrivavit in ſuum opus de ſanctis Fulginatibus Ludovicus Jacobillus. Clara, & Liſa, quo tempore deceſſerint, non adnotatur. Anno MD. obiit prædicta Cæcilia virtutibus admiranda, quam ſub illum annum referemus. Aliæ pleræque fœminæ ſanguine, & pietate illuſtres, hic aut obierunt, aut aliquandiu vixerunt: Margarita Comitiſſa Venafrii, Regum Neapolitanorum conſanguinea ſoror: Baptiſta Monſeltria, Galeatii Malateſtæ Piſaurienſis Principis conjux, illo ſeculo celeberrima, quam Bergomenſis merito inter fœminas recenſet illuſtres: Eliſabetha Malateſta Baptiſtæ filia, nupta Petro Gentili Varano, Principi Camerti: Fœlix, Eliſabetha matre, & Euſraſia Chiavello Fabriani domino, patre, neptes Baptiſtæ: Emerentiana Antonii Columna, nobiliſſima matrona Romana, & Fenicola filia: Clara Cappella nobilis Veneta: Bernardina Roberti Ballionis illuſtris Peruſini filia, & aliæ quam plurimæ, quarum notitiam per varios annos diſpertiemus. Monaſterium hoc religioſiſſimo viguit ſemper Inſtituto, & ſummorum Pontificum erga ſe expertum eſt benevolentiam, multis acceptis gratiis & Indulgentiis.

Mon. S. Appollinar. Mediolanen.

XXXII. Mediolani extra muros urbis hoc tempore extitiſſe Monaſterium Clariſſarum, ſub titulo ſancti Apollinaris, mihi probat Diploma Martini,

tini, quo Eccleſiæ ſancti Georgii de Liſchato, Mediolanen. Diœceſis Archipresbytero committit, ut prævio rerum examine, uniat huic Monaſterio aliud vetuſtum, & dirutum ſancti Nazarii de Oppreno, olim Ordinis ſancti Auguſtini, ejuſdem Diœceſis, cum omnibus ſuis fructibus, & proventibus: *Etſi ex debito ſollicitudinis*, XVIII. Kalendas Maii. Antiquum ſatis eſſe, & a beatæ Agnetis, ſororis ſanctæ Claræ, quadam diſcipula ædificatum aſſerit Gonzaga. Odeum, & dormitorium extruxit Candida, ſive Blanca, Vicecomes Sfortia. Eccleſiam depingi curavit quædam Heroina ex progenie Trivultia. Conſecrata eſt, anno MDXII. die XIV. Maii.

Gonz. in Prov. Mediolan. Mon. 6.

XXXIII. In urbe Averſana, de qua paulo ante locuti ſumus, Monaſterii ſancti Blaſii Ordinis ſancti Benedicti, in diſciplina valde relaxati, & in reditibus valde attenuati, Inſtitutum mutari in Clariſſarum, obtinuit hoc anno Joanna II. Regina Neapolitana, noſtro Sodalitio valde addicta: *Ad ea ex injunctæ nobis*, III. Kalendas Auguſti. Ædes ſe reſtauraturam, & proventus aucturam promiſit, utque omnia graviore pondere ſubſiſterent, voluit regimen, & diſpoſitionem Monaſterii ſibi reſervari dum viveret. Ex Bulla citanda anno ſequenti conſtabit, ſtatim hoc ipſo factam eſſe translationem Inſtituti.

Mon. Averſanum.

XXXIV. In Luſitania & Provincia Algarbiorum circa hunc annum inchoatum Monaſterium Portus Læti, vulgo *Portalegre*, urbis Traſtaganæ ſcribit Gonzaga, & ſucceſſivis incrementis ad perfectiſſimæ ædis ſtructuram perveniſſe. Dedit huic Monaſterio initium frater Alphonſus de Paradiſo Minorita, collectis ex fidelium eleemoſynis facultatibus, & reditibus neceſſariis, obtenta prius Petri tunc Epiſcopi Elborenſis, & Miniſtri Provincialis ſui Ordinis facultate. Quia vero non præceſſit Pontificis licentia, omnino pro novo conſtruendo Monaſterio neceſſaria, anno MCCCCXXVIII. eam petierunt, & obtinuerunt, uti ex illius anni Regeſto licebit conſpicere: *Ineffabilis ſummi providentia*, VI. Kalendas Octobris.*

Mon. Portus-Læti.
Gonz. in Prov. Algarb. Mon. 14.

XXXV. In Gallia intra urbem vulgo *le Puy*, ut conſtrueret Monaſterium Clariſſarum Claudia de Rouſillon Vicecomitiſſa Podiniaci, conceſſit Pontifex hoc anno facultatem: *Illis fidelium votis*, Kalend. Septembris. Contra cujus tamen conſtructionem reclamaverunt Guillelmus Epiſcopus Anicienſis, Clerus, & Conventus Minorum Anicienſis, uti ex Bulla: *Apoſtolicæ Sedis providentia*, XIV. Kalend. Septembris, in Regeſto ſub annum MCCCCXXVIII. exhibenda, conſtabit. Clariſſis Jugi ſillarum indulſit, ut ſibi eligerent ex Minoritis viſitatorem, ſi decedens in hoc officio aliquem nominare omiſiſſet: *Spretis mundi vanitatibus*, V. Nonas Octobris. Confirmavit unionem quarumdam Eccleſiarum cum Monaſterio de Ribbenitze, factam a Rodulpho Epiſcopo Zuernien. & a Bonifacio I. probatam: *Apoſtolicæ nobis*, VII. Kalend. Auguſti.

** Vide quæ Pater Meliſſanus de hoc Monaſterio ſcribit tom. 9. fol. 58. n. 6.*

Monaſt. Anicien.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. TAboritarum hæreticorum & rebellium ſuperbientem inſolentiam
„ contumacem devincere, ac edomare poſſe deſperans Imperator,
„ nihilominus per Cardinalem Julianum Legatum a Pontifice confortatus,
„ novo conatu quadraginta millia equitum, ac totidem fere peditum exer-
„ citum, ſub ducatu Friderici Marchionis Brandeburgici in Boemiam expe-
„ divit, ſed infelici ſorte; nam, nec viſo hoſte, armatorum immanis illa tur-
„ ma, nemine perſequente, vix cuſtoditis armis, turpem & repentinam

„ arripuit fugam, quam maxime admiratus Nuncius Apoſtolicus, cum
„ nullo officio ſugientes retinere valeret, tamdem & ipſe coactus exemplo
„ terga vertit: inopinati ac adeo enormis deliquii in re bellica, nulla appa-
„ rente cauſa, de ſecreta intelligentia cum hoſte ſuſpicatum eſt. Fugien-
„ tium victores interea, circa pagum Kralicz prope Olomucium in Mora-
„ via die IX. Julii ſancto Britio Epiſcopo & Martyri dedicata, pios Fratres
„ Petrum Lectorem, & alterum Petrum Confeſſarium Sororum Opavien-
„ ſium, cum Joachimo Kromlavienſe, ſuppoſitis ignibus concremarunt hoc
„ anno MCCCCXXV.

Caſim. Biern. n. 11.

Litteræ Pontificiæ pro divers.

„ II. Plura hæc inter pro noſtris ab Apoſtolica Sede emanarunt: Fra-
„ tribus Cœnobii Buſciducis, in diœceſi Leodienſi XV. Kal. Februarii be-
„ nedicere quodam ſacellum conceſſum fuit: *Sacræ religionis &c.* XIV. Kal.
„ ejuſdem Barchinonenſibus poſſe quædam alienare bona: *Sacræ religio-*
„ *nis &c.* XIII. Kalend. fratri Roberto Gamodt magiſterium decretum eſt:
„ *Viri ſacræ &c.* II. nonas cuidam Eliſabethæ Moniali tranſitus in aliud
„ Monaſterium; at II. Idus Februarii circa Fratres Majoricenſes ad Epiſco-
„ pum Cæſarauguſtanum litteræ expeditæ fuere: *Exhibita nobis &c.* II.
„ vero Kalend. Martii magiſterium fratri Lupo de Boii: *Viri ſacræ &c.*
„ IV. nonas ejuſdem pro fratre Willelmo Fulliar diſpenſatio: *Sedes Apoſto-*
„ *lica &c.* VI. Idus; pro quarta funerali Fratrum de Pinerolio: *Ea quæ*
„ *concordia &c.* ſed Kal. Aprilis magiſterium pro fratre Franciſco de Pi-
„ nerolio, & Salvatore Andræa ignotæ patriæ prodierunt litteræ: *Viri ſa-*
„ *cræ &c.* II. nonas ejuſdem pro commutatione cujuſdam Legati Piſau-
„ renſis: *Sacræ religionis &c.* & pro eodem negotio II. nonas Decembris:
„ *Humilibus &c.* at IV. Idus Aprilis facultas recipiendi Conventum in
„ provincia Caſtellæ: *Promptum &c.* & XI. Kal. Maii pro fratre Alphonſo
„ de Corduba diſpenſatio: *Sedes Apoſtolica &c.* VI. Idus ejuſdem pro qua-
„ dam diſpenſatione fratris Stephani ad Epiſcopum Spalatenſem: *Sedes*
„ *Apoſtolica &c.* III. Idus Joannæ moniali Valentinæ facultas exeundi de
„ Monaſterio: *Exigit tuæ &c.* at IV. Kal. Junii fratri Petro de Verais poſſe
„ recipere beneficium conceſſum eſt: *Religionis zelus &c.* VIII. Idus Junii
„ pro Eccleſia Fratrum Minorum Portus-Læti diœceſis Egitanenſis, In-
„ dulgentia: *Licet is &c.* V. Idus fratri Joanni Tertii Ordinis Eremum co-
„ lere: *Pia nos excitat &c.* II. Idus omnes Sacellanos licet ſint Papæ, ſuis
„ ſuperioribus ſubeſſe: *Tenor quarumdam &c.* verum IX. Kal. Julii fratri
„ Petro de Beraye poſſe retinere duo beneficia indultum eſt: *Religionis*
„ *zelus &c.* V. Kal. Jolantæ Clariſſæ poſſe tranſire ad Benedictinas: *Humili-*
„ *bus &c.* III. vero Kal. Auguſti Fratribus Provinciæ ſancti Angeli recipe-
„ re unam domum: *Sacræ Religionis &c.* VI. Idus Auguſti fratri Bertrando
„ Blindo magiſterium: *Viri ſacræ &c.* Idem fratri Andreæ de Prato, ſed
„ IV. Kal. Septembris, ac iterum idem IV. Idus Octobris fratri Joanni Vul-
„ pez; ſed XII. Kal. Novembris cuidam alteri Joanni tranſitus ad Carthu-
„ ſianos: *Religionis zelus &c.* IX. Kalend. Joanni Lupo executorialis pro
„ magiſterio: *Viri ſacræ &c.* VIII. Kal. pro quadam cauſa P. Guardiani
„ de Ponte Veteri: *Exhibita nobis &c.* ſed XIII. Kal. Decembris fratri
„ Bertrando de Vallisfragone magiſterium: *Religionis zelus &c.* XI. Kal.
„ fratri Ægidio tranſitus ad Carthuſianos: *Humilibus &c.* VI. Kal. Monia-
„ libus ſanctæ Urſulæ Mediolani poſſe commutare nonnulla bona: *Humili-*
„ *bus &c.* ac tamdem VIII. Idus Fratribus Boſnæ circa electionem Confeſ-
„ ſorum: *Benigno &c.*

Conceſſio facta Amadeo VII.

„ III. Amadeum VII. Sabaudiæ Ducem, Martino V. per Breve da-
tum

„ tum ſub XIII. die Novembris hujus anni facultatem præbente, Monaſte-
„ rium ſanctæ Claræ Vavay, in regione Vaudi prima fundamenta jeciſſe,
„ notavit Fodereus, & poſt eum Guicenonius. *Foder. in hiſtor. Convent.*

ARGUMENTUM.

Joanni Capiſtranenſi & Jacobo Piceno ampla conceditur auctoritas contra Fratricellos, quorum artes & fraudes deteguntur. Sanctus Bernardinus prædicat in Valle Seriana. Antonius Avenionenſis dicitur Cardinalis. Referuntur Epiſcopi. Trucidantur Minoritæ viginti quinque. Florent Viri doctrina & regulari diſciplina illuſtres. Propagatur Inſtitutum.

I. AB eo tempore, quo peſtiſera ſecta Fratricellorum cœpit in Italia, Pontifices omnes ſupprimendæ & extirpandæ ſolerter incubuerunt, inſtitutis ubique Inquiſitoribus, præſertim ex Ordine Minorum. Ad modum tamen hydræ Herculeæ viſa eſt toties in immenſum creviſſe, quoties vel leviter ex parte eſt amputata. Inde majores ſumpſerat vires, quod abſentibus in Gallia Pontificibus, & poſtea diuturno diſſidentibus ſchiſmate, qui Eccleſiæ jura volebant imminuta, & Romanæ invidebant majeſtati, his favebant nebulonibus, Pontificiæ inſenſiſſimis auctoritati. Eouſque illorum crevit numerus & audacia, ut integra occuparint, & inſecerint caſtra, præſertim in Piceno Maſſatium, Podium, Merulum, &Elioratam; neque inde deturbari potuerint, niſi multo milite conſcripto. Excitavit contra eos hoc anno Martinus duos viros, opere & ſermone potentes, magnæ undique opinionis BB. Joannem Capiſtranenſem, & Jacobum Picenum. Ampliſſima dedit commiſſionis inſtrumenta, quæ hic ſubſcribo, atque alterum adjungo Aſtorgii Epiſcopi Anconitani, & Humani, Eccleſiæ Romanæ Commiſſarii in Marchia Anconitana, Maſſa Trabaria, præfectura Farſenſi, aliiſque locis nonnullis, in quibus omnem ſuam tribuit Jacobo auctoritatem.

Fratricelli multa inficiunt loca in Piceno.

Contra eos mittuntur Joan. Capiſtran. & Jacob. Picenus.

Dilecto filio Joanni de Capiſtrano Ordinis Fratrum Minorum profeſſori, hæreticæ pravitatis Inquiſitori.

II. *APoſtolica Sedes vigilantiſſime attendere debet, ne lupus rapax mille artes nocendi habens, innocuas oves, quas decipere exquiſitis fallaciis continue molitur, ad puteum perditionis adducat, ſed deviæ ad gregem Dominicum redeuntes, viam veritatis agnoſcant. Cum itaque, ſicut fide digna relatione plurimorum nobis diſplicenter innotuit, in pleriſque mundi partibus quædam ſecta hæreticorum, nefandi ſcilicet Fratricelli* della opinione *vulgariter nuncupati, operante ſatore zizaniæ, proh dolor! eruperit, peſtiferum virus evomens, ſimplices animas ſuis tendiculis, & palliatis coloribus, ſub prætextu ſimulatæ ſanctitatis, illaqueando decipit, illas æterno ſatagens igni tranſmittere conſumendas: nos huic veneno hæreſis nefariæ, & labi peſtiferæ, quod extingui ſupremis affectibus anhelamus, ſalubri remedio occurrere cupientes, & ne hujuſmodi morbus inficiens excreſcat ulterius, ſed, cooperante Domino, radicitus paſſim evellatur, ſalubriter providere volentes, ac ſperantes, quod tu, quem, ut accepimus teſtimoniis fide dignis, conſtantia fidei, religionis zelo, vitæ munditia, & aliis multiplicum virtutum meritis Altiſſimus inſignivit, per tuæ prudentiæ & ſollicitudinis ſtudium, labem hu-*

Ex ipſo autographo in Arch. Conventus Capiſtrani n. 6.

bujuſmodi extirpare, & orthodoxæ fidei fructuoſos palmites tranſplantare eouaberis, tibi contra præfatos bæreticos, eorumque adbærentes, complices, & fautores, atque receptores, cujuſeumque dignitatis, gradus, ordinis, eonditionis, vel præeminentiæ fuerint; etiamſi uuiverſitates, communitates, & municipia ſint, in quibuſcumque Italiæ partibus, ubi eſſe comperientur, inquirendi, procedendi, eapiendi, & carceribus mancipandi, ac juxta Canonieas ſanctioues, & ſauctorum Patrum inſtituta, prout cujuſcumque qualitas delicti exegerit, acriter puniendi, brachium etiam ſeculare, ſi opus fuerit, contra eoſdem invocandi, omniaque alia & ſingula faciendi, gerendi, & exercendi, quæ ad bujuſmodi peſtem reprimendam, & radicitus extirpandam opportuna eſſe quomodolibet dignoſcuntur: & ad præmiſſa omnia viros idoneos, prout expedire videris, deputandi, ac ſubdelegandi, ipſoſque revocandi, & alios eorum loco deputandi, quoties tibi videbitur opportunum, ut quos Dei timor a malo non revocat, debitus rigor acrimoniæ plectendo caſtiget, plenam & liberam, tenore præſentium concedimus facultatem. Hoc igitur ouus ad bonorem Dei, & animarum ſalutem cum omni promptitudine ſuſcipias, ac ſub ſpe mercedis æternæ ſic efficaciter, ſicque diligenter exequi ſtudeas, ut per ſollicitudiuis tuæ ſolertiam radix pravitatis bujuſmodi exinde penitus evellatur, & viuea Domini Sabaoth fructus afferat Catbolicæ puritatis. Per bujuſmodi autem commiſſioem tibi per nos factam, locorum Ordinariis, quominus ipſi inquiſitionis officium ſuper labe prædicta, prout voluut dictæ Canonicæ ſanctiones, exercere valeaut, & quibuslibet privilegiis tuo Ordini, vel Inquiſitoribus bæreticæ pravitatis, ſi qua ſint, eis a dicta Sede conceſſis, nullum volumus præjudicium generari. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, VI. Kal. Junii Pontificatus uoſtri anno IX.

Dilecto filio Jacobo Antonii de Montebrandono Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum profeſſori.

Ex ipſo autographo in Conventu Montisbrandoni.

III. *Conſiderantes attentius tuæ circumſpectiouis induſtriam, aliaque grandia virtutum inſignia, quibus perſouam tuam bonorum dator Altiſſimus decoravit, ea tibi fiducia ſecura committimus, per quæ ſperamus errores & bæreſes extirpari, & animarum periculis poſſe ſalubriter obviari. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte tua petitio continebat, quod tu zelo devotionis accenſus ad augmeutum fidei orthodoxæ, & ſalutem animarum deſideras quaſdam bæreſes & errores, iu quibuſvis Italiæ partibus pullulantes, & præſertim illam, quæ Fratricellorum* de opinione *vulgariter nuncupatur, quantum tibi poſſibile fuerit, prædicatione verbi Dei, divina gratia ſuffragante, extirpare, ac prædicando ipſum verbum, deviantes a via veritatis ad iter rectum, quod ducit ad vitam, reducere; necnon diſcordias & partialitates inter utriuſque ſexus bomines in eadem Italia conſiſtentes ſedare, aliaque vitia, quæ militant adverſus animam, eradicare, ac virtutes & bona opera plantare, & eoſdem bomines ad veram coutritionem adducere, ſi ad id Apoſtolicæ Sedis accedat aſſenſus. Quare pro parte tua nobis fuit bumiliter ſupplicatum, ut tibi præmiſſa faciendi licentiam elargiri, de benignitate Apoſtolica, dignaremur. Nos itaque cupientes, quod noſtris temporibus bæreſes extirpentur, & ſalus animarum procuretur, & pax iuter Chriſtifideles augeatur & creſcat, bujuſmodi ſupplicationibus inclinati, tibi qui, ſicut accepimus, prædicando bujuſmodi verbum in noſtra provincia Marchiæ Anconitanæ, nonnullas bujuſmodi bæreſes & errores, ibidem tunc vigentes, & præſertim eamdem, quæ vulgariter, ut præfertur, Fratricellorum*

rum de opinione *nuncupatur, eadem divina gratia cooperante, extirpaſti; nec non etiam multos utriuſque ſexus homines hæreſibus & erroribus hujuſmodi involutos, ad dictam viam veritatis reduxiſti: prædicandi verbum hujuſmodi in omnibus Italiæ partibus, ac hæreſes & errores prædictos extirpandi, necnon omnia, & ſingula præmiſſa faciendi, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium indulgemus. Et ut miniſterium tuum eo efficacius impleatur, quo majori fueris auctoritate munitus, tibi & quatuor ſociis, profeſſoribus ejuſdem Ordinis, idoneis, in ſacerdotio conſtitutis, quos tecum duxeris, etiam quod præfatos hæreticos ad unitatem Eccleſiæ redire affectantes, ad gremium ipſius recipere, & eos a præmiſſis exceſſibus, nec non ipſorum, & aliorum, tibi, & prædictis ſociis, vel alteri eorum ſua peccata confiteri volentium, Confeſſiones audire, ac Confeſſionibus eorum diligenter auditis, pro commiſſis eis debitam abſolutionem impendere, ac ſalutarem pænitentiam injungere, niſi talia forent, propter quæ Sedes Apoſtolica eſſet merito conſulenda, libere & licite poſſitis & valeatis, eadem auctoritate concedimus facultatem. Non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus prædicti Ordinis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, v. Idus Octobris, Pontificatus noſtri anno ix.*

Aſtorgius, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia, Epiſcopus Anconitanus, & Humanarum, in provincia Marchiæ Anconitanæ, Maſſæ Trubariæ, præſidenſque Farfenſis, & nonnullis aliis partibus pro ſanctiſſimo in Chriſto Patre & Domino noſtro D. Martino divina providentia Papa V. & S. Romanæ Eccleſiæ Commiſſarius, & Theſaurarius Generalis. Univerſis Chriſtifidelibus tam eccleſiaſticis, quam ſecularibus in provinciis, & præſidentatu prædictis conſiſtentibus, ſalutem & ſinceram in Domino caritatem.

IV. *Inter varias ſollicitudines & curas, quibus jugiter angimur, illæ potiſſimum excitant mentem noſtram, ut animabus noſtræ gubernationi commiſſis, ab erroris, æternæque damnationis periculis liberatis, earum ſaluti modis omnibus conſulatur. Cum itaque ſerpentis antiqui pernicioſiſſima ſuggeſtione, quamplures hæreticæ pravitatis errores a quibuſdam perfidis hæreticis, qui vulgo* Fratricelli de opinione *dicuntur, in animarum perniciem ſeminati, plurimorum hominum in provinciis ac præſidentatu ante dictis exiſtentium adeo mentes excæcaverint, ut ſacroſanctæ ac Orthodoxæ fidei lucida veritate ſepoſita, & ſanctorum Patrum inſtitutis abjectis, in laqueos Diaboli ſint collapſæ. Nos volentes, ut tenemur, cunctas hæreſes, & eam præſertim ipſorum infidelium Fratricellorum, de locis quibuſcumque noſtræ gubernationi ſuppoſitis extirpari, cunctorumque hominum mentes in errorem collapſas ad lumen veritatis, & ſanctæ Matris Eccleſiæ gremium reduci, cunctiſque vitiorum ſentibus de cordibus hominum evulſis, uberem virtutum ſegetem, & ſalutiferam ſacrarum ſcripturarum doctrinam in eis, auctore Domino, ſeminari. Confiſi religionis zelo, morum honeſtati, vitæ integritati, conſcientiæ puritati, litterarum peritiæ, Evangelicæ prædicationis efficaciæ, aliiſque virtutum donis, quibus venerabilem & religioſum virum fratrem Jacobum de Montebrandono, diæceſis Eſcularum, Ordinis Minorum beati Franciſci, gratiarum largitor multipliciter inſignivit, eidem, ut per omnes partes noſtræ gubernationi ſuppoſitas, verbum Domini prædicare,* Ex eodem Conventu Montisbrandoni.

præ-

prædictaſque hæreſes extirpare, & ipſos hæreticos, & omnes qui ſuis erroribus crediderint, faverint, atque dicto, vel facto, vel paticipatione, ſeu converſatione, vel alio quovis modo adhæſerint, ſeu nunc credunt, favent, vel adhærent, ad lumen Orthodoxæ fidei redire, & de commiſſis exceſſibus pœnitentiam agere volentes, qui ſibi fratri Jacobo, vel ſuis ſociis Fratribus, ab eo ſpecialiter electis, eorum peccata conf ſſi fuerint, ab eis abſolvere, & temporales pœnas, quas præfatis hæreſibus adhærendo, favendo, vel quoquo modo conſentiendo incurrerunt, illis penitus remittere; ac ſuper his rebus in cunctis locis, & terris prædictis ſtatuta facere, pœnaſque, & mulctas contra hæreticos ipſos, ac eis adhærentes, prout ſibi ſecundum Deum videbitur, imponere valeat, pleniſſimam, tenore præſentium concedimus facultatem, iu omnibus & ſingulis caſibus prædictis, ceteriſque omnibus auctoritatem uobis in ſpiritualibus a Sede Apoſtolica ſpecialiter indultam, ſibi plenarie concedentes. Vos igitur omnes & ſingulos reverendos Patres Epiſcopos, ceteroſque Eccleſiarum Prælatos, ac dominos Vicarios, & Communitates civitatum, caſtrorum, terrarum, & locorum noſtræ gubernationi ſuppoſitorum, hortamur in Domino, quatenus eumdem venerabilem & religioſum virum fratrem Jacobum, ad civitates, terras, caſtra, & loca veſtro regimini commiſſa, cum ſuis Fratribus & ſociis euntem benigne, reverenter & caritative ſuſcipiatis, ſibique in ſpiritualibus, ut prædictum eſt, totaliter vices noſtras gerenti effectualiter pareatis. In quorum teſtimonium præſentes fieri & regiſtrari juſſimus, noſtrique ſoliti majoris ſigilli impreſſione muniri. Datum iu ſancto Severino, in domibus Romanæ Eccleſiæ die XIX. *menſis Novembris* MCCCCXXVI. *Indictione* IV. *Pontificatus præfati ſanctiſſimi Domini noſtri anno* IX.

V. Egregiam poſuerunt operam hi duo præſtantiſſimi Viri in deſtruenda hac impiiſſima ſecta, & purgando agro Dominico tot zizaniis ab inimico homine ſuperſeminatis, neque deſtiterunt, donec collegerunt in faſciculos & combuſſerunt. Sub Nicolao V. adhuc ſtrenue decertabat contra illos beatus Jacobus, & non ſolum gladio ſpiritus, & verbo Dei, verum & materiali Principum contra eos uſus eſt, & quemdam libellum pernicioſiſſimum eorumdem adverſus Romanum Pontificem, & hierarchiam Eccleſiaſticam, incipientem: *Univerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis*, penes me MSS. confutavit poſt annum MCCCCL. In hoc Opuſculo refert, illos aliam ſibi effinxiſſe Eccleſiam, & rempublicam ſtatuiſſe Chriſtianam, Pontificem ſummum, Epiſcopos, Prælatos, Religiones, & ſuæ gentis etiam Imperatorem ſecretis latibulis inſtituiſſe & retinuiſſe. Quamvis autem divitias, & poſſeſſiones condemnabant in Eccleſiaſticis, ipſos multas habuiſſe pecunias ſcribit, eaſque ſibi vendicaſſe celebrem illum bellatorem Brachium de Montone ante biennium occiſum, Joannæ Reginæ Neapolitanæ, & Martini Pontificis hoſtem infenſiſſimum. Caſtra integra diruta fuiſſe, & plurimos ex his hæreticis combuſtos, atque alia, quæ ad rem hiſtoricam pertinent, recenſet. Ipſa ejus verba huc tranſcribo, quæ omnia iſta, atque alia multa mali ſeminis germina indicabunt. Circa nebulonum veſtes ita habet: *Ex vobis aliqui incedunt tamquam Eremitæ, alii tamquam Tertii Ordinis ſancti Franciſci profeſſores, uti modo incedebat frater Matthæus, veſter Epiſcopus, captus, & detentus in Curia Domini noſtri Papæ Nicolai V. Alii incedunt veluti ſeculares, cum pileis, & caligis, cum lanceis equitantes, alii portant claves, & merces viles ad vendendum, alii peregrinorum more domos penetrant ſimplicium, & corda inhabitantium evertunt.* Confirmant hæc, quæ de multiplici horum veſte alias diximus ex Joanne XXII. & Alva-

Fraudes & doli Fraticellorum.

De veſte Fraticellorum.

Tom. 6. an. 1317. n. 43.

De illorum Imperatore & Papa.

varo Pelagio. De illorum Imperatore, ſupremo Pontifice, & divitiis ita ſcribit: *Cum ante annos viginti quatuor prædicarem in caſtris Melioratæ & Maſſatii* (loquitur de hujus anni prædicatione, ſibi a Pontifice commiſſa) *& diruta fuiſſent propter veſtrum ſcelus, inveni, quod ad petitionem veſtram Guillelmus, nobilis caſtri Melioratæ, qui ſe gerebat pro Imperatore Chriſtianorum, & dominus Raynaldus hæreticus Sacerdos ſecularis, qui ſe gerebat pro Papa, habebant triginta duo centenaria ducatorum ad requiſitionem horum Fratricellorum. Et dum Braccius de Montone prædaretur Recinetenſes, prædictus Guillelmus emit ex illa præda quingentos boves. Cum autem porrigeret pecunias. Hæ ſunt, ait, pauperculorum Fratrum ſancti Franciſci* (hoc nomine doloſe ſe palliabant, uti alias monuimus) *putans & ſperans ex pietate & commiſeratione pretium condonaturum. At, inquit Braccius, propterea accipiam, ut pauperes faciam, qui nihil debent poſſidere, & ſummam nobis venditant paupertatem.*

Tom.6.an.1317. n. 14.
De illorum ficta paupertate.

Multas etiam pecunias exportabant e Tuſcia, corradentes viduas, & mulierculas; & quamvis aliis deprædicent caritatem, & pecuniæ contemptum, per viginti quatuor annos, quibus ipſis prædico, & adverſor, non inveni, quod eorum ſutores par calceorum alicui pauperi donaverint, neque reliqui artifices quidpiam pro Dei amore erogaverint. Paulo infra: *Cum ſanctiſſimus Dominus noſter Papa Nicolaus V. anno* MCCCCXLIX. *de menſe Novembri miſiſſet venerabilem patrem fratrem Joannem de Capiſtrano, & me, ut reduceremus illa caſtra hæretica Mojoreti, ſive Melioratæ, Maſſatii, Podii, & Meruli ad gremium Eccleſiæ, uti reduximus, poſtquam abjuraverunt in manibus noſtris, invenimus hos ſtultos, & inſanos characteres fuſos in campana Caſtri Majoreti.* Anno Domini MCCCXIX. tempore fratris Gabrielis, Epiſcopi Philadelphiæ, Paſtoris univerſalis, Fratrumque Minorum Miniſtri generalis. Chriſtus, Maria, Franciſcus: *Papa veſter hoc ſe vocabat nomine paſtorem Philadelphiæ Eccleſiæ, quam vocabatis univerſalem, & ultimam Eccleſiam Chriſtianorum.*

De populorum deceptione.

Paucis interpoſitis: *Cum in juventute mea* (hoc ſcilicet tempore) *perſequerer ſectam hanc veſtram, toties damnatam, præcipui veſtri magiſtri fugerunt ab illis caſtris, dicebantque populis a ſe ſeductis, ut conſtanter agerent, inculcantes illud Evangelicum:* Beati, qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam &c. *Reliqueruntque miſellos expoſitos periculis animarum, corporum, & bonorum; diruta enim tunc fuerunt caſtra, & combuſti multi ex his veſtris ſectariis.*

De illorum Sacerdotibus.

Infra: *Inveni inter ſcripturas veſtras, quod unus veſtrum ſe vocabat Epiſcopum Florentinum, alter Venetorum, alter aliorum populorum, & tamen non eſtis legitimi Sacerdotes, neque enim habetis veros Epiſcopos, qui vobis poſſint Ordines conferre. Et vos vocatis Fratres ſancti Franciſci, cum nullus ex Ordine Minorum remanſerit inter vos, niſi ſupervenerint aliqui Apoſtatæ.*

De ſupplicio de eis ſumpto.

Infra: *Fabriani, dum illic eſſet Papa Nicolaus V. fuerunt combuſti aliqui hujus ſectæ, & per tres dies duravit ubique fœtor, quem ego etiam uſque ad noſtrum Conventum ſe diffundentem perſenſi. Tunc prædicavi omnibus, ut redirent ad fidem, & reverſi ſunt, præmiſſis multis lacrymis, & ſui doloris indiciis, fueruntque recepti ad ſanctæ Eccleſiæ communionem. Unus vero, qui vocabatur Chiuſus Fabrianenſis, depoſitarius pecuniarum veſtrarum, pertinax in ſua hæreſi, numquam voluit converti. Teſtor Deum, quod neque Deum, neque beatam Virginem, neque Sanctorum quempiam invocaverit, neque Deum rogaverit, ut peccata dimitteret, aut morientis miſereretur, ſed veluti deſperatus & inſanus dicebat:* Ignis me comburere non poterit: *Factum eſt autem ut tribus diebus admoveretur variis vicibus ignis, ut combuſtiones ſentiens reſipiſceret, nec tamen voluit, quamtumvis crepitan-*

tem, & uſtulatam carnem omnes videremus, donec tamdem juſſus eſt totaliter concremari. Ibidem de illorum vitiis ſubdit: *Teſtor corom Deo veritatem, quam multa inquiſitione tot annorum contra veſtros ſectatores comprobavi, ingentem in vobis vitiorum reperiri colluviem, atque in villis & oppidis, dum homines verſantur in agris colendis, cum uxoribus, & filiabus earum veſtros operari horribilia.* Infra prope finem tractatus: *Vos cæci, duces cæcorum, & miſellorum ſeductores in centum & triginta annis* (videlicet a tempore Joannis XXII.) *convertiſtis ad ſectam veſtrum ruſticos dumtaxat, & mulierculas, Majoreti, & Meruli, Podii, & partem Caſtri Moſſatii, nullum vero doctorem, aut virum peritum, ſeducentes ignaros, & idiotas falſis promiſſionibus, dicentes, futurum Papam ſanctum ex veſtris, ad quem convertetur mundus univerſus, qui canonizabit omnes combuſtos, & occiſos propter fidem veſtram, mentientes etiam & fingentes frequentes in diſputationibus victorias contra Doctores & prædicatores fidei Romanæ.* Quo autem odio, & inſidiis impetebant hos prædicatores, ex his conſtabit: *Prædicatores*, inquit, *qui in vos invehuntur, continuo procuratis e medio tollere. Quingentos ducatos miſiſtis quibuſdam ut interficerent fratrem Joannem de Capiſtrano, & ducentos alios, ut me trucidarent in Majerata, quorum unus hæc revelavit fratri Joanni de Eſculo, meo confeſſario. Alios centum quinquaginta aureos dediſtis cuidam de ſancta Natolia, ut me occideret, dum prædicarem in urbe Reatina, & pœnitentia ductus venit Fabrianum, & habuit abſolutionem a Domino Cardinale Firmano, ſummo Pœnitentiario, & a me. Profecto peculiari providentia frequenter liberavit me Deus e manibus ſatellitum veſtrorum. Hæc eſt illa pietas Eccleſiæ veſtræ. Chriſtus clamat in cruce:* Ignoſce Pater, *& vos continuo clamatis:* Interfice, *uti interfeciſtis beatum Angelum, Ordinis Camaldulenſium damnatam veſtram ſectam perſequentem.* Hæc beatus Jacobus contra gentem pernicioſiſſimam, quam nullo loco paſſus eſt conſiſtere, donec totam verbo, ſcriptis, & gladio exterminavit.

De illorum vitiis.

Quos seducebant.

Qualiter odio habebant prædicatores Evangelicos.

VI. Circa hunc annum ſanctus Bernardinus ab urbe Bergomate deſcendit in vallem Serianam, in qua oppidum eſt Cluſonum, frequens ac celebre, caputque ferme totius regionis, ubi dum prædicandi fungens officio, paucos moratur dies, factum eſt, ut non procul ab oppido Montanus quidam vita excederet: triduo poſtquam ſepultus eſt, immundi ſpiritus vox ex ædibus exaudita eſt, animam mortui illius ſimulantis, & plurima bona patrisfamilias, ſi ſibi paruiſſet, pollicentis. Rebelles & invidi ſpiritus in id præcipue incumbunt, ut in eamdem calamitatem, quam quondam ipſi ſuperbia elati inciderunt, quamplurimos trahant: idque illis facile ſuccedit, ſi ſe per omne obſequium inſinuare in animos incautorum, & fovenda ſpe honorem, qui ſummo Deo debetur, ad ſe traducere poſſint. Verum prudentes Dei miniſtri diabolicas artes optime agnoſcunt; & ne pro veris, quæ illi fallaciter pollicentur, audiantur, efficiunt. Itaque nuncio Cluſonum de hac re allato, Bernardinus veritus ne quis in fraudem laberetur, plurimis proſequentibus eo contendit, & in ædibus incluſus, commiſſo cum hoſte certamine, qui non prius deſtitit, quam eum domo illa ejecit.

Benalius in comment. Bergomat.

S. Bernardinus prædicat in valle Seriana.

VII. Martinum Pontificem hoc anno IX. Kalendas Julii creaſſe Cardinales quatuordecim, ſcribunt Panvinus, & Ciaconus. Paulus Minius libro de Florentina nobilitate alium addit, Leonardum Datum nobilem Florentinum, Ordinis Prædicatorum Magiſtrum Generalem, ſed antequam nuncius collatæ dignitatis perveniſſet, defunctum. Noſtri auctores Marianus, Marcus Ulyſſiponenſis, & alii, creatum etiam Cardinalem fratrem Antonium Avenionenſem, ſacræ Theologiæ Magiſtrum Minoritam conſtanter

Marian. cit. cap. 10.

Marc. 3. p. l. 1. c. 33.

Fr. Anton. Avenionen. Cardinalis.

aſſe-

aſſerunt, licet Marcus in anno oberret. Qua tamen de cauſa hunc omiſerint rei Cardinalitiæ ſcriptores, an quia fictus, vel quia præpropere mortuus, aut quia nuncium remiſerit, quave altera occaſione, prorſus neſcierim.

Fr. Nicol. Epiſc. Scardonen.

Fr. Martinus Lector.

Fr. Joan. Galtellinen.

Fr. Petrus Leccien.

Fr. Cornelius Roſſen.

VIII. Inſtitutus eſt hoc anno Epiſcopus Scardonenſis in Liburnia, ſub Archiep. Spalaten. frater Nicolaus de Spalato, per translationem Petri Sancti ad Eccleſiam Caſtrenſem VI. Idus Aprilis. Lectorenſis in Gallia, ſub Archiepiſc. Auſcenſi, frater Martinus de Quinterio ſacræ Theologiæ Magiſter X. Kalend. Maii. Galtellinen. in Sardinia, frater Joannes Ferrarius Valentinus VI. Idus Julii. Leccienſis, ſive Aletinus in regno Neapolitano, ſub Archiepiſc. Hydruntino, frater Petrus de Pirano V. Kalend. Decembris. Roſſenſis in Hibernia, ſub Archiepiſc. Caſſellen. frater Cornelius Macelchade, per mortem Walteri, & quia frater Joannes Blocuorch Ordinis beatæ Mariæ de Monte Carmeli ante biennium ad eamdem Sedem aſſumptus, neglexit infra tempus determinatum per conſtitutiones Pontificias, expediri litteras Apoſtolicas: *Apoſtolatus officium* XIV. Kalend. Septembris. Circa hunc annum translatus eſt ab Eccleſia Carthaginenſi ad Placentinam, in qua Gondiſalvus de Zuniga præceſſit, frater Didacus Badam, de quo ſupra locuti ſumus, & paulo poſt ibidem deceſſiſſe ſcribit Alphonſus Fernandez in ſua hiſtoria Placentina, ubi etiam excribit epitaphium inciſum ejus tumulo in Conventu Majoricenſis villæ, in qua natus eſt, quem hoc ipſo anno ſibi poſuit jam ſeptuagenarius. Vitæ decurſus illinc poteſt deſumi, licet obſcure indicetur tempus, aut ordo Eccleſiarum, quibus præfuit. Judicavit hoc anno ſibi mortem inſtare, poſuitque hunc ipſum ſuæ mortis annum; menſem, & diem, relicto hiulco ſpatio, omiſit. Lapidi adjunxit, quod ſi Deo placeret vitam in plures annos protrahere, id ſibi non diſpliciturum, & epigraphen ſe mutaturum. Epitaphium dedimus alias cum de Conventu Majoricenſi ageremus. Deeſt tamen poſt verſum, *Bis Septingentos Domini poſt annos*, hic alius, *ſex & viginti adduntur numero*, per quem completo calculo hic ipſe annus MCCCCXXVI. indicatur. Corrigendum ergo erit quod illo loco ex Gonzaga exſcripſimus, Didacum hunc anno MCCCC. obiiſſe.

Fr. Didacus Placent.

Anno 1424. n. 9.

Tom. 4. an. 1257. n. 24.

Occiduntur 25. Minoritæ.

Ex arch. Hieroſolymitano.

IX. Hoc anno, menſe Auguſto, Sultanus Ægypti Cypri inſulam quinquaginta tribus navibus invadit, capit, incendit, Regem abducit captivum, & hominum viginti millia. Ab inſula ſolvens incidit in navem Venetam onerariam, quæ Hieroſolymitanos peregrinos, & Minoritas viginti quinque vehebat. Poſt trium horarum pugnam miſere quaſſatam in ſuam poteſtatem redegit, omnes qui inerant, præter mulieres, trucidavit: Fratres ad fidei defectionem, quibus potuit modis provocavit. Sed dum flectere non potuit, omneſque flexis genibus, & cervice, vitam potius quam fidem mutare conſtanter aſſererent, variis modis in vicina inſula occidit, crematiſque corporibus, cineres in mare projecit.

Floret Fr. Joan. Garcia.

X. Doctrina & litteris claruerunt hoc tempore in Gallia frater Joannes Garcia Hiſpanus, in ſacra Theologia Magiſter, qui in univerſitate Tholoſana annis triginta legit, & in eadem Theologicæ facultatis erat Decanus, atque pro inveterato ſchiſmate Pontificio extinguendo laboravit ſtrenue in Conciliis Romano, Piſano, & Conſtantienſi. Eum valde laudat Pontifex, & commendat Epiſcopo ſancti Papuli, ut ſubventionis remuneret auxilio: *Sedis Apoſtolicæ*, II. Kalend. Septembris. In Anglia frater Robertus Colmanus Conventus Norwicenſis, Doctor Oxonienſis, vir cui natura optimas contulerat dotes & educatio, ingeniique cultura non vulgarem dederat eruditionem. Gravis, modeſtus, caſtus, temperans, atque apud omnes

Fr. Robert. Colmannus.

Piſſ. de Scriptor. Angliæ ad ann. 1428.

magnæ auctoritatis. Hinc ut auctor eſt Lelandus, eum in ſuum Cancellarium elegit Senatus Academicus Oxonienſis. Prudentes utique viri quaſi gratiam rependere volentes, illi tribuerunt in Academia primum honorem, qui Academiæ non mediocrem contulerat ſplendorem. Hujus Viri pietate, manſuetudine, integritate, & laudabilibus omnium virtutum exemplis, inductus eſt Cloptonus Eques auratus, & ſummus Angliæ Juſtitiarius, ut mundo relicto, contemptiſque omnibus pompis ſecularibus, jam ſenex Inſtitutum ſancti Franciſci amplexatus fuerit, & in eo conſtanter uſque ad finem vitæ perſeveraverit. Monumenta aliquot ſuæ reliquit eruditionis, & claruit ſub Henrico VI. In regno Navarræ frater Petrus de Berraiz, ſacræ Theologiæ Magiſter, & Blanchæ Reginæ Confeſſarius. Re militari floruit in ſeculo vir nobilis Petrus Farto, rebuſque præclare in obſequium Regis Caſtellæ contra Mauros geſtis, Minorum habitum aſſumpſit in Conventu Vivarienſi, vulgo *Vivero*, diœceſis Mindonienſis in Gallecia. At cum illic turbaretur frequentia Principum & Magnatum, qui viſum hominem armis, & ſtatus mutatione celebrem, concurrebant, ad Inſulam ſancti Michaelis de Coolleyra, ejuſdem diœceſis, aufugit, vitam a turbis & hominum occurſu remotam cum aliquot Patribus Regularis Obſervantiæ tranſacturus. Obtinuit hoc anno a Pontifice ut ibi perpetuo remanere liceret: *Religionis dilecti filii*, VI. Idus Junii.

Cloptonus ſummus Angliæ Juſtitiarius fit Minorita.

F. Petrus de Berraiz.

Fr. Petrus Farto.

XI. Inclaruerunt etiam pietate & virtute plerique graves viri, qui Regularis Obſervantiæ infantiam multipliciter foverunt, & ad provectiorem ſtatum perduxerunt. Frater Jacobus Primadicius Bononienſis, vir venerabilis, magnæ apud omnes auctoritatis; tertius fuit familiæ Ciſmontanæ Vicarius Generalis Obſervantum, quam prudentiſſime rexit annis ſex, multiſque poſt mortem claruit miraculis. Frater Marcus Bononienſis, vir ſanctiſſimus, & doctiſſimus, in omni dicendi genere eloquentiſſimus: bis Vicarii Generalis munere laudabiliter functus eſt: Placentiæ defunctus miraculis effulſit, quæ ſuo tempore dabo ex proceſſu ſub mortem compacto. Frater Antonius Bitontinus provinciæ Apuliæ verbi divini concionator egregius, omni virtutum genere ornatiſſimus: doctiſſima a ſe edita in libro Sententiarum Commentaria obtulit Nicolao V. quæ tanta voluptate perlegit, ut ipſe ſolemni ritu gradum Magiſterii ei voluerit conferre. Frater Albertus Calaber, inſignis etiam concionator, vitæ religioſiſſimæ, & famæ præclaræ. Frater Seraphinus Cajetanus regularis diſciplinæ tenaciſſimus, & peritiſſimus inſtructor adoleſcentum: diſcipulos optimos erudivit, Jacobum Picenum, Antonium, & Baptiſtam Monteſalcenſes, Cherubinum Spoletanum, & alios, qui univerſæ Italiæ, aliiſque regionibus virtute & doctrina illuxerunt. Frater Pacificus Romanus, vir eloquentiſſimus, ſedulus Franciſci Mayronis ſectator, qui præcipuas Italiæ Civitates ſuis ſermonibus illuſtravit.

Viri clari regul. Obſervan.

Fr. Jacobus Primadicius.

Fr. Marcus Bononien.

Fr. Antonius Bitontin.

Fr. Albertus Calaber.

Fr. Seraphinus Cajetanus.

Fr. Pacificus Romanus.

XII. Frater Bartholomæus de Yano provinciæ ſancti Franciſci, ſacræ Theologiæ Magiſter, qui ſancti Bernardini exemplo ad Obſervantes tranſivit, ejuſque ſocius fuit fideliſſimus. Italiam univerſam, & magnam Græciæ partem prædicando circuivit, & Conſtantinopoli annis hæſit duodecim Joanni Palæologo Imperatori, & Joſepho Patriarchæ gratiſſimus. Eis potiſſimus auctor fuit, ut unionem cuperent Eccleſiarum, & perſonaliter ad Concilium accederent Florentinum. Amiſſa tamdem civitate Conſtantinopolitana, in Italiam regreſſus, ſanctiſſimo fine quievit Peruſii, ad ſancti Franciſci de Monte Cœnobium. Frater Paulus Aſſiſias etiam ſancti Bernardini exhortationibus ad Obſervantiam translatus, eidem adhæſit annis multis, cujus diſcipulum & individuum comitem editis opuſculis ſe profitetur. Celeberrimus evaſit

Fr. Bartholom. de Yano.

Fr. Paulus Aſſiſias.

evaſit per omnem Italiam prædicator , proinde vocatus Peruſiam & Patavium , atque ad alias Civitates , ut Divi Bernardini ſupremos prædicaret honores in ſumptuoſiſſimis , quas potiſſimæ urbes celebrabant, exequiis . Ex hujus Viri concionibus præcipua capita geſtorum ſancti Bernardini deſumpſerunt , qui ejus vitam concinnarunt . Frater Franciſcus e Trebio , quem omnes ſumma proſequebantur reverentia , propter ſingularem prudentiam . Provinciam ſancti Franciſci ab Hetruſca diviſam annis tredecim rexit pacatiſſime . Frater Franciſcus Spoletanus ejuſdem provinciæ alumnus inſignis prædicator , & Antonius , quem diximus Montefalcenſis , non ſolum in Sodalitio, verumetiam Curiæ Romanæ Prælatis acceptiſſimus ; provinciæ ſancti Franciſci Vicariatum annis multis , & totius Regularis Obſervantiæ in familia Ciſmontana præfecturam obivit . Romæ ad Aramcœli deceſſit . Vitam ſuæ conterraneæ beatæ Claræ ſcripſit diffuſe , ex qua alias delibavimus potiora . Antonius Ariminenſis Vicarius etiam prædictæ provinciæ , qui poſt peragratam Italiam , inſtructaſque verbo Domini urbes præcipuas , requievit in Domino magna ſanctitatis opinione , in Conventu Montis-Luci prope Spoletum .

Fr. Franciſcus a Trebio .

Fr. Franciſcus Spoletan.

Fr. Anton. Montefalc.

Tom. 6. an. 1308. n. 74.

Fr. Anton. Ariminen.

XIII. In urbe Lovanienſi ſanctus Ludovicus Tholoſanus Antiſtes hoc anno ſuæ virtutis , & ſanctitatis indicium exhibuit . Prædicaverat ejus vitam & miracula in platea dicta *Groeſſ-ſtrate* frater Henricus de Zuchem . Retulit illa quædam mulier Henrico Iſeren , & Catarinæ uxori civibus Lovanienſibus , filium habentibus mutum toto ſexennio . Illi auditis ſancti Viri miraculis , pro ſalute & voce pueri duos cereos Sancto voverunt , ſi vocem redderet & loquelam . Emiſſo voto , mox puer perfecte locutus eſt .

S. Ludovicus dat muto loquelam . Sedul in Notis ad vitam S. Lud. c. 20.

XIV. Sub hunc annum miſſus eſt ex provincia Turoniæ in Teutoniam frater Nicolaus Caroli , de Regulari Obſervantia optime meritus , qui hujus Inſtituti profeſſoribus domos aliquot acquiſivit , plurimos Sodalitio aggregavit , bonis moribus inſtruxit , aliiſque laxioris vitæ ſectatoribus perfectioris diſciplinæ indidit deſiderium . Hic cum Sacerdos eſſet ſecularis , pie in Chriſto Jeſu vivens , trina e cœlis admonitione , & plagis etiam ab Angelo illatis , beati Franciſci Inſtitutum amplecti compellitur . Multa egregie præſtitit , alia inchoavit , quæ paulo poſt ſuperveniens beatus Joannes Capiſtranus ad culmen perduxit .

Fr. Nicolaus Caroli egregie proficit in Germania .

Gonzag. in Prov. Argent.

Chron. MSS. Saxon.

XV. Singulis annis in Italia magnum ſumebat hoc tempore incrementum Regularis Obſervantia , beato Bernardino Senenſi multæ offerebantur domus , in quibus viverent hujus Inſtituti Viri , conceſſitque Pontifex ut quatuor admitteret iis in locis , quæ magis placerent : *Piis ſupplicum votis* , Nonis Julii . Commiſit etiam ſuam auctoritatem Epiſcopo Squillacenſi , ut licentiam tribueret incolis oppidi Mardæ, Diœceſis Neocaſtren. domum ædificandi pro Obſervantibus : *Sinceræ devotionis* , IV. Nonas Martii . Conventus duos in territorio ſancti Lucidi, Cuſentinæ Diœceſis, ſub hoc tempus ædificaverant viri nobiles Petrus Paulus , & Simonetta de Columna , Comites Bellicaſtrenſes , conferendos Fratribus Regularis Obſervantiæ . Mortuo conjuge Simonetta , Fratres aliquot alult in utroque Conventu . Hoc anno obtinuit a Pontifice , ut illuc deſtinarentur victuri Fratres duodecim , quos ipſa volebat neceſſariis omnibus inſtruere : *Sinceræ devotionis affectus* , VIII. Idus Octobris . Conceſſa fuit hoc anno facultas incolis oppidi Scili , rogante nobili viro Nicolao de Arenis , Comite Arenarum & Scili , in Calabria , ut pro eiſdem Fratribus Cœnobium conſtruerent : *Piis votis fidelium* , II. Nonas Novembris . Harum domorum non occurrit apud alios auctores memoria .

Conv. Mardæ .

Conv. S. Lucidi.

Conv. Scili .

XVI. Extir-

Conv. Maſſatii.

XVI. Extirpata, vel effugata per beatum Jacobum Picenum ab oppido Maſſatii, Æſinæ Diœceſis in Marchia Anconitana, peſtifera illa ſecta Fratricellorum, ſtatuit ibidem ſacram arcem conſtruere, unde ſpeculatores invigilarent contra hos ſubdolos fidei inimicos. Petiit itaque ut oppidanorum, qui ad Eccleſiæ gremium redierunt interceſſione, & ſuorum laborum intuitu concederetur Fratribus Obſervantibus Eccleſia extra oppidum ſita, nuncupata *Eremita*, Monachis Camaldulenſibus ſubjecta, prope quam liceret Conventum ædificare. Precibus optimi viri lubentiſſime Pontifex aſſenſit: *Injunctum nobis deſuper*, v. Idus Octobris. Idipſum confirmavit Nicolaus V. anno MCCCCL. beato Jacobo addictiſſimus. Conventum ædificarunt oppidani, aliique pii Viri, prædicti Jacobi hortatu. Triplex nomen ſortitus eſt, *beati Jacobi*, cui ab origine dicata erat Eccleſia, *beati Joannis*, & *Eremitorii Maſſatii*. Jacet, ſub altari ſanctiſſimi Crucifixi beatus Joannes Fabrianenſis, de quo ſuo tempore diffuſius loquemur.

Gonz. in Prov. Marc. Conv. 36.

Conv. Præneſtin.

XVII. Ex ſimili occaſione, nt commodius profligarentur hujuſmodi hæretici ex civitate Præneſtina, in Latio, olim ditionis Columnenſium, nunc Barberinorum, ex beneficio Urbani VIII. conceſſit Martinus Fratribus Laurentio & Paulo Romanis Eccleſiam ſancti Blaſii vetuſtate labentem, ut prope eam Conventum ædificarent Regularis Obſervantiæ. Suas preces interpoſuerunt Angelus Epiſcopus Cardinalis, & Jacobus de Columna Domicellus Romanus, quibus urbis prædictæ ſuberat gubernium: *Sacræ veſtræ Religionis*, VII. Idus Aprilis. Domum hanc ab oppidanis conſtructam credit Gonzaga, ſed prius a Fratricellis occupatam aſſerit ex prædicta, quam nos citamus, Bulla, quam ex Archivo exſcripſimus Aracœlitano. Sed Fratricellis nihil juris fuit in hanc Eccleſiam, quam ipſum Diploma dicit egere reparatione. A quo vero reſtaurata ſit, & adjunctum Cœnobium, prorſus neſcitur, facile conjecturari poteſt, Epiſcopum & domicellum, qui ſuam interpoſuerunt operam, ut Fratribus concederetur, poſuiſſe etiam in eadem reſtauranda, & Fratrum conſtruendo habitaculo.

Gonz. in Prov. Rom. Conv. 9.

Conv. Piſanus S. Crucis.
Idem in Prov. Tuſc. Conv. 13.

XVIII. Prope Piſas Petrus Neretus, nobilis Florentinus, capaciſſimum fundum emit a Monialibus ſancti Salvatoris ejuſdem urbis, & Angelo a Civitella Provinciæ Tuſciæ Vicario, adjecta magna ſumma pecuniarum donavit, ut Cœnobium Fratribus Obſervantibus ædificaret. Admiſit ille donum virtute facultatis ſancto Bernardino Senenſi hoc anno, uti diximus, conceſſæ, domos quatuor conſtruendi in Italia. Jacet hoc in loco vir piiſſimæ memoriæ frater Antonius a ſancto Joanne, de quo alias agemus opportunius. Titulum habet Eccleſia ſanctæ Crucis, & perpetuos benefactores, ac patronos prædicti Nereti ſucceſſores. Agrigentini cives in Sicilia, hortatu beati Matthæi, inter ipſos nati, muliaque clareſcentis virtute, concionibus excitati, ad ſecundum ab urbe lapidem, domum ejuſdem Inſtituti ſectatoribus communi ære circa hunc annum conſtruxerunt, ſub nomine ſancti Nicolai. Locus eſt amœnus, & ſolitarius, contemplationi, & pietati exercendæ opportunus.

Conv. Agrigentin.
Idem in Prov. Sicil. Conv. 4.

Conv. Aſculi in Apulia.

XIX. Aſculum Satriannm in Apulia Daunia, ſedem mntare compulerunt terræ motus, & varia bellorum diſcrimina. Epiſcopus Jacobus & Capitulum, expoſuerunt Martino Pontifici, nullum ſibi ſupereſſe locum, in quo cathedralem Eccleſiam erigere, aut divina celebrare poſſent officia. Conſtiiutam proinde Eccleſiam Minorum in platea publica majori novæ Civitatis erigi poſſe in Cathedralem, & Fratribus tradi poſſe veterem ſanctæ Mariæ, ac ſancti Leonis Eccleſiam parochialem, olim etiam Cathedralem. Commiſit Pontifex rem hanc examinandam Epiſcopo Lucerinæ, ut ſi commo-

mode poſſet, fieri curaret hanc translationem. An vero facta ſit, neſcimus: *Romanus Pontifex*, v. Kalendas Septembris. In Eccleſia Minorum Wulſeni, Urbevetanæ Diœceſis, nobiles conjuges Lucas de Monaldenſibus, & Joanna, domicelli Urbevetani, aliique ejuſdem caſtri Incolæ, ſacella quatuor extruxerunt, & perpetuis dotarunt reditibus, & Conventum ſua vetuſtate dilabentem reſtaurarunt: *Piis ſupplicum votis*, VII. Kalendas Decembris.

Conv. Lerenæ.

XX. In Hiſpania prope villam de Lerena, Pacen. Diœceſis, in quodam Eremitorio habitabant pauculi Fratres Regularis Obſervantiæ, quibus domum religioſam ædificandi facultatem obtinuit hoc anno frater Ludovicus a Reyna, quod alias præmonuimus, & ſucceſſivum hujus Cœnobii retulimus incrementum: *Apoſtolatus officium*, XI. Kalendas Februarii.

Tom. 9. an. 1400. n. 41.

Similiter impetravit frater Joannes de Lucio, ut prope villam de Cales, in loco deſerto, ad eremitorium ſancti Petri de Beubes, ſive Baurbex, Hiſpalen. Diœceſis, ſibi, aliiſque Regularis vitæ ſectatoribus Conventum ædificare liceret: *Ad ea ex Apoſtolicæ Sedis*, Kalendis Julii.

Conv. S. Petri de Baurbex.

An poſtea ædificaverit, non comperio, neque enim hujuſmodi appellationis Cœnobium connumeratur inter Bæticarum Provinciarum Conventus, niſi fortaſſis illud ſit, quod ſancti Petri martyris Tebe deſcribit Gonzaga, quod tamen valde recentius facit, a Patribus Dominicanis derelictum.

Gonz. in Prov. Bet. Conv. 30.

Licentiam hanc confirmat Eugenius IV. anno ſui Pontificatus XII. ſupponitque proceſſiſſe ad executionem litterarum Martini, licet prædictus Joannes non fuerit Ordinem Minorum adhuc profeſſus. Fratri Philippo Berbegal, aliiſque Fratribus regularis Obſervantiæ conceſſit Pontifex, ut infra Provinciam Aragoniæ liceret domum ſibi conſtruendam admittere: *Sacræ Religionis*, Kalendis Julii. Vicario, & Fratribus Conventus de Arizafa, Corduben. Diœceſis, indulſit ut a cenſuris freqnenter illatis abſolverentur, & ex Conventus conſilio Fratres ſuos ad alia loca poſſent deſtinare: *Expoſcit veſtræ devotionis ſinceritas*, VI. Kalendas Septembris.

XXI. In Gallia Fratres Sueſſionenſes, dum propter bellorum diſcrimina diruto Cœnobio, quod extra urbis ſepta habebant, per incertas ſedes vagari cogerentur, nobilis vir Joannes de Brumis (quod alias diximus) eis compatiens, domum a Decano, & Capitulo Sueſſionen. ſub certis conditionibus conceſſam, ſuis ſumptibus in meliorem formam redegit, obtenta hoc anno a Martino Pontifice facultate: *Piis & humilibus*, II. Idus Decembris. Similem impetravit licentiam Petrus Royzandi dominus caſtri de la Bandoyere ædificandi domum alteram in oppido de Antonna, Lucionen. Diœceſis, cujus fabricandæ ante aliquot annos poteſtatem fecerat Benedictus XIII. dum Pontificatum præferret in Gallia: *Sinceræ devotionis affectus*, VI. Kalendas Junii. An, uti diſtulerit opus ſub Benedicto, omnino poſtea neglexerit, neſcio; non enim comperio inter reliquos illius Provinciæ Conventus. Excitatis quibuſdam turbis in Conventu Dolenſi, qui unus erat ex Cœnobiis in Concilio Conſtantienſi deſtinatis Fratribus Regularis Obſervantiæ, voluerunt Fratres ad priſtinum vivendi modum redire. Commiſit Pontifex cauſæ examen Decano Eccleſiæ Biſuntinæ: *Ex ſupernæ majeſtatis providentia*, X. Kalendas Septembris.

Conv. Sizem.

XXII. In Polonia majore, & regio oppido Sizem ſive Srem, Poznanienſis Diœceſis, ad fluvium Warſæ, conceſſum eſt Fratribus Cœnobium a Wladislao Rege conſtructum: *Sacroſanctæ Eccleſiæ*, III. Kalendas Martii. Reſtauravit labentem, & vetuſtate deformem, Sigiſmundus III. Poloniæ Rex, exorante Alberto Hoopez Guardiano. Aliud hoc eodem anno condi-

dit

Conv. Nieſſeviæ. dit Wladiſlaus Cœnobium in oppido regio Nieſſevia, prope flumen Viſtulæ, Diœceſis Wladiſlavien. *Piis & honeſtis*, III. Kalendas Martii. Utraque domus paret Patribus Conventualibus Cuſtodiæ Gneznenſis.

Monaſt. Camerinen. transfertur. XXIII. Alias diximus, Monaſterium Camerinenſe Sororum Tertii Ordinis, Inſtitutum mutaſſe, & primam ſanctæ Claræ Regulam ſuſcepiſſe ſub annum MCCCCXIX. deinde mutaſſe Sedem, ita curante Baptiſta Varana Camerinenſium Ducis ſorore. Hoc anno id factum eſt, ipſo fratre germano Bernardino Rodulphi de Varano apud Pontificem intercedente, & cauſam tranſlationis allegante, quod locus, in quo Monaſterium Clariſſarum *a ſancto Gregorio* nuncupatum, erat valde eminens, & urbi expugnandæ valde opportunus, ſi in hoſtium deveniret poteſtatem. Petiit itaque, ut illic ſibi liceret fortalitium conſtruere, & Monaſterium ad locum Callis-boni transferre: *Sinceræ devotionis*. III. Nonas Januarii. In urbe Lucana in Tuſcia nonnullæ piæ mulieres conjunctis facultatibus decreverunt Monaſterium Monaſt. Lucen. Clariſſarum fabricare. Ut facerent conceſſit Pontifex, remiſſa rei indagine ad Epiſcopum: *Piis ſupplicum votis*. II. Kalend. Januarii. An opere compleverint, quod votis concupierant, & habitaculum aliud ab iis, quæ *Gattajolæ* vetuſto nomine, & *ſancti Michaelis* recentiori nuncupantur, non eſt mihi omnino compertum.

XXIV. Ratam habuit hoc anno Pontifex unionem vetuſti Monaſterii ſancti Nicolai ad alteram ſancti Eliæ, Ordinis ſanctæ Claræ, Recineten. factam a Gabriele tituli ſancti Clementis Presbytero Cardinale, tunc in provincia Marchiæ Anconitanæ, & nonnullis aliis partibus pro Martino, & Romana Eccleſia in temporalibus Vicario: *Humilibus ſupplicum votis*. VII. Idus Aprilis. Monaſterium Averſanum ſancti Blaſii adeo erat vetuſtate deforme, ut pro reparatione ejuſdem oportuerit deprecari Pontificem, intercedente Regina Joanna, ut dignaretur permittere bona aliqua divendi: *Ad ea ex Apoſtolicæ*. Kalend. Januarii. Conceſſa item hoc anno facultas nobili mulieri Joannæ de Belicardo, Principi Auraſicanæ, ædificandi Monaſterium Clariſſarum in villa Orbæ, Lauſanen. diœceſis, de quo amplior non ſuppetit notitia:
Monaſt. Orbæ. *Sinceræ devotionis*. VII. Idus Novembris. „ Et Jacobo de Primaditiis, aliiſ-
ADDITIO ALIORUM. „ que Fratribus Provinciæ Bononienſis, ut in eadem Provincia poſſint ali-
„ qua Cœnobia conſtruere: *Injunctum nobis*. XIII. Kalendas Julii.

XXV. Fratribus, & Sororibus Tertii Ordinis in Hibernia indultum eſt ut in locis interdicto ſubjectis liceat divinis intereſſe officiis, formulis quibuſdam præſcriptis: *Devotionis veſtræ ſinceritas*. II. Nonas Junii.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

Literæ in favorem Fratrum & Monialium.
„ I. CLariſſis de Orto ad Cavam Surrentinam Picentinorum, penuriam
„ patientibus, ſummus Pontifex hoc anno v. Idus Januarii poſſe
„ recipere certam ſummam de male acquiſitis indulſit: *Apoſtolicæ ſervitu-*
„ *tis &c.* Caffam, priſcis Theodoſiam ad Pontem Euxinum, in Taurica
Indic. ex Vatic. „ Cherſoneſo, Genuenſium coloniam, & emporium famoſum per hæc tem-
„ pora, Fratres occaſione confluentium Mercatorum, animas ut Chriſto
„ lucrifacerent, erectis ædibus, & Eccleſia piorum eleemoſynis, ſtationem
„ fixerant; unde in alias Orbis partes Tartarorum facilius tranſmeare poſ-
„ ſent; eorum igitur Eccleſiæ VI. Nonas Martii Martinus maxime favens
„ Indulgentiam conceſſit: *Licet is &c.* ſed Idibus Aprilis Patri Guardiano
„ Conventus Annonæi Urbis in territorio Vivarienſi, quamdam Capella-
„ niam conceſſit: *Sacræ Religionis &c.* Moneo Lectorem, in Indiculo Pe-
tri

,, tri de Alva & Aſtorga Typographi incuria errorem irrepſiſſe, cum ibi
,, legatur, *Conventus Amonnen*, quem nullibi reperire licet, pro Conven-
,, tu Annoniaci, vel Annonæi, ſeu Annonæici; quamobrem hæc circa alias
,, locuti ſumus. Ceterum x. Kalend. Maii Moniali Claræ Martiuæ Valen-
,, tinenſi tranſitum in aliud Monaſterium permiſit: *Humilibus ſupplicum &c.*
,, ſed Kalend. Junii Fratribus Aquileriæ, & non Aquielegien. ut legitur ibi-
,, dem, poſſe domum quamdam recipere conceſſit: *Sinceræ devotionis &c.*
,, Quaſdam difficultates in miniſteriatu Provinciæ ſancti Patris Franciſci
,, delatas Martino cum pateretur frater Paſchaſius, fratri Nicolao de Roge-
,, riis Inquiſitori pro informatione cauſa commiſſa fuit Idibus Junii: *Ad au-
,, dientiam &c.* ſed IX. Kalend. Julii frater Jacobus, qui putabatur irregu-
,, laris, ab irregularitate immunis declaratus eſt: *Humilibus &c.* dum vero
,, XI. Kalend. Auguſti fratri Sancio Sanctuaria viſitandi facultas concedi-
,, tur: *Devotionis tuæ &c.* eodem tempore magiſterium fratri Alphonſo de
,, Borroſſe decernitur: *Viri ſacræ &c.* & VII. Idus Auguſti fratri Geneſio
,, de Podio; VI. vero Idus fratri Nicolao Gilii; ac fratri Petro Talamaca
,, Toletano XVII. Kalend. Septembris, Breve incipit: *Religionis tuæ &c.*
,, II. Poſt autem præfata incrementa ſuſcipiens Caſtellæ provincia in
,, Hiſpania, conceſſit Pontifex tria loca recipiendi facultatem, expedito *Indic. ex Vatic.*
,, Brevi: *Sinceræ devotionis &c.* Kalend. Septembris, ac XIII. Kalend.
,, Octobris pro quadam Turre pertinente ad Fratres Barchinonenſes, datis
,, litteris: *Romani Pontificis &c.* XII. Kalend. ejuſdem menſis Fratribus
,, Patavii commorantibus privilegia conceſſa fideliter ſervari: *Cum dilectos
,, noſtros &c.* & eodem tempore Fratribus Provinciæ Divi Antonii, qui ad
,, Monachos tranſierant, regreſſum ad Ordinem proprium indixit: *Romanus
,, Pontifex &c.* Fratrem Cornelium Mac-elchen. ad Eccleſiam Roſſenſem
,, promoverat XIV. Kalend. Septembris, ut in Annalibus legitur; at pro
,, eodem diſpenſatio quædam emanavit: *Divina ſupereminens &c.* XIV. Ka-
,, lend. incerti menſis. Verum fratri Laurentio de Senis executoris teſta-
,, mentarii munus clementer indultum eſt; *Humilibus &c.* III. Nonas Se-
,, ptembris.

ARGUMENTUM.

Magna excitatur in ſanctum Bernardinum perſecutio, propter nominis Jeſu prædicationem. Magna ille conſtantia & virtute adverſariorum ſuperavit conatus. Senarum, aliarumque urbium oblatos ſibi reſpuit Epiſcopatus, ſua humilitate contentus. Laudantur Matthæus Agrigentinus, Nicolaus Auximanus, Franciſcus a Platea, & alii Regularis Obſervantiæ profeſſores. Celebrantur Comitia Generalia. Narrantur Epiſcopi. Franciſcus Spinola ſedulo laborat in partibus Orientis. Multiplicantur domicilia.

I. BERNARDINUS Senenſis, Guardianum agens Feſularum, Florentiæ primum ad effugandas varias corruptelas juramentorum, & irreverentiæ erga ſanctiſſimum Jeſu Chriſti nomen, firmiuſque cordibus imprimendum, quo potuit ſtudio, & ſermonis conatu cœpit ejus laudes celebrare, uti ſuperius diximus, & populos ad divinæ vocis venerationem excitare. Deinde diſcurrens per alias Civitates, hoc anno ſermones Quadrageſimales habebat Viterbii, & ſub finem concionum, quod alibi etiam fecerat, populo tabellam ſpectandam reverenter, & religioſe proponebat, in qua pictum erat

Marian. c. 16. Marc. 1. p. l. 1. c. 46. Legen. MSS. Surius c. 30.

S. Bernardinus inculcat devotionem nominis Jeſu. *An. 1420. n. 17.*

erat litteris aureis ſacratiſſimum Jeſu nomen, Solis radiis undique circumdatum, idque populus flexis genibus devotiſſime adorabat. Quia vero malignorum hominum ſæva importunitas numquam otioſa eſt, ſed edaci percita livore innocentibus comparat laqueos & inſidias, multi ex ſectatoribus & fautoribus Manfredi Vercellenſis, quem graviter a Bernardino diximus offenſum, quotidie eum audiebant, ut capientes in ſermone, accuſationem ſtruere poſſent, & apud ſummum Pontificem deſerre. Adnotarunt tamdem, & collegerunt calumnioſe quædam ſanctiſsimi nominis Jeſu encomia, ſecus ajebant prolata, quam fidei Catholicæ norma præſcribat. Adjunctis etiam falſis commentis, & a ſe excogitatis interpretationibus, vocatiſque ſuæ ſequelæ teſtibus, hoc anno in hæreſis diſcrimen coram Martino Pontifice, magno ardore, & doloſis artibus vocarunt. Ille ad hæc commotus, ſtatim Bernardinum Viterbio Romam accerſivit, atque hic promptiſsime præcepto obſequutus Apoſtolico, intermiſsis concionibus, in Urbem venit, frequentiſsimo tamen ob reverentiam doctrinæ populo inſequente.

Sed ab æmulis accuſatur.

Anno citato.

Romam vocatus carpitur.

II. Ad ſuos pedes proſtratum Pontifex acriter excepit, & ſi quidem ita res ſe haberet, uti fuit narrata, dixit gravi diluendam eſſe ſupplicio, & tamquam temerario eccleſiaſtæ, novæque hæreſis magiſtro interdixit ſacris concionibus, & tabella exponenda, juſsitque ne Urbe excederet, donec ſeria rei indagine, quid factum ſit, aperte conſtaret. Interea multi Viri docti, & ſacræ Theologiæ Magiſtri, præſertim ex Ordine Prædicatorum, & Eremitarum ſancti Auguſtini, in omnes libros ejus, & ſermones, quos ex divinis litteris collegerat, accurate inquiſierunt, & inſtituto ſolemni conſeſſu, injunctum eſt delatoribus, ut delatæ hæreſis convincerent, Bernardino, ut objecta dilueret. Aliquot ſui Inſtituti Viri in partem venerunt, ſuo Conſodali auxiliaturi, ſed omnium anteſignanus fuit Joannes Capiſtranus, Bernardini diſcipulus & ſocius, cui Provinciam hanc præ reliquis, Fratres commendarunt. Prædicabat ille Neapoli, Reginæ Joannæ ſumme carus, a qua rogatus fuit, ut ſui Regni Hebræos circa uſuras, & illicitos contractus coerceret, de qua re Diploma ſub hujus Tomi finem exhibemus: & dimiſſo ſacro miniſterio, Aquilam abiit, ſuas ſchedas, & ſcripta allaturus, ubi accuratiſsima characterum forma, & radiorum ſplendore Jeſu nomen in pulchra tabella depingi curavit, & multis comitatus civibus Aquilanis, Romam advolavit. Ad Urbis januam erecta in haſtam tabula, præceſsit ille Vexillarius, ſequebaturque multitudo magna advenarum, & Romanorum cantantiōn, & pſallentium laudes ſanctiſsimo nomini: *quo nil canitur ſuavius, nil auditur jucundius, nil cogitatur dulcius: quippe, mel eſt in ore, in aure melos, in corde jubilus, ad cujus lumen nubilum omne diffugit, redit ſerenum.*

Gravis de hac re inſtituitur diſputatio.

Accurrit Joannes Capiſtranus.

Bernard. ſerm. 15 in Cant.

III. Igitur explicato vexillo, & ducto agmine, veluti victoriæ prænuntius, ad certamen proceſsit, & per mediam Urbem incedens, pio creſcente undique exercitu, ad Vaticanum, ipſo indicti congreſſus die pervenit. Tanta populi conſpirantis pietate commotus Pontifex, conſeſſum in alium diſtulit diem, & Capiſtrano facultatem fecit pro Bernardino dicendi. Initò certamine in Baſilica Principis Apoſtolorum, multi multa objecerunt, variiſque argumentationibus, ſacris Canonibus, & Scripturis adverſa dixerunt; ſed Bernardino ad ſingula reſpondente, & pro eodem docte declamante Capiſtrano, Pontifex probe animadvertit, omnem illam accuſationem odio, & livore conflatam; quippe neque in verbis, neque in ſcriptis quidpiam deprehenſum eſt, quod a recta regula deviaret. Poſtridie ergo ad ſe vocatum copioſiſſima impertiit benedictione, amplamque fecit copiam libere cir-

Evaneſcunt Bernardino objecta.

Vide Mol. de Imagin. lib. 3. c. 1.

circumquaque prædicandi verbum Dei, dulciſſimumque nomen Jeſu populis oſtentandi. Ut vero in Urbe publice illius appareret innocentia, ubi gravis præceſſit ignominia, juſſit Pontifex, ut in honorem ſacratiſsimi nominis publica totius Cleri fieret ſupplicatio, in ſublime erecto vexillo, depictis hujus vocis characteribus, ex quo tempore templorum foribus, domorum frontibus, & poſtibus cœpit affigi, crevitque ubique tum erga ſacratiſsimum nomen, tum erga ſanctiſsimum præconem veneratio. Similiter fecerunt Florentini, Viro ſancto addictiſsimi, & ſub finem ſupplicationis, præſente univerſo Clero & populo, erexerunt prægrandem, qui etiamdiu conſpicitur, lapidem in platea ſanctæ Crucis, egregie inſculpto Jeſu nomine, per quem hujus trophæi perpetuam voluerunt eſſe memoriam. Juſsus deinde in Urbe prædicare in Baſilica Vaticana, octoginta diebus, mox in aliis Eccleſiis doctiſsimas habuit conciones, Domino frequenter ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Ita factum eſt, ut uberes in populo fructus produxerit, Jeſu nomen magnificaverit, & procul fecerit hoſtium injuriam. Nihilominus mortuo Martino, hanc eamdem cantilenam ſub Eugenio IV. recantarunt adverſarii, muneribus corrupto Michaele Plebano Mediolanenſi, fidei in Urbe promotore; ſed non minori dedecore ſub Eugenio, quam ſub Martino ſua cauſa ceciderunt, & qui præcipuus erat inter illos, Dei judicio, ſubitanea & improviſa morte extinctus eſt.

Cœpit inde clarior haberi.

IV. Paulo poſt hujus anni victoriam, miſit utriuſque Ordinis, Eccleſiaſtici, & ſecularis, urbis Senenſis univerſitas Oratores ad Martinum, ut Antiſtitem præficeret Bernardinum, Civibus non minus patrio genere carum, quam virtute; & doctrina deſideratiſsimum. Vacabat illa ſedes per aſſumptionem Antonii Caſini, civis, & Epiſcopi, ad Cardinalatum, quem etiam adhibuerunt in hac re interceſſorem. Annuit Pontifex die IV. Junii, ut ex epiſtolio prædicti Cardinalis, Senis a R. Domino Abbate Ferdinando Ughello Ciſtercienſi, viro docto, ad me miſſo ipſo autographo, quod hic exſcribo, conſtabit.

Renuntiatur Epiſcopus Senenſis.

Magnificis & excellentibus Dominis D. D. Prioribus, Conſilio, Communi, & Capitaneo populi civitatis Senarum, amicis noſtris cariſſimis A. Cardinalis ſancti Marcelli.

Magnifici, & excellentes Domini: hoc mane ſanctiſſimus Dominus noſter de Eccleſia Senenſi providit Reverendo in Chriſto Patri, Domino fratri Bernardino de Senis, de qua re ſuæ Beatitudini inſtantiſſime ſupplicavimus. Et ſicut in hoc operati fuimus, ita in omnibus vobis gratis, juxta vota veſtra faciemus. Romæ die IV. *Junii* MCCCCXXVII.

V. Vocatus vero Vir ſanctus, ut collatam admitteret dignitatem, ne Civium ſuorum videretur vota aſpernari, & benevolentiam ingratitudine compenſare, plurimas egit gratias univerſis tanti honoris auctoribus. Deinde Epiſcopalem dignitatem, digneque præferentes ſummopere commendans, multas ſubjunxit rationes, propter quas ipſe non poſſet oblatam amplecti: *Non enim*, inquit, *me miſit Dominus baptizare, ſed evangelizare, & majoris lucri reputo ubicumque terrarum homines Evangelica erudire doctrina, quam unius Epiſcopatus ambitu circumcingi. Reliqua, quæ Epiſcopum ſpecioſe circumdant, pompa, aulici, & rerum affluentia, procul habeo, & malo cum pauperibus penuriam pati, quam inter opulentos Antiſtites ho-*

Sed abnuit.

noribus efferri. Huic tanto oneri innumeris curis obnoxio, me imparem ſentio, & in humili ſtatu, quem, Deo inſpirante, delegi, majori fide potero reddere quæ promiſi. Quanta itaque potuit maxima cura, humilitate, & ſtudio ſe a percipiendis infulis excuſavit. Non aliter decertandum fuit cum Eugenio IV. Urbini, & Ferrariæ Eccleſias offerente, imo & mitram ſuis manibus imponente, quem ſumma contentione rogavit, ne vellet hoc ſpecioſo retinaculo a prædicandi revocare miniſterio, & copioſum impedire lucrum animarum.

Reſpuit etiam Epiſcopatus Urbini & Ferrariæ.

VI. Maffæjus Vegius, Martini Pontificis, uti dixi, Datarius, Bernarno familiaris, de his tantarum urbium poſtulationibus, & ſancti Viri renitentia ſcribens, ita ait: *Cum aucta nominis ejus, pervagataque latius fama, multæ illum ſibi Antiſtitem præfici Civitates optarent, præſertim Senæ, quæ civem ſuum majore etiam deſiderio ſæpius ad id petierunt, ignaræ quam longe defuncti illius nomine, quam viventis Pontificatu glorioſiores futuræ eſſent. Numquam tamen, ut ipſe aſſentiret, adduci ullo modo potuit, reſpuens omnia magno conſtantique animo; affirmans etiam, eum quem ſemel ſibi cum Franciſci habitu, & paupertate delegerat vivendi modum, ſemper ad extremum uſque vitæ finem eſſe obſervaturum. Nonnumquam quoque afferens, id quod & memini ab eo mihi dictum fuiſſe, majorem multo commoditatem fore victuro ſibi quinque dies (tali enim numero brevitatem humanæ vitæ percenſebat) ſi honorem interim tanti oneris omitteret, vacuuſque, liber, & expeditus abſque tam gravi & intolerabili ſarcina ad finem, cujus tam brevis eſſet mora, properaret. Illud inſuper aliquando joco atteſtans, fieri ſcilicet ſibi injuriam, ut alicujus privatæ civitatis Præſulatum aſſequeretur, cum quamcumque introiret civitatem, non alia veneratione, quam Præſul ſuſciperetur, frequentaretur, coleretur, longeque ſatius ſibi conſultum videri, ut omnium Italiæ Civitatum, quam unius ſolius Antiſtes haberetur. In quo referendum eſt, quod cuidam ſocio, admodum ſibi domeſtico, roganti, numquid cum tot ei Epiſcopatus offerentur, mens ejus ad ſuſcipiendos illos deflexa eſſet? reſpondit, numquam ullam ſibi, vel minimam fibram fuiſſe, quæ id excogitarit. Narrandum quoque quod huic eidem dixit, cum aliquando rumor adveniſſet, eum Archiepiſcopum Mediolani electum eſſe, atque id ei ille renunciaſſet, ſimulque quam libenter ſuſcipiendæ dignitati animum inclinaret, interrogaſſet:* Ne credas, *inquit*, me tam excelſam meam dominationem pro ulla Epiſcopali dignitate commutaturum eſſe: *dominationem ſcilicet appellans ſanctam, quam tot annis coluerat, tranquillæ Religionis obſervantiam. Cui ſimile eſt quod alii etiam roganti eum cur Epiſcopatum Senarum recuſaverat? reſpondit:* Non recte ſibi conſuli, qui Papa jam eſſet, Epiſcopum, demiſſa longe excellentiori dignitate, fieri. *Illud certe quod ſupra diximus, ſignificans ſe quamcumque introiret Civitatem, non alia cum veneratione, quam Præſulem ſuſcipi, frequentari, ac coli.*

Tom. 9. an. 1380. n. 1. *Maffæus l. 3. vitæ S. Bernard.*

Quam alienus ejus animus ab his dignitatibus.

VII. *Verum illud memorabilius videtur, quod tunc cum primum a concivibus Senarum Epiſcopus omnium voce, & favore electus, atque a Pontifice vocatus eſſet, ipſe, qui probe callebat vitæ noſtræ ludibria & pericula, vocavit ad ſe quemdam Fratrem ſuum illiteratum, quem propter ſimplicitatem vitæ admodum diligebat, ac jocari ſecum, ſimulque quanta eſſet hujus mundi vanitas, & ſtultitia jocando volens demonſtrare:* Habeo, *inquit*, dulcis frater, quod tibi nuntiem, unde perpetuo gaudeamus. *Cupientique illi ſcire quid id eſſet*, Epiſcopum me ſibi Senenſes unanimi conſenſu elegerunt: Nonne hoc tibi optimum factu videtur? *Deteſtatus hoc illico ille*: Noli, *ait*, Pater tantos, quos tibi in docendis populis labores, laborumque pariter fru-

Google

ſructus paraſti, minimo puncto, pro tam parvæ rei vano quodam, & umbratili bono amittere. Quid ergo, *iterum ipſe addidit*, ſi me Mediolanenſes, a quibus ſupra omnes alios populos dilectus, & veneratus ſum, Archiepiſcopum ſibi præfici quærerent? Num & hoc contemnendum putares? & hoc, *reſpondit ille*, quo majus eſt, majore etiam animo arbitror eſſe contemnendum, niſi & te, & ceteros quicumque poſthac ſequentur, annuntiatores ſancti verbi Dei eterno opprobrio, æternaque damnare velis infamia. Et quid, *rurſum ille rogavit*, ſi me Patriarcham ſummus Pontifex pronuntiet, ſuadebis ut & hoc non grato libentique animo ſuſcipiam? *Contriſtatus ad hæc admodum ille*: Nunc video, *inquit*, deflexam tibi ad hæc vana mundi bona mentem eſſe, pro quibus & populorum, quem tibi tanto labore quæſieras, amorem, & Dei in primis gratiam perdes. Quid vero, ſi Cardinalis fiam? *Iterum dixit illi*: Videturne hoc tibi negotium, quod contemnere debeam? *Subſtitit ille, audito tantæ dignitatis faſtigio*: atque hic, *inquit*, non diutius immorandum eſt. Quis non tam excelſa poteſtate capiatur? Hic trahe chordulam Pater: hic fac, quod facturus es. *Tunc tempus minime amplius jocandi videns, ipſe increpuit eum acribus verbis, docens dignitates, quo eminentiores, eo majoribus ſubditas malis, atque periculis; proindeque etiam magis ab omnibus, qui ſane ſapiant, contemnendas: ſe non modo Epiſcopatum Senarum, ſed & digniorem quemvis, ſive Archiepiſcopatum, ſive Patriarchatum, ſive Cardinalatum, ipſum quoque Papatum reſpuere, longeque ſe locupletiorem ſub depreſſa, & tenui Franciſci vita, quam in quovis magno ac præcelſo poſitum loco, longeque feliciorem exiſtimare.*

VIII. *Nec omittendum quod cum Senenſes iterata vice eum ſibi Epiſcopum poſcerent, tempore Martini V. eſſetque tunc Gabriel Cardinalis, qui poſtea fuit Eugenius IV. vir humanæ, & dulcis ac mitis naturæ, ſed in primis magnus, & excelſus animo, neque minus prudentia, & conſilio præter cetera religionis, integritatis, juſtitiæ, conſtantiæque ejus ornamenta, timens ipſe, ne tot, tantiſque ſollicitationibus infeſtatus, aliquando inflecteretur, ac ne proinde omnis ejus auctoritas tanto ſudore quæſita, prorſus deperiret, miſit illi carum, quem habebat, & fidum nuntium, ſignificans ea, quæ de ipſo agerentur, hortanſque & monens, ne tali ullo modo rei aſſentiret, quæ magno illi malo procul dubio ceſſura, manifeſtamque omnium laborum ejus fruſtrationem paritura eſſet. Cujus ille arrepta manu, agens primo gratias pro tam ſancto, ſalubrique conſilio*, obſidem, *inquit*, ei facio fidem meam, numquam me talibus, ut aſſentiar, ad tantam ſtultitiam prolapſurum. Age, redi, & renuntia illi, quæ narro, rogaque ut omnem, ſi quam circa hæc pro me gerit, ex animo curam ponat. *Uſque huc Maffæus.*

IX. Vere ita faciendum erat homini, qui aliis mundi contemptum aſſidue inculcabat. Nihil enim turpius quam rerum egeſtatem, & vitæ humilitatem ſermone præſerre, atque aliunde divitiis affluere, & honoribus inhiare. Pulchre ſane Bernardini vita cum doctrina conſentiebat, & viciſſim verba vitæ adſtipulabantur. Proinde fuit adeo celebre per univerſum terrarum orbem nomen ejus, ut nemo non cuperet audire loquentem, ſequi docentem, & obtemperare monenti. Amabant eum omnes, venerabantur, ſuper ſydera extollebant, & tanta reverentia ſermones ejus excipiebant, ac ſi divina eſſent oracula. Ille vero nullum tempus abſque fructu elabi permittebat, neque tantillum otio commodabat, ſed vel orabat, vel ſermones texebat, vel libros ſcribebat, quorum magna copia Senis religioſe ſervatur, aut audiendis proximorum indigentiis intendebat. Poſt gallicinium cum Apoſtolo Petro hominum peccata deflebat, & exoriente Sole,

Nulli ei tempus otioſum.

cum

cum Magdalena reſurgentem e ſepulcro quærebat Salvatorem. Quotidie una hora ſecretis vacabat devotionibus, quo tempore nulli ad eum patebat acceſſus, deinde omnium expectationi faciebat ſatis: erga omnes pius, erga omnes miſericors & benignus.

Vera ejus humilitas.

X. Humilitas omnium virtutum decus & ornamentum, ſpiritaliſque ſtructuræ firmum fundamentum ita ſibi Virum optimum ſubdiderat, ut nihil magnum, aut præclarum de ſe cogitaret, ſed potius tam in ſuis, quam in aliorum oculis vileſcere continuo ſtuderet. Hinc omnia facta & verba illius ſimplicia erant & humilia, & quamvis probe calleret ſcientias ſeculares, moralem Philoſophiam, Juriſprudentiam, & ſacras litteras, atque ultra hæc peculiari divinæ ſapientiæ lumine illuſtraretur, nihilominus nullum animi tumorem præferebat inceſſu, non turgidum pectus, non elatos oculos in ſublime tollebat, non jactabat eruditionem, aut nobilitatem ſuam, ſed ſubmiſſo ambulabat capite, ea ſimplicitate & corporis habitu, ac ſi rudis & imperitus quiſpiam eſſet e plebe. Vel hinc certe pii quique ac prudentes Viri eruditum dicebant, ac generoſum. Etenim *ſuperbia vilitatis eſt vitium, & indicium ignobilitatis; neſcit autem extolli nobilitas mentis; ſemper adereſcit apud indignos mores eum poteſtate ſupercilium. Verum ubi eſt vitæ ſplendor, humilitas otioſis blanditur. Humilitatem illam veram & ſanctam dico, quam religionis, & Dei amor ſuadet, non timor dominationis extorquet.*

Valer. Epiſc. Cimelen. hom. 14.

Marian. citat. Legen. MSS. B. Matthæus Agrigentin. magnus cultor nominis Jeſu. * al. de Cimena.

XI. Interfuit ſupradictæ diſputationi de veneratione nominis Jeſu, ſuo auxiliaturus magiſtro & ſocio, frater Matthæus Siculus, gente Hiſpana, familia Cimarra, * Agrigento natus, vir doctus & pius, magnæ etiam auctoritatis & opinionis in populo, per omnia verus Bernardini æmulator, quem magnis afficit Marianus elogiis: *Fuit*, inquit, *præcipuus ſancti Bernardini ſocius, egregius paupertatis zelator, Ordinis per Siciliam inſtaurator, robuſtum noſtræ familiæ vehiculum, humilitatis abyſſus, patientiæ ſpeculum, pater pietatis & compaſſionis, venerandi nominis Jeſu bajulus glorioſus*. Didicerat a Bernardino ſanctum nomen laudibus efferre, & pictum circumferre, maxime poſt approbatam hanc a Pontifice pietatem, eamque Siculis ita ſtudioſe perſuaſit, ut ubique domorum frontibus præfigeretur, ædes multæ religioſæ ſub vocabulo *ſanctæ Mariæ a Jeſu*, illo hortante, conſtruerentur, & demum ipſe vita functus, non aliter, quam Bernardinus hoc peculiari ſigno ſacratiſſimum numen in tabella geſtans, per univerſam denotetur Siciliam. Ut vero a Bernardino ſecernatur, Pontificiis ornatur infulis, propter collatum ſuæ patriæ, quod alio loco dicemus, Epiſcopatum.

Ann. 1442.

Ejus pietas & virtutes.

XII. Multa præſtitit in Sicilia vitæ ſanctitate, & perpetua prædicatione, mores hominum correxit, pietatem auxit, vitia fugavit, regularis Obſervantiæ Inſtitutum invexit, & per urbes multas, uti per ſingulos annos recenſitis domibus dicturi ſumus, propagavit. Multa in vita & poſt mortem patravit miracula, trabem ponti conſtruendo, qua Panormo itur Agrigentum, breviorem, quam quæ ad oppoſitam ripam pertingeret, ad neceſſariam menſuram fabris litigantibus, & viatoribus tranſituris compaſſus, produxit ita, ut pontem commode conſtruxerint. In ipſa Agrigentinâ urbe, & Carmelitarum Monaſterio, invehens in ſacrorum dierum & feſtivitatum violatores, concione abſoluta, vidit præ foribus tranſire aſinos & equos multos hordeo onuſtos, dixitque ad populum: *Quantum velit Deus Sabbata ſanctificari, & diſpliceant opera ſervilia, quæ in iiſdem facitis, hæc ipſa irrationalia animantia vos docebunt. Exonerate omnia, & longo jam iti-*

Solerter docet obſervari dies feſtos.

ne-

nere famelicis apponite hordeum, quod adeo avide ſolent appetere; videbitis quod refugient ab eſu illius, quod in die feſto laborioſe aſportarunt. Ita factum, & reipſa conſtitit, ex tot animalibus nullum voluiſſe ſui oneris uti ſolamine, ſed irreligioſe impoſitum laborem miraculoſa condemnaſſe abſtinentia. Rure incedenti advolabant volucres, & in ſinum ſe receperunt coturnix accipitrem, & lepus fugiens venatores. Quæ poſt obitum patravit, ſub vitæ finem opportunius dicemus. Spiritu prophetico multa prædixit, Leocatæ excidium a Sarracenis poſt annos viginti ſex ſecutum, & Agrigentinis impœnitentibus divinam ultionem, quam paulo poſt ſenſerunt corrodente nares, aliaſque corporis partes moleſta, & fœda impetigine. Reliqua ejus acta, Cœnobia quæ fabricavit, Epiſcopatum, quem admiſit & dimiſit, ſanctiſſimam quam obivit mortem, ſuis quæque annis diſtribuemus.

XIII. Bernardino & Matthæo erat contemporaneus & familiaris frater Nicolaus Auximanus, nobilibus parentibus ortus, & adeo egregiæ in pueritia indolis, ut ludimagiſter valde miraretur, ſed naturalem ingenii dotem majori vellet labore foveri. Aliquanto enim tardius veniebat ad lectiones antemeridianas, quod ex nimia parentum indulgentia erga tenellum filium eveniſſe ſuſpicatus, genitricem expoſtulavit. At illa ſummo mane ſurgere, ocius abire cauſata, & puerilia aliqua ſubeſſe diverticula concipiens, cœpit ſecreto, quo tenderet, obſervare. Exploratores compererunt, recta quotidie perrexiſſe ad ſancti Franciſci Templum, ſacra venerari, & in angulo prope altare majus longa prece Dei auxilium implorare, ne ſe in tenerioris ætatulæ præludiis permitteret inquinari. Gaviſi parentes ad præcocem pueruli pietatem, ſtudioſius curarunt adjungi etiam religioſos mores, & bonam undique diſciplinam. Liberalibus artibus ſufficienter imbutum Bononiam miſerunt, Juriſprudentiæ operam daturum. Illic brevi parentum ſpem ſuperavit, omnium applauſu Doctoratus laurea inſignitus, & tantam adeptus opinionem, ut in graviſſimis conſuleretur controverſiis.

Fr. Nicolaus Auximanus.

Qualis pueritia.

XIV. Accidit ut nobilium virorum cauſæ decidendæ diebus multis operoſius ſtuderet, magnum inde prœmium reportaturus, & ſub veſperam diei quo judicaturus erat controverſiam, ſopore gravi corriperetur, in quo viſus eſt ſibi in tempeſtuoſum mare decidiſſe, neque ullam evadendi periculi ſpem ſupereſſe præter unam, quam a longe videbat navem, ad quam laborioſo conatu perveniens, vidit Fratribus Minoribus plenam, & projecto fune, ſe in eamdem e maris excipi procella. Expergefactus, tremens & laſſus, totus ex vehementi animi paſſione ſudore correptus, cogitavit non tam noctis hoc fuiſſe ludibrium, quam ſpectrum cœleſte: *Mare*, inquit, *eſt mundus, mihi ſubeſt ſubmergendi periculum inter tot procellas, quibus undique agitantur qui rebus mundanis immerguntur; navis illa, in qua Deus me decrevit ſalvari, Inſtitutum eſt Franciſcanum. Quid amplius ad tam apertam monitionem ego immoror, aut Deum ſpernam vocantem? Obſequendum eſt, & prompte, neque enim moroſos vult Deus ſuorum mandatorum executores, & tarda molimina gratia neſcit Spiritus ſancti*. E lecto itaque ſurgens juſſit protinus efferri omnem ſuam bibliothecam ad Cœnobium ſancti Pauli extra urbem poſitum, Minorum Obſervantum domicilium, deinde ipſe ſecutus, conſilium ſuum Fratribus expoſuit, & repentinæ mutationis cauſam aperuit. Illi maturius agendum, diutius differendum, & gravius deliberandum dicebant, quod ſemel erat ſtatuendum. At ille moræ impatiens, tandem obtinuit, ut in conſortium admitteretur.

Et vocatio ad Ordinem Minorum.

XV. In tirocinio nullus eo humilior, nullus ad obediendum promptior, Tirocinium.

om-

omneſque eo collimavit cogitatus, quatenus Deo magis placeret, & perfectiori informaretur diſciplina. Humilibus deputatus officiis ita alacriter omnia peragebat, ita omnes cupiebat habere magiſtros, ut omnes interrogaret, quibus ſemitis ſecurius eſſet incedendum, & tam amabilem ſe reddidit univerſis, ut non minus converſionem mirarentur, quam converſationem laudarent. In Picenum miſſus, ſacræ Theologiæ operam dedit, & in prædicationis munere inſignis evaſit, per omnem ferme Italiam Dei verbum ingenti cum fructu diſſeminans, aggregatis etiam ſuo Inſtituto viris eruditione, & virtute conſpicuis. Theologiam annis multis legit in patria, ubi optimos totius Ordinis inſtruxit prædicatores, huic facultati aliqualem etiam Juriſprudentiæ inmiſcens notitiam. Abſoluta lectione, ſtatim ſe recipiebat in cellam, vanitates omnes, & hominum fugiens applauſus. Vili & ſegmentitia incedebat veſte, in oratione & contemplatione aſſiduus, aliquando extra ſe rapiebatur. In ſomno & victu parcus, multis modis corpus affligebat. Quidquid religioſis ſupererat exercitiis, tempus omne vel in divini verbi prædicatione, vel in ſacræ Scripturæ lectione inſumebat, unde & doctiſſimas edidit elucubrationes, ſuo tempore referendas.

In Religione profectus.

XVI. Inſtitutus Vicarius provinciæ ſancti Angeli, ad tollendos varios ſubditorum ſcrupulos, Regulam doctis illuſtravit commentariis, quos Guillelmus Caſalenſis anno MCCCCXXXIX. ſibi oblatos ex conſilio multorum doctorum virorum die 11. Decembris approbavit, & univerſis Fratribus legendos commendavit, in eaque veneratione haberi voluit, ut nullus auderet quippiam addere, vel minuere. Eamdem declarationem approbavit Jordanus Cardinalis Ordinis Protector, & ſanctus Bernardinus ſuæ epiſtolæ inſertam ad omnes Fratrum Obſervantum provincias tranſmiſit, atque hinc a multis ſancti Bernardini expoſitio appellatur. Hieroſolymorum deſtinatus Præfectus, ut qui irrepſerant defectus, corrigeret, multam paſſus eſt calumniam, cujus defenſionem docte ſuſcepit Albertus Sartianenſis, ut ſuo loco dicemus. Reſtitit viriliter quibuſdam regularis Obſervantiæ hoſtibus, in cujus defenſione, dum diu Romæ commoraretur, pie deceſſit, plenus dierum in Conventu Aracœli. Vita functus ſuaviſſimum exhalavit odorem, & membra ejus adeo tractabilia erant & pulchra, ut in teneritudinem carnis puerilis converſa viderentur. Exequiis ſolemniter celebratis, ſepultus eſt prope ipſam Aramcœli, tumulo aliquantulum a terra elevato.

Fit Vicarius provinciæ S. Angeli.

Et Terræ ſanctæ Præfectus.

Ann. 1417.

XVII. Floruerunt etiam hoc tempore ſub Obſervantiæ Inſtituto alii viri piiſſimi & doctiſſimi, Franciſcus e Platea Bononienſis, in utroque Jure, & ſacra Theologia valde peritus, uti in quibuſdam operibus, quæ apud me ſunt, luculenter apparet. Jacobus de Donzello etiam Bononienſis, egregius per univerſam Italiam prædicator. Baptiſta Tagliacarne de Levanto, provinciæ Januenſis, propter ſingularem virtutem & doctrinam bis ad Vicariatum generalem familiæ Ciſmontanæ in provincia Tuſciæ aſſumptus. Silveſter de Radicondolo, e Senis nuncupatus, ſanctiſſimam & auſteram duxit vitam in Cœnobio Scarlini, ſub diſciplina Thomæ Scarlini, ſive de Florentia, & piiſſime deceſſit in Conventu Capriolæ. Joannes de Prato, celeberrimus prædicator, qui e Patribus Conventualibus advenit. Adeo pie deceſſit, ut Viri ſancti obtinuerit opinionem, & caput adhuc integrum cum veneratione monſtretur. Hieronymus de Stupha Florentinus vir ſanctiſſimus, de quo iterum ſermo redibit. Antonius Nerius Aretinus, ſacræ Theologiæ Magiſter, qui Pariſiis circa annum MCCCCV. florebat, & docte ſcripſit in Magiſtrum Sententiarum, aliaque ſcripſit opera, quæ in Conventu Sergiani, ubi pie obiit, aſſervabantur. Hieronymi prædicti ſui amici exemplum

Franciſcus e Platea.

Jacobus de Donzello.

Baptiſta Tagliacarne.

Silveſter de Radicondolo.

Joannes de Prato.

Hieronymus de Stupha.

Antonius Nerius.

plum ſecutus tranſivit ad Obſervantes Bartholomæus a Colle vir doctiſſimus, admirandæ memoriæ & facundiæ, diſertiſſimus per Italiam & Græciam prædicator. Huic inſtituto nomen dedit dum Peruſii ſtuderet, excitatus ſermonibus Joannis Capiſtranenſis. Inter alios diſertos concionatores hunc delegit Sixtus IV. ut Crucem prædicaret contra Sarracenos. Inſigne Aracœli Cœnobium ter gubernavit, prius inſtitutus Vicarius Terræ ſanctæ, & inſulæ Creteoſis. Senex rediit ad ſuam Etruriæ provinciam, podagra & chiragra miſerrime afflictus, nec tamen concionari deſtitit, quamvis aliorum ope efferretur ad ſuggeſtum. Ita manibus & pedibus correptus, & toto dolens corpore integras prædicavit Quadrageſimas in multis Italiæ civitatibus. Populi non aliter quam Jobum in patientia, & Paulum in ſermone venerabantur. In Conventu Podii Bonitii migravit ad Dominum, ubi recens adhuc eſt ejus memoria. Correxit & in meliorem formam reduxit vitam beati Lucheſii, quam nos ſuo loco narravimus. Herculanus de Piagale Comitatus Peruſini, licet ejuſdem cum ſuperioribus Etruſcæ provinciæ, ſermone potens & opere, qui multa edidit miracula, quæ in locum reſervamus opportuniorem.

Bartholomæus à Colle.

Tom. 3. an. 1242. n. 7. & ſeq. Herculanus de Piagale.

XVIII. Hoc anno, ſub feſtum Pentecoſtes, Antonius de Maſſa, totius Ordinis Miniſter, celebravit Comitia generalia in urbe Caſalenſi, provinciæ Montis-Ferrati, diœceſis Vercellenſis, de quibus tamen nulla occurrit mentio apud noſtros auctores. Habita nihilominus fuiſſe innuunt non ſolum Pontificiæ, hic exhibendæ litteræ, quibus Capituli intimatio, & loci deputatio a Generali Miniſtro factæ, probantur; verum etiam aliæ in Regeſto hujus anni, & ſequentis recenſendæ, quibus nova inſtitutio Miniſtri provinciæ ſancti Jacobi ſtatim referenda, in eodem Capitulo facta, confirmatur. Acta omnia perierunt.

Capitulum Generale 77. Caſalen.

Ad futuram rei memoriam.

XIX. E*A, quæ pro ſtatu proſpero & tranquillo venerabilis Ordinis Fratrum Minorum provide facta ſunt, ut illibata permaneant, libenter, cum a nobis petitur, Apoſtolico munimine roboramus. Sane pro parte dilecti filii Antonii de Maſſa, præfati Ordinis, & ſacræ paginæ profeſſoris, ac ejuſdem Ordinis Generalis Miniſtri, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipſe provide conſiderans, Generale Capitulum Fratrum dicti Ordinis de triennio in triennium, ſecundum regularia Inſtituta ejuſdem Ordinis, celebrandum in feſto Pentecoſtes proxime ſecuturo, debere celebrari pro felici conſervatione & incremento Ordinis prælibati, terram Caſalis, Vercellen. diœceſis pro loco futuri Capituli celebrandi ad hoc aptam, capacem, utilem, & idoneam deputavit, & etiam ordinavit. Quare pro parte dicti Antonii nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut deputationi & ordinationi hujuſmodi pro earum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, deputationem, & ordinationem præfatæ terræ Caſalis pro hujuſmodi celebratione Capituli, per eumdem Antonium factam, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Et nihilominus Miniſtris Provincialibus, Guardianis, Magiſtris, & aliis dicti Ordinis profeſſoribus ad ipſum celebrandum Capitulum profecturis, & in eo pro bono ſtatu Religionis ejuſdem Ordinis in dicto futuro Capitulo congregatis, ut omnibus & ſingulis privilegiis, libertatibus, exemptionibus, gratiis, & indultis, eis, & dicto Ordini per Sedem Apoſtoli-*

Reg. Vat. lib. 1. de regul. fol. 72.

licam conceſſi uti, & gaudere libere, & licite valeant, auctoritate &c. indulgemus. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud SS. Apoſtolos, xvi. Kalend. Martii anno x.

Lupus Salazar. Miniſter Provinciæ S. Jacobi.

XX. Lupus Mieres Miniſter Provinciæ ſancti Jacobi, voluit ad hæc venire Comitia, timens ſibi malum imminere, propter minus idoneam ſui officii adminiſtrationem. Decreverunt itaque Patres abſolvendum eſſe a Miniſteriatu, & ſubſtituendum Lupum alterum Salazarium, virum doctum & pium, de quo frequenter mihi renovandus eſt ſermo, quique ingenti cura & labore Regularem in Hiſpania propagavit Obſervantiam. Ratam habuit Pontifex ejus electionem, datis hoc anno litteris, aliiſque repetitis anno ſequenti, contendente Mierio ſibi factam injuriam: *Ea quæ pro perſonarum*, IV. Nonas Julii. De Miniſtro etiam Provinciæ ſancti Franciſci, Paſchaſio de Aſſiſio, magnæ exhibitæ ſunt querelæ Pontifici, eaſque commiſit examinandas fratri Nicolao de Rogeriis, per Umbriam Inquiſitori.

Nicol. de Rogeriis Inquiſitor in Umbria.
Fr. Marc. Arch. Trapezundarũ.
Fr. Angelus Paphen.

XXI. Paucos Minoritas hoc anno ad Epiſcopatus Pontifex evexit, fratrem Marcum Viarum Venetum ad Trapezundarum Archiepiſcopatum in mari Euxino, ſub Patriarcha Conſtantinopolitano, III. Idus Aprilis. Fratrem Angelum Narnienſem ad Paphen. in inſula Cypro, vacantem per obitum Joannis Archiepiſcopi Tarſenſis, hujus etiam Eccleſiæ Adminiſtratoris: *Apoſtolatus officium*, III. Nonas Maii. Fratrem Bernardinum Martini Vivaris ad Drivaſten. ſub Archiep. Antibarenſi, per translationem Franciſci ad Dulcinen. *Romani Pontificis*, XVI. Kalendas Julii.

Fr. Bernard. Drivaſten.

Rodul. fol. 190.
Fr. Franciſc. Spinola in partibus Oriẽtis Vicarius.

XXII. Ante aliquot annos ſcripſerat Martinus Pontifex ad Angelum Salvettum, Miniſtrum Generalem, ut fratrem Franciſcum Spinolam nobilem Genuenſem, Regularis Obſervantiæ, virum doctum, & in lege Dei exercitatiſſimum, cum aliquibus ſociis mitteret ad inſulam Chienſem in mari Ægæo, Peram, Capham, & ad montes Caſpios, ut fidem Chriſtianam propagarent. Illic hærentem, & laudabiliter agentem, inſtituit Antonius de Maſſa, Angeli ſucceſſor, Vicarium ſuum ſuper Fratres prædicti Inſtituti in Vicariis Orientis, Aquilonis, & Ruſſiæ. Eidem conceſſit hoc anno Pontifex facultatem retinendi domos duas, quas acquiſivit Conſtantinopoli, & in urbe Peyræ, aliaſque recipiendi in prædictis Vicariis, commiſſa rei indagine Epiſcopo Chienſi: *Religionis, ſub qua*, VI. Nonas Martii.

Ann. 1426. n. 15.
Conv. Caſtilionis.
Gonz. in prov. Tuſc. Conv. 36.

XXIII. Singulis annis, ſub hoc tempus in Italiæ Provinciis Regularis Obſervantiæ Inſtituto multa aggregari comperio Cœnobia. Hujus anni partus recenſeo. Auctoritate conceſſa a Martino Pontifice, uti ſuperius diximus, Bernardino Senenſi, ſi quæ offerrentur, domicilia recipiendi, vir illuſtris Thomas Fiacherinus, non procul a pago ſuo Caſtilionis Aretini in Tuſcia, domum humilem Fratribus ædificavit. Creſcente poſtea Fratrum numero, crevit ædificium, aucta præſertim Fratrum pietate & opinione. Quieſcunt etenim hoc in loco piiſſimi viri Joannes Antonius Parmenſis, Georgius ab Erballio laicus, beati Thomæ de Scarlino dilectiſſimus diſcipulus, Franciſcus a Caſtro-Durante, qui in cubiculo orans vidit in ſpiritu mulierem quamdam, Fratribus ſumme beneficam ex triſtitia deſperantem, & clauſo oſtio laqueum ſibi parantem. Accurrit, pulſavit, increpavit, ad ſaniorem mentem reduxit. Mirum illud eſt, quod in ſanctæ obedientiæ commendationem ibidem evenit. Juſſerat Guardianus Ægidium a Florentia laicum, alias virtute inſignem, & ſanctæ orationi addictiſſimum, ut viam ad proximum nemus ducentem, malis herbis, & ſentibus purgaret, inſtante quadam ſolemnitate, & populi frequentia. Ille jam tertio monitus, neglecto

Obedientia gratior oratione.

Su-

Superioris præcepto, ad conſuetam orationem, tamquam Deo magis gratam, ſe convertit. Poſt preces matutinas Dœmon in ſpecie viſibili per ſcapulas aſſumptum in altum elevavit, in præceps acturus. Clamanti & auxilium imploranti accurrit Matthæus a ſancto Joanne, & tibia correptum remorari conatur. Irridens Dœmon utrumque ad ſe trahebat, donec Guardianus, qui nondum a choro diſceſſerat, in altum elatos aqua luſtrali aſperſit, & Dœmoni præcepit, ut ſibi ſubditos reſtitueret. Obſequutus imperio, utrumque fortiter in terram eliſit, & ſtatim evanuit. Ægidius ex ruina, & concepto timore gravi correptus infirmitate, ſuo malo didicit præſtantius eſſe obedire, quam ſacrificare.

XXIV. In regno Neapolitano, & Provincia Apuliæ prædicabant magno cum fœnore frater Joannes Siculus, & ſocii, Regularis Obſervantiæ profeſſores, quorum virtute, & doctrina allecti cives Tranenſes rogaverunt Pontificem, ut liceret Cœnobium extruere pro his Patribus extra urbem ad Eccleſiam ſanctæ Mariæ Montis-Albani, ex ruderibus vetuſti & derelicti Monaſterii ſanctæ Mariæ de Columna, Ordinis ſancti Benedicti: *Romanus Pontifex*, x. Kalendas Junii. Ita factum, ſub annum ſequentem, non autem MCCCC. a quo domicilii originem ſupputandam aſſerit Gonzaga. Contendunt aliqui, hoc in loco ſepulta eſſe corpora ſanctorum Stephani Papæ & martyris, atque Hilarionis Abbatis, de quo ego valde dubitaverim, cum aliis in locis haberi in eorumdem Actis legatur.

Con. Tranenſis.

Gonz. in Prov. S. Nicol. Conv. 5.

XXV. In eodem regno, & Provincia Aprutiorum, prope urbem Amiterni, ſive Aquilanam, habitabant ab aliquot annis, ſicut alias narravimus, ad templum ſancti Juliani Regularis Obſervantiæ profeſſores. Hoc anno decreverunt Canonici Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Interveneris, propter laudabilem eorumdem converſationem, & fructum animarum, quem in illa Provincia exercebant, eis concedere prope eamdem urbem Eccleſiam ſancti Antimi ad ſe ſpectantem, cum horto & ſilva contigua, ut aliud ſibi ædificarent Cœnobium. Rem diſcutiendam commiſit Pontifex Archipresbytero Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Pergameo, Diœceſis Aquilanæ. Quid vero factum ſit, non comperio; neque enim in catalogo Conventuum Provinciæ Aquilanæ, ſive ſancti Bernardini, hujus Eccleſiæ, aut domus ſancti Antimi mentionem invenio: *Piis ſupplicum votis*, III. Idus Decembris.

Tom. 9. an. 1415. n. 16.

XXVI. In eodem regno extra civitatem Beneventanam, olim Hirpinorum coloniam, nunc juris Pontificii, habitabant Clariſſæ in Monaſterio ſancti Laurentii, prope alterum Sororum Ordinis ſancti Benedicti, ſub titulo ſancti Deodati. Sed ne paterent hoſtium injuriis, translatæ ſunt ad ipſam Civitatem, domiciliumque derelictum petierunt Cives concedi Fratribus Regularis Obſervantiæ. Petitioni ſubſcripſit Pontifex, commiſſo rei examine Philippo Epiſcopo Amerino, tunc in prædicta Civitate reſidenti: *Sacræ Religionis*, v. Nonas Octobris. Gonzaga differt hujus Cœnobii conſtructionem uſque ad annum MCCCCL. & Monaſterium derelictum ait fuiſſe Benedictinarum, contra tenorem Bullæ Pontificiæ, & novi Cœnobii titulum ſancti Laurentii, quo prius audiebat Clariſſarum Monaſterium. De his iterum, ſub annum prædictum MCCCCL. ſermonem inſtituemus.

Conv. Beneventan.

Gonz. in Prov. Terræ-labor. Con. 10.

XXVII. In Provincia Campaniæ ejuſdem regni, Theani Sedicini, urbis non ignobilis, cives, & vir nobilis Joannes Antonius Dux Oneſſæ, rogaverunt ut ſibi liceret ædificare Conventum Regularis Obſervantiæ, extra urbem prope ſacellum Trinitatis, vel ubi magis placeret fratribus Martino de Campanea, & Nicolao de Caſtro-maris Stabienſi, ejuſdem Inſtituti profeſſoribus: *Sinceræ devotionis*, Kalendis Octobris. Anno ſequenti fabrica-

Conv. Theani.

Indid. Conv. 15. tum D. M. ab urbe refert Gozaga, fundum concedente pio & nobili viro Ludovico Gallucio, & ſumptus prædicto Duce, Senatuque Theanenſi. Titulum habet ſancti Antonii de Padua, qui innumera ibidem operatur miracula, & inſignem confraternitatem Conceptionis immaculatæ Virginis Mariæ.

Gonz. in Prov. Principat. Conv. 21. Conv. Cilenti. XXVIII. In Provincia Principatus hoc anno, non vero, uti habet Gonzaga MCCCCXIV. ſuſpicor inter medios pagos erectum Conventum ſancti Franciſci Cilenti a ſancto Bernardino Senenſi; neque enim ſub illud tempus adeo celebre erat Bernardini nomen, neque adeo tunc extruebantur Conventus Regularis Obſervantiæ. Non aliud invenio hujus conſtruendi Cœnobii Diploma, quam illud alias ſancto Bernardino conceſſum, ut quatuor poſſet vel fabricare, vel admittere pro ſuis Confratribus domicilia.

Conv. Speciani. XXIX. In Calabria Joannes Spina Presbyter ſecularis ſabricavit in ſua patria, & pago Speciani, Cuſentinæ diœceſis, ſacellum in honorem beatæ Catarinæ, quod ſimul cum adjunctis hortis & domibus, contulit Miniſtro & Fratribus provinciæ Calabriæ, accedente conſenſu ſummi Pontificis: *Piis ſupplicum votis*, Kalend. Junii. Spectat ad Cuſtodiam Vallis Patrum Conventualium.

XXX. In Siciliæ inſula egregie ſuum Inſtitutum propagavit beatus Matthæus Agrigentinas, regreſſus a pio, & illuſtri illo certamine de veneratione publica exhibenda nomini Jeſu, de quo paulo ante locuti ſumus. Omnes porro, quas deinceps ſabricavit ædes, & quas prius extruxerat, *ſanctæ Mariæ a Jeſu* vocabulo inſignivit, ingenti fervens erga ſacratiſſimam Virginem affectu, & erga divinum nomen reverentia. Panormi, in Sicilia nobilis emporii, Conventus ſanctæ Mariæ de Jeſu ſub hoc tempus initium habuit ab illius prædicatione. Cives decreverunt Conſodalibus domum ſabricare; ſed dum altercarentur de ſitu, contendentibus Panormitanis ut intra urbem, Matthæo deprecante, ut procul a turbis ædificaretur, tamdem in hoc conventum eſt, ut ubi aſellus Fratrum mancipatus obſequio, proxima luce ſub onere ſiſteret, domus conderetur. Sequuti ſunt omnes ex pacto præeuntem, & hærentem obſervarunt ad ſecundum ab urbe lapidem, prope vetuſtum ſacellum ſancto Antonio Patavino ſacrum. Religioſe hic conſtructum domicilium, in ſundo ab Antonino & Electa Mirabili civibus Panormitanis conceſſo, alii poſtea auxerunt, & per montem ſabricatis devotis ſacellis, divinæ contemplationi inſtruxerunt. Multi hic floruerunt Viri pietate & doctrina inſignes, inter quos valde præcelluit prædictus Agrigentinas, ibidem ſepultus, de cujus morte & cultu opportunius agam annis ſubſequentibus, necnon Benedictus a Sanfratello. Illic ſingulari pietatis & virtutis exemplo longo vixit tempore, a ſeculo ſequeſtratus Beniguus a Genua, vir religioſiſſimus, olim totius Ordinis Generalis Miniſter, quem ego reverenter obſervabam. Ab ejus laudibus abſtineo, ne hominem modeſtiſſimum offendam. Rochus Pyrrus in notitia Eccleſiæ Panormitanæ datum Fratribus hunc Conventum anno MCCCCXX. affirmat: unde tamen accepit, non indicat.

Conv. Panormi. *Idem in Prov. Sicil. Conv. 3.*

Conv. Meſſanen. *Indid. Conv. 1.* XXXI. Meſſanenſes vero cives conſiderantes uberrimos fructus, quos ex Matthæi diſcipulorumque converſatione, & concionibus quotidie hauriebant, decreverunt etiam ſub hoc tempus eis conferre Monaſterium Sororum beatæ Mariæ Montis-Carmeli extra urbem conſtitutum, ex quo paulo ante ſacras Virgines tranſtulerunt ad Civitatem, & Cœnobium ſanctæ Mariæ de Monte Alto. In accepti beneficii memoriam ſolvi ſibi voluerunt illæ quotannis ceræ libras duas cum dimidia. Ab illo tempore, inquit Gonzaga, commutato ex parte antiquiori titulo ſanctæ Mariæ Montis-Carmeli in ſanctæ Mariæ de Jeſu, commodum coaptarunt Meſſanenſes educandis tironibus domi-

micilium. Ex hac appellatione conjicio, non ante hoc tempus datum fuiſſe Minoribus iſtud domicilium: neque enim antequam ſanctus Bernardinus publicis concionibus, anno MCCCCXXV. cœpit populos ad ſanctiſſimi nominis *Jeſu* venerationem excitare, idque ſibi licere poſt publicam diſputationem, Martini Pontificis aſſenſu conſtiterat, his nominibus *Jeſu*, aut *ſanctæ Mariæ a Jeſu* cœperunt Conventus appellari. Niſi velis ſub annum MCCCCXVIII. uti ſcribit Gonzaga, conceſſum hoc Cœnobium, & poſtea circa iſtud tempus ita intitulatum. Admiſſum a prædicto Agrigentinate, virtute cujuſdam Diplomatis Martini Pontificis, ait Rochus Pyrrus, quo quinque Cœnobia in Sicilia ædificanda ut admitteret, indulſit. Ego in Regeſto anni VIII. Pontificatus produco Diploma, neſcio an id ipſum, vel ſimile, in quo tria dumtaxat conceduntur.

XXXII. Paulo poſt addiderunt ſecundum Conventum cives Meſſanenſes, cupientes habere viciniores viros hos religioſos, quorum vita & converſatio maxime arridebat. Intra Civitatem fabricare voluerunt, ſed Fratribus renitentibus, & conſtanter contradicentibus, quod urbanæ turbæ, & familiaris populi concurſus eorum quieti, & ſacris exercitiis adverſarentur conventum eſt, ut C. P. ab urbe fabricaretur. Commodum itaque & amplum ædificarunt cives Cœnobium, non longe a civitate, quod etiam *ſanctæ Mariæ de Jeſu* voluit beatus Matthæus appellari. Eccleſiam conſecravit anno MCCCCLXIV. Jacobus de Tudiſchis Archiepiſcopus Meſſanen. ſub Pio II. & Joanne Rege Siciliæ. Primus ille Conventus inſervit tironibus educandis, iſte adoleſcentibus in Philoſophia, & ſacris litteris erudiendis. An domus iſtæ Meſſanenſes poſteriores aut contemporaneæ, vel priores ſint origine, aliis tribus Siculis, Panormitana, Agrigentina, & Calatagironenſi, quas ſupra ex Gonzaga exſcripſimus, nihil licet definire, nullo certo ſuffragante ſtructuræ monumento. Incidi in vetuſtam ſchedam, quæ Meſſanenſem Conventum refert, extructum eſſe anno MCCCCXXV. & Panormitanum inchoatum anno MCCCCXXVI. die 11. Aprilis. Qua id fide, incompertum. Conv. Meſſanens ſecundus. *Indid. Conv.* 2.

XXXIII. Nicoſiæ in eadem inſula, ſuper portam Eccleſiæ Patrum Conventualium, quidam characteres vetuſti Gallici indicant, hoc anno fuiſſe conſtructam. Valde antiquum eſſe ipſum Conventum aſſerit Petrus Rodulphus, & Fratres prius habitaſſe ad Eccleſiam ſancti Antonini; in quibuſdam etenim vetuſtis ſcripturis Superior illius Cœnobii inſcribitur Guardianus ſanctorum Franciſci & Antonini. Conv. Nicoſ. *Rodul. fol.* 280.

XXXIV. In provincia Umbriæ, & diœceſi Spoletana, oppidani caſtri Viſſi obtinuerunt licentiam a Martino Pontifice, ut in ſuo territorio poſſent ædificare Fratribus Regularis Obſervantiæ Conventum prope Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Nutellera. An vero ita fecerint, non comperio, dum inter alias ædes provinciæ ſancti Franciſci Regularis Obſervantiæ, Umbriam complectentis, iſta non recenſeatur. In provincia tamen ſancti Franciſci Patrum Conventualium, & Cuſtodia Montanorum inter alios connumeratur locus *Viſſi*. An ſit hic, poſtea fortaſſis ab Obſervantibus derelictus, vel pacto aliquo ad Conventuales translatus, an alius antiquior, neſcitur: *Piis ſupplicum*. Kalend. Aprilis. Conv. Viſſi.

XXXV. Ædificaverat frater Bartholomæus de Caſtro Eremitæ, Firmanæ diœceſis, in territorio ejuſdem caſtri domum, & Eccleſiam ſub vocabulo ſancti Antonii, ut commodius liceret impugnare hæreſim Fratricellorum ibidem habitantium. Frater Hieronymus Vicarius Obſervantum in provincia Marchiæ Anconitanæ petiit domum hanc ſibi Fratribuſque ſuis concedi. Commiſſo rei examine Præpoſito Eccleſiæ Divi Petri de Monte Conv. Caſtri Eremitæ.

Ulmi,

Ulmi, aliquid obſtitit fortaſſis quin hæc fieret cooceſſio; non enim iovenio domum iſtam inter eas, quæ conoumerantur in provincia prædicta: *Piis ſupplicum*, VI. Kalend. Februarii.

Conv. S. Jobi Venetiis. XXXVI. Io urbe Venetiarum nobiles aliquot viri domicelli Veneti, ex familiis Contarena, Juſtiniana, Dandola, Maurocena, Delfina, aliiſque, quorum intererat, & nomina exprimuntur in Diplomate Pontificio, hoc anno conceſſerunt Fratribus Jacobo Buſello, & Marco Quirino ſacellum ſancti Job, in parochia ſancti Hieremiæ, juxta *Canalregium* vulgo nuncupatum, conſtructum, ut ibidem ſibi domum erigerent: *Humilibus*, II. Idus Maii. Paulo poſt Lucia Delfina, nobilis & pia fœmina, relictis in huoc uſum ſuis facultatibus, præſcripſit hæredibus ut Regularis Obſervantiæ Fratribus domum ædificarent, obtenta prius facultate a Martioo Pontifice. Alii etiam Conv. in Prov. S. Anton. Conv. 7. pii Veneti, præſertim Chriſtophorus Maurus, ſuas operas & opes adjecerunt, ita ut ampliſſimam & nobiliſſimam in molem excreverit ædificium, fuit ille Chriſtophorus ſancto Bernardino addictiſſimus, a quo per vaticinium didicit, ſe ad Venetæ Reipublicæ principatum evehendum. Quamobrem Venetorum Dux electus præſagii memor, dum vixit, Fratribus liberaliſſime benefecit, & moriens apud eos voluit ſepeliri. Ultra alias inſigoes reliquias quæ hic aſſervantur, habetur corpus ſancti Lucæ Evangeliſtæ, a Fratribus hujus Inſtituti ex Boſna delatum, uti ſub Pio II. anno MCCCCLXIII. commodius referemus.

Conv. Iſari. Idem in Prov. Cantab. Con. 21. XXXVII. In mari Caotabrico, e regione oppidi Barmæi, diœceſis Calaguritanæ, inſula parva vix trecentos paſſus in gyro continens, *Iſaro* Cantabrice nuncupata conſurgit, ad quam difficilis eſt acceſſus, propter tempeſtuoſum in ſtricto ſinu motum aquarum. In ſummitate rupis hujus inſulæ erat ſacellum devotiſſimum beatæ Virginis Mariæ, idque dono dedit Didacus Stunnica Epiſcopus Calagurritanus fratri Martino ab Arteaga, viro religioſiſſimo, anno MCCCCXXII. ut ibidem Conventum Fratribus Obſervantiæ conſtrueret. Obtenta a Martino Pontifice facultate, & a Barmæanis pecunia neceſſaria, hoc anno fabricam inchoavit: *Ad ea libenter*, VIII. Kalend. Octobris. Anno porro MCCCCLXIII. inſulam ipſam, ut liberius Deo vacarent, Henricus Caſtellæ Rex Fratribus donavit. Deinde pientiſſima Regina Eliſabetha Ferdinandi V. uxor, plurima ad hujus Cœnobii decorem & amplitudinem contulit, & ad rupis verticem, io quo ſitum eſt, iter complanavit, magnis impenſis & labore, deducta ſcala graduum ducentorum & quinquaginta. Eſt hic locus celeberrimus, & multorum piorum virorum ſacrum ſeminarium. Magna vivitur hic frugalitate, panem biſcotum, aut nauticum, herbas, & piſciculos ab ipſis Fratribus captos, vel aliquando a piſcatoribus ultro elargitos habeotes pro alimento. Multoties, hiberno præſertim tempore, magna afficiuntur inedia, quare linteo in editiori loco in ſignum expaoſo, vicinioris pagi accolis ſuam indicaot penuriam. Hi arreptis lembis, & robuſtis nautis, panem, alioſque cibos per medios fluctus, & intumeſcentis Oceani undas, magno vitæ diſcrimine, veluti caſtro obſidione cincto ſollicita inferunt pietate. Comites Stabuli Caſtellæ ex maritimis decimis, quibus potiebantur, largas ſolebant Fratribus eleemoſynas tribuere, quia nautas, navigantesque mercatores ſuis orationibus, & tenebricoſis noctibus accenſo lumioe, ne in obvios, & ioextricabiles ſcopulos impingerent, ſolerter adjuvabant. Sed cedentibus io jus regium præſatis decimis, tenue a miniſtris recipiunt ſubſidium. Deiparæ Virginis imago illic miris, & frequentibus coruſcat prodigiis, qua de cauſa plures recipiunt Eratres eleemoſynas.

XXXVIII. Io hanc inſulam albæ quædam aviculæ maritimæ, quas a gar-

garritu *Chirrias* vocant Cantabri, turturibus paulo majores, ſub Aprilis initium quotannis advolant nidificaturæ, atque educta prole, ſub Septembris medium ad loca avolant calidiora. Dum hic morantur quadripartito agmine univerſam occupant inſulam, una ſemper in rupis ſummitate excubias agente. Cum in inſulam aliquis aſcendit, vel Fratrum quiſpiam per inſulam digreditur, illa veluti claſſicum canens, celeriori, & altiori garritu reliquas monet, ut ad pugnam prodeant. Statim agmen, cui obambulans vicinior eſt, ſimul egreditur, & congreditur, hominem alis, roſtroque petens, donec loco recedat, niſi accitis aliis, adhibitiſque baculis, aut arundinibus ab earum ſe liberet moleſtia. Defeſſo primo agmine ſuccedit ſecundum, mox tertium, & quartum, neque pugnare deſinunt, donec fatigentur, vel vincant. Majori irruunt conatu in corvos, miluos, & accipitres; conjunctis enim viribus, quatuor agmina in unum collecta, vel ab inſula abigunt, vel diſcerpunt.

XXXIX. Leucis quatuor ab urbe Palentina, ea ex parte, quam *Villas novem* vocant, eminenti & amœniſſimo loco prope Carrionis fluvium, unde longe lateque circumjacentes campi, & numeroſa oppidula conſpiciuntur, viri nobiles Petrus Manriquius, Legionenſis regni Antilatus (Hiſpanice *Adelantado*) & Leonora a Caſtella conjuges, propter ſummam, quæ intercedebat cum beato Petro a Sanctojo amicitiam, fundum impetrarunt a Guttiero Palentino Epiſcopo, ibique Conventum *beatæ Mariæ de conſolatione* nuncupatum, circa hunc annum, annuente Martino Pontifice, conſtruxerunt. Illic habitant viginti quinque Patres Recollecti provinciæ Conceptionis, vixeruntque viri religioſiſſimi. Vocatur Conventus Calagurris, oppidi ſcilicet, non urbis Epiſcopalis, de quo ſuo loco actum eſt.

Conv. Calagurris. *Idem in Prov. Concept. Con. 19. Monum. MSS. hujus Convent.*

XL. In civitate Barcinonenſi reliquerat Bertrandus Nicolai quaſdam ſuas facultates pro ædificanda domo Regularis Obſervantiæ. Opportune illuc appulerat quidam ſancti Bernardini ſocius, vir religioſiſſimus, & inſignis eccleſiaſtes, cujus ſermonibus oblectatus Barcinonenſis Senatus, decrevit ſtrictioris hujus vivendi normæ ſectatoribus domicilium elargiri. Applicato in hunc finem tenui prædicti Bertrandi legato, collectiſque aliis ſubſidiis, Senatus hoc anno opus inchoavit, aliquantulum extra portam Angelicam, jacto primo lapide ab Alphonſo Rege, & dicata Eccleſia *ſanctæ Mariæ a Jeſu*, juxta ſancti Bernardini conſuetudinem, totum opus abſolvit. Cœnobium eſt amœnum, religioſiſſimum, & capaciſſimum, ibique habita ſunt Comitia generalia, & condita illa graviſſima Ordinis Statuta, Barcinonenſia nuncupata. Paſſim ibidem, vel in Conventu majori celebrantur etiam Comitia provincialia, miniſtrantibus civibus ex publico ærario ſumptus neceſſarios. Jacent hic Viri doctiſſimi in ſacra Theologia Magiſtri, frater Boix, qui e Fratribus Conventualibus, & frater Sicardus, qui ſpeciali privilegio e Carthuſianis ad hos Obſervantes tranſierunt, & pie deceſſerunt. Alii etiam plerique viri optimi illic curſum conſummarunt, ſed omnium poſtremus Petrus a Campo, laicus, vitæ ſanctiſſimæ, ferventiſſimæ, & aſſiduæ orationis, qui tanto devotionis exceſſu frequentiſſime ſuſpendebatur, ut ſupra ſeipſum raptus, & ultra humanum ſenſum ſuperiori affectus virtute, quid circa ſe exterius ageretur, neſciret.

Conv. Ieſu Barcinonen. *Gonz. in Prov. Catalon. Conv. 1. Monum. MSS.*

XLI. In civitate Caffenſi in Taurica Cherſoneſi, ad mare Euxinum, habitabant hoc tempore Minoritæ prope portam *Cajador*, in Eccleſia ſanctæ Mariæ non longe a foro ſita, divina celebrantes officia: *magna*, inquit Pontifex, *Chriſtianorum ædificatione, & Tartarorum illuc quotidie confluentium admiratione*. Excipiebant infantulos expoſitos, potiſſimum parentibus infi-

Conv. Caffen. *Regeſt. Vatic. lib. 1. de mixtis form. ann. 10. fol. 166.*

inſidelibus progenitos, quos ſacro Baptiſmatis lavacro tinctos educabant, & in fide docebant Catholica. Alia pleraque præſtabant in Chriſtianorum illic degentium obſequium, propter quæ varia onera, & expenſas ſubire oportebat, ſuis viribus majora. Commendavit itaque Pontifex, ut tum Eccleſiæ ruinæ, tum Fratrum neceſſitatibus, illarum partium fideles piis ſuccurrerent ſubſidiis.

Conv. S. Blaſii Canalium. Gonz. in Provin. Raguſ. Con. 6.

XLII. Circa hunc annum Conventus ſancti Blaſii Canalium XVIII. M. P. ab urbe Raguſea, ex diverſis eleemoſynis, in amœna quadam valle conſtructus eſt. Plurima nunc patitur incommoda a Turcis per illas regiones late dominantibus.

XLIII. Invenio hoc tempore mentionem Monaſterii Clariſſarum de Horto *ad Cavam* nuncupati, Surrentinæ diœceſis, in regno Neapolitano, cujus paupertatem ut relevaret Pontifex, ſcripſit Epiſcopo Trojenſi, ut de male perceptis, & reſtitutioni obnoxiis, eis ſubveniret. Clariſſis Jugi Sillarum, vulgo *Tordeſillas*, Palentinæ diœceſis, intercedente Joanne Rege Caſtellæ, confirmavit omnes poſſeſſiones, & bona a Regibus Hiſpaniarum, aliiſque benefactoribus collata, & judices conſervatores conſtituit Epiſcopos Abulen. ac Zamoren. & Priorem Monaſterii ſancti Benedicti Valliſoletani: *Etſi ex debito ſollicitudinis*. XII. Kalend. Octobris. Regimen Mona-

Ann. 1425. n. 29

ſterii S. Luciæ Fulginatis, uti ſuperius diximus, tranſtulit a Patribus Conventualibus ad Obſervantes Cœnobii ſancti Bartholomæi: *Supra gregem Dominicum*. XII. Kalend. Julii.

XLIV. Tertii Ordinis, a ſancto Franciſco inſtituti, occurrunt hoc tempore multa domicilia virorum & mulierum: unum ad ſanctum Audomarum in Belgio, diœceſis Morinen. infra limites parochiæ ſanctæ Margaritæ: & Pontifex indulſit, ut in proprio oratorio, ſeu ſacello adjuncto, ſacræ Euchariſtiæ Sacramentum Fratres, & Sorores poſſent recipere: *Eximiæ devotionis affectus*. V. Idus Julii. Secundum, extra muros Brugen. diœceſis Tornacen. extruxerunt ſub titulo *Calvarii*, Joannes de Blonde, & Joannes Stenaert ejuſdem Inſtituti, miniſtratis ſumptibus ex facultatibus Guillelmi Koc, in hunc uſum legatis: *Dignis petentium votis*. Idibus Maii. Tertium, Hiſpali, aliaque plura in provincia Bætica, & in Caſtella, quorum Viſitator generalis Gonzalvus de Alcaçar, minus æque ſe gerens, & ad Ciſtercienſes propria tranſiens auctoritate, occaſionem dedit querelis in Curia Romana per Ferdinandum de Valdeores, prædicti Inſtituti procuratorem, expoſitis: *Juſtis petentium votis*. VI. Kalend. Junii. Aliud erat extra muros urbis Januenſis, in loco dicto *Clapeto*, ab Antonio de Brayda Pedemontano, & Joanne de Govono Albenſi, ſub nomine ſancti Elzearii extructum. Hujus loci incolis liberam tradidit Pontifex ſepulturam, & ſacramentorum Euchariſtiæ, atque Extremæ Unctionis adminiſtrationem, ſeu receptionem: *Iis per quæ perſonarum*. Nonis Maii.

XLV. Sororum Tertii Ordinis alia recenſentur domicilia, unum in oppido Gandenſi, Tornacenſis diœceſis, ſitum infra parochialem Eccleſiam ſancti Joannis, ad quam ne tenerentur Sorores accedere pro audiendis divinis officiis, aut recipiendis Sacramentis, Pontifex indulſit: *Digna reddimur attentione ſolliciti*. V. Kalend. Junii. Hæ vero Sorores bonum Ordinem in meliorem commutantes, ſponte ſua amplexæ ſunt pauperum Clariſſarum Inſtitutum. ſeſe ſubjicientes obedientiæ, & regimini Miniſtri Fratrum Minorum provinciæ Colonienſis, die ultima Septembris, an. MCCCCXC. At anno MDLXXII. Sororibus & Fratribus inde profligatis, Monaſteria ſunt funditus everſa, capto oppido ab hæreticis. Alterum erat in oppido Dugsburgh,

burgh , Colonien. diœceſis , cujus Sorores declaravit Pontifex obligari ad perpetuam caſtitatem obſervandam : *Humilibus ſupplicum votis* . VII. Kalen. Maii . Tertium erat in civitate Caſtelli , olim Tiferno , in finibus Umbriæ , a piis quibuſdam mulieribus , quæ hujus Inſtituti habitum aſſumpſerunt ex propriis facultatibus , ſub vocabulo ſanctæ Cæciliæ extructum : *Pia fidelium vota* . Kalend. Februarii .

XLVI. Mota quadam controverſia in provincia ſancti Jacobi, ad quem Conventum ſpectabant libri , ornamenta , & alia mobilia Fratrum , qui ex Conventualibus ad Obſervantes tranſibant , an ſcilicet ad Conventus , a quibus diſcedebant , an vero ad illos , in quibus degebant , declaravit Pontifex ſpectare ad ea loca , in quibus moriebantur : *Ad hoc cura Regularis Obſervantiæ* . III. Idus Maii . Fratribus Heydelbergenſibus , aliiſque in dominio Ludovici Comitis Palatini , Rheni , & Bavariæ Ducis conſtitutis , & Obſervantiæ regularis ſectatoribus , conceſſit , ut ex ſuo Inſtituto virum idoneum ſibi præficerent in Vicarium : *Ad ſtatum Monaſteriorum* . VI. Idus Auguſti . Miniſtro Generali , & Superioribus Ordinis Minorum ſubjecit profeſſores Tertii Ordinis cujuſcumque conditionis, datis litteris ad Jordanum, Epiſcopum Albanenſem , Ordinis Protectorem : *Inter cetera* . V. Idus Decembris .

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO .

„ I. NOnnulla ſunt ex Vaticano , quæ commemoremus , & primo *Litteræ Pontif. pro Fratr.*
„ quidem ſummi Paſtoris vigilantiam & benignitatem commen-
„ dant litteræ : *Benigno ſunt &c.* VII. Idus Januarii expeditæ , quibus fra-
„ ter Petrus de Bages converſionis infidelium in opere Apoſtolico confor- *Indic. ex Vatic.*
„ tatur : VI. vero Idus Martii decreto Magiſterio fratri Joanni Simoni :
„ *Viri ſacræ &c.* II. Idus ejuſdem menſis frater Simonettus Spoletanus in
„ officio Inquiſitionis per Umbriam confirmatur : *Quæ in favorem &c.* XII.
„ Kalend. Aprilis . Cuſtodi Provinciæ Peruſiæ pro apoſtatis expeditæ fue-
„ runt litteræ : *Juſtis ſupplicum &c.* & conſimilibus datis XII. Kalend. Ju-
„ lii , conceſſiones factas cuidam fratri Gabrieli Pontifex confirmatas vo-
„ luit : *Juſtis ſupplicum &c.* emanarunt autem privilegia pro Monialibus
„ ſanctæ Mariæ de Caſeriis : *Ex Apoſtolicæ &c.* III. Idus præfati menſis , &
„ II. Idus facultas erigendi Conventum pro Obſervantibus in provincia
„ Aragoniæ : *Piis fidelium &c.* ſed IV. Nonas Auguſti Epiſcopo Frequenti-
„ no mandatum eſt , ut Fratribus Tertii Ordinis duo loca in Siciliæ Re-
„ gno benigne concedat : *Piis ſupplicum &c.* in gratiam vero Lectoris ,
„ ubi ſit hic Epiſcopatus aperiam : in Hirpinis Regni Neapolitani Frequen-
„ tum eſt , vulgo *Fricenti* , civitas Epiſcopalis , Benevento a quo XII. M. P.
„ abeſt , & Abellino proxima : cum autem urbs modica ſit , ejus Epiſcopa-
„ tus Abellinati copulatus fuit . Ceterum frater Nicolaus Wegmanus
„ XV. Kalend. Octobris Pœnitentiarius effectus eſt : *Religionis zelus &c.* *Ex Topog. Ferr.*
„ circa lecturam Fratrum Guillelmi & Silveſtri : *Romani Pontificis &c.*
„ Epiſcopo vero Sylvien. ut concedat Fratribus Obſervantibus Eremito-
„ rium ſanctæ Mariæ de virtutibus Ulixbonen. *Cum ſecularium &c.* II. Kal.
„ Octobris litteræ prodierunt ; præter quas , eas Martini IV. *Exultan-*
„ *tes &c.* per ſuas ſpeciales : *Amabiles fructus &c.* pro noſtris Fratribus
„ confirmatas voluit ; quæ quod concernant inſtitutionem Syndici Apoſto-
„ lici , ejuſdemque ex munere auctoritatem , ex Minorum Speculo , huc
„ de verbo ad verbum transferre non pigebit .

MARTINUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Renovat Inſtitutionem Sindici Apoſtolici.

" 1. *A Mabiles fructus, quos ſacer* Ordo *Fratrum Minorum, velut pomerium quodam divina manu conſitum in agro militantis Eccle-*
" *ſiæ in ubertate produxit hactenus, & producit aſſidue, ut odorem ſuavi-*
" *tatis in omnem terram ex fructuoſis operibus dicti* Ordinis *profeſſorum con-*
" *tinue prodeuntem, in noſtræ conſiderationis intuitum ſpecialiter inducen-*
" *tes, de ſtatu præfati* Ordinis *proſpere conſervando, ut felicibus ſemper*
" *ſucceſſibus augeatur, ſollicite cogitare* Nos *convenit, & ad ea paternis*
" *ſtudiis intendere, per quæ profeſſores ipſi, ab exteris & ſecularibus curis*
" *relevati, in humilitatis ſpiritu, & contemplationis ſuavitate, ſincerius &*
" *quietius poſſint Altiſſimo famulari.*
" 2. *Dudum ſiquidem felicis recordationis Martini Papæ IV. prædeceſ-*
" *ſoris noſtri litteræ emanarunt tenoris ſubſequentis. Martinus Epiſcopus*
" *ſervus ſervorum* Dei. *Dilectis filiis* Generali, *& Provincialibus Miniſtris*
" *ac Cuſtodibus univerſis* Ordinis *Fratrum Minorum ſalutem, & Apoſtoli-*
" *cam benedictionem.*
" 3. *Exultantes in* Domino, *quod ſacri veſtri* Ordinis *profeſſores in Dei*
" *beneplacitis confirmati, promptitudinem devotionis, & operis illius ſtu-*
" *dent imitari veſtigia, ejuſque vias ſummopere cuſtodire, qui deſcendens a*
" *Patre luminum, & ſervi formam accipiens, ſe in laudis ſacrificium, pla-*
" *cabilem hoſtiam immolavit, cogitare judicamus honeſta remedia, quibus*
" *dicti* Ordinis *pura obſervantia in ſui vigore ſervetur, iidemque Fratres,*
" *qui pro nulla re temporali poſſunt in judicio experiri, excluſis quibuſcum-*
" *que ſollicitudinibus, liberius, ac quietius divinis vacent obſequiis, &*
" *offerentium, donantium, concedentium, aut in ultima voluntate relin-*
" *quentium* Ordini *prædicto, vel Fratribus ejuſdem* Ordinis *aliquid propter*
" *Deum pia intentio non fraudetur. Sic* Nos *ſollicitudinis, qua prædictus*
" Ordo *pro ſuis neceſſitatibus, quoties ingrueret neceſſitas, vel utilitas ſua-*
" *deret, recurrere ad Romanam Eccleſiam cogeretur, ad quam omnium re-*
" *rum mobilium, & immobilium, quibus Fratres uti poſſunt, jus, proprie-*
" *tas, & dominium nullo medio ſpectat, penſata incommoditate, vel diffi-*
" *cultate potius, quæ per hoc ingeri poſſet Fratribus ſupradictis, benignius*
" *indulgentes: volentes quoque hæredum, & executorum negligentiis obviare,*
" *ut Fratres ſecundum modos licitos, & congruos ipſi* Ordini, *relictis ſibi in*
" *teſtamentis eleemoſynis non fraudentur: ac ſperantes, quod iis, quæ pro*
" *ſtatu proſpero dicti* Ordinis *agenda fuerint, per nos eo ſalubrius, & uti-*
" *lius conſuletur, qua majori fueritis in hac parte auctoritate muniti.*
" 4. *Diſcretioni veſtræ, de qua plenam in* Domino *fiduciam obtinemus,*
" *ſpeciales perſonas per vos taliter nominatas, in iis adminiſtrationem legi-*
" *timam, & generalem, & liberam gerere, & ipſos veros, & legitimos*
" *Adminiſtratores, Æconomos, Syndicos, & Actores eſſe, de plenitudine po-*
" *teſtatis, præſentium auctoritate conſtituendo decernimus, qui res ipſas,*
" *& rerum prædictarum pretium, & prædictas eleemoſynas nomine dictæ*
" *Eccleſiæ recipiant, per eoſdem in Fratrum ipſorum utilitates, prout eis*
" *licet ex Regula, vel declaratione Regulæ, convertenda, ſicut, & quando*
" *a te, fili Generalis, & ſingulis aliis veſtrum in Provincia, vel Cuſtodia*

ſibi

„ *ſibi decreta, vel ab iiſdem Fratribus de aſſenſu veſtro extiterint requiſiti.*
„ 5. *Ac eædem perſonæ petendi, exigendi, recipiendi, alienandi prædicta, tranſigendi quoque & paciſcendi, conveniendi, compromittendi, remittendi, refutandi, quietationem faciendi, agendi, defendendi, ac in animas eorum de calumnia, & veritate dicenda jurandi, & cujuslibet alterius generis juramentum præſtandi cum illis, & contra illos, qui hujuſmodi res mobiles, & immobiles, ac pretium earum, vel relictas eleemoſynas Fratribus in teſtamentis occuparent, vel violenter auferrent, ſive contra voluntatem Fratrum quomodolibet detinerent: & generaliter in omnibus cauſis, pro rebus, & locis hujuſmodi ad Eccleſiam ſpectantibus, ipſorum Fratrum uſui conceſſis; necnon pro immunitatibus, libertatibus, & juribus, ac privilegiis, & indulgentiis eorumdem, ſine cujuslibet ſatisdationis, & cautionis onere, plenam, generalem, & liberam habeant, auctoritate Apoſtolica, in judicio, & extra judicium poteſtatem,*
„ 6. *Revocandi quoque perſonas eaſdem, & earum quamlibet, ac alias ſubrogandi, vel nominandi per ſupradictum modum nominationis, quoties opportunum fuerit, qui eamdem in prædictis, vel ſimilem habeant poteſtatem, plenam, & liberam concedimus, auctoritate præſentium, facultatem.*
„ 7. *Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Conceſſionis, & Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum apud Urbem veterem,* Kalendis *Februarii Pontificatus noſtri anno* 11.
„ 8. *Cum autem, ſicut exhibita* Nobis *nuper pro parte Miniſtrorum, Cuſtodum, & Fratrum prædictorum petitio continebat, licet ipſi ex litteris, & conceſſione præfatis, magnum commodum, quo puram in ipſo Ordine obſervantiam tenere, & quietius divinis Officiis, ac contemplationibus vacare valerent, ſe conſequi, reportareque poſſe proſpiciant, ipſi tamen piæ memoriæ Joannis Papæ* XXII. *etiam prædeceſſoris noſtri, Conſtitutione, quæ incipit:* Ad Conditorem, *per quam Miniſtris, & Cuſtodibus, & Fratribus prædictis, ne litteris, & conceſſione præfatis ſine Apoſtolicæ Sedis ſpeciali licentia utantur, inter cetera prohibetur, obſtantibus litteris, & conceſſione prædictis, ſine conſcientiarum ſuarum ſcrupulo, licite uti non poſſe formident, licentia hujuſmodi deſuper non obtenta.*
„ 9. *Pro parte Miniſtrorum, Cuſtodum, & Fratrum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuper his eis, & eorum ſtatui, & commoditatibus paternaliter providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.*
„ 10. *Nos igitur ex præmiſſis, & certis aliis cauſis animum noſtrum moventibus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, volumus, & auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, Miniſtris, Cuſtodibus, Fratribus prædictis concedimus, quod ipſi, & eorum ſinguli litteris, ac omnibus in eis contentis libere, & licite uti valeant tamdiu, & quouſque per Sedem prædictam aliud in præmiſſis eidem Ordini ut illius fuerit ordinatum.*
„ 11. *Non obſtantibus præmiſſis, & aliis quibusvis Apoſtolicis Conſtitutionibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.*
„ 12. *Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, & voluntatis infringere &c. Datum* Romæ *apud ſanctos Apoſtolos Kalend. Novembris, Pontificatus noſtri anno* xi.

» II. Tamdem expeditis litteris: *Ea, quæ de voluntate &c.* concer-
» nentibus nonnulla bona Monialium Siſtaricenſium, x. Kalend. Decem-
» bris, Martinæ Moniali Venetæ Martinus V. II. Idus Decembris privile-
» gia alias conceſſa, confirmata de benignitate Apoſtolica voluit: *Sinceræ*
» *devotionis &c.* Pluribus interea diverſis in partibus ex noſtris, regulari
» Obſervantia nedum, ſed ſcientia, ceteriſque etiam virtutibus mire
» fulgentibus, & in ſpecie in Conventu ſanctæ Mariæ de Jeſu Barcinonis,
» Provinciæ Cathaloniæ primo, & in Conventu ſanctæ Mariæ Calaguris, de
» conſolatione, Provinciæ Conceptionis decimo nono; dum Comitia Ge-
» neralia in feſto Pentecoſtes Antonius de Maſſa Miniſter Generalis Caſali
» convocaſſet.

ARGUMENTUM.

Petrus Cardinalis de Fuxo redit in Urbem infecta legatione Aragoniæ, de qua concludenda diu diſceptatur. Inſtituuntur Inquiſitores. Creantur Epiſcopi. Ædificantur Cœnobia.

Acta MSS. hujus legationis. Ann. 1425. n. 1. Petrus Cardinalis de Fuxo redit in Urbem.

I. Petrus Cardinalis de Fuxo Minorita, quem ad nobilem legationem, ut perniciosiſſimum ſchiſma Pontificium penitus aboleret, ſuperius diximus in Aragoniam amandatum, hoc anno die VIII. Januarii rediit in Urbem, honorifice, & ſolemni comitatu a Pontifice & Cardinalibus exceptus. In pleno conſiſtorio expoſuit, quæ poſt tot contradictiones & moleſtias cum Aragonum Rege ſtabilierat pro inveterati ſchiſmatis reliquiis eliminandis, & irati Principis propter adverſum Pontificis conatum, ne ille regno potiretur Neapolitano, amicitia reconcilianda. Alternis pactis cedenda multa, concedenda pleraque videbantur, ut tandem ſchiſmati finis, & pacis fœderi daretur initium. Maturo examine diſcutienda erant, quæ Alphonſus Rex petebat & promittebat, commiſſiſque Capitulis Brandæ de Caſtellioneis Placentino, & Ardicino de Porta Novarienſi, Cardinalibus, propter peſtem, quæ Urbem invaſit, aliaque impedimenta, protracta eſt concluſio fœderis uſque ad anni ſequentis exordium. Adfuit his omnibus, & ſolerter collaboravit Legato frater Joannes Rocca Minorita, ſacræ paginæ profeſſor, & Theologicæ facultatis Magiſter.

Fr. Joannes Rocca.

Fr. Marcus Inquiſitor in provincia Romana. Fr. Simonettus in Umbria. Fr. Nicolaus Pœnitentiarius.

II. Inquiſitores invenio duos, unum in provincia Romana, Marcum de Ferentino, in Capitulo provinciali Viterbienſi, a Franciſco etiam Viterbienſi inſtitutum, & Simonettum Spoletanum in Umbria, ab Antonio de Maſſa deputatum, quorum utrumque hoc anno peculiaribus litteris Pontifex confirmavit. Pœnitentiarium etiam decrevit in Baſilica Principis Apoſtolorum, & Curia Romana fratrem Nicolaum Wegmanum, ſacræ Theologiæ profeſſorem. Ratos inſuper voluit quoſdam articulos, & conventiones pacis & concordiæ ſtabilitæ inter Fratres Conventuales, ſeu clauſtrales (uti habet Diploma) & Obſervantes provinciæ Caſtellæ, communi conſenſu ſcriptos in Capitulo Methymnæ de Campis, diœceſis Salamantinæ, quos nos dabimus in Regeſto, ubi etiam videri poterunt nomina omnium Patrum, qui tunc provinciam hanc regebant: *Super gregem Dominicum*, v. Kal. Januarii. Biennio poſt ſcriptis litteris ad Epiſcopum Carthaginenſem, juſſit conſtringi utramque partem ad pactorum obſervantiam.

Concordia inter patres provinciæ Caſtellæ.

B. Juſtinus Polonus.

III. Hoc anno obiiſſe apud Colibinum in Polonia, beatum Juſtinum confeſſorem Minoritam, ſcribit Chriſtophorus Varſevicius, in catalogo Sancto-

ctorum Poloniæ, cujus acta aliunde petenda ſunt. Creati ſunt hoc anno Epiſcopi, Sevaſtopolitanus, ſeu Sebaſte in Armenia, ſub Patriarcha Conſtantinopolitano, frater Paulus Franciſci, per obitum Joannis: *Divina diſponente clementia*, x. Kal. Auguſti. Faventinus in Æmilia, & ditione Pontificia, ſub Archiepiſcop. Ravennate, frater Joannes eadem urbe oriundus, Theologiæ profeſſor, per obitum Silveſtri: *Divina diſponente clementia*, nonis Novembris. Civitatis novæ in Iſtria, ſub Patriarcha Aquilejen. frater Antonius Tyburtinus, ex Thinenſi Eccleſia translatus, VI. Kal. Maii. Thinenſis, & Michonenſis Inſulæ Cycladum, ſub Archiepiſc. Athenien. frater Jacobus Venetus, per translationem Antonii ad Civitatem novam: *Apoſtolatus officium*, x. Kal. Junii. Galtellinen. in Sardinia, frater Guillelmus de Maurana, ſive de Monraval, per obitum Joannis, etiam Minoritæ: *Apoſtolatus officium*, III. Nonas Martii. Magionen. ſive Mayonen. in Hibernia, ſub Archiepiſcop. Tuamenſi, frater Guillelmus de Pendergaſt. XVII. Kal. Auguſti. Eguinenſis in Athenarum inſula, ſub Archiepiſcop. Athenien. frater Berengarius Petrinus, per obitum Bertrandi: *Apoſtolatus officium*, III. Nonas Novembris. Baleacen. ſub Archiepiſcop. Antibarenſi, frater Bernardus de Drivaſto, per translationem Michaelis ad Drivaſtenſem Eccleſiam: *Apoſtolatus officium*, III. Nonas Novembris.

Fr. Paulus Epiſc. Sebaſt.
Fr. Joannes Faventin.
Fr. Antonius Civitatis novæ.
Fr. Jacobus Thinen.
Frat. Guillelmus Galtellinen.
Frat. Guillelmus Mayonen.
Fra. Berengarius Eguinen.
Frat. Bernardus Baleacen.

IV. Extra Utinum nobile Fori-Julii oppidum, non longe ab urbe Aquileja, nobilis quædam familia Utinenſis in propriis prædiis, Fratribus Obſervantibus ædem conſtruxit, ſub nomine S. Franciſci a Vineis, tum a loco, in quo fuerat conſtructa, tum ad diſtinctionem alterius Conventus ſancti Franciſci Patrum Conventualium intra muros erecti. Habetur hic in magna veneratione quædam Virginis Deiparæ imago, miraculis, & populi cultu percelebris. Structuræ licentiam dedit hoc anno Martinus per Bullam, quam Fratres in Conventus ſervant Archivo.

Conv. de Vineis Utinen.
Gonz. in Prov. S. Antonii Conv. 6.

V. Extra caſtrum Liniaci, diœceſis Veronen. populi univerſitas decrevit domum Minoribus ædificare, & obtenta hoc anno a Pontifice facultate, opus abſolvit: *Humilibus & honeſtis*, XVII. Kal. Septembris. Vigentibus poſtea bellis in illa regione, ex Veneti Senatus, cui oppidum paret, decreto, domum evertit, ne hoſtibus eſſet auxilio; Leonis X. tamen anno octavo iterum reſtituit, ſub titulo ſancti Antonii Patavini, * cui prior ædes erat dedicata.

Conv. Liniaci.
Indid. Conv. 26.

** In veteri editione legitur Antonii Abbatis, ſed perperam, ut Annaliſta ad an. 1520. advertit.*

VI. Roſſani, Calabriæ urbis, incolæ hoc anno conſtituerunt Minoribus habitaculum præparare, obtenta prius a Pontifice facultate: *Humilibus ſupplicum votis*, XII. Kalend. Aprilis. Opus complevit & perfecit circa annum MCCCCLII. frater Matthæus Rheginus, Roſſanenſis Antiſtes, ſancti Bernardini diſcipulus, quem tamen ſcribit Gonzaga ædis hujus fundatorem, illudque refert in ſtructura mirandum accidiſſe. Græci ea in urbe plurimi habitabant, & a longiſſimo tempore in Eccleſia Cathedrali ſuo ritu & idiomate officium canebant divinum. Matthæus Antiſtes ingenioſe expulſis, ſuffecit Latinos. Illi ut moleſtiam inferrent, vindictæ libidine quidquid in Conventus opere interdiu fiebat, nocte diruebant. Injuriam ultus eſt Deus, prodeunte univerſa prole Græcorum cum aliqua deformitate. Dei ſupplicium agnoſcentes, veniam ſui errati a Pontifice petierunt, & fabricam Templi, ſancto Bernardino ſacrandi communi conatu promoverunt, & primogenitis Bernardini nomen impoſuerunt, ſtatimque plaga illa ceſſavit. Jacet hic frater Petrus de Padulis, ſive de Paludibus, de quo ſuo tempore agemus.

Conv. Roſſani.
Gonz. in Prov. Calabriæ Con. 10.

VII. In Sicilia alterius Matthæi, optimi viri, Agrigentini, de quo ſæpe lo-

Conv. Camari. *Idem in Prov. Sicil. Conv. 6. Ann. 1427. n. 31.* locuti ſumus, ſama permotus Camari Comes, hoc anno ædificavit non procul a prædicto loco Conventum, ſub nomine *ſanctæ Mariæ a Jeſu*, virtute illius privilegii domos extruendi, vel admittendi, quod ſuperius Matthæo diximus a Martino conceſſum. Jacent hic honorificis loculis viri piiſſimi, Andræas ab Aragonia, in vita & morte miraculis illuſtris. Andræas alter, hoc Camari oppido oriundus, vir omni virtutum genere ornatiſſimus, qui ſui obitus diem, & rupis, ſub qua pauperculi foſſores laborabant, ruinam prædixit, & ab inſtanti morte admonitos liberavit. Alias de hoc pio viro ſermonem inſtituemus. Joannes etiam Camarinus laicus, in oratione aſſiduus, cui Dœmon multas, & periculoſas tetendit inſidias, & lethale vulnus inflixit, a quo beatæ Virginis, coram cujus imagine orabat, beneficio curatus eſt. Et Antonius Æthiops Tertiarius, ac ſupra modum humillimus, pleriſque aliis virtutibus inſignis, cui octiduo ante obitum Angelus Cuſtos reſolutionis diem prædixit. Miraculis, ſcribunt, plurimis clarere.

Andræas ab Aragonia. Andræas a Camaro. Joannes Camarinus. Anton. Æthiops.

Conv. Nicien. VIII. Jacobus Marchio Montis-Ferrati, & univerſitas incolarum oppidi Niciæ ſtramineæ, vulgo *della Paglia*, diœceſis Aquenſis, in Lombardia Ciſpadana, decreverunt Minoritis domum ædificare, juxta parochialem Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Quinzano, quæ paucos habebat parochianos, & ab altera ſancti Hippolyti parochiali Eccleſia parum diſtabat. Conceſſit Pontifex facultatem domum ædificandi, & jura omnia parochialia, ac reditus transferendi ab Eccleſia ſanctæ Mariæ ad Hippolytanam: *Piis ſupplicum*, IX. Kal. Februarii. Vulgarem quamdam refert Gonzaga traditionem, domum hanc a beato Amadeo circa annum MCCCCLXXVI. admiſſam. Sacellum habet, & confraternitatem, ſub nomine ſancti Joſeph, anno MDXXVII. inſtitutam ex voto oppidanorum, ut a graviſſima peſtis contagione liberarentur, quæ protinus ceſſavit.

Gonza. in Prov. Genua Conv. 41.

Conv. Valentiæ. *Idem in Provin. Valent. Conv. 9. Eſcolan. lib. 5. hiſtor. Valent. c. 9.* IX. Circa hunc annum extra urbem Valentiæ, inter amœniſſimos hortos conſtructum ab Alphonſo Aragonum Rege Conventum ſanctæ Mariæ de Jeſu, ſcribit Gonzaga. Hoc ipſo anno inchoatum in ſuburbiis ſancti Vincentii martyris, a Maria ejuſdem Regis conſorte, propter preces cujuſdam fratris Matthæi, aſſerit Gaſpar Eſcolanus, ejuſdem urbis, & regni Valentini hiſtoricus. Facile conciliantur aſſerta, ut Regina opus adorſa auxiliarium habuerit maritum. Matthæum vero Reginæ ſuaſorem Siculum illum Agrigentinum reputo Aragoniis Principibus ſubditum & familiarem, qui univerſis domibus, quas ſuo aggregabat Inſtituto, nomen iſtud *ſanctæ Mariæ a Jeſu*, uti ſuperius diximus, affigebat. Domus hæc perpetua ſerie floruit viris religioſiſſimis, ibique ſepulti ſunt Guillelmus Spoletanus, Franciſcus Antonius, Nicolaus Factor, pietate, & miraculis illuſtres, de quibus ſeorſim ſuis temporibus agemus. Accidit hoc in loco, ut quidam latrunculi ſacram pyxidem e Templo furarentur, & ſimul cum conſecratis formulis ſub ſterquilinio abſconderent, non procul a Conventu. Vel luminis noctu ſuper ſacrum latibulum apparentis, vel aquæ e vicino horto illuc, etiam hortulano invito, dilabentis indicio, vel unius ex furunculis ad ſuſpendium ducti (uti varia referunt narratione) confeſſione repertus ſacer theſaurus, magna veneratione, & ſolemni ſupplicatione ſuo loco reſtitutus eſt, extructa illic religioſa ædicula. Reverenter illic colitur beatæ Virginis Mariæ imago, quæ ſæpe ſuo alloquio piiſſimum virum Nicolaum Factorem recreavit.

Ann. 1427. n. 21.

Conv. Marchenæ. *Gonza. in Prov. Bat. Conv. 7.* X. Prope villam Marchenæ, Hiſpalen. diœceſis, inter oliveta ædificaverat Alphonſus Rodericus, Baccalaureus in Jure Cæſareo, Didaci de Anaja, Archiepiſcopi Hiſpalenſis in ſpiritualibus Vicarius generalis, eremitorium ſanctæ Eulaliæ ſacrum, deditque inhabitandum fratri Joanni a

ſan-

ſancta Marina, in Conventu Cordubenſi ſacræ Theologiæ profeſſori, qui ex deſiderio perfectioris vitæ ſimul cum aliis regularis Obſervantiæ ſectatoribus, habita prius licentia Joannis a ſancta Anna, provinciæ Caſtellæ Miniſtri, a quo etiam inſtitutus eſt Vicarius, eo ſe contulit victurus. Conſiderans poſtea, ad novum Religioſorum conſtituendum habitaculum prærequiri Romani Pontificis facultatem, hoc anno ſupplex oravit, ut a cenſuris, ſi quas cum ſociis incurrerat, abſolveretur, & deinceps ibidem cohabitare liceret. Votis annuit Pontifex, hoc anno ſcriptis litteris ad Archidiaconum de Reyna, in Eccleſia Hiſpalenſi: *Piis ſupplicum votis*, XIV. Kal. Maii. Domum poſtea in meliorem formam reduxit, & in commodum Conventum adaptavit Comes Arcuenſis, Petrus Pontius Legionenſis, non Lugdunenſis, uti habet Gonzaga, qui nimis propere ita factum anno MCCCCXX. aſſeverat. Habuit ſemper domus iſta viros virtute illuſtres, prædictum Joannem a ſancta Marina, in Vicariatu ab Eugenio IV. confirmatum; Joannem a ſancto Torquatio primum hujus Cœnobioli inquilinum; Joannem a Tavira Luſitanum, humilitatis, pœnitentiæ, orationis tantæ, ut vix exprimi poſſit; fratrem Petrum a Turribus, in cujus morte non aliter quam in tranſitu ſancti Antonii, celantibus ejus mortem Conſodalibus, pueri, juvenes, & ſenes, per urbem curſitantes clamabant: *mortuus eſt Vir ſanctus frater Petrus, e vivis exceſſit vir ille, Deo carus, Pater a Turribus*, ac tandem univerſo populo ad ejus exequias convolante, vix ſepeliri potuit, contendentibus ſingulis, vel quidquam ex ejus veſtibus, aut crinibus decerpere, vel manus, aut pedes deoſculari.

Joannes a ſancta Matina. Joannes a Tavira. Petrus a Turribus.

XI. In Diplomate proxime citato, atque alio, quo in limine hujus anni diximus Pontificem confirmaſſe conventiones, & pacta concordiæ initæ inter Patres provinciæ Caſtellæ, habetur mentio Conventus ſancti Michaelis de Monte, Conch. diœceſis, & Cuſtodiæ Murcienſis. Nunc vero inter prædictæ provinciæ Cœnobia non recenſetur, dum tranſlato Fratrum incolatu ad oppidum Alcozerii, ſub vocabulo Angelorum erecto Conventu, uti alias diximus, remanſit in priori loco humile ædificium pro Fratrum tranſeuntium hoſpitio.

Tom.8. an.1373. n.30.

XII. Ad oppidum Fulgerii, prope Dianam fluvium in Gallia, leucis octo ab urbe Pictavienſi, Joanna de Maille hoc anno Conventum Fratrum inchoavit; opus deinde ipſi Fratres proſequuti ſunt. Eccleſiam adjunxit pius Heros Ludovicus *de la Barre*, Gallici peditatus Præfectus, qui poſtea nomen ſuum dedit Franciſcanis. Periit ædificium incendio, & paulatim reſtitutum eſt, præſertim Eccleſia, & pars dormitorii, beneficentia nobilis viri Gaſparis *de Rocheovard*. Comitis Montis marii.

Conv. Fulgerii. *Gonza. in Prov. Tur. Pictav.Con. 19.*

XIII. Ut in urbe Metenſi, olim Germani Imperatoris, nunc Gallorum Regis ditioni ſubjecta, Joannes Georgii Amancius, civis Metenſis Conventum ædificaret Fratribus regularis Obſervantiæ, hoc anno Pontifex indulſit: *Piis ſupplicum votis*, II. Kal. Octobris. Fortaſſis hoc illud eſt, quod Gonzaga refert annis XXX. ante ſeriptum ſuum opus fuiſſe funditus everſum. Joannem autem ſtatim opus inchoaſſe, mihi probatur ex alio Diplomate anni ſequentis, quo Pontifex refert ſtructuræ jam inchoatæ Religiones mendicantes, præſertim Carmelitas, quia prope domum illorum erigebatur, ſemet oppoſuiſſe.

Conv. Meten. *Gonza. in Prov. Franc. Conv.9.*

XIV. Similiter indultum fuit nobili viro Joanni de Sero, de Loſoniz domicello, diœceſis Tranſilvaniæ in Hungaria, ut in poſſeſſione ſua Felſatii prope oppidum Regen. liceret Obſervantinis Fratribus domum & Eccleſiam, ſub invocatione ſancti Michaelis Archangeli conſtruere: *Piis ſupplicum*, VII. Idus Decembris.

Conv. Regen. in Hungaria.

XV. Cir-

Conve. Brandeburgen. reformatur.

XV. Circa hunc annum introducta eſt regularis diſciplinæ Obſervantia in Conventum Brandeburgenſem, auctoritate Enrici Benufort, regiæ Anglorum proſapiæ, tituli ſancti Euſebii Cardinalis, Legati Apoſtolici in Germania, aliiſque adjacentibus regnis. Hoc anno Fridericus Marchio Brandeburgenſis petiit a Martino Pontifice, ut rata vellet quæ Legatus conſtituerat circa admiſſionem Fratrum, qui libenter vellent reformari, circa electionem proprii Vicarii, & circa exemptionem Fratrum ab omnibus exactionibus, & contributionibus, cujus votis liberaliter adſcripſit: *Meditatio noſtri cordis*, 11. Kal. Maii.

XVI. Jam ſub hoc tempus Monaſterium Clariſſarum Montis-Flaſconis ad ultimam tendebat ruinam, una dumtaxat illic ſupervivente Moniali, & propterea domum brevi abſque habitatore futuram, rogarunt Minores, qui extra urbem vivebant, ſibi conferri; quippe ſumme neceſſariam, ut Eccleſiaſticam ſupellectilem frequentibus hoſtium incurſionibus expoſitam, loco tuto cuſtodirent: *Humilibus ſupplicum*, III. Nonas Martii.

Sororibus Tertii Ordinis conceditur Præfecta generalis.

XVII. Multis aucto Monaſteriis Inſtituto Sororum Pœnitentum Tertii Ordinis ſancti Franciſci in Italia, communi conſpirarunt conſilio Sorores, ut peterent ſibi præfici Miniſtras in ſingulis Monaſteriis, atque ex his una imperaret generali poteſtate, quæ per omnes etiam Conventus diſcurreret, & viſitationis munus impenderet. Ita pétierunt Præfectæ Monaſteriorum, Angelina Cœnobii ſanctæ Annæ Fulginatenſis Sororum Pœnitentum, ſub clauſura, & diſciplina regulari in Italia viventium inſtitutrix, uti alias admonuimus, Catarina ſancti Joannis Tudertini, Ceccha ſancti Honofrii Florentini, Paula ſanctæ Margaretæ Eſculani, Thomaſia ſancti Quirici Aſſiſinatenſis, & Clara ſanctæ Agnetis Viterbienſis. Conceſſit ſumma liberalitate, & raro exemplo, Pontifex omnia quæ cupierunt, elegeruntque ſibi Generalem Miniſtram, quæ ſtatutis temporibus Monaſteria viſitabat. Hoc poſtea ſeminarium fuit multarum diſcordiarum, præſertim cum Fratribus Minoribus, ſub quorum patrocinio & diſciplina euſque creverunt & perſeverarunt, & cauſam præbuerunt incommodis, quæ ad vagos mulierum diſcurſus, & viſitationum digreſſiones facile ſequebantur; Tepuerat etiam primus ille humilitatis, & aliarum virtutum fervor, quo ſe muliebri ſubjecerunt imperio, & quas prius habebant honori & reverentiæ, cœperunt habere contemptui. Revocavit itaque Pius II. privilegium hoc quoad Generales Miniſtras, & viſitationum circuitus, & poſtea reſtitutum eſt regimen partim Minoribus, partim locorum Ordinariis, diviſis inter hos, prout loca & tempora ferebant, Monaſteriis. Incipit Martini Diploma: *Sacræ Religionis*, XIV. Kal. Septembris.

Tom. 9. an. 1392. n. 14.

Propter varia incommoda revocatus conceſſio.

XVIII. In Hibernia, & diœceſi Tuamenſi, habuerunt Fratres Tertii Ordinis domum celebrem ad oppidum *Killyn Bonnayne* beatæ Mariæ Virgini ſacram, in qua honorifice celebrabantur officia divina, uti habet Pontificis Diploma. Propter bellorum incommoda multas paſſa eſt calamitates, cohoneſtavitque Pontifex multis indulgentiis: *Dum præcelſa*, V. Nonas Martii.

XIX. Volens Martinus Pontifex conſulere Fratrum conſcientiis, & neceſſitatibus ſubvenire, reſtituit in priſtinum vigorem bullam Martini IV. de ſubſtituendis Syndicis, qui nomine Sedis Apoſtolicæ curarent, ut in Fratrum uſum cederent, quæ fidelium caritas offerrebat, vel piis decedentium tabulis legabantur. Revocaverat conſtitutionem hanc Joannes XXII. uti alias admonuimus, & dominium abdicavit a Sede Apoſtolica rerum omnium, quæ quoquo modo ad Franciſcanos ſpectabant, prohibuitque ne Martini ſui prædeceſſoris privilegio uterentur. Propter rationabiles cauſas

Tom. 6. an. 1322. n. 57. & ſeq.

& ſta-

& ſtatus Franciſcani exigentiam, Martinus V. hanc ſuſtulit prohibitionem: *Amabiles fructus*, Kal. Novembris. Frater Nicolaus Epiſcopus Aſſiſii aliquot intulit Fratribus moleſtias, deſtruendo altare quoddam in Eccleſia ſanctæ Mariæ Angelorum, & exigendo contra privilegia eiſdem conceſſa, quartam funeralem; qua de cauſa in publico judicio eum Fratres convenerunt, & evicerunt, Cuſtode magni Conventus Aſſiſii Magiſtro Andræa Gilii Magicchii.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. EX monumentis Provinciæ Valentinæ Regularis Obſervantiæ recenter communicatis innoteſcit, P. fratrem Matthæum de Rhegio, ſocium & diſcipulum ſancti Bernardini Senenſis, præfervidum Concionatorem, his diebus virtutibus, & ſignis Valentiæ in Hiſpania claruiſſe. Aragoniæ ſiquidem Rex Idelfonſus hujus nominis quintus, Valentiæ cum vellet Fratribus Obſervantiæ Cœnobium conſtruere, a ſancto Bernardino Commiſſarium-Generalem agente Religioſum agendis idoneum expoſtulavit. Regiæ petitioni ſatisfacturus ſanctus Vir, præfatum fratrem Matthæum a Rhegio miſit, qui anno proxime præterito MCCCCXXVII. Valentiam tenuit, & per eum hoc anno MCCCCXXVIII. mirabilia Deus operari dignatus eſt: Etenim in Populo Valentino cum diſſenſionis ſpiritus plurimum poteſtatis exerceret, omnia confundens, diſcordiis, & ſeditionibus Rempublicam exagitabat: his ſedandis, ac odiis eliminandis, opportune adfuit Matthæus, qui ſacro eloquio a Deo donatus, unico ſermone publice habito, tumultus compeſcuit, diſſenſiones eliminavit, & ad concordiam mirabiliter coegit: Miraculo verbi Dei ex ore prudentis repentina Plebis mutatio ab odio ad amorem, a cupiditate vindictæ ad injuriarum dimiſſionem, ab omnibus tributa fuit; & quidem, qui mente revolvebant, quinquaginta novem Civium jam violenta manu occubuiſſe, non poterant non glorificare Deum in ſervo ſuo, qui gladio linguæ corda diſſecans, in perfectam pacis unionem conſolidabat. Prodigium publico & authentico Inſtrumento coram Pro-Rege, Gubernatore, & Conſulibus Civitatis, die XXII. Februarii anni præfati confecto, poſteritati commendatum fuit. Virtutibus autem coruſcum, miraculis quoque famoſum, necnon pluribus tamdem meritis cumulatum hunc Virum ibidem Valentiæ in Conventu ſanctæ Mariæ de Jeſu, quem fundavit, obiiſſe, ſepulturamque nactum fuiſſe, memorialia antiqua Provinciæ Valentinæ, & Hieronymus Sanchez in ſuis manuſcriptis (incerto nihilominus tempore) narrant. *Mon. MSS. Prov. Valentinæ.*

„ II. Interea frater Raynerius Tertii Ordinis ſancti Patris Franciſci alumnus, meritis & virtutibus clarus, haud abſque ſanctitatis opinione & fama, Januæ hoc anno moritur, apud Moniales ſanctæ Marthæ honorifice tumulatus: & hujuſmodi Tertiariis poſſe recipere locum in Burgundia Pontifex indulſit: *Piis fidelium &c.* V. Idus Martii, & XVI. Kalend. Aprilis, dimiſſo fratre Andrea de Petrariis ad magiſterium: *Viri ſacræ &c.* Fratribus Niceæ ad Varrum ob neceſſitates, quas patiebantur, nonnulla vendere bona permiſit, IX. Kalendas ejuſdem, & Nonis Junii Epiſcopo Burgenſi diſpenſationem pro fratre Martino commiſit: *Humilibus &c.* III. vero Kalendas Auguſti facultatem tranſeundi ad alium Conventum fratri Joanni conceſſit: *Humilibus &c.* Religioſis Montis Calerii in Pedemontio quamdam alienare domum vetuit: *Sinceræ devotionis &c.* *Raynerius ex 3. Ordine floret.* *Litteræ Pontif.*

„ VIII. Idus Septembris: Et v. Idus Decembris expedito Brevi de Correctione Fratrum Tertii Ordinis Minorum: *Licet is &c.* Indulgentiam conceſſit pro Eccleſia ſancti Franciſci de Pera ad Conſtantinopolim: *Splendor paternæ &c.* IV. Idus Decembris: tamdem XVIII. Kalend. Januarii facultatem domum recipiendi in Provincia Caſtellæ impertiit: *Piis fidelium &c.* Hoc anno Cracoviæ frater Joannes Kmita electus eſt in Miniſtrum Provinciæ Boemiæ, & Poloniæ XXVIII.

Ex Vatican.

ARGUMENTUM.

Petrus Cardinalis de Fuxo ſecunda fungitur legatione ad Aragonios, & reliquias tollit pernicioſi, inveteratique ſchiſmatis Pontificii. Concilium indicit, mores Cleri reformat, Reges Hiſpanos pacificat. Creantur Epiſcopi. Plures viri graves & docti ad publica deſtinantur munia in Oriente. Diſceptant publice Patres Conventuales & Obſervantes, circa Religionis ſtatum & gubernium. Multa ædificantur domicilia.

Ex actis Miſſ. legationis.

Petrus Card. de Fuxo iterum legatur ad Aragonios.

I. SUMMI Chriſtiani orbis bono, & rei Eccleſiaſticæ incremento, frater Petrus Cardinalis de Fuxo, Minorita, hoc anno, diuturni & omnium pernicioſiſſimi ſchiſmatis radices evulſit, & fibras penitus reſcidit. Stabilitis in Urbe apud Pontificem, quæ cum Aragoniæ Rege in prima legatione pepigerat, ſecunda cohoneſtatus, Roma diſceſſit hoc anno, die XX. Februarii, & per Apamiarum civitatem, Comitatumque Fuxenſem, germani fratris ditionem; tranſiens, excepit Regis Alphonſi, ſui conſanguinei Legatos, qui honorifice ſalutarunt, atque ut feſtinaret, Rege brevi in Caſtellam profecturo, monuerunt. Die XII. Maii Barcinonem venienti Rex extra urbem obvius præceſſit, ſequuti ſunt Patriarcha Hieroſolymitanus, Adminiſtrator perpetuus Eccleſiæ Barcinonenſis, Archiepiſcopus Tarraconenſis, complures Epiſcopi, Prælati multi, heroes innumeri. Tum demum poſt multas altercationes, rata habuerunt utrimque, quæ Valentiæ primum ante biennium, mox Romæ anno proxime elapſo, decreta ſunt, ut videlicet Alphonſus omnem daret operam reducendis ſchiſmaticis Peniſcollenſibus, & liberrimam faceret poteſtatem Eccleſiaſticis res ſacras tractandi, neque amplius illorum immunitatem offenderet, aut reditus imminueret: Martinus vero e contra Peninſulam, ſive Peniſcollam Alphonſo adjudicaret, centum quinquaginta millia Florenorum ſubſidii ex ſui regni Sacerdotiis pendi curaret, quidquid ex bonis cameræ Apoſtolicæ eo uſque uſurpaverat, libere condonaret, & beati Ludovici corpus Maſſilia ereptum, quo vellet templo honorifice collocaret. Ita curante Alphonſo, etſi ad bellum contra Caſtellæ Regem tunc proficiſcente, miſſis Alphonſo Boria V. G. D. & Pontio de Pontibus cive Valentino, qui hæc perſuaderent, Ægidius Munnottius, qui *Clementis VIII.* nomine Pontificatum invaſerat, nomen abdicavit, inſignia depoſuit, Cardinales, quos penes ſe habebat, gradu ceſſerunt, quem inauſpicato occuparant, & ſui delicti a Legato veniam impetrarunt.

Pacificatus cum Alphonſo Rege.

Schiſma delet Pontificium.

II. Quinque fuiſſe hos effictos Cardinales a Clemente creatos ait Andreas Victorellus in additionibus ſuis nuperis ad opus Ciaconianum, videlicet Julianum de Loba, ſive potius Dobla, Franciſcum Rovera, Ægidium Sanctium Munnottium juniorem, Clementis nepotem, Eximinum Dahæ,

Victor. ſub Clemen. VIII. Antipapa.

Dahæ, & fratrem Dominicum de Bonaſpe Carthuſianum. Sed primus & ultimus creati fuerunt a Benedicto XIII. eorumque ſuffragiis aſſumptus eſt ad hanc Pontificatus umbram Ægidius ſub nomine *Clementis*, idque manifeſte docet Ciaconus, & ipſa illa inſtrumenta, quæ citat molis Hadrianæ, quorum exemplar habetur in bibliotheca Vaticana. His integra adhibenda eſt fides; quippe ſcriptis a Bernardo de Roſergio, Cancellario Tholoſano, dicti Legati familiari, domeſtico, & cauſarum auditore, qui poſt ſchiſmaticorum abdicationem, ſermonem habuit in villa ſancti Matthæi, Dertuſen. diœceſis, die feſtivo Aſſumptionis beatæ Virginis, coram Legato, & exauthoratis Pſeudopontifice, & Cardinalibus, aſſumpto themate: *Multi Reges, & Prophetæ voluerunt videre quod vos videtis*, in quibus Acta univerſa hujus legationis minutim oculata fide recenſet. Ex his corrigendus eſt alius lapſus Ciaconii, Platinæ, & aliorum, qui aſſerunt Julianum, & Dominicum prædictos, in ſchiſmate pertinaces, neque ejurare volentes, a Legato captos, duris carceribus mancipatos, ibidem paulo poſt animi mœrore confectos, miſere periiſſe; quippe aperte conſtat ex Actis utrumque, abſque ulla difficultate, & ſponte ſuis gradibus ceſſiſſe. Verum eſt, Dominicum trium annorum moleſtias in carcere tuliſſe, ſed jubente Clemente, propter ſuſpicionem novi ſchiſmatis, quod ſimul cum Joanne Carrerio Cardinale intentaſſe dicebatur, per creationem tertii Pontificis. Eodemque carceris incommodo laborabat Eximinus Dahæ, captus per Miniſtros Regis, quia implorabat modum nimis celerem & repentinum, uti nuncupabat, renuntiationis Clementis. Uterque tamen, ut Peniſcollam acceſſit Legatus, ſolvi a vinculis, & abſolvi a cenſuris impetrarunt, & ſolemniter, uti reliqui, ſcriptis ſuæ renuntiationis tabulis, quæ inter Acta habentur, abdicarunt. Fecerunt ſimiliter omnes Miniſtri & Officiales, qui Benedicto aut Clementi inſervierant.

Math. 13.

III. Ultra hæc accepta tiara ſancti Silveſtri, magna parte Crucis Dominicæ, aliiſque jocalibus, reliquiis, paramentis, libris, & regeſtis, quæ in arcem Peniſcollenſem ſchiſmatici invexerant, Legatus animum convertit ad reſtituendam diſciplinam Eccleſiaſticam, in illis partibus collapſam, & redintegrandam libertatem ſacrorum hominum, valde depreſſam. Indixit itaque Concilium in civitate Dertuſenſi, inchoavitque in Eccleſia cathedrali diæ XIX. Septembris, primam Miſſam in pontificalibus celebrante, in iiſdemque veſtibus prædicante, fratre Joanne Rocca Minorita, viro doctiſſimo, Epiſcopo Bethleemitano, de quo ſupra locuti ſumus. De hoc ejus ſermone ita habent Acta: *Quam prædicationem idem R. D. Epiſcopus Bethleemitanus, ſicut magnus ingenio, profundus eloquio, ſacræ paginæ, & ſubtilitatum ejus elevatus ſcrutatur, Poetarum, Metaphyſices, ac Philoſophorum peritiſſimus ſectator, alto ſtylo, peritiori lingua disjecta propatulo diſſeruit, ſicque cunctorum aſtantium mentes, & alta etiam ingenia refecit, & a cunctis aſtantibus commendari ſumme promeruit ex tanto, & tali ſermone ſolemni.* Adfuernnt in Concilio ex regnis Aragoniæ, Valentiæ, Majoricæ, & Principatu Cataloniæ Epiſcopi, Abbates, Prælati ſerme trecenti, in quorum conſpectum Legatus produxit autographa octo Diplomatum, quæ pro ſtabilienda libertate Eccleſiaſtica Rex conſcripſerat, & publice lecta cuſtodienda commiſit archivis Tarraconenſi, & Cæſarauguſtano, habitiſque variis Seſſionibus, condidit Canones, ſive conſtitutiones graviſſimas viginti: ſicque Tarraconenſis provinciæ Sacerdotes antiquum Eccleſiaſticæ diſciplinæ morem reſumpſere. Quid in hoc Concilio actum ſit, ſe neſciſſe fatetur Mariana citatus, neque in tomis Conciliorum commemorantur: dignum tamen

Joann. Mar. de reb. Hiſpan. l. 20. c. 16.
Indicit Conciliū

Fr. Joann. Rocca Epiſc. Bethlehem.
An. 1418. n. 15. Laudatus.

eſt, quod ex prædictis Actis, reliquis Eccleſiæ conſeſſibus inſeratur.

IV. Diſſoluto Concilio, omnibus Peniſcollenſibus gratias multas conceſſit, favorem omnium impendit, & litteras ad beneficia vacatura cum magnis prærogativis impertiit. Alphonſo Boria prius contulerat in arce Peniſcollenſi Epiſcopatum Valentinum, bene navatæ operæ Ægidio, & ſociis ſanandis mercedem, ad maximos honores, & ſummum Pontificatum acceſſum. Pſeudo-Pontificem Ægidium communiter referunt auctores ab eodem Legato ad Epiſcopatum Majoricenſem, nonnulla compenſatione anguſti Pontificatus dimiſſi, fuiſſe aſſumptum. Sed præcitata Acta manifeſte narrant ſedem hanc, propter efficaces, & multiplicatas preces Regis Alphonſi, collatam fuiſſe religioſo, docto, & nobili viro fratri Bertrando, alias Galcerando Alberti, Monacho Ordinis ſancti Benedicti, & paulo poſt legationem ſuam abſolviſſe Cardinalem. Ego arbitror Martinum non approbaſſe proviſionem de Alberto factam, ſed voluiſſe ut præferretur Ægidius: atque ita indicaſſe videtur Platina, qui non a Petro Legato, ſed a Martino Pontifice declaratum ait Epiſcopum Majoricenſem. Atque hoc mihi aperte confirmant libri Conſiſtoriales, in quibus invenio *anno* MCCCCXX. II. *Kalend. Maii*. Ægidium translatum ab Eccleſia Majoricenſi ad Gerundenſem, & ſuffectum in Majoricenſi prædictum fratrem Galcerandum Alberti. Sed Ægidium non acceptaſſe hoc translationis beneficium ſuſpicor, quia io eiſdem libris invenio ad Gerundenſem promotum anno MCCCCXXXI. Joannem Cardinalem ſancti Sixti, & ad Elnenſem prædictum fratrem Galcerandum, abſque ulla mentione accepti Epiſcopatus Majoricenſis. Demum Hiſpanici auctores referunt, Majoricæ in aula Capitulari, adjecto amplo Epitaphio, ſepultum. Sic diuturno, & poſt hominum memoriam maximo Pontificum diſſidio finis tamdem allatus eſt. Pro divino beneficio ad omnia altaria ſupplicationes habitæ, piaculaque inſtaurata Deo propitiando, ut quæ erant collata, conſervaret, & tantis muneribus adderet perpetuitatem, permiſto lacrymis gaudio præcantium.

Scolar. l. 8. de reb. Valent c. 8. Dames. de rebus Balear. lib. 4. 3.

V. Non ſolum Eccleſiæ, & provinciæ Tarraconenſi turpiter longo ſchiſmate deformatæ, verumetiam univerſo regno Aragonio periclitanti ſua auctoritate Legatus ſubvenit. Procedentibus etenim ad infenſiſſimum bellum Alphonſo, & Rege Navarræo fratre, contra Joannem Regem Caſtellæ, qui copioſiſſimo, & inſtructo milite, ultimum Aragoniis minabatur exitium, Reginæ Sorores, & uxores de alterutrius eventu, nonniſi miſerum prævidentes exitum, quia aut fratrem, aut conjugem, vinci oportebat, pro ſedandis his funeſtis diſſidiis ſummopere laborantes, ad Petrum Cardinalem Legatum aſpexerunt. Non invitus pacificandorum Regum curam aſſumpſit, auctoritateque ſua tantum effecit, inter utraſque acies oberrans, nunc hos, nunc illos monendo, ut quoniam multum diei proceſſerat, in proximam lucem certamen rejicerent. Una nox interpoſita ſaluti fuit. Aragoniæ Regina virilis animi fœmina in caſtra delata, erecto in ipſa planitie tentorio medio inter utrumque exercitum, Cardinale adlaborante, pacem honeſtis conditionibus compoſuit, quas poſtquam Caſtellæ Duces jurejurando confirmarunt, ab armis eſt diſceſſum. Sed cum novi concitarentur motus, & Caſtellæ Rex, magno copiarum robore adverſus Aragonium procederet, Aragoniæ Regina Caſtellani ſoror, & Cardinalis Fuxus acceſſerunt, pactæ concordiæ monuerunt, hortantes ut a prælio abſtineret. Ille ſpe ferox, & vindictæ in Reges fratres ſtudio ardens, negat in juſſu ſuo pactas conditiones ſubſtituras. Tamdem poſt mutua ſpolia, & levia certamina, controverſiis finiendis quatuotdecim pari ab utraque parte numero arbitri deſigna-

Regem Aragoniæ & Caſtellæ pacificat.

Roderic. ſant. par. 4. hiſt. Hiſp. c. 29.
Joann. Marian. lib. 21. c. 1. & 2.

ti

ti ſunt, quorum judicium cum Reges probarent, induciæ, voce præconis, in caſtris per oppida, & urbes promulgatæ ſunt, magna omnium gratulatione, fructu præſenti lætantium, & ſpe pacis diuturnæ.

VI. Electi ſunt ad Epiſcopatus, qui ſequuntur. Ad Imelacenſem in Hibernia, ſub Archiep. Caſſellen. frater Robertus Poetlandus, per obitum Nicolai, & negligentiam Thomæ de Burgo, Canonici Ordinis ſancti Auguſtini, ad eamdem ſedem electi, qui litteras ſuæ promotionis expediri non curavit: *Inter cetera*, Kalendis Februarii. Ad Caſtrenſem in Apulia, ſub Archiep. Hydruntino, frater Urbanus de Procopio, per obitum Berengarii: *Apoſtolatus officium*, VI. Nonas Martii. Ad Salonen. in Dalmatia, frater Gerardus, per obitum Joannis: *Apoſtolatus officium*, V. Idus Martii. Ad Gravinen. in regno Neapolitano, ſub Archiep. Materano, frater Henricus, per obitum Gerardi, XIII. Kalendas Junii. Ad Tyren. Archiep. ſub Patriarcha Hieroſolymitano, frater Petrus Beparaiſe, per obitum Berengarii, XVII. Kalendas Julii. Ad Aſſiſiaten. Epiſcopatum, ſub Romano Pontifice, frater Damianus de Buſellis, VII. Kalendas Septembris. Monumenta Monaſterii Safrenſis Clariſſarum in Hiſpania, de quo ſtatim agemus, Epiſcopum indicant fuiſſe Pacenſem, ſub hoc tempus fratrem Joannem de Morales Minoritam, qui ſtructuram promovit, & Eccleſiam conſecravit.

Fr. Robert. Imelacen. Epiſcopus.
Fr. Urbanus Caſtren.
Fr. Gerard. Salonen.
Fr. Henric. Gravinen.
Fr. Petr. Arch. Tyren.
Fr. Damian. Epiſcop. Aſſiſii.
Fr. Joan. Pacen.

VII. Pœnitentiarii creati ſunt frater Nicolaus Veze Ferentinas, frater Bartholomæus Thomaſii in Eccleſia Lateranenſi, frater Joannes Palmeyro in baſilica ſancti Petri, frater Guillelmus Livat in templo ſanctæ Mariæ Majoris. Nuntius Apoſtolicus, & collector Cameræ Apoſtolicæ in Caſſen. Chien. Metellinen. Cimbalien. & Samaſtrien. civitatibus, & Diœceſibus, frater Nicolaus Tyburtinus: *Ex fideli ac ſollicita*, VII. Kalendas Februarii. Miſſum ad Soldanum Babyloniæ promoturum cauſas Chriſtianorum fratrem Franciſcum Piſtorienſem ſacræ Theologiæ Magiſtrum, referunt Chronica noſtra antiqua. Laborabat frater Gregorius Hungarus ex Pontificis mandato, pro liberatione Joannis Archiepiſcopi Colocenſis ab hoſtibus capti. Frater Petrus de Bagis, cum aliis ſociis tranſierunt ad terras Sarracenorum, Chriſtianis opitulaturi, quos Pontifex privilegiis munivit: *Benigno ſunt illa*, VII. Idus Januarii. Sed & ipſi Fratres Hieroſolymis multa paſſi ſunt hoc anno, inſtigantibus Judæis, qui Sarracenos induxerunt, ut Davidis ſacellum, aliaque pietatis veſtigia ab eis tollerent, & in ſuam gentem, ſuperſtitioſis, & antiquitatis ceremoniis exercendis, conferrent. Male hoc habuit Pontifex, qui modis omnibus ſtuduit auxiliari, & Hebræis omnibus in ſuo dominio hærentibus gravem mulctam impoſuit. Graviorem præſcripſit Joanna Regina Neapolitana iis, qui in ſuo regno habitabant, ut ex Diplomate ſub hujus Tomi finem licebit perſpicere.

Fr. Nicol. Tyburtin. Nuncius Apoſtolicus.
Item Franc. Piſtorien.
Judæi Hieroſolymis inferunt Fratribus moleſtiam.

VIII. Inſurrexerunt hoc anno aliqui ex Patribus Ordinis in familiam Obſervantum, ægre ferentes in multis locis eos a corpore Religionis paulatim avelli, inſtitutis propriis Vicariis. Graviter eos accuſarunt Romæ, eaque objecerunt, quibus diluendis diem Pontifex dixit, & judices inſtituit tres Cardinales. Vocati in judicium concionatores multi, & qui potiores erant in congregatione, actoremque egit Epiſcopus quidam ipſius Inſtituti, laxioris vitæ olim ſectator, multis objectis criminibus. Diluit univerſa Joannes Capiſtranenſis, ſuſcepto in ſe patrocinio innocentum, eaque facundia dixit, ut omnes oblectarit. Conſpicati judices adverſos affectus has ſuggeſſiſſe accuſationes, conati ſunt diſſidentes conciliare, & Jordanus Cardinalis Urſinus, Ordinis Protector, ad prandium Epiſcopum, & Capiſtranum invitavit. Excitarunt hæc Pontificis animum ad concordiam, & unio-

Diſceptatio inter Conventuales & Obſervantes.
Chron. antiqua Marian. c.10.

nem

nem Ordinis meditandam, quam etiam ſumme cupiebat Capiſtranus, auctorque fuit, ut vocatis omnibus ad pleniſſima Comitia, prius ageretur de tollendis laxioris vitæ corruptelis, deinde arctiſſimo fraternitatis, uniuſque regiminis nexu conjungerentur. Probantibus hæc præcipuis Ordinis Patribus, & S. R. E. Cardinalibus, in pleno conſiſtorio ſtatuit Pontifex ut omnes convenirent ad Aramcœli in Urbe anno ſequenti, quamtumvis prius indicta fuerint Comitia Leodii, deinde mutato conſilio, celebrari juſſit Aſſiſii, quod ſuo tempore amplius referemus. Quia vero Miniſter Generalis Antonius de Maſſa, laxatis habenis regiminis, magnam adminiſtrabat cauſam Obſervantibus ſegregandi ſe a communitate Religionis, adjunxit ei Pontifex ſocium, Vicaria tributa poteſtate, fratrem Guillelmum Caſalenſem, Provinciæ Januæ, in ſacra Theologia Magiſtrum, & in Romana Curia Procuratorem Generalem, ſine cujus conſilio & aſſenſu non liceret quidpiam innovare, uſque ad futura generalia Comitia.

Generali datur Aſſiſtens.

Conv. S. Trinitatis Urbevetan. *Conv. in Prov. Rom. Conv. 5.*

IX. Hoc anno Epiſcopus, & Capitulum Urbevetanum in Provincia Romana, conceſſit fratri Bartholomæo Putii Aſſiſiati Monaſterium ſanctæ Trinitatis extra urbem, a Monialibus ſancti Benedicti derelictum, adjecta etiam ſilva vicina, ut Fratribus Regularis Obſervantiæ commodum adaptaret habitaculum. Admiſit ille domum, & Fratres induxit virtute litterarum, quas a Gregorio XII. obtinuerat, ut quinque poſſet Cœnobia recipere. Confirmavit factum Eugenius IV. anno decimoquarto ſui Pontificatus, cujus litteras ſub illum annum dabimus in Regeſto. Locus eſt amœnus, & pietati colendæ opportunus, hortis, & aquis abundans.

Conv. Maſſuracæ. *Idem in Prov. Calabr. Conv. 5.*

X. In Calabria, ad Maſſuracæ oppidum, extructum ex communi ærario aliud domicilium ſanctæ Mariæ de Gratiis dicatum. In Eccleſia corpus ſervi Dei fratris Petri Bellicaſtrenſis poſt multos annos exhumatum, & integrum, pulchriori donatum eſt ſepulcro. Illic multa patravit miracula frater Matthæus ibidem progenitus, de quo ſub mortis tempus commodius agemus.

Conv. Conſentin.

XI. In eadem Provincia & urbe Conſentina, prædicante ante aliquot annos beato Matthæo Agrigentino, aliiſque religioſis viris Regularis Obſervantiæ, cives donarunt Monaſterium derelictum Ordinis ſanctæ Claræ extra urbem. Sed cum multam illic paterentur aeris intemperiem, translati ſunt ad aliud vetuſtum Monaſterium ejuſdem Ordinis Clariſſarum, quæ poſt biennium domum hanc, utpote ſibi neceſſariam, repetierunt. Fratribus ergo incerta ſede vagantibus, paulo poſt conceſſa eſt domus Patrum Conventualium, uti alias enarravimus: *Romanus Pontifex*, VIII. Idus Novembris.

Tom. 9. an. 1399. n. 61.

Conv. Vezanſ. *Item in Prov. Genuæ Conv. 6.*

XII. Henricus Epiſcopus Terdonenſis obtinuit hoc anno facultatem ædificandi Cœnobium prædictis Regularis Obſervantiæ Fratribus, prope oppidum Vezani, ſuæ Diœceſis. Opus abſolvit, adjuvantibus oppidanis, & Fratribus, ſub annum MCCCCXXXII. in loco nemoroſo, ubi prius extiterat Eccleſia ſanctæ Mariæ de Vezano, quam deinceps ejuſdem Virginis Annunciationi voluit dedicatam: *Devotorum votis*, XVI. Kalendas Aprilis.

Conv. Nicien. reſtauratur.

XIII. Niciæ urbis in litore maris Liguſtici, prope Varum fluvium, Conventum Fratrum Minorum vetuſtum ſatis fuiſſe mihi conſtat ex Diplomate, quo Pontifex concedit, ut ex facultatibus Joannis Talhaferri, civis Nicienſis, in pios uſus relictis, domus illa jam ruinoſa reſtauraretur.

Conv. Bleſen. *Item in Prov. Turon. Conv. 3.*

XIV. In Gallia prope Bleſem urbem, ſuper Liguris fluvii ripas ſitam, Conventum Minorum incerti temporis & auctoris, hoc anno deſtruxerunt Angli, urbem obſidentes. Multis poſt annis Aurelianenſis, & Bleſenſis Comitiſſa, emptis multorum ædificiorum ſpatiis, intra urbem alterum capaciſſimum erexit, & anno MCCCCLVI. abſolvit. Rurſus, anno MDLXVIII. tu-

mul-

multuoſo hæreticorum furore etiam hic deſtructus eſt, quorumdam vero Patrum, maxime Joannis Bourguignon, egregii prædicatoris, opera reſtitutus eſt iterum. Ex hoc loco prodiit Magiſter Jacobus Daultry, primus, & diuturnus Guardianus Conventus magni Pariſienſis poſt reformationem.

XV. In Hiſpania III. M. P. ab urbe Methymnæ Rivi ſicci, Palentinæ Diœceſis, frater Petrus a Santoyo hoc anno prope ſacram quamdam ædiculam humilem domum ædificavit, quam Fridericus prædicti oppidi Dux, & Caſtellæ Ammiratus, ſimul cum Thereſia Enriquez conjuge, anno MCCCCLXXVII. dejecit, & nobiliorem a ſe conditam ampliſſimis, & amœnis hortis inſtruxit. Deinde reliquum vitæ cum Fratribus tranſegit, & Thereſia, ſuſcepto Tertii Ordinis habitu, in vicino hoſpitio ſibi erecto, annis quatuordecim mira ſanctitate præluxit. In magna annonæ penuria univerſis pauperibus triticum, & farinam miniſtrabat, & cum miniſtri in cellariis nihil jam ſupereſſe monerent, juſſit illa magna fide amplius luſtrari, & egenis præ fame pereuntibus, ejuſque opem implorantibus, quam invenirent farinam, exhiberi. Obſequuti famuli farinaria plena invenerunt, & abunde inter famelicos diſtribuerunt. Reficiebat illa Cœnobii partem, & corruens teſtudo fabrum occidit. Accurrit celeriter quaſi vulneratum medicatura, & vere mortuum, ad vitam revocavit. Jacet ibidem uterque conjux in nobili ſepulcro alabaſtrino; licet enim Fridericus illic inteſtina, corpus vero in Clariſſarum Palentino Monaſterio ſepeliri decreverit, tamen Thereſia uxor, obtento Sixti IV. beneplacito, prædicto condidit mauſoleo, ut qui in vita ſe dilexerunt, in morte non eſſent ſeparati. Aliud prope conſurgit ſepulcrum egregio artificio elaboratum, in quo requieſcit Ludovicus Enriquez, etiam Caſtellæ Ammiratus. Illic etiam conditi Fratres laici tres, viri piiſſimi, quorum virtutes alias explicabimus, frater Joannes Campenſis, frater Laurentius, frater Franciſcus Muñoz, & nuper frater Franciſcus Polanco ſacerdos, vir vitæ integerrimæ, & miræ pœnitentiæ.

Conv. Methymnæ Rivi ſicci. *Idem in Prov. Conceptio. Conv.* 20.

XVI. Conceſſit hoc anno Pontifex facultatem Nicolao Franciſci laico, Diœceſis Cameracenſis, ut in villa Aveſnarum prædictæ Diœceſis, Comitatus Hannoniæ, populoſa, & inſigni, uti habet Diploma, ædificaret domum Regularis Obſervantiæ: *Piis fidelium votis*, XV. Kalendas Decembris. Dubium eſt an ædificarit; longe enim poſteriorem hujus domus ſtructuram ſub ſancti Bernardini nuncupatione conſtituit Gonzaga, ſub annum MCCCCLX. auctoribus Carolo *de Catalois* Duce Burgundiæ, & conjuge Iſabella Borbonia, & nobili fœmina Maria de Pontinara. Fortaſſis ille incepit, hi abſolverunt, vel humiliorem domum ampliorem fecerunt. Ad Conventum Brugenſem miſit hoc anno Pontifex per Jacobum de Buoſa partem capitis ſancti Sebaſtiani, collocandam in ſacello ejuſdem Sancti, quod etiam Indulgentiis cohoneſtavit: *Loca ſanctorum*, X. Kalendas Auguſti.

Conv. Aveſnarum. *Gonz. in Prov. Flandria Conv.* 12.

XVII. Ante annos quadraginta Monaſterium Clariſſarum, ſub prima regula, in ſumma paupertate viventium, extra muros munitiſſimi caſtri Perpiniani in Catalonia extitiſſe, mihi probat Diploma Pontificis, in quo concedit Franciſcæ Talantæ, ut in conſortium earum Sororum, quæ ſub clauſura divinis vacabant officiis, admitteretur, intuitu obſequiorum, quæ in parte exteriori Monaſterii per annos quadraginta præſtitit aſſidue. Duæ enim erant, uti in Bulla narratur, partes Monaſterii, una, in qua ſub Religionis habitu, & perpetua clauſura Sorores divinis inſiſtebant officiis, pars altera, in qua genus aliud Sororum, tam pro ſua, quam pro incluſarum ſuſtentatione pias fidelium eleemoſynas colligebant. Monaſterium iſtud dejecit Franciſcus I. Galliarum Rex, cum ſuperatis montibus Pyrenæis Ruſcilionis, & Cæ-

Mon. Perpinian. *Idem in Prov. Catalon. Mon.* 4.

Cæritaniæ Comitatum, ſuo regno cogitavit adjicere. Sorores intra mœnia fugientes, in domo cujuſdam honeſtiſſimi viri religioſe vixerunt annis ſeptem, donec Carolus V. eiſdem in ipſo oppido aliud poſuit Cœnobium, in quo magna vivunt ſui ſtatus obſervantia, bona ſtabilia, & paupertati adverſaria conſtanter repellentes.

Mon. Safræ. Inem in Prov. S. Michael. Mon. 1.

XVIII. Intra oppidum Safræ, Diœceſis Pacenſis, in Hiſpania, & Extremi-Duræ Provincia, Monaſterium nobile Clariſſarum, pro viginti-quinque Sororibus, quæ nunc ad ſexaginta & plures excreverunt, extruxerant nobiles conjuges Gometius Suarez de Figueroa, & Eliberia, ſeu Eluira Laſa Mendozia, ejuſdem oppidi poſſeſſores. Factum probavit hoc anno Pontifex, commiſſo ſtructuræ, dotationis, & reliquorum examine Epiſcopo Pacenſi, qui tunc erat, quem ſupra diximus, frater Joannes Morales Minorita: *Piis fidelium votis*, XVI. Kalendas Decembris. Opus inchoatum eſt anno præcedenti, & ſacellum præcipuum abſolutum, anno MCCCCLIV. uti hæ teſtantur inſcriptiones. Prima inciſa portæ principali Monaſterii Hiſpano idiomate, & characteribus gallicis ita habet: *Monaſterium hoc ſanctæ Mariæ de Valle, Ordinis ſanctæ Claræ de Obſervantia, dotatum ab admodum magnificis Dominis vita, & ſanguine illuſtribus, Gometio Suarez de Figueroa, & Domina Eluira Laſa de Mendoza, quorum corpora hic in chori medio requieſcunt, fabricare cæperunt anno Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti* MCCCCXXVIII. Altera a parte exteriori feneſtræ ſacelli majoris, ita exarata eſt: *Anno Nativitatis Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti* MCCCCLIV. *erectum eſt hoc ſacellum, ex mandato admodum nobilis Herois Laurentii Suarez de Figueroa, Domini familiæ de Villalva, Domino noſtro Regi a conſiliis.* Jacet cum ſua conjuge Maria Manuelis diſtinctis ſepulcris in medio chori. Obiit ille anno MCCCCLXI. illa quarto poſt anno. Primi hi fuerunt Comites Feriæ, & ex his deſcendentes Duces Feriani hoc in templo ſepeliuntur. Hic etiam tumulatus eſt in ſacello majori ad latus Evangelii, celeberrimus ille inter Hiſpanos, Garcias Laſſius de la Vega, militari virtute inſignis, cujus ſepulcro hæc inciſa ſunt carmina.

Num. 6. hujus anni.

Egregius miles, clariſque parentibus ortus,
Iſmaelitarum terror, cuſtos patriæque,
Garcias jacet hic, Laſſo cognomine dictus.
Ante ſuum Regem percuſſus namque ſagitta
Corruerat ſpirans, in gutture vulnere fixo.
Et mors nil nocuit, nam vivit fama perennis.

XIX. Eccleſiam plurimis, iiſque certis reliquiis a Feriæ Ducibus collatis decoratam conſecravit, primumque jecit lapidem magna ſolemnitate, & populi concurſu, prædictus Epiſcopus, & poſſeſſionem Monaſterii tradidit fratri Joanni del Rio, Guardiano Conventus ſanctæ Helenæ villæ Lerenæ. Primæ virtutis, & diſciplinæ regularis magiſtræ evocatæ ſunt ex Monaſterio ſanctæ Claræ Jugi-ſillarum, quæ religioſiſſimas procrearunt diſcipulas, per quas ad poſteras continua ſerie ſumma tranſiit Religionis Obſervantia. Vixerunt hic virgines nobiliſſimæ, Principum filiæ, & vitæ ſanctitate illuſtres. Poſtremo hoc ſeculo obiit Maria a Chriſto, Dominicæ paſſioni meditandæ aſſidue intenta, ita adhortante voce intelligibili Chriſti cruci affixi ſimulacro, & Maria de Ceſpedes, cui animam ex gravi morbo agenti, circumſtantibus Sororibus, ſanctus Hilarius, quem a juventute patronum delegerat, apparvit, & bono animo eſſe juſſit: *Me*, inquit, *deprecante, miſericors Dominus longiorem vitam conceſſit, ut amplius pœniteres*, & ſtatim convaluit.

Fa-

Faces & candelæ, in ejus exequiis accenſæ non ſunt imminutæ, quamtumvis arſerint horis ſucceſſivis.

XX. Prope Gandavum in Belgio, ante hoc tempus conſtitutum pauperum Clariſſarum primæ regulæ Monaſterium, liquet ex Diplomate Pontificio, quo Sororibus Margaritæ, & Mariæ Vyts, ac Margaritæ Trieſt peculiare quoddam conceditur privilegium, & in Monaſterio ultra triginta Moniales tunc habitaſſe refertur. Hujus Monaſterii hiſtoriam prætermiſit Gonzaga, quia propter tumultus Belgicos, & Gandavenſium defectionem, non licuit plenam rerum notitiam adipiſci. Illic requieſcit corpus beatæ Coletæ virginis ſanctiſſimæ, cujus vitæ & ſanctitatis primordia dedimus alias, ſuo tempore reliqua additur i.

Mon. Gand. Idem in Prov. S. Andrea in fine.

XXI. Jacobo Marchiæ Comiti, Regi Neapolitano, Joannæ ſecundæ marito, ſed in Gallia, ſuoque Comitatu, propter diſſenſiones cum Regina exulanti, facultatem conceſſit Pontifex, in Comitatu Caſtrenſi, ſeu in aliis terris ſuæ ditioni ſubjectis, Monaſterium Clariſſarum ſtrictioris Obſervantiæ fabricandi: *Inter deſiderabilia*, v. Kalendas Auguſti. Fortaſſis hoc illud Monaſterium eſt, quod Gonzaga antiquitus, ſub prima Regula extructum refert in civitate Caſtrarum ab ejuſdem urbis Comitibus, & ab hæreticis deſtructum, tranſmiſſis Sororibus quadraginta poſt multa ludibria, ad civitates Tholoſanam, & Albienſem.

Mon. Caſtrenſe.

Gonz. in Prov. Aquit. antiq. Mon. 1.

XXII. Ut Sorores Tertii Ordinis Monaſterii ſancti Franciſci, prope inſignem ſanctæ Claræ Parthenonem, Neapoli a Roberto Rege, uti diximus, inchoati, ſub clauſura, & Regulari viverent Obſervantia, moderatoribus Fratribus de Obſervantia hoc anno Pontifex indulſit: *Injunctum nobis*, II. Kalendas Junii. Sororibus ejuſdem Inſtituti domus de Valle-fabrica, extra muros Peruſinæ urbis, numero excreſcentibus conceſſit Monaſterium ſanctæ Agnetis in ſuburbio ejuſdem civitatis, a Clariſſis, quæ ad Monaſterium ſancti Pauli de Favarone tranſierunt, derelictum: *Humilibus ſupplicum votis*, IV. Kalendas Martii. Prope Sangallum in Germania, inſtituta eſt domus altera Sororum Pœnitentum ſancto Leonardo dicata, fundatrice pia fœmina Margarita Rudeckrina.

Mon. S. Franciſc. Neapoli. Tom. 6. an. 1310. n. 14.

Mon. de Valle fabrica Peruſii.

Mon. Sangalli. Bruſch. de Mon. Germ.

XXIII. Proculo Piſano de Puteolis, aliiſque Fratribus de Pœnitentia, dedit Pontifex facultatem domum ædificandi in quodam loco Puteolanæ Diœceſis, ſibi per Angelillum Capuanum donato, interveniente Laurentii Epiſcopi Puteolani aſſenſu: *Piis fidelium votis*, v. Kalendas Maii. Confirmavit donationem Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Magdalenæ in nemoribus, Cluſinæ Diœceſis, Antonio Januenſi, aliiſque Fratribus de Pœnitentia, ſive Tertii Ordinis ſancti Franciſci, factam per Petrum Paulum Epiſcopum Cluſinum, juxta quam prædicti Fratres ſibi domum ædificarunt: *His quæ pro Religionis*, VI. Idus Februarii.

Domus S. Mariæ Magdalenæ Cluſin.

XXIV. Inhibuit ſub graviſſimis pœnis Senatori, Conſervatoribus, aliiſque officialibus Urbis, ne deinceps intra clauſtra Conventus Aracœlitani inhabitarent, aut ibidem officia curialia, aut criminalia exercerent: *Inſtituit Deus omnipotens*, XIII. Kalendas Februarii. Fratri Joanni Belloro Guardiano Conventus Montis-Sion in civitate Hieroſolymitana, aliiſque Fratribus, auctoritatem impertiit, inquirendi vitas, & fidem Chriſtianorum omnium, qui in Paleſtina verſabantur, erranteſque a fide, plectendi: *Religionis zelus*, Idibus Aprilis.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

Literæ Pontif.

I. BEnedictam Monialem egreſſam Monaſterio, ad idem ſummus Pontifex revocavit, nonis Januarii, & x. Kal. Februarii ne ad magiſterium, vel doctoratum admitterentur minus idonei, cavit: *Cum valde periculoſum &c.* Monialibus vero Trajectenſibus poſſe vendere aliqua bona conceſſit: *Veſtræ devotionis &c.* x. Kal. Martii, & idibus ejuſdem, dimiſſo fratre Nicolao Londunenſi ad Benedictinos: *Humilibus &c.* Epiſcopo Trajectenſi xii. Kal. Aprilis, ut Minoribus, & Sororibus Tertii Ordinis facultatem divina celebrandi in ſuis Capellis, & Oratoriis concederet; adverſabatur enim illis, ſcripſit: *Promptum & benevolum &c.* Pro intelligentia vero commemorare juvabit duplex eſſe Trajectum, ſuperius ſcilicet ad Moſam fluvium cognominatum, civitatem aliquando Epiſcopalem Belgii in Brabantia, vulgo Maſtrick, quæ ante Leodium Tungrenſium Epiſcoporum ſedes erat; alterum vero quod inferius, & ad alterius differentiam ad Rhenum dicitur, civitas eſt Epiſcopalis in Hollandia, Antonina aliquando nuncupata, vulgo Utrecht, ultrajectenſis Regionis caput, nobilis, elegans, & ampla ab Amſterodamo inter Africum, & Garbinum ſeptem milliaribus gallicis, a Trajecto vero altero in Ceciam viginti duobus circiter abeſt. Ad hujus ergo Epiſcopum, in cujus urbe & diœceſi his temporibus Tertii Ordinis Fratres, & Sorores maxime florebant, Breve præfatum directum fuit: porro iiſdem Tertii Ordinis Sororibus Trajectenſibus paulo poſt Pontifex conceſſa privilegia confirmavit: *Quia perſona &c.* x. Kal. Junii, * cum interea collata Eccleſia Spoletina fratri Bartholomæo: *Religionis zelus &c.* iii. Idus Maii, Epiſcopo Feretrano mandavit concedere Fratribus licentiam permutandi quamdam domum eiſdem relictam: *Sinceræ devotionis &c.* xiii. Kal. Junii. Feretrum eſt civitas Epiſcopalis in Umbria in rupe prærupta Montis Feretrani, a quo nominatur conſtructa, alio nomine Leopolis, & ſanctus Leo, appellata, exigua quidem, ſed natura, & arte munitiſſima, ac inexpugnabilis, inter Urbinum, ſub cujus Ducatu continetur, in occaſum ad xx. m. p. diſtans, & Sarſiuam, ab Arimino in meridiem paulo minus recedens.

Indic. ex Vatic.

* De alio Trajecto, Urbe Neapolitani regni, noſter hic Geographus nec verbum habet. Ex Topogr. Feretr.

II. Præterea noſtris apud Cardinales, aliosque Eccleſiæ Prælatos licentia commorandi, cum experiretur in ſpretum ſuperiorum Ordinis tranſire; nonnulli ſiquidem ſub eorum purpuratorum præpotenti patrocinio ſuis ſuperioribus obedire detrectabant, Pontifex huic enormitati occurrere volens, Breve dedit: *Debitum &c.* vii. Kal. Junii, quo declarat, & vult eſſe ſubjectos viſitationi, & correctioni ſuorum Prælatorum: ii. autem Kal. ejuſdem, Fratribus caſtri de Urdiales circa quaſdam eleemoſynas expeditæ fuere litteræ: *Sacræ religionis &c.* Caſtrum de Urdiales ubi ſit, nullos apud hucuſque legi: ſed v. Idus præfati pro reparatione Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Majoris, Ordinis ſanctæ Claræ, Pragenſis diœceſis, indulgentia conceſſa fuit: *Licet is &c.* & x. Kal. Julii Milæ Sorori Tertii Ordinis cum aliis Sororibus ad Auguſtinianas poſſe tranſire: *Ut inter æternæ &c.* iv. Kal. ejuſdem Epiſcopo Carthaginenſi commiſſum fuit, ut in provincia Caſtellæ quædam ſtatuta Capituli Burgenſis faceret obſervari: *Humilibus &c.* & vi. Kal. Septembris, creato Pœnitentiario ad ſanctum Petrum fratre Joanne: *Religionis zelus &c.* Epiſcopo Conchenſi pro ædificatione Monaſterii Clariſſarum ſcripſit: *Piis*

Literæ Apoſtol.

„ *Piis ſupplicum &c.* v. Kal. Decembris. Porro Concha, Hiſpanis Cuen-
„ ca, in Hiſpania Tarraconenſi, civitas eſt Epiſcopalis in Regno Caſtellæ,
„ apud Sucronem fluvium intermeantem ex vicinis montibus, quos Sierra-
„ balbanera vocant, defluentem, & urbem in Montis deſcenſu poſitam,
„ a ſuburbio in plano ſito dividentem: hæc Valeriæ urbi antiquæ, & pro-
„ ximæ, in Epiſcopali dignitate ſucceſſit, ac apud latinos etiamnum a veteri
„ Valeria nuncupatur: arcem habet edito loco, fontibus ſcatet, mercimo-
„ nio pollet, ac opulentas Eccleſias habet: media fere jacet inter Tole-
„ tum, & Valentiam, a Toleto in ortum æſtivum XXIX. M. P. Hiſp. a
„ Valentia in occidentem pariter æſtivum XXXI. diſtans, Albaracino, &
„ Huctæ proxima. Hujus ergo civitatis Antiſtiti pro conſtructione Mona-
„ ſterii, ut prædictum eſt, Pontifex ſcripſit; an vero Breve executioni
„ demandatum fuerit, non apparet. Ceterum frater Ægydius Marbour ad
„ Benedictinos dimiſſus eſt: *Sedes Apoſtolica &c.* XII. Kal. Januarii, &
„ frater Thomas Dionyſii ad Magiſterium: *Religionis zelus &c.* v. Kalen.
„ Januarii. Gottfridus interea temporalis Dominus de Quintin moritur,
„ & apud Minoritas Guingampenſes ſepelitur.

ARGUMENTUM.

Habentur ſolemniſſima totius Ordinis Comitia Aſſiſii. Removetur ab officio Antonius de Maſſa Miniſter Generalis, & ſubſtituitur Guillelmus de Caſale. Multa conſtituuntur pro univerſi Ordinis potiori regimine, & integra unione. Joannes Capiſtranenſis Miniſtro Generali deputatur ſocius pro gubernio regularis Obſervantiæ. Recenſentur Epiſcopi. Florent viri docti, atque inter hos maxime beatus Albertus Sartianenſis. Conſtruuntur Cœnobia.

I. Diximus anno præcedenti, Pontificem ſtatuiſſe, ut Capitulum generale, quod juxta Regulæ præceptum de celebrandis Comitiis, ſingulis trienniis, hoc anno cogendum erat in civitate Leodienſi, transferri deberet in Urbis Conventum Aracœlitanum. Re tamen melius excogitata, juſſit ut Aſſiſium omnes tam Conventuales, quam Obſervantes convenirent, miſſo ad omnes provincias hoc Diplomate. Jubet Pontifex celebrari Capitulum Aſſiſii.

Dilectis filiis Antonio de Maſſa, in Theologia Magiſtro, Ordinis Fratrum Minorum Generali Miniſtro, ac Provincialibus Miniſtris, Cuſtodibus, & univerſis Fratribus ejuſdem Ordinis ad generale Capitulum congregandis.

II. *Romani Pontificis providentia circumſpecta loca & tempora ad actus neceſſarios, ad quos perſonæ Eccleſiaſticæ, & religioſæ convenire debeant, conſtituta plerumque commutat, prout rerum & temporum qualitate penſata, conſpicit ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem cum generale Capitulum Fratrum Minorum, in civitate Leodien. ex inſtitutione & ordinatione noſtra celebrari deberet: Nos, qui Ordinem ipſum inter ceteros religioſos Ordines, ob ſingularem devotionis ardorem, quem erga beatum Franciſcum gerimus, paterna caritate proſequimur, ac deſideramus ut Fratres in eodem Ordine degentes, juxta ejuſdem Ordinis inſtituta religioſe vivant, & Deo puris mentibus famulentur, ut juxta deſiderium cordis noſtri debita in* Ex libr. mixto de annis 2. 13. & 14. Martini fol. 181.

dicto Ordine reformatio fieret, quæ Deo accepta, & nobis grata, & ipſi Ordini conveniens exiſtat, & Chriſtiano populo fructuoſa, dictum generale Capitulum ad locum Romanæ Curiæ pro anno Domini MCCCCXXX. *in feſto Pentecoſtes celebrandum, de conſilio venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, auctoritate Apoſtolica, duximus transferendum, prout in litteris noſtris ſuper inde confectis, ſerioſius continetur: quod cum commode fieri nequeat, nos propterea certis ex cauſis rationabilibus, animum noſtrum moventibus, prædictum Capitulum, de eorumdem Fratrum conſilio, ad civitatem noſtram Aſſiſi, eadem auctoritate transferimus per præſentes, terminum celebrationis bujuſmodi a feſto Pentecoſtes ad feſtum Trinitatis ſanctæ proxime futurum, conſilio & auctoritate ſimilibus prorogantes; ac mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœnis excommunicationis, ſuſpenſionis, & privationis officiorum, & omnium actuum legitimorum, tibi Generali, ac omnibus & ſingulis officialibus, & ceteris aliis, qui ad præfatum generale Capitulum acceſſuri ſunt, necnon Magiſtris, Fratribus, & electoribus de ſingulis provinciis per Miniſtros eligendis; inſuper Vicariis, ſeu præſidentibus certorum Conventuum, Fratrum* de Obſervantia *nuncupatorum, dicti veſtri Ordinis, videlicet de ſancto Audomaro, Morinen. de Sagio, Sagien. de Varen. Rhemen. de la Valle, Cenomanen. de Cliſſio, Nannceten. & Ambaſia, Turonen. de Bereborio, & Choieto, & Fonteniaco Comitis, Maleacen. diœceſis, infra provincias Franciæ, & Turoniæ, juxta modum dicti Ordinis exiſtentium, una cum aliis Fratribus diſcretis nomine dictorum Conventuum, ad dictum Capitulum generale tranſmittendis, quatenus ad præfatam civitatem Aſſiſi, in feſto Trinitatis prædicto, pro celebratione bujuſmodi Capituli conveniatis, & ibidem quæ ad Dei laudem, & Religionis honorem pertinebunt, efficere ſtudeatis: conſtitutionibus Apoſtolicis ac ſtatutis dicti Ordinis contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis: necnon indultis, & conceſſionibus, per ſacrum generale Conſtantien. Concilium præfatis Fratribus, & Conventibus conceſſis, & prioribus litteris noſtris, ceteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos,* III. *Kal. Maii anno* XIII.

Deſtinatur Præſes Capituli Joanni Card. Cervantes.

III. Poſthæc, ut omnia majori pondere, & auctoritate tranſigerentur, Præſidem dedit Capituli Joannem Cervantes, Hiſpanum, tituli ſancti Petri ad Vincula Cardinalem, virum prudentem & doctum, qui disjunctos conjungeret, & diſſidentes animos reconciliaret, eaque omnia prudenter ſtatueret, quæ unioni Ordinis, & bono regimini judicaret expedire. Commiſſionis inſtrumentum ex ipſo autographo exſcribo.

Dilecto filio Joanni, tituli ſancti Petri ad Vincula Presbytero Cardinali &c.

Ex Archiv. Araceli n. 79.

IV. *CUm generale Capitulum Fratrum Minorum in civitate noſtra Aſſiſinatenſi ſit de proximo celebrandum, nos, qui eumdem Ordinem inter ceteros religioſos Ordines, ob ſingularem devotionis ardorem, quem erga beatum Franciſcum gerimus, paterna caritate proſequimur, cupientes ut per Miniſtros, officiales, & Fratres in dicto Capitulo congregatos, juxta prædicti Ordinis inſtituta, talis reformatio fiat, quæ Deo accepta, nobis grata, & ipſi Ordini conveniens exiſtat, ac Chriſtiano populo fructuoſa, de tuaque circumſpectione & ſapientia in nonnullis arduis noſtris, & Romanæ Eccleſiæ negotiis comprobata, ſumentes in Domino fiduciam ſpecialem;*

lem; etiam de conſilio venerabilium Fratrum noſtrorum ejuſdem Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, tibi, tenore præſentium, committimus & mandamus, quatenus perſonaliter te conferens ad civitatem prædictam, ipſi Capitulo, auctoritate noſtra præſis, ipſumque pro tua prudentia dirigas, ordines & diſponas, ac ſalubri maturitate provideas, quod omnia & ſingula ſalubriter & ſincere ſtatuantur ad honorem Dei, ejuſque Eccleſiæ, ac noſtrum & Apoſtolicæ Sedis obſequium debitum & devotum, ipſius quoque Ordinis bonum regimen, tranquillitatem & pacem. Nos enim tibi dirigendi, diſponendi, ſtatuendi, præcipiendi, mandandi, & quoſcumque tranſgreſſores mulctandi, puniendi, corrigendi, privandi, abſolvendi, ponendi, deponendi, approbandi, reprobandi, procedendi, judicandi, & exequendi; voces quoque Miniſtrorum & Cuſtodum, ceterorumque dicti Ordinis officialium abſentium, aut alias commode intereſſe non valentium ſupplendi, ac dictum Ordinem reformandi, tam in capite, quam in membris, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendi, omniaque alia & ſingula faciendi, quæ in præmiſſis, vel quolibet præmiſſorum neceſſaria, ſeu quoquomodo opportuna tibi videantur, auctoritate Apoſtolica, plenam & liberam per præſentes concedimus facultatem. Mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœnis excommunicationis, ſuſpenſionis, & privationis officiorum, & omnium actuum legitimorum, dilectis filiis Generali, & Provincialibus Miniſtris, ceteriſque officialibus, & Fratribus in dicto Capitulo congregatis, quatenus tibi in omnibus pareant & intendant. Nos enim ſententias, ſive pœnas quaſcumque inflixeris, ſeu intuleris in rebelles, ratas habebimus, & faciemus, auctore Domino, uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis dicti Ordinis confirmatione Apoſtolica, vel quacumque &c. roboratis, necnon privilegiis & indultis, ac conceſſionibus per ſacrum generale Concilium Conſtantien. præfatis Fratribus conceſſis, ceteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, VIII. Idus Junii, Pontificatus noſtri anno XIII.

Capitulum generale 78. Aſſiſii.

V. Convenientibus igitur in unum univerſis totius Religionis ſuffragatoribus, tam ex Patribus Conventualibus, quam Obſervantibus, die XV. Junii, in quem incidit feſtivitas Corporis Chriſti, inchoata ſunt Comitia, objectaque ſunt varia capita laxioris vitæ, remiſſi regiminis, & ſupinæ ſocordiæ Antonio de Maſſa Miniſtro Generali, quibus diligenter diſcuſſis, & rite probatis, amotus eſt ab officio, cum honore tamen translatus ad patriæ ſuæ Epiſcopatum. Deinde omnium ſuffragiis electus eſt, qui multitudinem hanc magnam regeret, frater Guillelmus de Caſali, quem ſuperius diximus ſimul cum Antonio Vicaria functum poteſtate, & negotia Ordinis in Curia procuraſſe. Vir erat doctus, facundus, & pius, victu religioſus, inceſſu gravis, in regimine prudens, induſtria, & rerum experientia huic muneri idoneus, uti annis ferme tredecim, quibus præfuit, opera comprobavit. His acceſſit quod Obſervantum familiam valde ſemper dilexerit, & frequenti beneficiorum obſequio ſibi devinxerit; unde factum ut facilius Cardinalis Præſes inductus ſit ad tollendos univerſos Obſervantum Vicarios, illique lubentius ſe immediato Miniſtri Generalis regimini commiſerint, & Ordinis adhæſerint communitati.

Deponitur ab officio Antonius de Maſſa, & fit Maſſæ Epiſcopus.

Subſtituitur Guillelmus de Caſali. *Ann. 1429. n. 8.*

Tolluntur Vicarii Obſervantum & fit totius Ordinis unio.

VI. Facta utriuſque partis unione, ut ſolidius cohærerent, actum eſt de abolendis corruptelis, & ſtatuendis legibus, quibus rite & æque deinceps regerentur. Frequenti indicto conſeſſu, collatiſque ſuffragiis, maxime

In hoc Capitulo egregiam navat operam B. Joann. Capiſtranen.

me enituit virtus, & ſapientia Joannis Capiſtranenſis in explicandis difficultatibus, & adhibendis remediis. Hunc ex omnibus unum elegit Cardinalis, qui eas conderet leges, quibus utrimque parendum eſſet, & mutuo unionis vinculo pax decreta firmaretur. Scripſit ille juxta temporis, & ſtatus indigentiam, varias obſervationes in duodecim Regulæ partitiones, quibus ex ſuggeſto per ipſum Capiſtranenſem, præcipiente Legato, perlectis, ſummo applauſu, & tumultuaria acclamatione omnes aſſenſerunt. Ne verò eſſet qui facti pœniteret, ſingulos jurejurando adſtrinxit Cardinalis ad Conſtitutionum obſervantiam, & Generalem Miniſtrum amplius induxit, ut ſacramentum diceret, ſe a pactis ſacroſancte ſtabilitis, nullo tempore abſolvi petiturum. Majori deinde robore omnia terminaturus, ſuo Diplomate, & ſigillo decreta munivit, & per univerſas provincias diſtribuit. Pauca in his continentur, quæ ſtatum humilem, & pauperculum illius temporis Obſervantum reſpicerent; omnia tendebant ad eliminandos, qui in communitatem Ordinis irrepſerant, abuſus. Trito vocabulo vocantur *Martiniana*, quia ſub Martino, & Martini auctoritate compoſita, & litteris munita. Illa libet hic exſcribere, quia frequenter repetenda, utque perſpiciat lector æqua Obſervantes poſtulaſſe, & non inique ab iis reſiliiſſe, qui rationabilia, placida, ſtatui ſuo conſona, minime rigoroſa ſervare neglexerunt.

Jurant omnes ſe obſervaturos cōſtitutiones.

Joannes miſeratione divina tituli ſancti Petri ad Vincula, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis, Reformator Ordinis Fratrum Minorum a Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus, venerabilibus & religioſis viris Dominis Fratribus, Generali, Provincialibuſque Miniſtris, ac univerſis & ſingulis Fratribus Ordinis Minorum prædicti, ſalutem, & ſinceram dilectionem in Domino Jeſu Chriſto.

Ex ſpeculo Min. tr.3. fol. 191. & ex regul. ing. 4. ann.4. fol. 47. lib. 16. bullarum.

VII. *NOveritis quod nos litteras ſanctiſſimi in Chriſto Patris & D.N.D. Martini divina providentia Papæ V. ejus vera bulla cum cordula canapis more Romanæ Curiæ impendente, bullatas, ſanas, & integras, non vitiatas, non cancellatas, neque in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes, cum ea, qua decuit reverentia ſuſcepimus, cum poteſtate plenaria ad Capitulum generale, & ad civitatem Aſſiſinatenſem, in qua ipſum Capitulum de præfati Domini noſtri mandato celebrandum erat, accedendi, ac diſponendi, ſtatuendi, præcipiendi, mandandi, ponendi, & deponendi, approbandi, & reprobandi, providendi, reformandi, ordinandi, & alia faciendi, prout & quemadmodum in dictis litteris Apoſtolicis apparet, plenius contineri, quarum tenor de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis:* Martinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Joanni tituli ſancti Petri ad Vincula Presbytero Cardinali &c. Cum generale Capitulum Fratrum Minorum in civitate noſtra Aſſiſinaten. ſit de proximo celebrandum, nos qui eorum Ordinem inter ceteros &c. *Vide ſupra num.4.* Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos VIII. Idus Junii Pontificatus noſtri anno XIII.

VIII. *Quarum quidem litterarum Apoſtolicarum vigore nos Joannes Cardinalis reformator præfatus, ad dictam civitatem Aſſiſii ad præfata ordinandum, & faciendum, perſonaliter acceſſimus, & dicto Capitulo de præfati Domini noſtri mandato præfuimus, & una cum Miniſtris, Cuſtodibus, ceteriſque Vocalibus, in eodem Capitulo congregatis, Fratribus dicti Ordinis ad hoc deputatis, die* XV. *menſis Junii, in feſto Corporis Chriſti tractaturi de reformatione, & aliis dicto Ordini neceſſariis, capitulariter intravimus: & tam-*

tamdem die datæ præſentium, ex injuncto nobis legationis officio, curam gerentes, ac ſtudioſis affectibus libenter attendentes, per quæ Fratrum Minorum totius Ordinis mores dirigerentur ſalubriter, & eorum actus de bono in melius reformarentur, ut ſic ſuorum operum moderarentur habenas, quod accepti redderentur Altiſſimo, eiſque ſalus proveniret animarum, ad quæ ferventius noſtra inſpirat intentio: habita nihilominus ſuper his cum aliquibus valentibus ſacræ Theologiæ Magiſtris, dicti Ordinis Fratribus, & aliis viris providis & diſcretis, deliberatione matura ſuper eis, quæ correctione & reformatione eorumdem Fratrum egere videbantur, edidimus infra ſcripta. Etenim non eſt novum, ſi, pro temporum ac rerum exigentia, leges innoventur humanæ, quoniam etſi nihil ſub cælo novum, plus tamen ſolet timeri, quod ſpecialiter injungitur, quam quod generaliter inhibetur, & decies repetita placebunt, ac diverſa in unum collecta, facilius breviata ſervantur, & quæ uſu viluerunt antiquo, pariter renovata delectant: Renovamini, *inquit ille præco refulgens*, ſpiritu mentis veſtræ, & induite novum *Epheſ. 4. 23.* hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt, in juſtitia, & ſanctitate veri- *Rom. 12. 2.* tatis, & nolite conformari huic ſeculo, ſed reformamini in novitate ſenſus veſtri, ut probetis, quæ ſit voluntas Dei bona, beneplacens & perfecta. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra *Ibid. 4.* non eumdem actum habent, ita multi unum corpus ſumus in Chriſto Jeſu, qui eſt caput noſtrum, creator, dux, redemptor, dominus, & Magiſter. Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus ac- *1. Petri 2. 9. Theſſ. 4. 7.* quiſitionis, quos Deus vocavit, non in immunditiam, ſed in ſanctificationem, ut virtutem annuntietis illius, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen ſuum. *Evangelicæ ſcilicet perfectionis Jeſu Chriſti filii Dei, qui ſuæ dilectiſſimæ ſponſæ tenerrimus prædilector, non ceſſat quotidie providere de remediis, & auxiliis opportunis, novellis eam floribus fulciendo pulcher-* *Cant. 2.* *rimis, ſcilicet ſanctis deſideriis divinorum chariſmatum & gratiarum, copioſius irrigando fructibus operum fæcundorum, tribuens incrementa virtutum germine verbi Dei. Sponſa ſiquidem Chriſti Eccleſia ſancta eſt; ſed in propoſito noſtro Minorum Religio vertitur reformanda, quam Altiſſimus Jeſus* Religio Minorũ annulo quodam Chriſto deſponſata. *Chriſtus Dei filius ſibi quodam ſingulari annulo mirifice deſponſavit, cum ejuſdem Religionis inſtitutorem, & ducem ſuæ ſanctiſſimæ Paſſionis privilegio decoravit, ac ſpecialibus ſigillis, ſacris videlicet ſtigmatibus, mirabiliter inſignivit. Quæ quidem ſacra Religio, licet plantata ſit ſuper illo firmiſſimo fundamento*, præter quod nemo aliud ponere poteſt, *quod eſt ſuum ſanctiſ-* *1. Cor. 3. 11.* *ſimum Evangelium, quaſi ad modum fluctuantis naviculæ, procellis agitatæ ventorum, tentationum ſcilicet pulſibus vulneratæ quampluribus, tot indiget ſemper almæ matris Eccleſiæ providentiis & favoribus, quot quatitur impulſibus, & vitioſorum vulneribus ſauciatur.*

IX. *Cum nuper igitur retroactis temporibus nonnullæ, quæ vulgo reclamationes, tum de ſcandaloſis prædicatoribus, tum de aliis diſcurrentibus, & infectis Fratribus ejuſdem Ordinis præfati ſanctiſſimi D. N. Papæ ſæpius propulſaverint pias aures & auditum, hinc eſt quod pro univerſali reformatione Ordinis prælibati, infraſcripta ſtatuta, ordinationes, reformationes, & conſtitutiones recollegimus, ordinavimus, & fecimus, & qua ſupra Apoſtolica auctoritate confirmamus, authenticamus, & roboramus, & ad perpetuam rei memoriam redigi fecimus in his ſcriptis, quæ ab omnibus & ſingulis Fratribus ejuſdem Ordinis volumus, & mandamus inviolabiliter obſervari, tam a Prælatis, quam a ſubditis, diſcurrentes ſecundum ordinem, & proceſſum dictæ Regulæ, per duodecim capitula diſtincta, & particulariter ordinata.*

X. Im-

X. *Imprimis videlicet circa primum capitulum Regulæ, quod incipit*, Regula & vita Minorum Fratrum hæc eſt, ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Evangelium obſervare. *Cum non a diu dubitatum ac ſuſcitatum*

Ad quæ obligantur Minores ex vi Regulæ.

extiterit inter Fratres, ad quæ conſilia Evangelica tenerentur? dicimus, & declaramus, quod ad illa conſilia Fratres tantummodo obligantur, quæ in ipſa Regula præceptorie, vel inhibitorie, vel ſub verbis æquipollentibus ſunt expreſſa, juxta declarationem felicis recordationis Clementis Papæ V. in Conſtitutione ſua, quæ incipit: Exivi de Paradiſo, *cujus verba, & tenorem hic inſeri mandavimus, videlicet*: Declaramus, quod illud, quod ponitur in Regula de non habendo plures tunicas, quam unam cum caputio, & aliam ſine caputio. *Item* de non portandis calceamentis, & de non equitando extra caſum neceſſitatis. *Item*, quod Fratres vilibus induantur. *Item*, quod jejunare a feſto Omnium Sanctorum uſque ad Natale Domini, & in ſextis feriis teneantur. *Item*, quod Clerici faciant divinum officium, ſecundum Ordinem S. R. E. *Item*, quod Miniſtri & Cuſtodes pro neceſſitatibus infirmorum, & Fratribus induendis ſollicitam curam gerant. *Item*, quod ſi quis Fratrum in infirmitatem inciderit, alii Fratres debent ei ſervire. *Item*, quod nulli Fratres prædicent in Epiſcopatu alicujus Epiſcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum. *Item*, quod nullus audeat populo penitus prædicare, niſi a Generali Miniſtro, vel aliis, quibus ſecundum declarationem prædictam id competit, fuerit examinatus, & approbatus, & ad hoc inſtitutus. *Item*, quod Fratres, qui cognoſcerent, ſe non poſſe Regulam ſpiritualiter obſervare, debeant, & poſſint ad ſuos Miniſtros recurrere. *Item*, omnia, quæ ponuntur in Regula ad formam habitus, tam novitiorum, quam etiam profeſſorum, necnon ad modum receptionis ſpectantia, ſunt ab ipſis Fratribus ſicut obligatoria obſervanda, niſi recipientibus, quoad habitum novitiorum, ſicut dicit Regula, ſecudum Deum aliter videatur. *Hæc, inquam, omnia ſunt a Fratribus tamquam obligatoria obſervanda. Item, Ordo communiter ſenſit, & ſentit, tenet, & tenuit ab antiquo, quod ubicumque ponitur in Regula hoc vocabulum*, teneantur, *obtinet vim præcepti, & obſervari debet a Fratribus ſicut tale. Poſt quæ quidem verba declarata,*

De pluribus tunicis.

Nos etiam præfatus Joannes declaramus, de tunicis ipſorum Fratrum, ſecundum quatuor Magiſtros, Fratres videlicet Gaufridum, Alexandrum de Ales, Joannem de Rupella, & Richardum, quod Miniſtri, & Prælati poſſint plures concedere, cum viderint neceſſarium, ſecundum loca, & tempora, & frigidas regiones. Sciant etiam Fratres ſe non obligari ad Teſta-

De teſtamento S. Franciſci.

mentum beati Franciſci, ſecundum declarationes ſummorum Pontificum fel. record. Gregorii IX. Innocentii IV. Nicolai III. & Clementis V. Et quod omnes Fratres, ut dignum & juſtum eſt, reverentiam exhibeant, & honorem, humilem obedientiam, & firmiſſimam fidelitatem S. D. N. Papæ, & ſacro-

De obedientia & reverentia erga ſummum Pontificem, & erga Ordinis Prælatos.

ſanctæ Sedi Apoſtolicæ, prout in principio, medio, & fine Regulæ obligantur; ceteriſque Prælatis, & Clericis, prout congruum eſt, & intentio fuit beati Franciſci, qui Presbyteros monuit præ cunctis revereri. Item, ſtatuimus & ordinamus, quod mnes & ſinguli Fratres Italici, Gallici, Hiſpani, & Theutonici, & quicumque alii per orbem terrarum conſtituti, obedire teneantur, & debeant ſuis Prælatis Ordinis, ſecundum Regulam datis; non obſtantibus omnibus, & ſingulis privilegiis, conceſſionibus, & indultis, quomodocumque, & qualitercumque, generaliter, vel ſpecialiter in Romana Curia, & etiam in Concilio Conſtantienſi, vel alibi ubicumque conceſſis. Quæ omnia & ſingula, inquantum præſentibus obviant, caſſamus, revocamus, & annullamus, & nullus decernimus eſſe valoris, ac ſi numquam

con-

Digitized by Google

conceſſa fuiſſent. Et ſi quæ Monaſteria Monialium ex aliqua Bulla Apoſtolica conceſſa fuerint aliquibus particularibus Fratribus, ex nunc prædicti Fratres, ſive in Hiſpania, ſive alibi, reſignare debeant Miniſtris Provincialibus, niſi eiſdem per prædictos de nova fuerint recommiſſa, ſub pœna inobedientiæ contumacis.

Peculiares curæ Monialium dimittantur.

Item quoad votum paupertatis, id eſt, vivendo ſine proprio, & quod Fratres nihil ſibi approprient, ſtatuimus, & ordinamus illud inconcuſſe tenendum, quod fel. record. Nicolaus III. declaravit in ſua Decretali: Exiit, qui ſeminat: de verborum ſignificatione lib. 6. §. Porro ſucceſſive, *& ſeriatim per ordinem, uſque ad* §. Verum, quia expreſſe continetur in Regula.

De voto paupertatis.

Et quod quilibet Conventus habeat ſuum Procuratorem, ſecundum declarationem, & privilegium dicti Nicolai III. & Martini IV. & S. D. N. Martini V.

De Syndicis habendis.

Item, quoad votum caſtitatis, ſtatuimus, & ordinamus ſervandum eſſe ſtatutum Guillelmi Farinerii, factum in Capitulo Generali Aſſiſii, celebrato anno Domini MCCCCIV. *capitulo 7. ubi ſic habetur*: Fratres evidenter notati de ſuſpectis conſortiis, & colloquiis mulierum, quæ in Regula prohibentur, ſi admoniti, & correpti ſufficienter, ſe non correxerint, ſi in officiis fuerint, ab omnibus officiis abſolvantur, vel ſuſpendantur, nec taliter ſuſpenſi, vel abſoluti reſtituantur, niſi in provinciali Capitulo per Miniſtrum. Si vero in officiis non fuerint, priventur libris, & omni actu legitimo: & cui hæc pœna non competit, probationis capucio, & aliis pœnis gravibus puniantur ad arbitrium Miniſtrorum. Sed ad hæc Miniſtri firmiter teneantur: *Et intelliguntur ſuſpecta conſortia non ſolum de mulieribus, ſed etiam de ſuſpectis familiaritatibus quibuſcumque. Quicumque Frater conſuetus fuerit a ſocio ſuo Fratre cum mulieribus ſequeſtrari, de quibus judicio Prælati, ſeu merito poſſit oriri ſuſpicio, ſi canonice monitus, & correptus ſe non emendaverit, tamquam ſuſpectus de mulieribus, omnibus officiis Ordinis, & actibus legitimis ſit privatus. Et ſi taliter privatus iterato duobus fide dignis teſtibus convincatur de ſequeſtratione præfata; vel ſi ſequeſtrationes hujuſmodi ſuſpicionem multum violentam facerent, ſui Prælati judicio, de conſilio diſcretorum, probentur legitime, abſque monitione, vel punitione præmiſſa, arctetur ad veritatem dicendam. Si vero unus teſtis fidedignus de ſequeſtratione præfata appareat contra eum, & alius de lapſu carnis, arctetur gravius in domo diſciplinæ. Si vero aliquis de innominabili crimine*, propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ, *fuerit (quod abſit) notatus, & convictus, carceri perpetuo mancipetur, ubi omni die igne circa eum accenſo, corpore denudato, diſciplinatus, panem & aquam quotidie comedens, defleat vitam ſuam in amaritudine & dolore: circa quod ſi Prælati fuerint negligentes, ipſo facto ſuis officiis ſint privati.*

De ſuſpectis conſortiis.

Epheſ. 5. 6.

XI. *Quoad ſecundum Capitulum Regulæ.* Qualiter volentes venire ad Ordinem recipiantur: *Statuimus & ordinamus illud fore ſervandum, quod fel. record. Nicolaus Papa III. declaravit in præfata Decretali*: Exiit qui ſeminat: §. ſed quoniam: *ubi ſic dicit*: Sed quoniam in deſideriis noſtris hoc geritur, ut ad Dei gloriam ſalus proficiat animarum, ac dictus Ordo, per quem jugiter ad amorem divinum affectio Chriſtianæ Religionis accenditur, & merito, & numero augeatur, concedimus, & præſenti ſtatuto firmamus, licere non ſolum Generali, ſed etiam Provincialibus Miniſtris, perſonas fugientes a ſeculo in Fratres recipere, quæ Miniſtrorum Provincialium licentia, per ipſum Generalem, ſicut expedire viderit, poſſit arctari. Vicarii vero Provincialium Miniſtrorum ex officio Vicariæ licentiam hanc ſibi noverint interdictam, niſi per Miniſtros eoſdem, quibus hæc poſſe committere Vicariis, & aliis licere decernimus, hoc ipſum Vicariis ſpecialiter commit-

De recipiendis ad Ordinem.

mittatur. Caveant tamen ipſi Provinciales, quod hoc non indiſcrete, non paſſim, ſed ſic conſiderate committant, ſicque illos, quibus hoc committi contigerit, fidelibus conſiliis ſulciant, quod omnia diſcrete procedant, nec indifferenter omnes admittantur ad Ordinem; ſed illi tantum, qui ſuffragantibus eis litteratura, idoneitate, vel aliis circumſtantiis, poſſint utiles eſſe Ordini, ſibique per vitæ meritum, & aliis proficere per exemplum. *Hæc Nicolaus: Statuimus & ordinamus, quod nullus recipiatur ad Ordinem, niſi annum* XIV. *compleverit, etiamſi fuerit oblatus a parentibus, niſi pro ſcandalo evitando; ut ſi forſan foret filius Militis, vel ſuperioris dignitatis. Nec recipiatur aliquis ad profeſſionem, niſi annum compleverit probationis, & venientes ad Ordinem diligenter examinentur de fide Catholica, & Eccleſiaſticis Sacramentis, ut in Regula continetur; ita quod ſint fideles Catholici, & de nullo errore ſuſpecti, matrimonio non ligati per copulam carnalem, corpore ſani, animo prompti, legitime nati, debitis expediti, conditione liberi, nulla vulgari infamia notati, competenter litterati, vel ad labores Fratribus honeſtos & utiles, apti; aut talis conditionis exiſtentes, quod eorum receptio Clero, & populo non modicam ædificationem afferat. Et quod venientes ad Ordinem de bonis ſuis faciant quidquid Dominus inſpiraverit eis, ſecundum Regulam, & declarationem Clementis V.* §. Ceterum quia

An liceat recipere ex bonis recipiendorum.

Chriſti Confeſſor: *ibi, verſiculo*: Cum vero facere de rebus ſuis, quod Dominus inſpirabit, ipſam Religionem ingredientibus liberum velit eſſe, non videtur prohibere quin liceat eis recipere: *conſideratis ſcilicet eorum neceſſitatibus, & moderaminibus declarationis jam dictæ, ſi quid de bonis ſuis intrans, ſicut & ceteris pauperibus, per modum eleemoſynæ libere velit dare. Item, de qualitate habitus, cum Regula dicat, quod* Fratres omnes veſti-

De qualitate habitus.

mentis vilibus induantur: *ſtatuimus, & ordinamus, ut in generalibus ſtatutis præfati Guillelmi habetur 2. capitulo, quod veſtimentorum vilitas attendatur in pretio pariter, & colore; ita quod in veſtimentis ſemper reluceat aſperitas, vilitas, & paupertas. Et ut ignorantia nemini ſit occaſio delinquendi, ordinamus quod omnes Fratres veſtimentis talibus induantur, quod nec ſint adeo pretioſa, ut videntes ea de curioſitate, & vanitate notare debeant, nec ita vilia & groſſa, quod ipſa videntes in horrorem inducant, & provocent ad deriſum. Longitudo autem habitus ultra longitudinem hominis deferentis talis ſit, quod nec plica ultra quatuor digitos protendatur, nec ita brevis, quin chorda ex ea valeat operiri. Latitudo vero decem & octo palmorum non excedat menſuram, nec ſit minor quindecim.*

De capitio.

Caputium vero tali modo fiat; quod exiſtens in capite extremitas per longitudinem duorum digitorum cingulum non excedat, nec per duorum digitorum altitudinem ſupra cingulum debeat permanere, cui longitudini correſpondeat proportionaliter latitudo, ſecundum corporis quantitatem. De mantellis autem, de modo dormiendi, de camiſiis, de cingulo, & de calceamentis, in omnibus ſervetur generale ſtatutum præfati Guillelmi in 2. capitulo.

De divino Officio & Choro.

XII. *Quoad tertium capitulum Regulæ*, de divino officio, *ſtatuimus & ordinamus, ſervandam eſſe conſtitutionem Benedicti XII. cap.* 1. *ubi ſic dicit*: In primis circa agendum divinum officium in eodem Ordine, auctoritate Apoſtolica ordinamus, quod ante Miſſarum, & horarum principia, Fratres dicti Ordinis omnes, quos cauſa rationabilis non excuſat, ad chorum conveniant, præparaturi Domino corda ſua, ibique ſine riſu, murmure, diſcurſu, & abſque vanis, & vagis aſpectibus, ſub ſilentio, in pace, cum debita gravitate permaneant, cantent, & orent, & uſque in finem unanimiter perſeverent: *quia vero cantus eccleſiaſticus, divinæ laudis ſacrificium, fructuſque* la-

labiorum canentium, non ſolum eorum, qui pſallunt, ſed etiam auditorum, ædificatio eſſe debet, eoſdem Fratres hortamur in Domino, ut divinas laudes integre, attente, honeſte, & religioſe perſolvant; geſtus leves, & cantus diſſolutos, & fractos omnino declinent, ſed tractim pſallant debito more incepta, quæ ſimul canenda fuerint, ſimul concinant, ſimul pauſent, ut in dicto capitulo continetur. Hoc addito, quod de cantu in locis, ubi ſunt pauci Fratres, qui non ſufficerent ad cantandum, vel alia rationabili cauſa, Prælati poſſint diſpenſare, cum viderint expedire. Item, de jejunio illa ſerventur, quæ in Regula continentur. Idem fiat de non equitando, præterquam in caſu neceſſitatis: attentis tamen verbis Divi Bonaventuræ in ſua declaratione ſuper hoc paſſu, qui dicit, quod non debeant equitare, neque bigare, neque quadrigare, niſi manifeſta neceſſitate, ſicut prædixi, vel impediti, aut prolixi itineris, vel negotii urgentis, vel infirmitate cogantur.

De jejunio equitatu.

De Syndico.

XIII. *Quoad quartum capitulum Regulæ; quod* Fratres non recipiant pecuniam: *ſtatuimus juxta declarationem Nicolai III. Clementis V. & Martini IV. & V. quod quilibet Conventus, ſive locus habeat ſuum procuratorem idoneum, Syndicum, & actorem, cui omnes eleemoſynæ pecuniariæ, & aliæ, quæ ad pecuniam reduci poſſunt, integraliter conſignentur, qui eaſdem diſpenſaro debeat legaliter, & fideliter in reparationem Conventuum, & locorum, aliaſque neceſſitates Fratrum pro tempore occurrentes. Et quod Fratres nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant. Si quis autem contrarium attentaverit, ipſo facto omni actu legitimo ſit privatus, & pœna carceris puniatur. In omnibus autem, quæ ultra hæc magis arctarent Fratres dicti Ordinis, ſive ex declaratione Clementis V. ſive quacumque alia declaratione ſummorum Pontificum, vel aliorum quorumcumque, auctoritate nobis commiſſa miſericorditer diſpenſamus: non aſtringentes propterea eos, qui voluerint præfatas declarationes ſervare, quin ſuo voto ſatisfacientes ſervare valeant & tenere. Item, Miniſtri & Prælati pro neceſſitatibus infirmorum ſollicitam curam gerant, eiſdem diligenter de neceſſariis providendo, ordinando infirmarios, vel alios Fratres deputando ſervitiis eorumdem; qui deputati, ſi culpabiles inventi fuerint, vel notabiliter negligentes, præſidentium arbitrio puniantur. Et alia faciant circa prædicta, ſicut in generalibus ſtatutis Ordinis præfati Guilielmi 4. capitulo continetur.*

De cura infirmorum.

De præmiis laboritii.

XIV. *Quoad quintum capitulum Regulæ*, de modo laborandi: *ſtatuimus, & ordinamus, quod Fratres habentes gratiam laborandi, laborent fideliter & devote, prout in Regula continetur: merceſque laboris ſi pecuniaria fuerit, per ſolventem ſtatim conſignetur procuratori Conventus, ſive loci; quod ſi pecuniaria non fuerit, conſignetur Prælato ejuſdem loci, de qua poſſit omnibus Fratribus ibidem commorantibus, prout neceſſitas exegerit, communiter providere. Per hoc tamen nullus Fratrum præſumat puerorum ſcholas regere in Conventu, vel extra ſecularium perſonarum, ſub pœna privationis actuum legitimorum.*

Prohibentur ſcholæ puerorum.

De abdicanda proprietate.

XV. *Quoad ſextum capitulum Regulæ, quod* Fratres nihil ſibi approprient: *ſtatuimus & ordinamus ab univerſis ſervandum, prout Regula dictat, & qui ſecus fecerit, puniatur, ut ſupra dictum eſt de pecuniariis. Item, quod omnes Fratres vadant pro eleemoſyna confidenter, juxta diſcretionem Prælati præcipientis, cujus arbitrio committimus diſcernendum, qui congrue mittendi ſint pro eleemoſyna, vel qui non.*

De quæſtu.

De caſibus reſervatis.

XVI. *Quoad ſeptimum capitulum Regulæ*, de pœnitentia Fratribus peccantibus imponenda: *ſtatuimus & ordinamus quod nullus Frater, excepto Provinciali Miniſtro, niſi ex ſpeciali Generalis, vel Provincialis Miniſtrorum*

Digitized by Google

licentia, poſſit aliquem Fratrem abſolvere a peccata inobedientiæ contumacis, proprietariæ rerum detentionis, lapſus carnis, furti rei notabilis, injectionis manus violentæ, falſi teſtimonii in judicio facti, compoſitionis, vel projectionis, aut publicationis libelli famoſi, falſificationis ſigilli cujuſcumque perſonæ notabilis, falſæ teſtificationis in infamiam cujuſcumque. Si quis autem contrarium attentaverit, ipſo facto actibus legitimis ſit privatus; & ſi legitime fuerit deprehenſus, carceri mancipetur.

De electione Generalis Miniſtri.

XVII. Quoad octavum capitulum Regulæ, de electione Generalis Miniſtri: quia langueſcente capite cetera membra dolent, ſtatuimus & ordinamus, quod electio Generalis Miniſtri canonice celebretur in Capitulo Pentecoſtes a Miniſtris & Cuſtodibus, ut Regula dictat. Ipſi autem electores talem in tanta Religione ſtudeant habere perſonam, qui ſcientia, vita, moribus, & exemplo merito magis valeat prodeſſe, quam ambitioſe præeſſe ovibus recommiſſis, omni poſtpoſito amore, odio, timore, vel rancore. Et ſi ſecus factum fuerit, electio nulla ſit, & electores voce activa & paſſiva perpetuo ſint privati. Item

De ſociis ejuſdem.

ſtatuimus & ordinamus, quod Generalis Miniſter non habeat ſecum plures duobus ſociis notabilibus, uno Ciſmontano, & alio Ultramontano, addito ſocio ſcriptore, & alio ſervitore, cum uno famulo. Et quod de cetero ſi Generalis ſit Ultramontanus, Ciſmontanus ſocius teneat ſigillum Ordinis, & e contra, ſi Generalis ſit Ciſmontanus, Ultramontanus ſocius teneat ſigillum

Non poteſt mutare Ordinis ſtatuta.

Ordinis; nec poſſit eos Generalis ad libitum commutare, niſi morte interveniente, vel alia cauſa legitima, & caſu notabili: tunc enim in loco illius ſubſtitutionem alterius ſocii facere poſſit de conſilio diſcretorum. Item, quod ſecundum declarationem quatuor Magiſtrorum, Generalis non poſſit aliqua mutare ordinata per ipſum & Capitulum generale, ſine ipſius Capituli gene-

Neque conferre gradus ſcholaſticos ad libitum.

ralis aſſenſu in iis, quæ tangunt Regulæ puritatem. Nec poſſit aliquem licentiare ad curſum magiſterii, niſi fuerit præſentatus per Miniſtrum provinciæ, qui neminem audeat præſentare, niſi de conſilio & aſſenſu ipſius Capituli

Neque petere ſubſidia pecuniaria.

provincialis. Item, quod præfatus Generalis nullam exactionem pecuniarum facere poſſit, neque pro confirmatione Miniſtrorum, neque pro viſitatione provinciarum, neque pro Magiſterio, aut veſtiario, vel litteris officiorum, aut ſuffragiorum, ſive quacumque occaſione, vel colore. Quod ſi ſecus fecerit, ipſo facto ſuo officio ſit privatus: neque teneantur ſibi Fratres ulterius obedire. Et ſi exinde in poſterum præſumpſerit Generalatus officium detinere vel retinere, etiam ipſo facto ſit perjurus, infamis, & inhabilis ad quæcumque officia, vel beneficia, honores & dignitates, tam in Ordine, quam extra Ordinem obtinenda. Item, quod non faciat Vicarios in provinciis, niſi ex caſibus neceſſariis & opportunis, quibus expletis, Vicariatus officium ipſo facto volumus expirare.

De prædicatoribus.

XVIII. Quoad nonum capitulum Regulæ, de Prædicatoribus: ſtatuimus & ordinamus quod Fratres non prædicent in Epiſcopatu alicujus Epiſcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum, ſed cum omni humilitate & reverentia Prælatos Eccleſiæ debeant venerari. Item, quod nullus præſumat populo prædicare, niſi a Generali Miniſtro, vel Provincialibus in Capitulis provincialibus, vel ab aliis, quibus per Generalem Miniſtrum fuerit commiſſum, examinatus extiterit, & approbatus, & officium prædicationis ſibi conceſſum. Poſſunt tamen nihilominus præfati Miniſtri prædicandi licentiam revocare, ſuſpendere, & arctare, quoties, ſicut, & quando eis videbitur expedire, juxta declarationem præfati Nicolai III. in præfata Decretali: Exiit qui ſeminat. §. Et quia in eodem: Et quod prædicti, quibus committitur auctoritas præfatam licentiam concedendi, nullum ad prædicationis officium admitte-

re

re debeant, niſi extiterit admittendus Sacerdos, vel Diaconus, ætatis in minus xxv. *annorum, competentis litteraturæ, vita, ac moribus comprobatus, cujus doctrinæ merito populi ædificari valeant ſine ſcandalo. Caveant autem omnes prædicatores prædicti, ne aliquando prædicare præſumant quidquam contra libertatem ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, vel eccleſiaſticis perſonis detrahere, vel (quod abſit) ſcandalum contra Clerum, vel Religionem aliquam excitare, aut perſonam aliquam præſentem criminaliter nominare: ſed potius contra hæreſes & ſchiſmata populos dirigere, & fideliter animare, & in orthodoxæ fidei veritate firmare, maxime contra præſentem ſatanicam & damnatam hæreſim Huſſitarum, contra quos in aliqua parte ſermonis, prout videbitur expediens, invehatur. Si quis autem contra ſtatum, honorem, dignitatem, & Eccleſiaſticam libertatem præſumpſerit prædicare, ipſo facto prædicationis officio, & omni actu legitimo ſis privatus. Quod ſi poſt dictam privationem præſumpſerit prædicare, per ſuos Prælatos, omni appellatione poſtpoſita, vel alio ſubterfugio, carceribus mancipetur. Qui Prælati ſi in prædictis fuerint negligentes, in eamdem pœnam ſe noverint incurriſſe, niſi legitima, vel rationabili cauſa de impotentia ſe valeant excuſare. Super quos, & prædictos prædicatores delinquentes Ordinarii locorum plenam juriſdictionem habeant, puniendi & carcerandi, ſine aliquo proceſſu, ad quod cum opus fuerit, prædicti Ordinarii invocare valeant brachium ſeculare. Item, quod nullus Frater audeat in alienis Eccleſiis prædicare, abſque licentia Ordinarii, ne gignat ſcandalum, aut perturbationem Ordinis: liceat tamen eiſdem Fratribus in iis terris, ubi pro tempore fuerit conſuetum, ut in Quadrageſima, proceſſionibus, & ſimilibus prædicare, & tunc non ſine licentia Prælatorum Ordinis, nec prædicent vanitates, vel materias, quæ ſcandalum poſſint veriſimiliter generare.*

XIX. *Quoad decimum capitulum Regulæ*, de admonitione & correctione Fratrum: *ſtatuimus & ordinamus, quod præfatum Capitulum diligenter per Miniſtros executioni debitæ demandetur. Attendentes inſuper, quod Miniſter quilibet in ſua provincia uno provido, & honeſto ſocio ſit contentus, cum uno ſervitore, & quod nullus Miniſter, Cuſtos, Guardianus, vel quicumque alius Frater quidquam exigat aliquo colore, vel cauſa: & ſi ſecus fecerit, ipſo facto ſuo officio ſit privatus, & ſubditi deinceps obedire ſibi minime teneantur. Et ſi aliquis Miniſtrorum Generali Miniſtro præſumpſerit contribuere, ipſo facto, ut ſupra, ſit officio ſuo privatus. Statuimus inſuper quod Miniſtri diligenter, & ſollicite inſtent, & vigilent reformationi ſtudiorum per quaslibet ſuas provincias, ita & taliter, quod cuilibet ſtudenti pro poſſe provideatur de ſuis neceſſariis, tam pro libris, quam pro reliquis opportunis de communibus eleemoſynis per procuratorem receptis, pro quolibet Conventu, ſive loco nativo Fratris ad ſtudium promovendi. Exhortantes ſtrictiſſime in viſceribus Jeſu Chriſti ceteros Fratres aliorum locorum, quod cum viderint idoneos ad ſtudia promovendos, totis viribus eiſdem impendant auxilium, conſilium & favorem, in quibuslibet opportunis, quærendo pro eis eleemoſynas, recommendando volentibus ſubvenire, eiſdem ſerviendo in nexibus caritatis, cum ſcientia Domini Dei ſit armatura ad defendendam ſanctam fidem Catholicam, corona Ordinis, lumen veritatis, & via in tenebris ambulantium populorum. Similiter attendant præfati Miniſtri cum omni vigilantia & circumſpectione, quod cæremoniæ Ordinis tam quoad divinum officium, quam quoad ſilentium, & alias cæremonias utriuſque communitatis ſpiritualis & temporalis, ſecundum antiquas conſuetudines Ordinis obſerventur. Et ſi quæ ſint debita de præterito contracta, ſolvantur de expropriatione*

De Miniſtri Provincialis ſocio.

De ſtudiis.

De cæremoniis.

De ſolvendis debitis.

tione Fratrum, vel locorum, de vineis & poſſeſſionibus, ceteriſque rebus in Ordine repertis, quarum poſſeſſio ſecundum puritatem Regulæ non poteſt Ordini convenire: & ſi quid ſupereſſe poterit de pretio talium rerum vendendarum, vel ex reddenda ratione quorumcumque Fratrum, vel Miniſtrorum, vel aliorum ſubditorum, aſſignetur procuratoribus locorum quorumcumque, per quaslibet provincias, pro communi utilitate & commoditate eorumdem Fratrum, vel locorum.

De correctione Fratrum.

Miniſtri autem, & alii Prælati corrigant ſubditos humiliter, & caritative eos viſitent ſecundum Regulam, delinquentes miſericorditer puniendo, juxta tenorem ſeptimi capituli Statutorum generalium præfati Guillelmi, & 16. cap. Statutorum Benedicti XII. vel alias, prout eiſdem Miniſtris & Prælatis melius videbitur expedire.

De Fratribus Obſervantiæ.

Item, cum in eodem Ordine aliqui Fratres fuerint, & ſint excellentes in devotione, & obſervantia ſtrictiori hujus profeſſionis, ordinamus quod tales ſic viventes per Prælatos ſuos bene tractentur, & favorabiliter in ſuis devotionibus nutriantur in ſuis Eremitoriis & locellis. Caveant autem prædicti Prælati, ne Fratres aliquos ad Eremitoria mittant pro reſidentia ibidem facienda, niſi maturos, ſolidos & probatos in obedientia regulari, ubi fieri poterit bono modo. Item, quod de cetero nullus audeat Conventus, loca, ſeu Eremitoria multiplicare, aut de novo ædificare, ſeu ædificari facere, non ſolum pro Fratribus, quin etiam pro Sororibus, ſine auctoritate D. N. Papæ, Dominorum Diœceſanorum, Generalis, & Miniſtrorum Provincialium, ſine præjudicio Conventuum propinquorum, in quorum terminis contigerit attentari. Salva tamen Decretali Bonifacii VIII. quæ incipit: Cum ex eo. De exceſſibus Prælatorum lib. 6. *Item, ubi Regula dicit, quod* ubicumque ſunt Fratres, qui ſcirent & cognoſcerent ſe non poſſe Regulam ſpiritualiter obſervare &c. *Declaramus juſtam cauſam recurrendi ad Miniſtrum, ſcilicet, ut cum tali loco, in quo morantur, annexa eſt proprietas, vel cura animarum, pueros baptizandi, & alia parochialia faciendi: aut quia propter neceſſariorum penuriam oportet eos in fructuum congregationibus, vel quæſtibus inhoneſtis contra Regulæ puritatem, & uſum Ordinis, Generalem accedere; aut propter ſocietatem inhoneſtam vel importabilem, Fratribus præſertim rudibus: pro hujuſmodi autem cauſis Fratres debent & poſſunt ad ſuos Miniſtros recurrere, per eoſdem inde pie & paternaliter amovendi, & in locis devotis & ſpiritualibus collocandi.*

De non ingrediendis Monialiũ Monaſteriis.

XX. *Quoad undecimum capitulum Regulæ,* quod Fratres non ingrediantur Monaſteria Monacharum: *ſtatuimus & ordinamus, illud eſſe ſervandum, quod præfatus Nicolaus III. decrevit in eadem ſua Decretali:* Exiit, qui ſeminat: §. Denique, quia continetur: *ubi determinat Fratribus prohibitum eſſe ne ingrediantur Monaſteria Monacharum quarumcumque, intelligens nomine* Monaſterii *clauſtrum, domos & officinas interiores, ſed alia loca, ubi homines ſeculares conveniunt, poſſunt Fratres illic cauſa prædicationis, vel eleemoſynæ petendæ, accedere, quibus id a Superioribus ſuis pro ſua fuerit maturitate vel idoneitate conceſſum, exceptis ſemper prædictarum Monaſteriis incluſarum, ad quæ nulli datur accedendi facultas, ſine Sedis ejuſdem licentia ſpeciali: quod etiam Gregorius IX. determinavit. Addentes nihilominus, quod ſi quis ſine Miniſtrorum licentia aliquod Monaſterium intrare præſumpſerit, ipſo facto carceri mancipetur. Et diligenter attendant Miniſtri, quod Moniales ſibi commiſſæ debitam clauſuram ſervent, tam Fratrum, quam ſecularium acceſſus a ſe compeſcendo, ſub interminatione maledictionis æternæ. Item, ſtatuimus & ordinamus, quod nullus Fratrum de cetero præſumat fieri compater virorum & mulierum, & qui jam compaternitatem contraxerunt, quantum in eis eſt, hoc nomine ſe minime nominari permittant,*

tant, nec ipſi alios nominent, & qui contra fecerint, carceri mancipentur.

XXI. Quoad duodecimum capitulum, de euntibus inter Sarracenos: ſtatuimus, quod ſervetur Regula in præſenti Capitulo, & quibuſcumque aliis Capitulis generalibus, quantum poſſibile eſt provideatur & diſponatur de bono regimine locorum Terræ-ſanctæ tam quoad Guardianum, quam quoad alios Fratres; ita quod ſemper pro gubernatione illorum locorum eligantur in Capitulis generalibus de melioribus & devotioribus Fratribus Ordinis, qui vita, moribus & doctrina probati, lucis exemplum præbeant, & ædificationem pariter infidelibus, cum quibus contigerit converſari.

De locis Terræ ſanctæ.

Item ſtatuimus & ordinamus, quod Procuratores Ordinis in Curia Romana nihil exigant vel extorquere præſumant a Fratribus advenientibus undecumque: quod ſi ſecus fecerint, ipſo facto ſuo officio ſint privati: & Procurator Ciſmontanus tractet negotia Ciſmontanorum Fratrum, Ultramontanus autem tractet negotia Ultramontanorum.

De Procuratoribus Ordinis.

Unaqueque familia proprium habeat.

Item ſtatuimus & ordinamus ſub eadem pœna, quod Inquiſitores hæreticæ pravitatis teneantur reſtituere communitati Conventuum, ubi officium Inquiſitionis exercent, quidquid ſibi advenire poterit, vel competere ex officia Inquiſitionis, uſque ad condignam ſatisfactionem expenſarum, quas in prædictis Conventibus perceperunt, dum officium Inquiſitionis exercent. Et ſi eiſdem Inquiſitoribus a communitate, vel ab alia ſpeciali perſona competenter proviſum fuerit de expenſis, non teneantur præfati Conventus eiſdem providere de victu vel veſtitu. Quod ſi quid ſuperfuerit ultra præfatum victum & veſtitum, de eo quod ſibi competeret ex officio, Conventui nativo reddatur diſtribuendum communiter inter Fratres. Et quod nullus Inquiſitor ejuſdem Ordinis in officio Inquiſitionis permaneat ultra duos annos, ſecundum ejuſdem Ordinis generalia Statuta dicti Guillelmi 6. cap. §. Finali.

De Inquiſitoribus.

Item ſtatuimus & ordinamus, quod de cetero nullus Prælatorum Miniſter vel Magiſter, aliquem Fratrem ejuſdem Ordinis præſumat aſtringere vel compellere ad aliquam pecuniarum ſolutionem, ratione cujuſcumque gradus Scholaſtici, videlicet Magiſterii, Lectoratus, Baccalaureatus, vel alterius cujuſcumque, ſub pœna privationis gradus, tam in exigente, quam in contribuente.

De non ſolvendis pecuniis pro gradibus ſcholaſticis.

XXII. Inſuper, quia parum eſt leges condere, niſi executioni debitæ demandentur, volumus & mandamus, ac ſtricte præcipimus univerſis ac ſingulis Fratribus ejuſdem Ordinis, ubicumque fuerint, cujuſcumque gradus ſeu conditionis exiſtant, quod in omnibus ſupradictis ſuis Prælatis teneantur firmiter obedire, ſcilicet Generali in toto Ordine, Miniſtris Provincialibus in ſuis Provinciis, Cuſtodibus in ſuis Cuſtodiis, Guardianis, in Guardianatibus, ceteriſque Prælatis, in iis & aliis licitis & honeſtis, quæ non ſunt contra animam ſuam, & Regulam dicti Ordinis. Et ſi quis (quod abſit) contrafecerit, trina monitione præmiſſa, congruis intervallis, poſtquam ſi rebellis & inobediens extiterit, carceri mancipetur.

De obedientia erga Superiores.

In omnibus autem aliis ſtatutis, ordinationibus, conſtitutionibus & declarationibus, tam ſummorum Pontificum, quam aliorum quorumcumque, ſive de non edendo carnes in feſtivitatibus Nativitatis, Reſurrectionis, Aſcenſionis Dominicæ, Pentecoſtes, Apoſtolorum Petri & Pauli, Aſſumptionis Virginis glorioſæ, beati Franciſci, ſancti Antonii, & beati Ludovici Epiſcopi, vel quibuſcumque aliis temporibus per Regulam, vel per Eccleſiam non prohibitis, & jejuniis, ſive de quibuſcumque aliis, in aliis conſtitutionibus poſitis, quæ non ſunt contra legem, vel ſtatutum Eccleſiæ generale, auctoritate Apoſtolica diſpenſamus.

Revocantur alia ſtatuta.

Nolentes aliquem dicti Ordinis ex ſtatutis prædictis, ſeu conſtitutionibus, ordinationibus, vel declarationibus, de quibus in his præſentibus non fit mentio, mortalis peccati vinculo alligari; niſi tales eſſent caſus tranſgreſſionis, vel

exceſ-

Digitized by Google

exceſſus, qui divina lege, ſeu ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ generali ſtatuto merito inducerent ad mortale. Et ubicumque in aliis ſtatutis ejuſdem Ordinis Papalibus, vel conventualibus, pœna excommunicationis imponatur, quatenus in alium pœnam valeat commutari, arbitrio præſidentium committimus. Sententias vero excommunicationis inibi contentas, auctoritate præfata ex nunc tollimus, remittimus & laxamus, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Prædicta autem ſtatuta, conſtitutiones, ordinationes ſeu declarationes & revocationes, volumus ab omnibus tam Prælatis, quam ſubditis inviolabiliter obſervari. Mandantes & ſtricte præcipientes omnibus Prælatis, tam Generali & Provincialibus Miniſtris, quam aliis Prælatis Ordinis quibuſcumque, quod omnia & ſingula ſupra dicta ſervent, & faciant ab omnibus inviolabiliter obſervari. Seu ſi in prædictis fuerint negligentes, ipſo facto ſuis officiis ſint privati. Et ne alicui ignorantia ſit occaſio delinquendi, ſub interminatione divini judicii mandamus Prælatis præfatis, quatenus in quolibet Conventu & loco, ad minus ſemel quolibet menſe legi faciant, & intelligibiliter divulgari.

De iſtorum obſervantia.

XXIII. *Has autem conſtitutiones & reformationes per nos Joannem Cardinalem Legatum & reformatorem præfatum, auctoritate Apoſtolica factas & ordinatas, alta & intelligibili voce, in pleno Capitulo, ad ſonum campanæ, ut moris eſt, congregata etiam multitudine copioſa Fratrum ejuſdem Ordinis propterea ibidem exiſtentium, de verbo ad verbum per organum venerabilis & religioſi viri fratris Joannis de Capiſtrano, ejuſdem Ordinis profeſſoris, legi & publicari fecimus, & ad perpetuam rei memoriam per Generalem Miniſtrum, Cuſtodes, Diſcretos, & omnes, ac quoſcumque Fratres, & Religioſos dicti Ordinis præſentes, abſentes & futuros, in omnibus & per omnia, prout ſuperius late ſcripta ſunt, ſub pœnis in eiſdem contentis, inviolabiliter teneri & obſervari mandavimus, & per præſentes mandamus. Poſt quarum quidem conſtitutionum, reformationum & ordinationum publicationem & lecturam, omnes & ſinguli Miniſtri, Cuſtodes, Diſcreti, & alii in dicto Capitulo exiſtentes, tam nominibus ſuis propriis, quam ſuorum Conventuum & Fratrum præſentium & futurorum, dictis conſtitutionibus, ordinationibus & reformationibus, tamquam legitime, juſte & ſancte factis & ordinatis, non coacti, neque circumventi, libere & ſponte, ſine contradictione aliqua in pleno Capitulo acquieverunt, & in eiſdem, & eorum ſingulis, in omnibus & per omnia conſenſerunt, alta & intelligibili voce unanimiter clamando & dicendo:* Conſentimus in eiſdem, in omnibus & per omnia, & volumus ſtare & vivere & mori in dicto Ordine noſtro ſancte, fraternaliter, ſecundum conſtitutiones & reformationes prædictas. *In quorum omnium & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum, præfatas noſtras litteras, ſive præſens publicum inſtrumentum, conſtitutiones, ordinationes & reformationes hujuſmodi in ſe continentes, ſive continens exinde fieri, & per Secretarium noſtrum publicum Notarium infraſcriptum, ſubſcribi & ſignari mandavimus, noſtrique ſigilli Cardinalatus juſſimus, & fecimus appenſione communiri. Lectæ & in ſcriptis promulgatæ fuerunt hæ conſtitutiones, reformationes & ordinationes ſupradictæ per nos de mandato noſtro, modo ſupradicto, Aſſiſii in Monaſterio Fratrum Minorum, tempore generalis Capituli, in pleno Capitulo, nobis ibidem de præfati D. N. Papæ mandato præſentibus, ſub anno a Nativitate Domini* MCCCCXXX. *Indictione* VIII. *die vero* XXI. *menſis Junii, Pontificatus præfati D. N. Papæ anno* XIII. *præſentibus ibidem reverendo Patre Domino Bernardo Montisalbani Epiſcopo, & Guillelmo Pacize, & Joanne Meroles, alias Frances, Notariis Apoſtolicis,*

Lecta hæc in Capitulo per B. Joan. Capiſtranum.

fami-

familiaribus noſtris, & pluribus aliis, tam laicis, & Clericis, quam Fratribus dicti Ordinis, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Anno & Indictione ſupra dictis, die vero XXII. *ejuſdem menſis, venerabilis & religioſus vir D. Fr. Guillelmus de Caſali, electus in Generalem, præſtitit juramentum in forma, de verbo ad verbum, prout erat in quodam parvo libro conſtitutionum antiquarum dicti Ordinis. Et inſuper juravit ad ſancta Dei Evangelia, manibus ſuis corporaliter tacta, tenere & ſervare omnes & ſingulas conſtitutiones & reformationes noviter in præfato Capitulo per præfatum Reverendiſſimum P. D. Cardinalem Legatum factas & publicatas in omnibus & per omnia ſine aliqua contradictione, ut in eiſdem plenius continetur. Et quod numquam procurabit per ſe, neque per interpoſitam perſonam, revocationem dictarum conſtitutionum, neque alicujus earum: imo eas ſervabit, & ſervari faciet in futurum, quantum in eo fuerit, ſub pœna perjurii. Juravit inſuper non impetrare revocationem dictarum conſtitutionum, nec abſolutionem hujuſmodi juramenti in toto vel in parte, nec tali revocatione, vel abſolutione uti, quamvis ſibi motu proprio concedatur, præſentibus ſupraſcriptis teſtibus. Et ego Robertus Gondiſalvi de Mocuellos Clericus, Bergen. diœceſis, publicus auctoritate Apoſtolica Notarius, dictique Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini mei D. Joannis tit. ſancti Petri ad Vincula, Presbyteri Cardinalis, reformatoris præfati Secretarius, præmiſſis conſtitutionibus, reformationibus & ordinationibus, earumque publicationi, omnibuſque aliis & ſingulis, dum ſic, ut præfertur, publicarentur, agerentur & fierent, una cum prænominatis teſtibus præſens interfui, eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audivi, in notam recepi, indeque hoc præſens publicum inſtrumentum, conſtitutiones, reformationes & ordinationes hujuſmodi in ſe continens, manu alterius ſcriptum extraxi, & de mandato præfati Domini mei Cardinalis, una cum ejuſdem appenſione ſigilli, ſigno meo ſolito ſignavi, rogatuſque, & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium ſingulorum præmiſſorum me ſubſcripſi.*

Miniſter Generalis juravit ſe hac obſervaturum.

XXIV. Non prius diſſoluta Comitia, quam maturius expenſis conſtitutionibus, cœperint pœnitere plerique ex Fratribus, & in ſuas partes alios convocare, qui demum interpellarunt Legatum, ut a præſtito ſacramento vellet abſolutos. Ne laquearet animas propoſiti minime tenaces, jusjurandum relaxavit; pro firmiori tamen decretorum executione ipſum conditorem Capiſtranenſem ſocium adjunxit Generali Miniſtro, cujus impulſu & conſilio ſecundum hos canones Ordo univerſus reformaretur. Ita terminato Capitulo, & demiſſis electoribus, Generalis Miniſter cum ſuo collaterali Capiſtranenſi cœperunt multa corrigere, diſcurſus inutiles & vagationes imminuere, proprietatem eradicare, pretioſa alienare, ſuperflua reſecare, curioſas veſtes & capitia abſcindere, aliaque hujuſmodi reſtituendæ Religioni munia præſtare. At cito deſerbuit in Miniſtro zelus & fervor, perfunctorie agebat quæ ſimulare non poterat, modo Conventualibus, modo aliis obſecundans, palam præferens reformationis conatum, clam prætermittens neceſſaria. Diligebat porro ſtrictioris vitæ ſectatores, ſed laxiores contriſtare nolebat, unde novi ſchiſmatis origo, perſeverantibus veteris diſcordiæ ſeminariis. Commovit amplius Obſervantes, quod ex decretis aliqua irritari, alia mitigari, ſeque a præſtiti juramenti nexu ſolvi Guillelmus curaverit, atque ultra hæc Diploma impetraverit, quo Pontifex indulſit, ut Fratres recipere, & poſſidere poſſent bona mobilia & immobilia, legata quæcumque ultimis tabulis conſcripta admittere, fructus, reditus, proventus per procuratores petere & exigere.

Capiſtranus deputatus Miniſtri Generalis ſocius;

Remiſſe agit Miniſter Generalis.

Retrocedit a pactis.

XXV. Ægre tulerunt hæc, qui puritatem Regulæ immaculatam volebant, neque a querelis deſtiterunt, donec ſub Eugenio Pontifice anno ſequenti, indicto peculiari pro ſolis Obſervantibus Capitulo in urbe Bononienſi, & Patrum Concilii Baſileenſis, adhuc legitimi, indultis, novam ſibi poſuerunt regiminis formam, & paulatim a Patribus Conventualibus receſſerunt. Utraſque litteras Martini, diſſenſionis novæ genitrices, hic exhibeo.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ex ipſo autographo in Conventu Capiſtrani.

XXVI. *PErvigilis more Paſtoris Romanus Pontifex animadvertens commiſſum ſibi gregem Dominicum per laudabilia Religioſorum exempla in ſemitam mandatorum Altiſſimi dirigi, & ad ſalutarium actionem operum provocari, nonnumquam ſuper his, quæ medio ſuæ proviſionis ad commendabilem ſacræ Religionis reformationem proceſſerunt, addicit, declarat, modificat, ordinat & diſponit, prout, rerum & temporum qualitate penſata, id in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Cum itaque pridem dilectus filius noſter Joannes tituli ſancti Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis, cui, de venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium conſilio, per alias noſtras litteras ſuper hoc plenæ legationis officium commiſeramus, & omnimodam conceſſeramus facultatem, vigore commiſſionis, conceſſionis, & litterarum hujuſmodi, generali Capitulo Fratrum Minorum, quod tunc in civitate noſtra Aſſiſinatenſi celebrabatur, præſidendo, nonnullas ſuper reformatione Ordinis dictorum Fratrum Minorum, ſalubres & honeſtas conſtitutiones in eodem Capitulo edidiſſe noſcatur, prout in ſuis litteris, ejus ſigillo munitis, vidimus plenius contineri: nos conſtitutionum & litterarum earumdem tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illaſque harum ſerie approbantes*

Pontifex Martinus aliqua mutat & addit in ſupradictis conſtitutionibus.

& confirmantes, ſuper eis, ut proſperioribus in poſterum ſucceſſibus gratulentur, motu proprio, non ad alicujus inſtantiam, ſed de noſtra mera providentia, additiones, declarationes & modificationes, auctoritate Apoſtolica ordinamus, edimus & facimus, quæ ſequuntur. Primo videlicet, quod ubi

Vide ſup. n. 10.

Fratres particulares dicti Ordinis Moniolium & Sororum Ordinis ſanctæ Claræ, ſancti Damiani, & Minoriſſarum, ac alia quæcumque Monaſteria, ſive loca regularia mulierum, per quaſcumque etiam Apoſtolicas litteras ſibi commiſſa, ſub certis pœnis aſtringuntur Miniſtris Provincialibus, ut illorum juriſdictioni ſubſint, prout convenit, reſignare, niſi per illos eis denuo fuerint recommiſſa, adjiciendo decernimus, volumus & mandamus, Sorores & Moniales eoſdem, etiamſi in contrarium habeant quævis privilegia vel indulta, necnon eiſdem particularibus Fratribus conceſſas litteras hujuſmodi, quoad hoc caſſamus, irritamus & annullamus ad ſubtrahendum ſe a ſubjectione & obedientia ipſorum particulorium Fratrum, & aliorum quorumcumque, niſi de novo illis recommittantur, ut præfertur, ſeque omnino ipſorum Miniſtrorum, & per eos deputandorum Viſitatorum juriſdictioni, & obedientiæ ſubmittendum per eamdem conſtitutionem pari modo aſtringi, & pœnis ſimilibus obligari. Præterea decernimus, quod exceptis his, de quibus in conſtitutionibus fel. rec. Benedicti Papæ XII. prædeceſſoris noſtri fit mentio, nulli omnino hominum, tam Regularium, quam ſecularium, cujuſcumque ſtatus, gradus, præeminentiæ, dignitatis, excellentiæ, nobilitatis & conditionis fuerit, prætextu ſibi deſuper, quavis auctoritate conceſſæ cujuſcumque licentiæ, quam ſimiliter caſſamus, irritamus & annullamus, Monaſteria ſive loca Sororum & Monialium hujuſmodi, ſeu aliquod ex eis ingredi, neque etiam Protectori,

*aut Generali Miniſtro dicti Ordinis Minorum pro tempore exiſtentibus, ſeu
præfatis Provincialibus Miniſtris, & quibuſcumque Viſitatoribus licentiam
ſuper ingreſſu hujuſmodi, aliis ab exceptis antedictis, inconſulto Romano
Pontifice, concedere liceat quoquo modo. Item, ubi cavetur de divino Officio* Vide ſupra n. 12.
*ſecundum Ordinem dictæ Romanæ Eccleſiæ peragendo, ſtatuimus, quod de
omnibus commemorationibus & feſtis trium lectionum, feſta novem lectionum
fieri, & utrumque feſtum ſanctæ Crucis, ſub duplici Officio ſine commemorationibus Sanctorum, iiſdem diebus occurrentium celebrari, prout a piæ memoriæ Gregorio Papa XI. prædeceſſore noſtro fuit ordinatum. Quodque ſuper
rubrica de feſtis occurrentibus infra Octavas, feſta ipſa non de præcedentibus,
ſed ſolum intra eaſdem Octavas exiſtentibus, ſicut etiam nonnulli alii Romani
Pontifices ſimiliter prædeceſſores noſtri declararunt, intelligi debeant. Item,
ubi præfato Generali Miniſtro duo ſocii notabiles, unus videlicet Ciſmontanus* Vide n. 17.
*a Procuratoribus provinciarum, & alter Ultramontanus, addito ſocio ſcriptore, & alio ſervitore, cum uno famulo dumtaxat, decreti ſunt, adjicimus eidem duos famulos & unum eleemoſynarium ſecularem, vel alterius Religionis.
Qui quidem eleemoſynarius a procuratoribus provinciarum, aut Provincialium
Miniſtrorum, Conventuum, domorum, & locorum dicti Ordinis Minorum
omnia illa, quæ pro victu, veſtitu, equis, famulorum ſalario, & aliis ipſi
Generali Miniſtro, ejuſque continue neceſſaria & opportuna fuerint, exigere,
& exacta pro hujuſmodi neceſſariis exponere habeat, quique de præmiſſis
exactis & expoſitis eidem Generali Miniſtro primum, & deinde Capitulo generali, loco & tempore celebrationis ejuſdem, ut inibi per totum Ordinem
ſecundum provinciarum numerum dividantur, rationem reddere teneatur.
Adjicimus etiam, quod ſinguli duorum ſociorum principalium Generalis Miniſtri præfatorum ſingulos ſervitores Fratres, vel alias perſonarum ſuarum,
& equorum ſibi aſſignatorum ſervitiis inſtitutos famulos, quibus ſicut ceteris
de familia ejuſdem Generalis Miniſtri provideatur, habere valeant, atque
poſſint. His tamen, & aliis eis ſimilibus ejuſdem Generalis Miniſtri, prout
ſecundum loca & tempora, ac longas, vel breves moras expedire viderit, moderationi relictis; cujus etiam Generalis Miniſtri, vel per eum deputandorum
ad hoc, coercitioni, & compulſioni præfatos procuratores & principales eorum
neceſſaria hujuſmodi dicto eleemoſynario forſan ſolvere, ſeu exhibere recuſantes, aut ſolutionem hujuſmodi longius debito differentes, ſuper hoc omnino volumus ſubjicere. Item, ubi præfato Generali Miniſtro interdicitur poteſtas* Vide ibid. n. 17.
*licentiandi aliquem ad curſum Magiſterii, niſi præſentatus fuerit a Miniſtro
ſuæ Provinciæ, qui neminem audeat præſentare, niſi de aſſenſu Capituli provincialis, modificando declaramus, hoc fore intelligendum in illis provinciis,
in quibus ſolet provinciale Capitulum, vel Congregatio habens vim Capituli,
annis ſingulis celebrari, alias idem Generalis Miniſter, de proborum conſilio
ad Magiſterii curſum licentiare valeat, atque poſſit. Item, ubi dicto Generali* Ibidem.
*Miniſtro pecuniarum exactio prohibetur, declaramus, quod pro ſuis neceſſitatibus poſſit eleemoſynas a quibuſcumque recipere, qui ſponte illas ſibi voluerint
erogare, dummodo ab exigendo & extorquendo penitus abſtineat: idemque per
Provinciales Miniſtros in ſuis Provinciis, & Procuratores dicti Ordinis Minorum in Romana Curia, ac alios ipſius Ordinis Fratres, tam pro expenſis &
aliis neceſſariis, quam pro eleemoſynarum receptionibus, volumus obſervari.
De veſtimentis autem per Miniſtros & Cuſtodes, debita ſecundum Regulam,
& conſtitutiones præfati Benedicti prædeceſſoris proviſio obſervetur. Item,
ubi Generali & Provincialibus Miniſtris, ac Cuſtodibus & Guardianis, ceteriſque Fratribus prædictis inhibetur, ne ullatenus quidquam exigant ali-* Ibidem.

quo colore, vel cauſa, qui ſi ſecus fecerint, eo ipſo ſuis officiis ſint privati, ſibique eorum ſubditi deinceps obedire minime teneantur. Et ſi aliquis Miniſtrorum Generali Miniſtro quidquam contribuere præſumpſerit, ipſo facto ſuo officio ſit privatus. Volumus & declaramus, contributiones hujuſmodi intelligi debere, ſi in modum exactionum vel extorſionum, tam ex parte dantium, quam recipientium factæ fuerint, non autem in modum eleemoſynarum ſumptum, quem volumus in ſuo robore permanere. Quod ſi forſan taliter obſervatum non extiterit, hujuſmodi privationum, in quocumque dictarum conſtitutionum, per eumdem Cardinalem, ut præfertur, editarum, loco tangantur, definitionem & determinationem ſolum ſpectare ad Summum Pontificem, quoad Miniſtrum Generalem, & ad Generalem Miniſtrum quoad Miniſtros Provinciales, & ad Provinciales Miniſtros quoad alios Fratres antedictos. Quas quidem omnes & ſingulas additiones, declarationes & modificationes per nos, ut præmittitur, factas, a quibuſcumque Fratribus dicti Ordinis Minorum, & aliis, quorum intererit, ſeu intereſſe poterit quomodolibet in futurum, perpetuo & irrefragabiliter ſervari volumus & mandamus. Rurſus per juramentum, quod dilectus filius Guillelmus de Caſali ejuſdem Ordinis Minorum Generalis Miniſter de diſpenſationem ullum ſuper dictis conſtitutionibus per eumdem Cardinalem editis, vel earum aliqua, non petendo, & obtenta non utendo, in præfato Capitulo Aſſiſii celebrato, ut accepimus, præſtitit, quamplurima eidem Ordini Minorum, cujus proſperi ſtatus directionis onus ipſi Guillelmo Miniſtro principaliter incumbit, fructuoſa & utilia ingruentibus caſibus pro tempore impediri, aut in ipſius Ordinis præjudicium differri poſſe; necnon eumdem Guillelmum, qui eſt caput, arctius quam membra ligari, minus congruum fore recenſentes, ſibi juramentum hujuſmodi, cujus formam præſentibus haberi volumus pro ſufficienter expreſſa, eadem auctoritate, motu ſimili, harum ſerie penitus relaxamus, eumque ad illius obſervantiam decernimus, & volumus non teneri: præmiſſis, necnon conſtitutionibus Apoſtolicis, & aliis contrariis non obſtantibus quibuſcumque; alias tamen conſtitutionibus antedictis per præfatum Cardinalem editis, in omnibus ſemper ſalvis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, ordinationis, editionis, factionis, mandati, relaxationis, conſtitutionis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctos Apoſtolos, VI. Kal. Auguſti, *Pontificatus noſtri anno* XIII.

Abſolvit Miniſtrum Generalem a præſtito juramento.

Dilecto filio Generali Miniſtro Ordinis Fratrum Minorum &c.

Firm. 3. Ordine 2. par. tract. 1.

XXVII. *AD ſtatum Ordinis Fratrum Minorum conſervandum proſpere curam noſtræ ſollicitudinis dirigentes, ea libenter tibi concedimus, per quæ commoditatibus ipſius Ordinis, & Fratrum in eo degentium, ut divinis obſequiis intenſius vacare poſſint, neceſſitatibus ſuccurratur. Sane cum poſſeſſiones, & alia quamplurima bona mobilia & immobilia, tam per fidelium oblationes, donationes & ultimas decedentium voluntates, quam alias multipliciter diverſis Conventibus & locis dicti Ordinis, pro ipſorum ſuſtentatione, & divini cultus obſequiis ſint hactenus relicta, eorumque uſui deputata, & relinquenda ſperentur etiam in futurum: Nos volentes Conventuum, locorum & Fratrum hujuſmodi opportunitatibus providere, tibi, donec aliud a Sede Apoſtolica fuerit ordinatum, concedendi procuratoribus Conventuum, & lo-*

Diſpenſat circa retinenda bona immobilia.

& locorum dicti Ordinis pro tempore exiſtentibus, ut poſſeſſiones, & bona quæcumque mobilia & immobilia, ac annuos proventus, hactenus præfato Ordini, & ejus Conventibus relicta, & in poſterum relinquenda, aut aliis nominibus acquiſita, vice & nomine Romanæ Eccleſiæ, ad quam omnium rerum mobilium & immobilium hujuſmodi jus, proprietas & dominium nullo medio ſpectat, recipere, capere, tenere & poſſidere, ac ipſorum fructas, reditus & proventus petere & exigere & percipere, illoſque in commodum & utilitatem Fratrum ipſorum, Conventuum ac locorum, & alias in eorum uſus, quibus relicta & deputata fuerunt dumtaxat, & de ipſorum Fratrum conſilio, requiſitione & aſſenſu, convertere & exponere poſſint & debeant: Conſtitutionibus Apoſtolicis ac ſtatutis, declarationibus & ordinationibus tam generalium, quam provincialium Capitulorum, conſuetudinibus quoque Ordinis prædicti, & aliis in contrarium editis non obſtantibus quibuſcumque, plenam & liberam, auctoritate Apoſtolica concedimus, tenore præſentium facultatem, ac etiam poteſtatem. Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos x. *Kal. Septembris, Pontificatus noſtri anno* XIII.

Zelū reformationis præfert Guillelmus.

XXVIII. Nihilominus deſiderium præferens reformationis, & ne nihil feciſſe videretur Guillelmus Miniſter, per Ordinis Provincias diſcurrere, juxta Capituli decreta, abuſus tollere, & mores bonos reſtituere, ſe in animo habere ſignificavit Pontifici. Salvum conductum hic conceſſit, ut ubique cum ſociis bene haberet. Sed paupertatem inculcaturus, & ſtrictiorem vitam perſuaſurus, minori comitatu, quam Diploma indicat, & paucioribus expenſis, quam tot ſocii equeſtres, & pedeſtres requirebant, hoc opus aggredi debuiſſet. Ecce Diploma.

Univerſis & ſingulis, ad quos præſentes noſtræ litteræ venerint, ſalutem &c.

Ex Reg. Mart. lib. 1. de diverſ. form. an. 13. fol. 160.

Salvuſconductus pro Generali.

XXIX. C*Um dilectus filius Guillelmus de Caſali, Generalis Miniſter Ordinis Fratrum Minorum, pro viſitatione, correctione, & reformatione dicti Ordinis, ac Fratrum, & perſonarum degentium in eodem, ac alias pro ſuis, & dicti Ordinis neceſſitatibus, habeat ad diverſas mundi partes ſæpius ſe conferre, nos volentes eumdem Generalem cum ſuis conſociis, & familiaribus, tam equeſtribus, quam pedeſtribus uſque ad numerum decem, ac rebus, & bonis ſuis, & eorum quibuſcumque in eundo, ſtando, & redeundo plena ſecuritate atque immunitate gaudere, univerſitatem veſtram, & veſtrum ſingulos rogamus, atque exhortamur in Domino, ſubditis vero noſtris, ac gentium, armorumque Capitaneis, Commiſſariis, & Officialibus noſtris diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus ipſum Generalem cum ſociis, & familiaribus, rebus, & bonis præfatis per civitates, terras, oppida, caſtra, villas, portus, pontes, paſſus, & loca quæcumque, tam noſtra, quam veſtra, & tam per terram, quam per aquam, ire, ſtare, & redire pro libero arbitrio voluntatis, abſque ſolutione alicujus dacii, pedagii, vel gabellæ, angarii, perangarii, fundi, navis, aut alterius exactionis, & oneris cujuſcumque, pro noſtra, & Sedis Apoſtolicæ reverentia, libere permittatis, toties quoties fuerit neceſſarium, aut etiam opportunum, nullamque ſibi, aut ſociis, & familiaribus in perſonis, rebus, & bonis hujuſmodi inferatis moleſtiam, vel offenſam, nec ab aliis, quantum in vobis fuerit, permittatis inferri, ſed potius de ſecuro tranſitu, receptu, aut ſalvo conductu, ſi opus fuerit, & a vobis duxerit requirendum, ſic liberaliter provi-*

videre curetis, aſſiſtendo, ac faciendo eidem in his, quæ ſpectant ad executionem, atque adminiſtrationem oneris, atque officii ſibi commiſſi, ut ſibi ex ejuſmodi officio incumbentia perficere valeat, veſtraque exinde devotio poſſit apud nos & Sedem ipſam non immerito commendari. Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, VI. Kalendas Septembris, anno XIII.

Ann. 1426. n. 2. Inſtituitur Capiſtranus Inquiſitor.

XXX. Diximus ſuperius, beatum Joannem Capiſtranenſem inſtitutum a Pontifice Inquiſitorem contra Fratricellos, hoc anno Jordanus, Epiſcopus Cardinalis Albanen. & Antonius Portuenſis Commiſſarii conſtituti in cauſa fidei contra omne genus hæreticorum, auctoritatem ſuam communicaverunt Capiſtranenſi, eaque fultus multa ille hoc anno præſtitit contra perduelles. Dabo ad majorem rei auctoritatem litteras conceſſæ a Cardinalibus facultatis, & Pontificis Martini reſponſivas ad quoddam dubium, a Capiſtrano in hac materia propoſitum.

Jordanus & Antonius miſeratione divina Albanen. & Portuen. Epiſcopi S. R. E. Cardinales Commiſſarii in cauſis infra ſcriptis a Sede Apoſtolica ſpecialiter deputati, religioſo viro fratri Joanni de Capiſtrano Ordinis Minorum.

Ex autographo in Conven. Capiſtrani.

XXXI. *Litteras ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri D. Martini, divina providentia Papæ V. cum chordula canapis, more Romanæ Curiæ bullatas, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentes, cum ea, qua decuit reverentia, nos noveris recepiſſe. Quarum quidem Bullarum tenor ſequitur, & eſt talis:* Martinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Jordano Albanen. & Antonio Portuen. Epiſcopis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Apoſtolicæ Sedis providentia circumſpecta contra hæreticæ pravitatis labe reſperſos, quorum nequitia ſerpit ut cancer, ne in aliorum perniciem ſua venena diffundant, ſed ab eorum verſutiis, & pravis conatibus compeſcantur, libenter intendit, & prout expedire cognoſcit, remedia adhibet opportuna. Dudum ſiquidem per nos accepto, quod in aliquibus partibus præſertim Italiæ, quædam ſecta hæreticorum nefanda, qui *Fratricelli della opinione* vulgariter nuncupantur, operante ſatore zizaniæ, proh dolor! eruperat, quæ peſtiferum virus evomens, ſimplices animas ſuis tendiculis, & palliatis coloribus, ſub prætextu ſimulatæ ſanctitatis illaqueando decipiebat, illas æterno igni urendas tranſmittere ſatagens. Nos tum huic veneno, hæreſique nefariæ, & labi peſtiferæ, quam extingui ſupremis affectibus anhelamus, ſalubri remedio occurrere cupientes, ne hujuſmodi morbus inficiens excreſceret ulterius, ſed concedente Domino, radicitus evelleretur, vobis, & cuilibet veſtrum contra præfatos hæreticos, eiſque adhærentes, complices, & fautores, eorumque receptatores, cujuſcumque gradus, ordinis, conditionis & dignitatis, etiamſi univerſitates, communitates, & municipia forent, in quibuſcumque mundi partibus, ubi eſſe comperirentur, inquirendi, procedendi, capiendi, carceribus mancipandi, ac juxta canonicas ſanctiones, & ſanctorum Patrum inſtituta, prout cujuſque qualitas delicti exigeret, acriter puniendi, brachium etiam ſeculare contra eoſdem invocandi, omniaque alia, & ſingula faciendi, gerendi, & exercendi, quæ ad hujuſmodi peſtem cohibendam, & delendam radicitus, opportuna eſſe quomodolibet dignoſcerentur, & ad præmiſſa omnia viros idoneos, prout uterque veſtrum expedire videret, deputandi, &

ſub-

ſubdelegandi, conjunctim, vel diviſim, ipſoſque revocandi, quoties videretur opportunum, plenam & liberam per noſtras litteras conceſſimus facultatem. Cum itaque vos, ſicut accepimus, ad earumdem executionem litterarum procedentes, illarum vigore nonnullis perſonis idoneis contra hæreticos præfatos, alioſque a fide Catholica devios inquirendi, procedendi, eoſque puniendi, & corrigendi, ſecundum ſacrorum ſtatuta Canonum, eoſque, & quoslibet alios contradictores, & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia Juris remedia compeſcendi, & coercendi, tam in Romana, Marchiæ Anconitanæ, & Ducatus Spoletani Provinciis, quam per quaslibet alias mundi partes, ubicumque tales eſſe, & morari cognoſcerent, eorumque adhærentes, complices, fautores, & receptatores, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, vel dignitatis forent, capiendi, detinendi, & carceribus mancipandi, illoſque ad Romanam Curiam coram nobis, vel altero veſtrum præſentandi, ac alia in præmiſſis & circa ea neceſſaria faciendi, vices veſtras duxeritis plenarie committendas. Nos cupientes, ut fides Catholica nedum a præfatis, ſed etiam quibuſvis aliis hæreſum ſpeciebus inviolata perſiſtat, fraternitati veſtræ, ut facultatem præfatam, nedum contra Fratricellos, ſed etiam quaslibet aliarum hæreſum ſpecies proſequi, & exequi, & alias ad impugnationem aliarum, & correctionem ipſarum, perſonas idoneas hujuſmodi deputare, ipſæque jam deputatæ, necnon aliæ deputandæ perſonæ, ſuper hujuſmodi aliarum hæreſum ſpeciebus contra quaſcumque perſonas, ut præmittitur, in omnibus, & per omnia, juxta præfatarum priorum noſtrarum, vobis, & per vos eis conceſſarum, & concedendarum continentiam litterarum, & alias ſecundum canonicas ſanctiones procedere libere, & licite valeatis, & valeant, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium indulgemus. Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, VII. Idus Junii, Pontificatus noſtri, anno X.

XXXII. *Poſt quarum quidem litterarum receptionem, nos volentes ad hujuſmodi negotia, de quibus in præfatis litteris fit mentio, intendere, ut hæreſes ipſæ, & alia a fide Orthodoxa deviantia extirpentur, & illa plantetur ac ſeminetur fides, per quam Jeſus Chriſtus Dominus noſter gregem ſuum ſalvum facit, & vivificat mortuos in peccato, & non valentes ubique perſonaliter intereſſe, ſed attendentes, quod diviſa per partes onera, facilius ſupportantur, de prudentia, & devotione tua, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, ſperantes quod hujuſmodi negotia tibi commiſſa promptis affectibus, & ſolerti diligentia ſtudioſe proſequeris, tibi contra hæreticos, & alios a fide Catholica devios quoquo modo, inquirendi, procedendi, eoſque puniendi, & corrigendi ſecundum ſacrorum Canonum inſtituta, ac eos, & quoslibet alios contradictores & rebelles, vel devios a fide prædicta, necnon & contra quaslibet alias hæreſum ſpecies per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia Juris remedia, & pœnas alias, ac mulctas compeſcendi, tam in Romana, Marchiæ Anconitanæ, & Ducatus Spoletani Provinciis, quam per quaslibet alias mundi partes & climata, ubicumque tales eſſe, & morari cognoveris, vel potueris præſentire, eorumque adhærentes, complices, fautores, & receptatores cujuſcumque gradus, ſtatus, Ordinis, conditionis, ſexus, & dignitatis fuerint, capiendi, detinendi, & carceribus mancipandi, illoſque ad Romanam Curiam coram nobis, vel altero noſtrum, ſub tuta & fida cuſtodia conducendi, & præſentandi, invocandi quoque ad hoc, ſi opus fuerit, auxilium brachii ſecularis, & aliorum quorumcumque omnia & alia circa præmiſſa faciendi, gerendi, & exercendi, quæ ad hujuſmodi hæreticorum correctionem, oppreſſionem, captionem, & punitionem videris expedire, plenam teno-*

nore præſentium, auctoritate Apoſtolica nobis in hac parte commiſſa, concedimus facultatem. In præmiſſis igitur tam ſollicite & prudenter atque fideliter te habere curabis, quod de negativa, aut alia cauſata quomodolibet excuſatione reprehendi nullatenus, & apud Sedem ipſam de devotione, promptitudine, & fideli officio valeas merito commendari. Datum Romæ ſub noſtrorum Pontificalium ſigillorum appenſione, die XXVI. *Julii, Indictione* VIII. *Pontificatus vero præfati Domini noſtri Papæ, anno* XIII.

Dilecto filio Joanni de Capiſtrano Ordinis Minorum profeſſori
Martinus Papa V.

Ibidem.

XXXIII. *Dilecte fili, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Nuperrime litteris tuis receptis, quibus aſſeris tres mulieres, & homuncionem unum, poſt abjurationem eorum, potius ex fragilitate eorum, quam malignitate relapſos in hæreſim, ac carceri mancipatos, & quid de jure, & quid attenta conditione eorumdem de benignitate de ipſis fiendum foret, devotioni tuæ plene committimus, cum præſens in facto ſis, & rem bene comprehendas, & conditiones eorum, quatenus de ipſis efficias ſecundum quod pro honore Dei, ſalute animarum ipſorum, ac aliorum exemplo, ſalubrius expedire videbitur conſcientiæ tuæ. Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, ſub annulo piſcatoris, die* XXII. *Septembris, Pontificatus noſtri, anno* XIII.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI. B. Lucia a Nurcia. *Jacobill. de SS. Umbr. ad 12. Januar. Gonz. in Prov. S. Franc. Mon. 17.* Domus S. Hieronym. & S. Claræ Nurcina. Sor. tert. Ord. Fr. Raynaldus Nurcinus. Domus Valcaldaræ earumdem.

„ XXXIV. Obiit hoc anno vel circiter beata Lucia, a Nurcia nuncu-
„ pata, etſi in Vico Valcaldaræ, territorii Nurcini progenita. Adoleſcen-
„ tiori ætate, anno MCCCLXXXVI. Seceſſit in domum quamdam paternam
„ prope Nurciam, ubi ſimul cum Virginibus ſeptem Nurcinis vitam cœli-
„ bem & eremiticam ducentes, protinus impetrarunt a Ferdinando Patriar-
„ cha Hieroſolymitano, Epiſcopatus Spoletani (cui Nurcia ſubjicitur)
„ adminiſtratore, facultatem oratorium addendi, ſub titulo ſancti Hiero-
„ nymi. Ex variis eleemoſynis & induſtria Luciæ in Monaſterii formam
„ fabrica accrevit, ſub Ordinarii regimine, & prudenti directione fra-
„ tris Raynaldi Minoritæ, Luciæ fratris germani, pii doctique viri, qui
„ propinquam ejuſdem territorii colebat eremum ſanctæ Mariæ Montis San-
„ cti. Poſtquam annis aliquot Lucia virginum præfuit Collegio, a conter-
„ raneis rogata aliud inſtituit, anno MCCCXC. apud Valcaldaram, ſub titulo
„ ſanctæ Mariæ, Rectrice conſtituta Titia, præſcripta inſuper norma vitæ
„ pœnitentis.
„ XXXV. Etſi vero utroque loco Virgines habitu inceſſerint cineri-
„ cio & religioſo, nullam tamen habebant regulam ab Eccleſia confirma-
„ tam, quam demum, anno MCCCCVII. impetrarunt ab Angelina Aprutina,
„ de qua frequens incidit ſermo, & ex diſcipulis Fulginatibus unam, quæ
„ vitam, & inſtitutum Sororum tertii Ordinis in utramque domum inve-
„ xit. Nurcinam deinde Lucia magnopere ampliavit, capaciori adjuncto
„ templo, ſub titulo ſanctæ Claræ, priori reducto intra ambitum domicilii,
„ unito etiam huic Monaſterio altero Valcaldaræ. Auguſtinus Spoletanus
„ Antiſtes, ſub prædicti anni finem cuncta probavit, variis etiam beneficiis
„ virgines proſecutus. Demum ſub hunc annum, die XII. Januarii, Lucia
„ longa pœnitentia, jejunio, aliiſque corporis macerationibus attrita, ob-
„ dormivit in Domino, & in vetuſta ſancti Hieronymi Eccleſia, loculo li-
„ gneo condita cœpit clarere miraculis, a quibus patrandis aliquot abſti-
„ nuit annis, jubente fratre Raynaldo, ut turba ceſſaret undique concur-

„ ren-

„ rentium . Anno MDXCIX. aperto depoſito, inventa eſt corpore integro, „ & habitu incorrupto, extractoque, & ſciſſo corde, apparuit inſitus Chriſtus cruci affixus, ex ipſa carne propter vehementem, & frequentem „ Chriſti paſſi contemplationem mirabiliter delineatus . Tranſlato ſacro pignore ad alium locum humentem, tamdem computruit, & oſſa decentiori „ tumulo collocata, in magna nunc habentur veneratione .

XXXVI. Epiſcopi inſtituti ſunt hoc anno: Maſſæ, & Populoniæ in Etruria ſub Archiep. Senenſi, frater Antonius de Maſſa, uti paulo antea dixi, Miniſter Generalis, per obitum alterius Antonii, alias Aurini: *Divina diſponente clementia* . II. Idus Junii . Depictus eſt ad vivum in choro cathedralis Eccleſiæ, genuflexus coram ſancto Cerbono, cujus officium compoſuit, ſubſcriptis his verbis: *M. CCCC. XXXV. Menſis Decembris . Hic eſt Magiſter Antonius de Maſſa, Princeps-Maſſanus, & Epiſcopus Populoniæ . Civitatem libertate donavit, inſtituta Republica, tranſlato in ipſam dominio temporali* . Sepultus eſt in templo prædicto . Nanderalben. ſub Archiep. Colocenſi, frater Blaſius Joannis, ſacræ Theologiæ profeſſor, per obitum Nicolai . VI. *Idus Februarii* . Salmaſtren. in Perſia, ſub Patriarcha Muzal in Aſſyria, frater Marcus de Pera . XIII. *Kalend. Julii* . Maynonen. in Hibernia, ſub Archiep. Tuamen. frater Nicolaus Wogmay, per depoſitionem fratris Guillelmi, de quo diximus ſupra, quia non curavit expediri litteras Apoſtolicas de ſua promotione . XVI. *Kalend. Auguſti* . Naturen. ſub Patriarcha Conſtantinopolitano, frater Joannes Fabri Paderbornenſis, ſacræ Theologiæ lector in conventu Monaſterienſi, per obitum alterius Joannis: *Inter cetera, quæ ſuperna* . III. Kalend. Novembris . Tinarum & Miconarum inſularum Cycladum, ſub Archiep. Athenien. per obitum Jacobi etiam Minoritæ, frater Marcus Sclavus de Candia: *Dum ad univerſas Orbis Eccleſias* . VIII. Kalend. Novembris . Erat Archiepiſcopus Tyri hoc tempore frater Petrus Varayz, ſive Beparayz, de quo ſupra diximus, Candidæ, ſive Blanchæ Reginæ Navarræ Confeſſarius, quem Joannes II. Navarræ Rex hoc anno miſit Oratorem ad Joannem Caſtellæ Regem, ut inducias ſævi belli paciſceretur, & inter pacis ſtabiliendæ judices adſcripſit .

Fr. Anton. Epiſcop. Maſſæ . *Supra n. 5.*
Fr. Blaſ. Nanderalb.
Fr. Marc. Salmaſtren.
Fr. Nicolaus Mayonen.
An. 1428. n. 3.
Fr. Joan. Naturen.
Fr. Marcus Tinarum .
Fr. Petrus Arch. Tyri .
An. 14-6. n. 10. & an 1429. n. 6. Zurita lib. 13. c. 66. 67. & 70. Garibay. in hiſt. Navarra l. 28. c. 6.

XXXVII. Florebant hoc tempore frater Antonius de Fano Confeſſarius Regis Aragonum Alphonſi, & Orator apud Martinum Pontificem concordiæ ineundæ, extincto jam ſchiſmate Peniſcollenſi . Frater Joannes Erler. ſacræ Theologiæ profeſſor, Pontificis Pœnitentiarius in Curia, & baſilica ſancti Petri . Frater Petrus Pratenſis, vir venerabilis, ſacræ Theologiæ Magiſter, hæreticæ pravitatis Inquiſitor, & provinciæ Tuſciæ Miniſter . Obiit hoc anno in ſua patria, ſepultus apud Patres Conventuales ante gradus altaris majoris, ſub lapide marmoreo . Iſtud habet epitaphium: *Hic jacet Reverendus P. frater Petrus de Caccia-Fochis de Prato, qui fuit Miniſter Fratrum Minorum, & Inquiſitor hæreticæ pravitatis, & plura officia habuit . Obiit anno* MCCCCXXX. In eadem provincia Tuſciæ frater Joannes de Barga, ſacræ Theologiæ Magiſter doctiſſimus, & pius, qui poſtea tranſivit ad Obſervantes . In provincia Colonienſi frater Joannes Gritſch Baſilienſis, ſacræ Theologiæ Doctor, qui aliquot poſteris commiſit doctrinæ ſuæ monumenta . Erat hoc anno in provincia Angliæ Miniſter frater Rogerus Dewe, quem juſtas ob cauſas Miniſter Generalis ab officio depoſuit, inſtitutis provinciæ Vicariis fratre Hugone David, & Joanne Wynſchilſe . Similiter paulo antea abſolvit fratrem Paſtuccium Aſſiſiatem a miniſterio provinciæ ſancti Franciſci .

Fr. Antonius de Fano cōfeſſarius Regis Arag. *Zurita cit. c. 56. Mon. MSS Provin. Aragon.*
Fr. Petrus Praten. Inquiſitor in Tuſcia .
Fr. Joan. de Barga .
Fr. Joan. Gritſch .

XXXVIII. Inter hos, & ſuper hos eminentiſſime floruit beatus Albertus Sar-

Beatus Albertus Sartianenſis .

Sartianenſis, ſanctitate illuſtris, græce & latine eruditus. Hoc ipſo anno a peſtis, per univerſam Italiam inſanientis, ulcere convaleſcens, ab amico ſuo Nicolao Nicholo, Aloiſii Marſilii auditore, viro doctiſſimo, & eloquentiſſimo, quem *præclariſſimarum rerum cuſtodem, & antiſtitem, atque bonarum Artium domicilium*, vocant Scriptores Florentini, dentatam acceperat ſcripturam, mordacemque invectivam a Poggio Brandolino, viro inter coætaneos alias eruditiſſimu, contra Fratres Obſervantes, a quibus ſe offenſionem recepiſſe dicebat, emiſſam. Poggium autem aliqua ſcripſiſſe, *quorum lectio devotos offendit, incautis nocet, & inficit carnales*, teſtatur Michael Pocciantius de Scriptoribus Florentinis. Ea fuit offenſionis cauſa, quod a prædictis Fratribus auctoritate Pontificis occuparetur Conventus Montis Caroli, a Patribus Conventualibus, uti ſuperius diximus, derelictus, Poggii
An. 1425. n. 9. conſanguineis, vel aliunde adjudicatus. Hinc prius ſecreto objecta aliqua impedimenta, deinde adhibitæ preces adverſæ, mox additæ querimoniæ, demum prorupit Poggius in minas, & verborum injurias tanto homine indignas. Hujus generis ſcripta dum a prædicto Nicolao ad ſe miſſa legeret
Reſpondet ad mordacem Poggii ſcripturam. Albertus, dato reſponſo hoc protulit judicium: *Litteras, quas ad me diligentiſſime tranſmiſiſti, ut quid de illis ſentirem audires, inſpexi, perlegi, revolvi, perpendi ſæpe ſtudioſius. Fateor, viſus eſt mihi Poggius noſter paulo liberior, ac ſolutior, quam non dico Chriſtianam, & religioſam ſobrietatem; ſed animo audacior, & lingua effrænatior, & calamo feſtinantior extitiſſe, quam officioſam atque eruditam deceat gravitatem. Tam enim adverſus Dei ſervos pene omnes, faciliore licentia exerit eloquentiam ſuam, tamque acriter pertonat, atque invehitur, ut, quantum mihi videtur, non modo innocentiſſimos illos ſervos Dei, ac reliquos omnes æſtimem ab eo injuria laceſſitos; verumetiam vehementiſſime pertimeſcam, hujuſce Poggii auctoritate, ac eloquentia, ſi apud exteros a religione litteræ ipſæ pervenerint, perquam facile eoſdem Religioſos vocari in odium, ac deſpectum iri, ſeculique homines, quod eſt gravius, quibus forte ab inquietantis mundi turbulentiſſima tempeſtate ad tutiſſimum, et ſanctiſſimum portum integerrimæ Religionis confugere, voti fuerat, complures poſſe iiſdem litteris potiſſimum avocari. Quamobrem non credidi, neque me dedecere hoc defenſionis genus, quod pro Religione mihi aſſumendum putavi, neque Poggio noſtro moleſtum eſſe debere, ſi non in eum (cum hoc oneris ſuſcipere nolim) ſed pro veritate, pro Religione, et pro his, qui aliquando hæc noſtra forſitan legent, ego ſervorum Dei omnium non quidem defenſioni, ſed laudationi pauliſper incumbam.*

XXXIX. Illud etiam egregie præſtat in Apologetico, ad ipſum Poggium conſcripto. Poſtquam enim ulcus detexit, diſſidii cauſam his verbis manifeſtavit: *Inculcant adverſum te quidam, et replicant tua prorſus opera factum, ne Conventus ille noſtræ Religionis, ut cœptum erat, ædificetur; ac quod longe moleſtius eſt, futurum nonnulli ſuſpicantur, ut id murorum, quod cœptum eſt, demoliendum ſit, clamante adverſum te tota illa provincia, quod nullius, quam tua apud Pontificem inſtantia, aut factum ſit, aut futurum quidpiam*. Subjicit deinde aliquas graviores in Scriptura congeſtas injurias:
Rom. 14. 4. *Vere mirari, inquit, ſatis non poſſum, quonam modo in tantam licentiam accuſationis eruperis, ut cum ſcriptum ſit ab Apoſtolo:* Tu quis es, qui judicas alienum ſervum? ſuo Domino ſtat, aut cadit, ſtabit autem: *Tu tamen hos omnes, perpaucis exceptis, voces ſimulatores ſanctitatis, latores errorum, ſceleribus implicatos, perverſe agentes, abſque virtute, ſine ſcientia, impudentes, inſolentes, animo impotentes, ſuperbos, qui nulli ſubeſſe velint, & parem ſpernentes, magis præeſſe cupiant, hæc puto te reclamante animo, & conſcientia accuſante dixiſſe.*

XL.

XL. Demum ad innocentiſſimorum hominum offenſas propellendas accedens, quales per quatuordecim, ut ipſe ait, annorum commercium (totidem enim effluxerant, poſtquam a Patribus Conventualibus ad hos tranſierat) probavit, gravi & candido ſtylo Poggio ita deſcribit: *Tu eos non ſummo honore habendos pates, qui, mea quidem ſententia, ſe digna peragunt, amicis grati, inimicis haud infenſi, alienorum periculorum ſolliciti, ſuæ vero jacturæ non negligentes; qui de terrenis fæcibus exuti, damnant quod erant; de futura vita amant quod futuri ſunt, de erratis ſuis ſe judices afficiunt; de inquietantis ſeculi turbinibus, & grandi tempeſtate ſe evaſiſſe plurimum gratulantur, & ſolo altior eorum animus mundo major, omnique terrena poteſtate ſublimior, eatenus ſe excolendum virtuti, ac juſtitiæ dedit, ut poſteriora obliti, ad ea quæ ante ſunt ſe extendentes, illis vita ſit tædio, & mors jucunditasi, aurum luti loco exiſtiment, laquearia diſtincta gemmis, & cruſtis marmoreis domicilia veſtita ejuſmodi hominibus ſordeant: quibus curæ eſt, ut vitiis neque cedant, neque ſub eis jaceant, ſed contra ea laudabiliter dimicent. Inde vitam perditorum deplorant, ſuam autem tenaciſſimis quibuſdam continentiæ frænis aſtringunt. Jam vero ſenſus omnes, qui illecebris male ſuavibus facile capiuntur, ne ab importuniſſimis dominis voluptatibus ſuperentur, tam caſtigant, ut quæ proſpectum oblectant, & lenocinantes ſpectaculorum contagiones, quo ab eis ſalubrius evitentur, ductis in terram luminibus, fugere annitantur. Suavitatem aſperitate commutant, ipſam vocum molliorem modulantiam, jucundumque concentum, niſi graviter ferre non ſuſtinent, lenem contactum, ſucculentam, robuſtam, ac virentem ætatem, in putorem, in ſordes, ſqualoremque vertetunt. Qui contraria valetudine ſæpius gaudentes, ſuſpirant ad patriam, & pias aures Domini Sabaoth validiſſimis, atque importuniſſimis vocibus pulſant, illud quotidie clamantes*, heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt. *Fama autem æque atque infamia, algore, & inopia, omnique genere moleſtiarum cum ſapiunt, his libentias, quam vulgi favoribus, ac tardioris intelligentiæ, imperitorumque populorum inanibus rumoribus gloriantur. Et quod iis omnibus majus eſt, ſe totos ſubjectione humillima ſuperantes, & vincentes, & animo demiſſi, & pavidi, at trementes, ne forte caſus eis obrepat, & corpore fragiles, imbecilli, invalidi, pallentes, exangues, tam ſe pro Chriſto negligunt, ut* omnem intellectum in Chriſti obſequium captivantes, *ſe deſpectos, & ſtultos pro Chriſto exiſtimari non vereantur, & Apoſtolo obſequuntur dicenti*: ſi quis videtur ſapiens in hoc ſeculo, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens, *& præſentia odientes, mundum calcent, divitias aſpernentur, & ad futura ſe in dies ſollicitius præparent. Ecce quales hoſce homines cenſeam, quos tibi a me non pro illorum merito expreſſos putes velim, ſed multo magis pro anguſtia temporis deſignatos. E quibus complures eam, quam dixi, vitæ munditiem excellentiſſimam degunt, reliqui bonam, omnes vero ſaltem non malam.*

Laudat ſui temporis Obſervantes.

Pſal. 119. 5.

2. *Cor.* 10. 5. 1. *Cor.* 3. 18.

XLI. Hæc exſcribere libuit, ut videatur quales illius temporis Obſervaotes, teſte ſanctiſſimo & doctiſſimo viro, fuerint, quam etiam gnaviter & graviter ille pro religioſiſſima familia decertaverit. Pro aliis etiam ſcripſit viris inſontibus eruditos tractatus, & epiſtolas his poſteriores, quæ ſuis locis ſuggeremus. Sub annum MCCCCXXII. egregiam habuit ad ſuos Conſodales in Comitiis congregatos de ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento declamationem, quam, Deo dante, cum reliquis ejus opuſculis publici faciemus juris.

Mat. c. 12. *Marc.* 3. *par. lib.* 1. *c.* 47.

XLII. Hoc anno Rector Uoiverſitatis Tholoſanæ cum populis im-

portune obtrudere vellet, beatam Virginem Mariam in peccato originali fuiſſe conceptam, ab urbe expulſus eſt. Romam venit, apud Pontificem illatæ injuriæ remedium poſtulaturus, & publice ſuam ſententiam defenſurus. Quorumdam favoribus indicta eſt diſputationi dies, ſed propter quædam impedimenta non eſt ſecuta.

Conv. Uxentí. *Gonz. in Provin. S. Nic. Con. 7.*

XLIII. Tarentinorum Princeps Raymundus Baucius Urſinus Uxenti, Salentinorum urbis, Conventum ſub invocatione beatæ Mariæ de Pietate, hoc anno extruxit, & dum urbis potiretur dominio, innumeris fovit beneficiis. Tranſlata ad alios Civitate, numerus Fratrum decrevit: res enim Uxentinorum anguſtæ ſunt. Jacet hic beatus Angelus Politenſis, ſive de Altamura, humilitate & manſuetudine inſignis, ut propterea *ovicula* ab omnibus appellaretur.

Conv. Bitunt. *Indid. Con. 5.*

Conv. Anſan. *Idem in Provin. S. Bernard. Con. 6.*

Hieron. a Stronconio.

XLIV. Bituntini cives non procul ab urbe Conventum alterum ædificarunt in honorem beatæ Mariæ Virginis de Chivifa, curandis vicinorum Conventuum Fratribus opportunum. Tertium ædificavit beatus Joannes Capiſtranenſis, non procul ab Anſano, Aprutinorum civitate, ſub nomine *ſancti Angeli de Pace*, in memoriam conſtitutæ a ſe pacis inter Anſani ac Ortonæ civitates, hoſtiliter ac crudeliter ſe invicem infeſtantes. Hic ſepultus eſt beatus Hieronymus a Stronconio, provinciæ ſancti Franciſci alumnus, ante & poſt mortem miraculis illuſtris.

Conv. Vallis aſperæ. *Idem in Provin. S. Angeli Con. 4.* Epiphan. Theutonicus.

XLV. Quartum acquiſivit frater Nicolaus Auximanus, nuncupatum a ſancta Maria *de Valle aſpera* ad Teſſam in medio ſaltus denſiſſimi. Obiit hic frater Epiphanius Theutonicus, qui ut liberius Deo vacaret, tuguriolum in abdita ſilva propinqua ſibi extruxerat, ubi totus Deo intentus extra ſe, & ſupra ſe frequenter ferebatur. Trigeſimo ab ejus obitu anno, corpus incorruptum, & optimum ſpirans odorem inventum eſt, & proinde honorifico loco repoſitum. Baculi contactu ſanantur energumeni, & variæ curantur infirmitates. Alter etiam laicus anonymus, patria Tornaretenſis ibidem jacet, qui, cum domui cuſtodiendæ relinqueretur, a ſæviente peſte, aliis ſibi fuga conſulentibus, & ceſſante, ſive redeuntibus, inventus eſt exanimis in medio dormitorio genibus complicatis, & recta cervice, extenſiſque in altum manibus, non ſecus ac ſi ferventer oraret. Sepultæ ſunt etiam hic Sorores duæ Tertii Ordinis, fœminæ piiſſimæ, Joanna, & Catarina de Vino, quæ in Fratrum neceſſitates, & illuminando ſacello ſacroſanctæ Euchariſtiæ integro anno oleum ſubminiſtrarunt, abſque ullo decremento quantitatis in ſuos uſus a principio repoſitæ, vaſe potius redundante. Contigit hic, ut obſeſſis copioſa nive itineribus, Fratres inopia panis laborarent; ſed dum vota ſua ad Deum mitterent, inventum eſt præ foribus caniſtrum optimi panis, nullis cujuſpiam portitoris in nive apparentibus veſtigiis. Et Bacchanalium tempore caper lethaliter ictus, culinam ingreſſus, ſtatimque occumbens, ſe dedit in hilaria iis, qui cineralia ex nimia inedia videbantur ante tempus celebraſſe.

Con. S. Mauritii.

XLVI. Ante annos ſeptem, vir nobilis Joannes Jacobus, Marchio Montis-Ferrati, conceſſit Fratribus Eccleſiam ruralem ſancti Mauritii, in oppido ſancti Mauritii, Vercellen. diœceſis, tunc pene deſtructam & deſolatam, & terram adjacentem, ut ſibi domum, & hortos conſtituerent. Obtento tunc Pontificis ſimplici aſſenſu, abſque litteris tamen ſolemnibus ædem ſibi poſuerunt; defectum ſupplevit hoc anno Pontifex: *Eximiæ devotionis affectus*. XII. Kalend. Aprilis.

Conv. Panormitan. de Gangia.

XLVII. Circa hoc tempus Fratres Conventus ſanctæ Mariæ de Jeſu, extra Panormum, anguſtam ædiculam pro curandis infirmis, & hoſpitandis iis,

Idem in Provin. Sicil. Con. 19.

iis, qui in urbem veniebant, obtinuerunt intra Civitatem. Cum vero frequenter ſermones haberent ad populum, idque in templis alienis, aliquot Proceres, & Senatus Panormitanus, decreverunt humile Xenodochium in commodum Conventum commutare, & nobile templum adjicere, in quo concionari, & confeſſiones poſſent excipere. His auſpiciis ſucceſſiviſque incrementis pulcberrimum totius Siciliæ coaluit Cœnobium, ſub nomine ſanctæ Mariæ Angelorum, vulgo Siculo *la Gangia*, centum, & plurium Fratrum capaciſſimum. Jacet hic beatus Benignus Romanus laicus, multorum miraculorum patrator, Carolo V. Imperatori ſumme carus, cui multa prædixit ipſo eventu veriſſima. Eum viſum abüt Cæſar, & in horto invenit aliquanto mœſtum. Quid doleret, aut mœreret, ſciſcitatus promiſit ſe, ſi poſſet, remedium adhibiturum. Cui Benignus, interceptum ſibi ligonem, neque aliud ſe velle reſpondit. Ligonem pollicitus Cæſar, tranſmiſit argenteum, ex quo conflati ſunt Calices, & ſacra miniſterialia. Maxima habetur a Panormitanis in veneratione.

Benignus Romanus.

Conv. Parietū. *Idem in Provin. Concep. Con. 27. Mon MSS. hujus Provin.*

XLVIII. In Hiſpania extra oppidum Parietum, vulgo *Paredes de las Navas*, leucis quatuor ab urbe Palentina, beatus Petrus a Sanctojo Oratorium, ſub invocatione ſanctæ Mariæ *de Miſericordia*, hoc anno conſtruxit, in quo religioſiſſime annis nonaginta Fratres babitarunt. Sed cum impudica quædam fœmina pium virum, hujus Cœnobioli alumnum, domum redeuntem occidi feciſſet, ne ſuæ turpitudinis haberet reprehenſorem, Petrus Manriquius ejuſdem oppidi Comes, ne in deſerto habitantibus quidpiam ſimile amplius accideret, anno MDXXI. ad ipſum oppidum transferre curavit, templo, ſub titulo ſanctæ Mariæ *de Spe* religioſe conſtructo. Aliud nobilius, & pulchrius ædificatum eſt piorum eleemoſynis, & Fratrum cura, anno MDCV. Sacellum præcipuum fabricarunt magnificenter Comites Parietenſes, quibus ceſſit in ſepulturam. Sacrarium extruxit Magdalena Manriquia, hujus oppidi Comitiſſa, ibique ſepulturam delegit. S. Antonius Patavinus multa hic patrat miracula; aquam ubi nulla ſpes poſt terram altius effoſſam, ſupererat, in ſuæ feſtivitatis vigilia abundantiſſime largitus; adoleſcentem Fratrem, intus prolapſum, ejuſque auxilium ſæpe interpellantem, mirabiliter a morte liberavit.

Conv. Alcarazii. *Idem in Provin. Carthag. Con. 6. & 7.*

Conv. de Veas.

XLIX. Sub hoc tempus aliquanto longius ab urbe Alcarazii, diœceſis Toletanæ, bumile extabat Fratrum domicilium, quod circa an. MCCCCLX. ad ipſam urbem ſub titulo ſancti Franciſci, Fratrum induſtria, translatum eſt. Deperditis ſcripturis nihil amplius occurrit memorabile. Et ſimiliter accidit Conventui ſancti Franciſci de Veas, ejuſdem Provinciæ, circa hoc tempus, ex oppidanorum facultatibus extra oppidum conſtructo.

Conv. Caſtaneti. *Idem in Provin. S. Michael. Con. 8. Mon. MSS. hujus Provin.*

L. Hoc anno (uti inſcriptio ſupra portam clauſtri commemorat) Sancius Epiſcopus Salamantinus prope villam ſancti Martini de Caſtaneto, ad menſam Epiſcopalem ſpectantem, domum æſtivam hortis, fontibus, nemoribus amœnam, Epiſcoporum recreationi conſtitutam *las Caſas del Monte*, vulgariter nuncupatam, in commodum Conventum Fratrum Regularis Obſervantiæ, pro ſpirituali ſubſidio vicinorum oppidorum convertit. Eccleſiam adjunxit ſub titulo ſanctæ Mariæ *de Gratia*, eaque completa, donationem approbari a ſuæ Eccleſiæ Capitularibus anno MCCCCXXXVII. conſcripto inſtrumento, cujus penes me habeo tranſumptum, ſerio curavit. Excitavit Epiſcopi pietatem ad hoc opus aggrediendum, cujuſdam devotæ puellæ præſagium, ante quinquennium prædicentis, domum hanc pro Fratribus Minoribus; & in editiſſima rupe Franciæ vulgo *la peña de Francia*, alteram pro Prædicatoribus, ubi beatæ Virginis imago mirabiliter apparuerat

Hiſt. Conv. Rupis Fran. c. 6. & 7.

rat

rat, ædificandas. Patres Concilii Baſileenſis, inchoato jam ſchiſmate, erectionem Monaſterii, quo poterant modo, approbarunt, Epiſcopi, Procuratore intercedente, ſed tutius agentes Fratres, aliam confirmationem ab Eugenio IV. impetrarunt. Altare beatæ Virginis de gratia conſecravit frater Joannes Epiſcopus Bonen. Ordinis Prædicatorum, ex permiſſione Sancii prædicti anno MCCCCXXXVII. Multas habet Eccleſia Sanctorum reliquias, pretioſis thecis incluſas, partim ab ipſo fundatore collatas, partim a pio, & gravi viro fratre Franciſco a Figueroa Hieroſolymis, & Roma, ubi Procuratoris generalis munus obivit, allatas, & locupletem ſupellectilem a variis Principibus oblatam. Nobilem Bibliothecam legavit Franciſcus Cardinalis Pachecus. Chriſtophorus Archiepiſcopus Burgenſis lampadem magni ponderis argenteam, quæ perpetuo ardet coram beatæ Virginis imagine, frequentibus miraculis celeberrima. Jacet hic prædictus Franciſcus a Figueroa, provinciæ ſanctæ Michaelis Miniſter, atque aliarum Commiſſarius, Procurator, uti dixi, Romanus, ſacræ Theologiæ profeſſor, Comitum de la Puebla conſanguineus, virtute, pietate, exactiſſima ſui Inſtituti, & regulari diſciplina illuſtris. Ludovicus de Corduba, Epiſcopus Salamanticenſis aliquot moleſtias intulit Fratribus hujus Conventus, anno MDCVIII. prædicationibus, & confeſſionibus excipiendis interdixit; ſed Decius Caraffa, Nuncius Apoſtolicus ab omnibus liberavit gravaminibus, & anno MDCX. pro illis ſententiam tulit, contra quoſdam beneficiarios circa quartam funeralem. Vivunt hic ſub arctiſſima diſciplina Patres Recollecti, provinciæ prædictæ ſancti Michaelis.

Franciſc. a Figueroa.

LI. Jacobus ſancti Flori in Gallia Epiſcopus, donaverat nobili viro Bernardo de Armaniaco, Comiti Pardiaci, Vicecomiti Cardeleſii, & Murati, capellam ſancti Galli, infra prædictum Vicecomitatum Murati conſiſtentem, ut ibidem Conventum Fratrum regularis Obſervantiæ conſtrueret. Ne vero aliqua ex parte hæc donatio claudicaret, obtinuit, ut a Pontifice confirmaretur: *Apoſtolicæ ſervitutis officium*. XIV. Kalend. Junii. Similes litteras conceſſit Eugenius IV. anno ſequenti. An vero prædictus Comes domum poſtea ædificarit, alibi non comperio.

Conv. Oclani. *Idem in Provin. Dalmat. Con. 10.*

LII. Apud Oclanum, ſive Uglianum, inſulare oppidum, ab urbe Jaderenſi, Dalmatiæ Metropoli V. M. P. diſſitum, conſtruxit Simon de Begna, civis Jaderenſis Eccleſiam SS. Hieronymo, & Petro Martyri dicatam, pro uſu & habitatione Fratrum Minorum regularis Obſervantiæ, & donationem hoc anno confirmari curavit a Martino Pontifice: *Piis ſupplicum votis*, III. Nonas Julii. A quodam Begnano Epiſcopo ibidem tumulato Conventum ædificatum ſcribit Gonzaga, ſed puto deceptum in cognomine *Begnano*, neque alium fuiſſe conſtructorem, quam prædictum Simonem Begnanum, & huic tamquam fundatori honorificam donatam eſſe ſepulturam.

Conv. de Trym *Tom. 9. an. 1391. n. 4.*

LIII. Conventus ſancti Franciſci de Trym in Hibernia, Midenſis diœceſis, de quo alias ſcripſimus, propter bellorum incommoda, aliaſque calamitates, ruinam minabatur. Hortatus eſt hoc anno Pontifex fideles, ut manus porrigerent adjutrices: *Dum beati merita Franciſci*, VIII. Idus Junii.

Monaſt. S. Mariæ de Angelis extra Peruſium.

LIV. Ante aliquot menſes, conflagrato Monaſterio Clariſſarum beatæ Mariæ de Angelis extra muros urbis Peruſinæ, de quo alias diximus, obtenta facultate fratris Guillelmi Caſalenſis, tunc Vicarii generalis in Italia fratris Antonii Maſſani Miniſtri totius Ordinis, Moniales tranſierunt ad aliud Monaſterium ejuſdem Ordinis, *de Monte-lucis* nuncupatum. Utriuſque itaque

Ab-

Abbatiſſæ, & Monaſterii Sororum precibus inductus Pontifex, conſtituit ut combuſtæ domus poſſeſſiones, & bona unirentur Montis-Lucenſi, in eaque remanerent, quæ exceptæ fuerunt Sorores fugientes ab incendio, & unum fieret corpus domus utriuſque: *Ad ea exequendum*, x. Kal. Octobris. Ambo ſuberant Monaſteria Minorum provinciæ ſancti Franciſci, in qua etiam alterius Monaſterii mentio occurrit extra muros urbis Eugubinæ, ſub titulo *ſanctæ Mariæ de Palladio*, ex quo fugientem Benedictam Benedicti Mattarelli, coerceri jubet Pontifex, ſcriptis litteris ad Præpoſitum ſancti Stephani de Arcellis. Diverſum hoc Cœnobium ab illo ſanctæ Margaritæ, de quo alias egimus, & ab altero ſanctiſſimæ Trinitatis ejuſdem urbis, de quo ſcribit Gonzaga, niſi fortaſſis tituli ſint mutati.

Monaſt. Eugubinum.

Tom.5.an.1290. n.14. Gonz. in Prov. S. Franciſc. Monaſt.12.

LV. Hujus anni partum idem auctor facit Monaſterium Mortarii in ſtatu Mediolanenſi: ſed ego ſuſpicor, errorem eſſe in numerorum notis; quippe Eccleſiam ſancti Victori ſacram, ruinæ proximam hoc anno reſtitutam ait, ex Clementis VI. facultate, per Moniales Cœnobii ſancti Caſſiani; Clemens vero VI. deſiit eſſe in humanis MCCCLII. Adde quod ſcribit primas vitæ Monaſticæ magiſtras ex Monaſterio Mediolanenſi ſancti Bernardini evocatas, & illud hoc anno poſterius eſt, ut ſuo loco monſtrabimus. Quomodo hi nodi ſolvendi ſint, modo non occurrit. Multas hic ait plurima virtute pronicuiſſe Sorores, atque inter has præfulſiſſe Cæciliam Codognolam, Hippolytam a Malegnano, & quamdam Eliſabetham. Reliquæ a prima Monaſterii fundatione ad hæc uſque tempora, propter ſummam ſui Inſtituti obſervantiam, & regularis diſciplinæ conſtantiam, valde commendantur. Aliam præter ſupradictam ſancti Victoris Eccleſiam, anno MDVII. addiderunt Sorores, ſanctæ Claræ ſacram, & utramque curarunt anno MDLX. conſecrari.

Monaſt. Mortarii.

Idem in Provin. Mediolan. Mon. 12.

LVI. Variæ occurrunt ſententiæ circa fundationem Monaſterii ſanctæ Mariæ Magdalenæ, urbis Placentinæ in Italia. Nos ante multos annos inchoatum eſſe a Sororibus Tertii Ordinis ex probatis probavimus monumentis. Gonzaga ab hoc anno exordium ſumpſiſſe ſcribit, idque ſub Pio II. qui non niſi anno MCCCCLVIII. aſſumptus eſt ad Pontificatum. Monumenta MSS. Placentina ad me miſſa, nodum ſolvunt, ut a longo tempore inceptum, circa hunc annum ad clauſuram, & obſervantiæ regularis formam, ad exemplum Monaſterii ſanctæ Annæ Fulginatis, & doctrinam beatæ Angelinæ multorum Monaſteriorum hujus Inſtituti Præfectæ, redactum ſit. Velum nigrum, quod geſtare non ſolebant Moniales Tertii Ordinis, Sixtus IV. conceſſit. In Eccleſia requieſcunt corpora beatæ Sororis Baptiſtæ omnino integrum, ſuaviſſimumque emittens odorem, atque alterum beati Marci Bononienſis, de quo alio loco commodius agemus.

Monaſt. Placentinum in Italia.

Idem in Provin. Bonon. Mon.5.

LVII. Circa hunc annum Martina Lupi, & quædam Sorores Tertiariæ conſtituerunt ſibi domicilium intra muros urbis Iliturgenſis, vulgo *Andujar*, in Hiſpania, diœceſis Giennen. ſub Epiſcopi juriſdictione, & ſanctæ Agnetis nuncupatione. Ad arctiorem vitam inhiantibus Nicolaus V. anno MCCCCL. indulſit, ut domum in Monaſterium ſanctæ Claræ converterent, & ſanctæ Claræ Regulam deinceps obſervarent. Diploma dabimus ſub iſtum annum in Regeſto. Paulus II. anno MCCCCLXXIV. id etiam ratum habuit, & juriſdictioni ſubjecit Fratrum Minorum regularis Obſervantiæ, adjectis privilegiis plurimis, a ſuis prædeceſſoribus conceſſis Monaſterio de Oterdeſillas. Vixerunt hic multæ Sorores pietate & genere illuſtres, præſertim Agnes Cana, triginta annorum Abbatiſſa, miræ pœnitentiæ, & virtutis fœmina, quæ a ſancto Sebaſtiano, in viſione conſpecto, impetravit ut tempore ſævæ pe-

Monaſter. Iliturgen.

Idem in Provin. Granaten. Mon. 5. Monume. MSS. hujus Provin.

Agnes Cana

Franciſca Baldivia.

Clara Serrana.

Magdalena a Cruce.

peſtis, ſui Monaſterii curam ageret, & propterea diem ejus feſtum peculiari cultu proſequuntur, præmiſſo vigiliæ jejunio; Franciſca Baldivia anno MDXL. defuncta, poſtquam ſexaginta annos in omni virtutum genere tranſegerat, & diem obitus longe antea prædixerat. Clara Serrana religioſa humilitate inſignis, quæ anno ſequenti deceſſit, & ab Angelis viſa eſt in cœlum efferri, decantato illo verſiculo: *Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam, & exultabunt oſſa humiliata*; Magdalena a cruce falſis viſionibus decepta, vel imaginaria ſanctitate inſoleſcens, e Monaſterio ſanctæ Eliſabethæ Cordubenſi ad illud translata, in quo annis viginti quatuor dignos fecit fructus pœnitentiæ, & doloſum vitæ genus vera pietate, & inſigni humilitate compenſavit. Obiit anno MDLX. in die ſancti Joannis Evangeliſtæ.

Monaſte. Montis Bellicardi.

Tom. 9. an. 1413. n. 8.

LVIII. Nobili mulieri Joannæ de monte Bellicardo, Principi Auraycenſi, conceſſit hoc anno Pontifex facultatem, ut in oppido Montis-Bellicardi, diœceſis Biſuntinæ, Monaſterium ædificaret Clariſſarum: *Sinceræ devotionis affectus*, II. Nonas Januarii. Indulſit ſimiliter, ut nonnullæ mulieres, virgines, & viduæ, honeſtæ converſationis & vitæ, ſub Tertio Ordine Deo ſervientes, Monaſterium ſibi conſtruerent in urbe, ſeu diœceſi Aquilana: *Piis ſupplicum votis*, XVII. Kal. Junii. Ejuſdem Inſtituti Sororibus & Fratribus per Belgium in variis urbibus conſtitutis, datas alias & confirmatas a Joanne XXIII. conſtitutiones, uti ſuo loco diximus, confirmavit: *Ex Apoſtolicæ Sedis providentia*, XIII. Kal. Julii. Habitantibus in civitate & diœceſi Trevirenſi conceſſit, ut bona, & poſſeſſiones, quæ alibi habebant, venderent, vel ad annuam certam poſſeſſionem reducerent, ut alia bona certiora, & ſuis domibus magis accommoda, Fratrumque & Sororum neceſſitatibus ſubveniendis utiliora, poſſent acquirere: *Sacræ devotionis affectus*, X. Kal. Martii. Magiſterii gradus hominibus indignis collatos, irritos voluit, & inanes, conditioneſque appoſuit in promotionibus obſervandas: *Cum in humanis ſcientiis*, Kal. Decembris.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

Guillelmus de Caſale fit Miniſter Generalis.

Caſim. Biern. cit. n. 14.

Petrus Calaber floret.

„ SOlemniſſima hoc anno habita ſunt Aſſiſii totius Ordinis Comitia, in
„ quibus remoto ab officio Miniſteriatus Generalis fratre Antonio de
„ Maſſa, per translationem ad infulas Epiſcopales ſuæ Patriæ, cum honore
„ depoſito, concordibus eligentium votis Guillelmus de Caſale ſubſtitutus
„ fuit. Mens Pontificis cum eſſet unio, novæ conſtitutiones ſactæ fuerunt;
„ at res ad votum mentis futura, quæ videbatur, vix apparuit poſſibilis:
„ verumtamen hominum religioſa diſſidia in majorem Dei gloriam, & Ec-
„ cleſiæ utilitatem ceſſere: horum occaſione Comitiorum omnes Vicariæ
„ unitæ ſunt Provinciis, præter Boſnenſem. In Vicaria Ruſſiæ Cuſtodia
„ Moldavienſis unita fuit Provinciæ Orientali in Caffa; Cuſtodia vero
„ Leopolien. provinciæ Boemiæ, & Poloniæ, in qua hoc eodem anno fuit
„ Patrum convocatio celebrata Leloviæ, qua finita frater Joannes Kmita
„ Miniſter Provincialis abiit in Ruſſiam, & in feſto ſancti Martini in Leo-
„ polienſem Cuſtodiam ſe intromiſit. Interea frater Petrus Calaber vitæ
„ perfectione, & ſanctitate inſignis moritur.

ARGUMENTUM.

Moritur Martinus V. & ſuccedit Eugenius IV. Favet hic impenſè Fratribus regularis Obſervantiæ, & in priſtinam reſtituit libertatem. Sacrum Alverniæ montem iiſdem confirmat. Aliquos aſſumit ad infulas Pontificias. Moritur frater Senſus a Monte Jovio. Multiplicantur domicilia.

Moritur Martinus V.

I. INEUNTE hoc anno, III. Idus Januarii, indicto Generali Concilio, in civitate Baſileæ cogendo, miſſoque Præſide Cæſarino ſancti Angeli Diacono Cardinale, pro comprimendis Huſſitis, Boemiæ regnum miſerrime diſcindentibus, Martinus Papa die XXI. Februarii ſub auroram, poſt annorum XIII. menſium trium, dierum XII. uti habetur in Epitaphio ſepulcrali, feliciſſimum Pontificatum, apoplexia correptus, anno ætatis LXIII. deceſſit, ſummo omnium dolore, collacrymante Clero, & Populo Romano, funuſque comitante ad Lateranum, ubi æneo incluſus eſt ſepulcro, in pavimento e regione ſummi altaris, ſupra quod ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli capita conſervantur. Plurimum ei debet Eccleſia, cujus prudentia pernicioſiſſimum ſublatum eſt ſchiſma; urbs Romana, cujus munificentia ad priſtinum ſplendorem reverſa eſt; Sodalitium Minorum, cujus ſumma benevolentia magnopere crevit, præſertim regularis Obſervantiæ germen novellum. Paulo ante ejus mortem memorabile præceſſit ſolis deliquium circa horam vigeſimam ſecundam, adeoque obumbrata ſunt omnia, ut noctem duabus horis præcurriſſe homines judicaverint, teſteturque Bernardinus a Foſſa in ſuis Chronicis MSS. ſe itinerantem, in campis vidiſſe corvos, & corniculas crocitantes, magno conatu ad ſilvas avolaſſe, veluti repente fuiſſent a nocte præventæ. Erat tunc Romæ beatus Joannes Capiſtranenſis, & ipſa die, quæ obitum præceſſit, adſtitit Pontifici morbo laboranti, viditque e Palatio diſcedens, fulgur e cœlo emiſſum, in quo clare exarata hæc verba perlegit: *Non videbit lucem ſurgentis auroræ.*

Ejus morté præceſſit eclipſis.

Eam prævidit B. Joann. Capiſtranen.

Eligitur Eugenius IV.

II. Quatuordecim Cardinalium, qui tunc Romæ vivebant, unanimi ſuffragio delectus eſt ad Pontificatum, V. Nonas Martii, die III. conclavis ad Minervam habiti, Gabriel Gondolmerius Venetus Gregorii XII. nepos, Ordinem Canonicorum ſancti Georgii in Alga, cui ipſe, ſocio Antonio Corario, initium dederat, profeſſus, mox Epiſcopus Senenſis, deinde S. R. E. Theſaurarius, demum ſancti Clementis Presbyter Cardinalis, in Piceno, & Bononia Legatus. Coronationis inſignia ſuſcepit ante fores Baſilicæ Principis Apoſtolorum, V. Idus Martii, per manus Lucidi Comitis, Diaconi ſanctæ Mariæ in Coſmedin. S. R. E. Archidiaconi. Ante aliquot menſes Gabrieli prædixerat honorem hunc Joannes Capiſtranenſis, quem ſummopere diligebat. Profecturus enim in regionem longinquam vale dicto Gabrieli, ſumma reverentia pedes oſculatus eſt. Rei novitate excitus Cardinalis, interrogavit cur ita præter morem fecerit, antea ſolitus manum dumtaxat oſculari? Reſpondit Joannes ſe venerari ſacram illam, cœlo cognatam, quam in eo prævidebat, dignitatem, neque amplius viſurum, niſi in ſupremo Eccleſiæ faſtigio. Tertio ab electionis die, dum Eugenio congratulaturus accedit, colloquium hoc propheticum Pontifex ei in mentem reduxit, promiſitque veterem amicitiam majori fore lucro fovendam. Id ſolum ſe cupere dixit Capiſtranus, ut regularis Obſervantiæ familiam paterno amplexaretur affectu, atque in priſtinum reſtitueret ſtatum, quem habebat ante celebrata Comitia generalia Aſſiſii, anno proxime elapſo;

Prædixit ei Pontificatum Joann. Capiſtranus.

Commendat ei familiam Obſervantum.

pſo; nimirum, ut ſub ſuæ vitæ, & converſationis Vicariis regeretur, cum jam probaverit unionem a Martino Pontifice intentatam, Religioni reformandæ potius obſuiſſe, quam profuiſſe. Hæc & majora beneficia pollicitus Eugenius, complevit, quidquid augendæ, illuſtrandæque huic congregationi expediebat, abunde largitus.

Favet quam maxime Eugenius.

III. Neque diu moratus, ſtatim in Pontificatus limine, octavo a ſua electione die commiſit Juliano Cardinali ſancti Angeli, Sedis Apoſtolicæ in Germania Legato, ut domus regularis Obſervantiæ, Principatus Boſnenſis, ſub regimen Cuſtodis, vel Vicarii Boſnæ reduceret, ita deprecante Sigiſmundo Rege Romanorum: *Rationi congruit*, VI. Idus Martii. Deinde irritas eſſe declaravit omnes modificationes & relaxationes, quas Martinus prædeceſſor adhibuit conſtitutionibus Capituli Aſſiſiatis, Guillelmum Generalem Miniſtrum ad ſtatutorum obſervantiam obligari voluit, & juramenti præſtiti diſpenſationem revocavit, gravi hoc edito conſtituto.

Vicariam instituit regular. Obſervantiæ in Boſna.

Revocat modificationes Martini V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ex lib. 1. bullar. Eugen. fol. 47.

IV. *Vinea Domini Sabaoth, domus Iſrael, diverſorum varietate florum fulcita, inter alia magnifica germina quemdam ſingularem prætulit fructum, Ordinem videlicet Fratrum Minorum, ex quo ipſa ſuper cuncta fragrans aromata, mirabilem adepta eſt gratiam meritorum, quem fructum in excelſum fortius extenſum inimicus omnis boni frequentius videns, & amplius invidens, quia dejicere non valet, cum ſit fundatus ſupra petram, ventum adverſitatis ſæpius movet & immittit eidem, dum a veræ Religionis, & obſervantiæ tramite Fratribus ſuggerit deviare; contra quæ tamen prudens vineæ cultor ex adverſo conſuevit aſcendere, & ſe pro domo Iſrael murum opponere, ac iis, quæ pro ſalubri & felici ejus incremento facta ſunt, ut illibata perſiſtant, adjicere roboris firmitatem. Sane cum dudum dictus Ordo Fratrum Minorum ſæpius circa habituum, morum, & obedientiarum diverſitatem vento quaſſaretur adverſitatis, & propterea per plures prædeceſſores noſtros ſalubriter proviſum extitiſſet, ut ſicut omnibus dicti Ordinis Fratribus una eſt fides mentium, ita etiam una eſſet pietas actionum. Quia tamen noviſſime quædam de diverſitatibus iterum pullulare cœperunt, quorum extirpationi per diſcretæ proviſionis remedium plurimum fuit intendere neceſſarium. Nuper ſiquidem in Capitulo generali Ordinis præfati, in civitate noſtra Aſiiſii congregato, præſidente ibidem dilecto filio noſtro Joanne, tituli ſancti Petri ad Vincula Presbytero Cardinali, Apoſtolicæ Sedis Legato, nonnullæ conſtitutiones, ordinationes, ſtatuta, & capitula, magno diſcretorum digeſtu conſilio, pro reductione unionis, Religionis reformatione, ac diverſitatum prædictarum extirpatione per eum facta, edita & concluſa, necnon a Fratribus dicti Ordinis unanimiter acceptata fuerunt, per quæ Ordo ipſe ad virtuoſum incrementum ſperabatur veriſimiliter pervenire. Poſtquam felicis recordationis Martinus Papa V. prædeceſſor noſter, ſuper conſtitutionibus, ordinationibus, ſtatutis, & capitulis antedictis, quaſdam per ſuas certi tenoris litteras fecit declarationes, relaxationes, additiones, & modificationes per quas iterato intelleximus diverſitatem ſublatam renovari, quarum tenorem, & continentiam præſentibus haberi volumus pro ſufficienter expreſſis. Nos igitur attendentes, quod conſtitutiones, ordinationes, ſtatuta, & capitula ſupradicta unioni, & reformationi dicti Ordinis plurimum ſunt neceſſariæ, & alias plurimorum notabilium virorum, tam Religioſorum, quam ſecularium frequenti conqueſtione, ſed ex certa experientia cognoſcentes, quod de-*

declarationes, additiones, & relaxationes, ac modificationes præfatæ unitati Ordinis non modicum præſtant impedimentum, ceteraque alia, & ſingula in ipſis litteris relaxata, aut indulta nulli regularis Obſervantiæ ſuffragantur incremento, pro Fratrum prædictorum concordia litteras præfati prædeceſſoris noſtri, ac earum declarationes, additiones, modificationes, relaxationes, ſingulaque in eis contenta, & ſi quæ in aliis quibuſcumque litteris dicti prædeceſſoris noſtri præfatis conſtitutionibus, ſtatutis, & capitulis contraria facta, indulta, aut relaxata, ſeu modificata contineantur; necnon juramenti per dilectum filium Guillelmum de Caſuli dicti Ordinis Miniſtrum Generalem, coram dicto Legato, & toto Capitulo præſtiti, relaxationem, ac omnia & ſingula inde ſecuta, & quæ præſentibus ſimiliter haberi volumus pro expreſſis, caſſantes, irritantes, & annullantes, ac nullius eſſe decernentes roboris, vel momenti, conſtitutiones, ſtatuta, & capitula præfata, quæ hic de verbo ad verbum inſeri fecimus, auctoritate Apoſtolica confirmantes, præſentis ſcripti patrocinio communimus. Volentes ipſum Miniſtrum Generalem ad ipſius juramenti præſtiti obſervantiam firmiter obligari, ipſumque ad illius obſervantiam, tenore præſentium aſtringimus, & etiam obligamus. Mandantes nihilominus omnibus & ſingulis Fratribus, tam Prælatis, quam ſubditis, tam præſentibus, quam futuris Ordinis præfati, quatenus dictas conſtitutiones, ſtatuta, & capitula, ſub pœnis in eiſdem expreſſis, debeant inviolabiliter obſervare. Si quis autem conſtitutionum, ordinationum, ſtatutorum, & capitulorum hujuſmodi tranſgreſſor extiterit, pœnas in eiſdem contentas incurrere volumus ipſo facto. Probibentes inſuper ſub dictis pœnis, ne quiſquam præfatas conſtitutiones, ſtatuta, & capitula gloſſare, aut eis addere, vel aliquid detrahere, aut contra ea diſpenſare præſumat quoquo modo, abſque Sedis Apoſtolicæ ſpeciali & expreſſa licentia. Tenor vero conſtitutionum, ſtatutorum, & capitulorum prædictorum, quem de verbo ad verbum pro præmiſſorum ſubſiſtentia firmiori præſentibus inſeri fecimus, eſt talis: Joannes miſeratione divina tituli ſancti Petri ad Vincula, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis, reformator Ordinis Fratrum Minorum a Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus: venerabilibus & religioſis viris, dominis Fratribus Generali, Provincialibuſque Miniſtris, ac univerſis & ſingulis Fratribus Ordinis Minorum prædictorum ſalutem, & ſinceram dilectionem in Domino Jeſu Chriſto. Noveritis quod nos litteras ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Martini divina providentia Papæ V. &c. (*Ut in anno præcedenti num.* 7.) *Nulli ergo &c. noſtrorum caſſationis, revocationis, annullationis, decreti, confirmationis, ordinationis, aſtrictionis, obligationis, juramenti, voluntatis, & inhibitionis infringere &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCXXXI. *Idibus Martii, Pontific. noſtri anno* 1. At bonus Pontifex his non obſtantibus, Miniſtri Generalis, & aliorum precibus victus, anno ſequenti, IV. Kalend. Maii, bullam hanc revocavit, modificationes approbavit, & eumdem Generalem a juramenti vinculo abſolvit.

Obligat Miniſtrum Generalē ad obſervantiam præſtiti juramēti.

V. Fratribus Obſervantibus, ut maturiori conſilio, & communibus ſuffragiis, quæ ſuæ ſtabiliendæ, & propagandæ diſciplinæ magis conducerent, diligenter examinarent, facultatem indulſit, Comitia generalia ſeparatim a Patribus Conventualibus Bononiæ, circa feſtum Pentecoſtes, ad ſanctum Paulum celebrandi, & conſtituendi ſibi ſui Inſtituti Vicarios, quales ante Capitulum Aſſiſii deligebant. Ex omnibus vero ſibi ſegregari præcepit ſex viros graves, in lege Dei eruditos, & in rebus agendis peritos, quorum opera uti poſſet in negotiis arduis, & magnis, quæ cogitabat, ut Eccleſiam ab

Indulget Eugenius ut Obſervantes celebrent Capitulum. *Marc.* c. 12. *Marc.* 3. p. l. 1. c. 52. *Rodul. fol.* 144.

Jubet deſignari ſibi ſex viros doctos, & cordatos.

ab hæreticorum erroribus indicto Concilio, & Orientis Chriſtianos a Turcarum tyrannide, conſcripto milite præmuniret. Reſtitutis Vicariis, & redacto ad formam priſtinam regimine, delecti ſunt in Pontificis obſequium Joannes Capiſtranenſis, Jacobus Primadicius Bononienſis, Jacobus Picenus e Monte Prandono, Albertus Sartianenſis Etruſcus, Bartholomæus Yanenſis Umber, & Ludovicus Bononienſis, viri utique docti, & qui egregiam poſuerunt operam, uti ſequentibus annis monſtrabimus, Pontificis pio ſtudio promovendo.

Ann. 1420. n. 21. Marian. citat. Marc. citat. Rodul. fol. 164. Ejecti Obſerv. e monte Alvernia eumdem recuperant. Adjutoribus Coſma Medicœo, & Fraciſco Cathanio.

VI. Dederat, uti ſuperſus diximus, Martinus Fratribus Obſervantibus montis Alvernii Cœnobium. Male habuit Patres Conventuales locum, toto orbe celeberrimum, ſui Inſtitutoris incolatu, receptiſque Chriſti vulneribus inſignem, a ſe transferri, ſublatoque Martino, translationis auctore, ſtatim recuperare tentarunt, ejectis propria auctoritate Obſervantibus, & ſacram omnem ſupellectilem, ſcripturas, monumenta ad Conventum Certomondi tranſmiſerunt, veriti ne denuo expellerentur. Subſtituto Eugenio, Florentini, præſertim clariſſimus vir Coſmas Mediceus, & Franciſcus Cathanius ex ſtirpe Orlandi Comitis Cluſini, qui montem ſancto Franciſco donaverat, injuriam expoſuerunt, obtinueruntque ut Eugenius Jordano Cardinali Urſino, Ordinis Protectori, controverſiam committeret. Auditis partibus, acceptoque Pontificiô decreto, die XXVIII. Novembris hujus anni, magna interminatione præcepit Jordanus Guillelmo Miniſtro Generali, ut abſque ulla tergiverſatione Cœnobium Obſervantibus reſtitueretur. Aliud impetravit Decretum a Pontifice frater Franciſcus Franciſci Florentinus, qui ſimul cum Cathanio, & duobus civibus Florentinis cauſam urgebant, ut ſi quæ bona ablata erant, aut alio translata integre reſtituerentur. His muniti litteris, & Florentinorum favoribus adjuti, triduo ante Domini Natalitia denuo introducti ſunt Obſervantes. Fratribus convixit Cathanius in ædicula ſeparata, donec ſancto fine vitam terminavit, ædificatis prius in monte Feſulano eremitoriis duobus ſanctæ Cæciliæ, & ſancti Anſani, in quibus ſuæ vitæ æmulos, & diſcipulos reliquit. Paſſi ſunt hic per aliquot annos moleſtias, & ærumnas Obſervantini, donec Eugenius montis, & Fratrum protectionem Florentinis Lanariæ artis, peculiari Diplomate, quod ſuo dabimus anno, commendaret, & deinceps alienatis reditibus ex ſpontaneis piorum oblationibus, acquiſitiſque eleemoſynis, ingens Fratrum Collegium, & frequens adventantium peregrinorum, nobiliumque hoſpitium ſuſtentarunt. Locum nunc incolunt Fratres ſtrictioris Obſervantiæ.

Fr. Anton. Epiſc. Pacten. *Arcbiv. Panorm. lib. Prot. hujus anni fol. 41.* Fr. Joan. Catanien.

VII. Hoc anno frater Antonius a Stabili, ſacræ Theologiæ Magiſter, eligitur a Capitulo Canonicorum Pactenſium in Sicilia, ſub Archiepiſcopo Meſſanenſi, in Epiſcopum, ratamque habuit Eugenius electionem, intercedente Petro Infante. In eodem regno promovetur ad Epiſcopatum Catanien. ſub Archiep. Montis-regalis, frater Joannes de Piſcibus, ſacræ Theologiæ Magiſter, Siciliæ Provincialis, nobili ortus familia, per obitum Joannis de Podromicis, II. Kalen. Decemb. Fratrem habuit etiam Minoritam Antonium de Piſcibus, Theologum inſignem, uterque interfuit Concilio Baſileenſi. Ad Fratrum Minorum Conſtantienſium contubernium hoc anno ſe recepit Otto III. Marchio Hochbergenſis, & Rætelenſis, Conſtantiæ Epiſcopus, ſub quo celeberrima Conſtantienſis Synodus celebrata eſt. Vitæ reliquum, poſito Epiſcopatu inter Fratres tranſegit. Præfuit annis XXIII. Obiit anno MCCCCXXXIII. ſepultus in Baſilica Cathedrali.

Otto. Epiſcop. Conſtantien. *Bruſcb. de Epiſcop. Conſt. Anna. Svev. lib. 6. p. 1. c. 9.* Obit Fr. Senſus.

VIII. Moritur Peruſii in Cœnobio Montis frater Senſus de Monte Jovio, Urbevetanæ Diœceſis, mira abſtinentia, rigida paupertate, & miracu-

Petrus a Santojo quando obierit.

Gonz. in proœm. Provin. Conc.

culis inſignis. Valliſoleti obiiſſe hoc anno beatum Petrum a Sanctojo præcipuum reſtitutæ Obſervantiæ, & diſciplinæ Regularis in Hiſpania auctorem, aſſerit Gonzaga, & corpus poſt annum XXI. honorifice tranſlatum anno MCCCCLII. ad altare templi præcipuum, ubi magna colitur veneratione. Sed his obſtare videntur, quæ paulo poſt ſcribit de Conventu Valliſoletano, ſive ſancti Franciſci Pinciarum, dum circa annum MCCCCXL. ab hoc inſigni viro aſſerit reformatum. Concordat certe primæ aſſertioni ſepulcralis inſcriptio, quæ hoc ipſo anno, die VII. Aprilis dicit obiiſſe, & ipſe confirmat Gonzaga in principio ſui operis de ortu Regularis Obſervantiæ apud Hiſpanos. Non ergo potuit Pincianum Cœnobium, ſub anno MCCCCXL. reformare, vel ſi ejus eſt opus, hoc tempus præceſſit. Vir fuit pietate, & rerum agendarum peritia inſignis, oppido natus Sanctojo in tractu Campenſi, ad Religionem matura ætate, Sacerdotio inſignitus, ipſo die, quo primitias in altari Deo conſecrare decreverat, inſalutatis parentibus & amicis, qui ad ſolemnia primæ Miſſæ convenerant, acceſſit. Initiatus in Conventu Caſtri Cæſaris, vulgo *Xeriſii*, ſub diſciplina Patrum Conventualium, & paulo poſt emiſſam ſolemnem profeſſionem viſione monitus cœleſti in domo Pinciana, contulit ſe ad Cœnobiolum Aquilariæ, ubi per annum commoratus, Petro Regalato magiſtro vitæ reſtitutæ leges tulit, & didicit perfecte. Hinc Hieroſolymam profectus, in regreſſu per Italiam ſancti Bernardini Senenſis doctrina imbutus, domos multas ſuæ Provinciæ Caſtellanæ ad diſciplinam hanc amplexandam induxit. Concilio interfuit Conſtantienſi, & neceſſariis ſe munivit Pontificis Martini V. Regiſque Joannis II. decretis, ut inchoatum opus felicius proſequeretur. Antonius Daza in ſuo de Petri Regalati geſtis libello aſſerit, prædicti Regis opera Bullas etiam obtinuiſſe Eugenii IV. reformationi ſtabiliendæ, ſed qui fieri potuit, ut Pontificis, uno ante illius obitum menſe electi litteras obtineret, cum vix tempus interlapſum ſufficeret electionis nuncio in Hiſpaniam tranſveendo?

Qualis ille fuit.

Daza c.7.

Conv. Policaſtri.

IX. Habitarant olim Fratres extra Euxentum, vulgo *Policaſtrum*, Calabriæ urbem ad Eccleſiam, *ſanctæ Mariæ Eremitorium*, nuncupatam, ſed ob temporum calamitates inde receſſerunt. Nicolaus Marchio Cotroni ſua, civiumque vota expoſuit Archiepiſcopo ſanctæ Severinæ, cujus regimini urbs ſubjiciebatur, revocandi Fratres, maxime qui de Obſervantia dicebantur. Fecit porro Antiſtes ante aliquot annos, ſed iſte Antonius, Provinciæ Calabriæ Miniſter, rogavit Pontificem, ut rata vellet, quæ geſta erant, obtinuitque: *Piis fidelium votis*, VI. Kalendas Auguſti. Ex his litteris, quas in ſacrario Conventus aſſervari affirmat, male colligit Gonzaga, hoc anno primum ædificatum hunc fuiſſe Conventum, cum non niſi reductos Fratres ad priſtinam ſedem Diploma recenſeat, mutato dumtaxat, vel reformato Inſtituto.

Gonz. in Prov. Calab. Conv. 6.

Conv. Montiſgranarii.

X. Miniſter & Fratres Provinciæ Marchiæ Anconitanæ expoſuerunt Pontifici, ſe intra Caſtri Montis-granarii, Diœceſis Firmanæ, mœnia Conventum habuiſſe, nunc vero extra factum, reſtricto Caſtri circuitu; ut facilius & ſecurius reſiſteret hoſtium incurſionibus, petieruntque ut liceret intra novum Caſtri ambitum domicilium transferre. Indulſit hoc Pontifex, & illi poſt aliquot annos, capaciſſimum Conventum ædificarunt, ſub ſancti Franciſci vocabulo, ad Caſtri forum, empto a Patribus Eremitis ſancti Auguſtini loco opportuno: *Sacræ Religionis*, *ſub qua*, IX. Kalendas ..... De hoc Conventu alias egimus diffuſius.

Vide infra ann. 1435.

Tom. 4. an. 1259. n. 17.

Conv. Bargii.

XI. Incolæ Bargenſis oppidi, Taurinen. Diœceſis, in regione Pedemontana, rogaverunt ut ſibi liceret in prædicto oppido frequenti, & amplo do-

domum Minoribus conſtruere. Indulſit Pontifex, ſcriptis litteris ad Abbatem Monaſterii ſanctæ Mariæ de Cabirio: *Piis ſupplicum votis*, XVII. Kalendas Novembris. Spectat ad Patres Conventuales Provinciæ Genuenſis, & Cuſtodiæ Pedemontanæ. Ibi floruit Magiſter Jacobinus Bargius Malafoſſius vir doctus, in Academiis Patavina, & Taurinenſi celeberrimus, quem ſe Magiſtrum habuiſſe gloriatur Petrus Rodulphus.

Jacobus Bargius.

Rodul. fol. 274. & 322.

Conv. Inſulæ Vincentinæ.

XII. Onufrius Presbyter Sueſſanus Eccleſiam ſancti Joannis de Inſula Vincentina, Diœceſis Montis-Flaſconis deſtructam, & derelictam reparavit, & Fratribus Regularis Obſervantiæ ceſſit, ut ſibi omnem ibidem ædificarent. Pontifex ceſſionem admiſit, inſulam inſuper Vicario, & Fratribus ejuſdem Inſtituti Provinciæ Romanæ donavit, & licentiam Cœnobii ædificandi conceſſit: *Sacræ Religionis*, XIII. Kalendas Novembris.

Conv. Utreræ. Gonz. in Prov. Bætica Conv. 9.

XIII. Extra oppidum Utreræ, Hiſpalenſis Diœceſis, in via, quæ vulgo *de las Veredas* dicebatur, inter confertas olivas miraculoſæ beatæ Virginis Mariæ imagini, quæ ibidem apparuit, religioſe colendæ extructum erat Sacellum, quod adjectis cellulis quidam Anachoretæ cuſtodiebant. Hoc anno, volente Archiepiſcopo Hiſpalenſi, loco ceſſerunt, commiſſa cura Minoritis Conventualibus, qui ex collectis eleemoſynis humile Cœnobiolum conſtruxerunt, & poſt aliquot annos ultro dederunt Obſervantinis Cuſtodiæ Canarienſis, qui in Bæticam frequenter trajiciebant. Domum anguſtam ſatis, & inſalubrem ampliari commodis ædificiis præcepit ultimis tabulis Lopetius Legionenſis, filius Comitis Arcuenſis, atque illuc ſuum, filiique Joannis Pontii, qui in bello contra Mauros occubuit, corpora inferri, & Fratribus neceſſaria quæque ſubminiſtrari. Ita præſtitit Catarina Perea conjux, anno MDLII. & mariti filiique corpora pulchris condidit Mauſoleis.

Conv. Stanayci.

XIV. Nobilis vir Humbertus Baſtardus de Sabaudia, Syndici, Burgenſes, ac incolæ villæ Stanayci, Lauſanenſis Diœceſis in Gallia, petierunt ut ſibi liceret domum conſtruere Fratribus Minoribus, qui fideles illarum partium in fide Catholica per ſacræ Scripturæ expoſitionem ſolidarent, eiſdemque in Sacris miniſteriis deſervirent. Facultatem dedit Pontifex, commiſſa poteſtate Officiali Lauſanenſi: *Piis ſupplicum*, XII. Kalendas Aprilis. Non invenio alibi hujus Cœnobii mentionem.

Conv. Felſalvenſis.

XV. Vir nobilis Joannes de Sello de Loroniz, Domicellus Tranſilvanus, annuente Martino V. ædificaverat pro Fratribus Obſervantibus in ſua poſſeſſione Felſalu, prope oppidum Regenſe, Diœceſis Tranſilvaniæ, domum & Eccleſiam, ſub vocabulo ſancti Michaelis Archangeli,: ſed cum Vicarius Boſnæ Fratres, qui inhabitarent, concedere neglexiſſet, Eugenius hoc anno ſcripſit ad Epiſcopum Tranſilvaniæ, ut auctoritate Apoſtolica præciperet, Fratres tranſmitti: *Juſtis & honeſtis*, II. Nonas Junii.

Conv. Kroczien.

XVI. Henricus Rex Daniæ, Svetiæ, & Norvegiæ donavit Fratribus oratorium conſtructum in loco *Kroczilt*, Diœceſis Wibergen. ut ibidem ſibi Cœnobium conſtruerent. Donationem confirmavit Martinus Pontifex, ſed litteras Apoſtolicas expedire non curarunt negotii actores. Omnia rata voluit hoc anno Eugenius, deprecante Guardiano Flensburgenſi, Diœceſis Clewicenſis: *Rationi congruit*, V. Idus Martii. Hujus tamen Cœnobii notitia non habetur in ſerie Conventuum illius Provinciæ. Hujus Provinciæ Fratribus conceſſit, ne ex ſibi relictis ab ingredientibus Religionem, vel Legatis in teſtamento quidquam ſolvere tenerentur locorum Ordinariis: *Sacræ Religionis*, XV. Junii.

XVII. In Cretenſi inſula ſub hunc annum Fratres Obſervantes tres habuiſſe Conventus mihi conſtat ex Diplomate Eugenii, quo illis concedit auctto-

ctoritatem habitum conferendi ad Ordinem accedentibus, qui poſſent domos has, & in poſterum recipiendas inhabitare. Quo tempore tres illæ conſtructæ ſint, ſcire non potuimus. Prima erat ſancti Joannis Baptiſtæ extra muros Cytei, ſeu Candiæ, Urbis Metropolis, a civibus, uti creditur, conſtructa, ſub Patribus Conventualibus, & ab illis translata ante hunc annum ad Obſervantes, inſervitque hoſpitio Patrum euntium Hieroſolymam, & redeuntium. Secunda ſancti Athanaſii Rethymi urbis, Diœceſis Thelamoneno, aliquantulum a muris diſtans, a Senatu conceſſa eiſdem Patribus Conventualibus. Tertia intra urbem Cydoniam, vulgo *Canea*, Agien. Diœceſis, a Senatu etiam in honorem noſtri Salvatoris exædificata: *Super gregem Dominicum*, Kalendis Octobris. Spectabant olim ad Provinciam Achajæ, ſive Moreæ, nunc ad Cretenſem.

Conv. Candiæ. Gonz. in Prov. Candiæ Conv. 2. 5. & 8.

Conv. Rethymi.

Conv. Cydoniæ.

XVIII. Fratribus Joanni Corethye Spalatenſi, & Blaſio Sclavono egregie laborantibus in obſequium fidei per regnum Hungariæ, indulſit Eugenius, ut apud quemdam Montem altiſſimum, *Catena Mundi* vulgariter nuncupatum, prædicti regni, ac in quibuſdam locis Provinciarum Dalmatiæ, Boſnæ, & Sclavoniæ, in quibus Chriſtiani fideles inhabitabant, operariis Evangelicis valde deſtituti, præſertim irruentibus in eos quotidie crucis Chriſti inimicis, Turcis, qui captivos filios abducebant, bona diripiebant, ac Sacerdotes abigebant, Conventus conſtruerent, vel admitterent: *Dum uberes fructus*, v. Nonas Novembris.

Conv. Catenæ mundi.

XIX. Renatus Dux Barrenſis, mox Siciliæ, Hieroſolymorumque Rex, & Margarita de Bavaria Duciſſa Lotharingiæ, Renati ſocrus, deſponſata ei filia Iſabella, petierunt pridem a Martino V. ut ſibi liceret ad Pontem Montionis, alias *Muſſipontum*, urbem ſupra Moſellam, ſacris ædibus, & Academia inſignem, Monaſterium Clariſſarum conſtruere. Hoc anno addiderunt velle inſtituere, ſub arctioris ſanctæ Claræ regula, & perpetua clauſura, quod etiam ille paulo ante obitum conceſſit: *Piis deſideriis*, XIII. Kalendas Februarii. Poſteriori tempore, anno ſcilicet MCCCCXLVII. conſtructum ſub reformatione beatæ Coletæ, aſſerit Gonzaga, & introductas Monialea copioſo numero hora ſecunda pomeridiana, magno totius populi applauſu, die ſacro beati Matthæi. Fortaſſis uſque ad illud tempus duravit ſtructura, & rerum omnium præparatio. Concurrit etiam ſuo opere, & ſumptu ad pium opus prædicta Iſabella, pepigitque cum Monialibus, ut ſi Sereniſſimus ipſius vir prior e vivis diſcederet, ipſa ad conſortium, & regulæ profeſſionem admitteretur. Aliter tamen evenit, illa præeunte. Anno MDXIX. piiſſima ac Sereniſſima Philippa Geldria Siciliæ Regina, hic habitum ſuſcepit, & generis nobilitatem ſanctitate ſuperavit, nulla Religionis, quamtumvis viliſſima officia aſpernata. Singulari, quo perpetuo ardebat, divini cultus amore, magnis inclytæ ſobolis ſumptibus, duplex Sacellum, immaculatæ Conceptioni beatæ Virginis Mariæ ſacrum, conſtruxit, unum in choro Fratrum Minorum, qui ibidem inſerviunt, duplici cinctura exteriori ferrea, interiori cuprea, circumdatum, alterum in clauſtro Sororum, in quorum medio ipſa inſigni ſepulcro, miro artificio fabrefacto ſepulta eſt.

Mon. Muſſiponti.

Gonz. in Prov. Franc. Mon. 5.

XX. In civitate Ferrarienſi graviſſimo Monaſterio Corporis Chriſti conſtruendo nobilis mulier Viridis de Piis, domicella Carpenſis, jam hoc anno manus admoverat, petiitque ab Eugenio, ut pro Clariſſis, ſub regula arctiori, & perpetua clauſura victuris, perficere liceret. Annuit Pontifex, commiſitque Abbati de Gavello, Adven. Diœceſis, Ferrariæ commoranti, facultatem, ex quocumque Monaſterio primas magiſtras diſciplinæ rigidioris

Mon. Corporis Chriſti Ferrariæ.

Gonz. in Prov. Bonon. Mon. 1. Guarin. de Eccleſiis Ferrar.

ris evocandi: *Sedis Apoſtolicæ*, II. Nonas Aprilis. Humile habuerat hæc ædes antea principium, ſub regula ſancti Auguſtini a Bernardina Sedazzara adoleſcentula inſtructa in Monaſterio ſancti Silveſtri, ſed peſte extinctis pauculis, quæ introductæ erant, Sororibus, una dumtaxat, vel altera ſuperſtite, Princeps hæc Carpenſis nobilius excogitavit, fecitque domicilium, & evocari curavit religioſiſſimas Sorores, maxime cognatas duas Thadæam, Gilberto Pio Carpenſi progenitam, Immolæ domino aliquando nuptam, ejuſque filiam Lucinam ex Monaſterio ſancti Pauli Mantuano. Hæ introducta diſciplina, & regula Clariſſarum, juxta peculiarem inſtitutionem Monaſterii Mantuani, adeo firma, & fixa jecerunt virtutis, & Religionis fundamenta, ut evelli non potuerint, etſi ſæpius concutere tentarit adverſarius. Omnia peculiari Diplomate Eugenii, quod anno MCCCCXXXV. dabimus in Regeſto, confirmata voluit prudens fundatrix. Hinc aliorum Monaſteriorum, Cremonenſis, & ſancti Bernardini Ferrarienſis prodierunt optimæ fundatrices, maxime vero beata Catarina Bononienſis, & Joanna de Lambertinis, quæ Sorores Bononienſis Cœnobii etiam, ſub *Corporis Chriſti* appellatione, prima docuerunt virtutum inſtituta. Nobiliſſimæ quæque Virgines Ferrarienſes, & Ducum Eſtenſium filiæ, huc frequenter advolarunt, ſpretis mundi oblectamentis, inter quas præcipuæ connumerantur Leonora, Alphonſi I. & Lucretia Herculis II. filiæ. Decoratur Eccleſia multis, iiſque pulcherrimis mauſoleis Heroum, & Principum Eſtenſium, quorum beneficentia domus majora ſuſcepit incrementa. Jacent hic Hercules I. & Leonora Aragonia, Alphonſus I. & Lucretia Borgia, Alphonſus II. & Lucretia Medicea conjuges, & Duces Eſtenſes. Alexander, Iſabella, Leonora, Lucretia Duciſſa Urbinatum, Alphonſus Infans, horum filii. Cæſar Aragonius, filius Friderici Regis Neapolitani. Non præteribo occaſionem hanc quin commemorem, nobiliſſimo, & vetuſtiſſimo generoſæ fundatricis Piorum generi, ab Euride, Conſtantis Imperatoris filia, deducto, Inſtitutum noſtrum plurimum debere, tum ob multiplicata Religionis domicilia, tum ob beneficentiſſimam totius Ordinis protectionem, quam in ſe ſuſcepit Rodulphus Pius Cardinalis Carpenſis, tum demum ob alia recepta beneficia, quæ ſuis annis commemorabimus. Benevolentiam hanc munificentiſſimæ ſuæ gentis proſequitur hodie Carolus Pius, Cardinalis Epiſcopus Portuenſis, Religioni addictiſſimus, quem ego multis titulis reverenter ſuſpicio.

XXI. In multis Clariſſarum Monaſteriis diſciplina regulari extenuata, diſſolutio morum, & laxioris vitæ ſequelæ, ita licentioſe hoc tempore graſſabantur, ut neceſſe habuerit Pontifex Guillelmo Generali Miniſtro præcipere, curaret remedium adhibere, commiſſa in hunc finem ampliſſima facultate: *Ad ſtatum ſingulorum fidelium*, IV. Idus Maii.

XXII. Jacobus Borbonius, Neapolitanus, & Hieroſolymitanus Rex, Marchio Carlati, & Caſtri Comes, conceſſerat beatæ Coletæ fundum in Leſigniani oppido, non procul ab urbe Narbonenſi, & Clariſſarum mox conſtruxit Monaſterium. Eugenium conſtruendi facultatem dediſſe anno primo ſui Pontificatus, & Monaſterium fabricatum, anno Domini MCCCVI. ſcribit Gonzaga, ſed error craſſus irrepſit in notas. In hac domo viguit ſemper Regulæ Obſervantia, & ex ea prodierunt aliorum Monaſteriorum magiſtræ. Eccleſiam ſanctæ Annæ ſacram conſecravit quidam Epiſcopus ſancti Papuli. Habentur hic in magna veneratione oſſa beatæ Bonæ, ex proſapia Comitum de Arminiaco, vitæ auſteritate, mentis aſcenſu in Deum, & dono prophetiæ illuſtris. In ejus legenda, quam non vidi, refert Gonzaga, plura de ea ſcribi, patris obitum prædixiſſe, & ad ejus tumulum mortuum quem-

Mon. Leſigniani.

Gonz. in Prov. S. Lud. Mon. 3.

B. Bona de Arminiaco.

quemdam reſuſcitatum . Anno Domini MDLXXVI. Calviniſtæ in Monaſterium irruerunt , Sorores incautas hora tertia poſt noctis medium , e matutinis horis prodeuntes ceperunt , & deprædata domo captivas abduxerunt , donec pro unaquaque viginti aureos receperunt , illibata ſemper pudicitia . Narbonam ductæ humaniſſime ſuerunt receptæ , donec poſt annos aliquot reſtituto ſuo Monaſterio , ad priſtinas ædes redierunt , in quibus ſub prima regula ſanctæ Claræ religioſiſſime vivunt , erga pauperes peregrinos illac tranſeuntes pro ſuo modulo liberales .

XXIII. Joannes de Ramaga , Eremita Abulenſis in Hiſpania , ad Eremitorium ſanctæ Mariæ Magdalenæ , diœceſis Abulenſis , congregavit aliquot Clericos , & laicos ſub tertia Regula ſancti Franciſci . Eugenius hoc anno conceſſit ei prædictum Eremitorium , cum reliquis bonis eo ſpectantibus , eumque conſtituit reliquorum Fratrum Miniſtrum : *Piis devotorum ſupplicationibus* . II. Kalend. Maii . Fratribus ejuſdem Inſtituti , domus ſanctæ Mariæ de Valle , diœceſis Aſtoricenſis , varias donationes ab Epiſcopis Aſtoricenſibus factas , & a Benedicto XIII. Pſeudo-Pontifice confirmatas , revalidavit : *Regimini univerſalis Eccleſiæ* . IX. Kalendas Martii . Litteras Nicolai IV. quibus Regulam pœnitentiæ Tertiariis præſcripſit , confirmavit: Martinianas, eos ſubjicientes regimini Fratrum Minorum, quas ſuperius retulimus , revocavit : *Ad Apoſtolicæ dignitatis* . XVII. Kaleudas Decembris .

Domus S. Mariæ Magdalenæ Abulen.

S. Mariæ de Valle Aſtoricen.

An. 1427. n. ultimo .

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO .

» I. KAlendis Februarii hujus anni MCCCCXXXI. indicto Generali
» Concilio Baſileæ ad Rhenum , Urbis inter Conſtantiam , & Ar-
» gentoratum , utrinque ad quindecim mille paſſus Germanicos diſtantis ,
» celebrando , pro reformandis abuſibus , extirpandis hæreſibus , præcipue
» in Boemia , & pacificandis Principibus Chriſtianis , Martinus V. cum ſe-
» diſſet annos tredecim , menſes tres , & dies duodecim , ætatis ſuæ ſexa-
» geſimo tertio , apoplexia correptus , ſummo omnium dolore obiit , dela-
» tuſque ad Lateranum in buſto æneo conditus fuit : quatuordecim vero
» Cardinalium unanimi ſuffragio , v. Nonas Martii , Gabriel Gondolmerius
» Venetus Gregorii XII. nepos , ſancti Clementis Præsbyter Cardinalis
» ad ſummum Pontificatum delectus, coronationis inſignia ante fores Baſili-
» cæ Principis Apoſtolorum , per manus Lucidi Comitis , Diaconi ſanctæ
» Mariæ in Coſmedin S. R. E. Archidiaconi , v. Idus Martii ſuſcepit , Eu-
» geniuſque IV. appellatus eſt , qui præter notata per Annaliſtam, hoc ſui
» Pontificatus anno primo ſequentes litteras expedivit pro Monaſterio
» Clariſſarum Villæ de Conde : *Sincere devotionis &c.* III. Kalend. Maii .
» Ex hoc autem teſtimonio ſaltem ab his diebus, ſi non habuerit , Moniales
» Clariſſas Condate deſideraſſe , & petiiſſe apparet , id quidem adnotare
» maxime placet , quod hujuſcemodi rei nullibi in noſtris Annalibus me- *Indic. ex Vatic.*
» moriam legerim . Eſt autem Condate , vulgo *Condet* , Oppidum in Han-
» nonia Galliæ Belgicæ ad Hanniæ amnis cum Scalde confluentiam , Va-
» lencenſis proximum , a quibus in arctos vix tribus milliaribus recedit , in-
» ter Elnonem , & Cellam ſancti Gioleni . In Arveniæ ducatu ad Ceme-
» nos Montes , in Gallia Civitas eſt Epiſcopalis , ſancti Flori nominata ,
» Gallis *S. Flour* , ſubducta Diœceſi a Claro-Monte , urbe antiqua ad eo-
» rumdem Cemenorum Montium radices in colle præcelſo , ad fluviolum
» Tiretenum, in Elaverim labentem ſita , & a qua in auſtrum una ſupra vi- *Ex Topog. Ferr.*

Indicitur Concilium gener. Baſileæ .

„ ginti leucis gallicis diſtat : porro a ſancto Floro una urbe , ad fluviolum
„ Loto amni illabentem inter Circium & Borrholybicum Murati Oppidum
„ eſt leucis ſex diſtans , Vicecomitatus honore clarum , de quo ſermo oc-
„ currit . Bernardus nobilis Vir de Armaniaco , Pardiaci Comes , & Carla-
„ dii , Muratique Vicecomes a Jacobo ſancti Flori Epiſcopo , quamdam ,
„ ut ajunt , Capellam ſancto Gallo nuncupatam in Vicecomitatu Muraten-
„ ſi , Diœceſis ſancti Flori, menſæ capitulari obnoxiam, beatæ Mariæ de Mu-
„ rato , cui erat unita , obtinuerat ; in domum tamen Fratrum Minorum
„ convertendam ſuo ære , in quem finem a Martino V. facultatem impe-
„ traverat , & ſubdubitans de ejus validitate , iterum ſupplicavit præfato
„ Pontifici , qui Præpoſito Montis-Salvi ejuſdem Diœceſis ſcripſit , ut rem
„ examinaret , & ſi opus foret , auctoritate Apoſtolica novam facultatem
„ concederet . Guillelmus itaque Præpoſitus Montis-Salvi juxta commiſſio-
„ nem , re diligenter perpenſa , de novo Comiti , ſalvo jure Parochialis
„ Bredami , infra cujus limites capella ſancti Galli ſita eſt , ac beatæ Mariæ
„ Eccleſiarum , facultatem impertivit , adjecta clauſula , quod infra quin-
„ quennium ex tunc computandum dictus Comes (ut promittebat) opus
„ abſolveret . Hunc actum Romam tranſmiſſum, & in Cancellaria Apoſtoli-
Harol. p. 2. ad an. 1458. n. 8. „ ca examinatum , Eugenius IV. approbavit , & confirmavit , edito Brevi :
„ *Sollicitudinis Paſtoralis &c.* dat. Romæ apud ſanctum Petrum , an-
„ no MCCCCXXXI. III. Kalend. Maii , Pontificatus I. An autem hoc diplo-
„ ma executioni demandatum fuerit , dubium tollit , quod inter Conven-
„ tus Reformationis beatæ Coletæ , licet de Obſervantia nuncupatos , per
„ declarationem nihilominus Pii II. non Vicariis Obſervantum , ſed im-
„ mediate Miniſtro Generali ſubjectos , numeretur etiam iſte Murati .
Bernard. de Armaniaco vir pius „ Ceterum Bernardus de Armaniaco vir erat pius , & Religionis amantiſ-
„ ſimus : ex ejus proſapia fuit beata Bonna in Monaſterio Oppidi Leſigniani,
„ quam ex Gonzaga commmemorat hic Annaliſta ; ſed nos ſerius de ea
„ agemus .

Indic. ex Vatic. „ II. Interea Pontifex datis litteris pro Conventu Fratrum Tertii Or-
„ dinis Salamanticæ : *Piis devotorum &c.* II. Kalend. Maii , II. Nonas Julii
„ fratribus Petro , & Alphonſo poſſe remanere in provincia Caſtellæ con-
„ ceſſit : *Pii Patris &c.* & Idibus ejuſdem Iſabellæ in Monaſterio ſancti Ju-
„ liani : *Humilibus &c.* XVI. Kalend. Januarii . Nonnulla etiam ſtatuit pro
„ Ciſmontana familia : *Illi potiſſimum &c.* & pro Conſtitutionibus nuper fa-
„ ctis in Capitulo Generali Aſiſii : *Innata nobis &c.*

Franciſc. Cathaneus ex 3. Ord. floret . „ III. Franciſcus Cathaneus , cujus meminit Annaliſta , ſub an-
„ num MCCXIII. his diebus florebat : Erat nobiliſſimus , Cluſenſis Comitis
„ Orlandi , ſive Rolandi , qui ſacrum Alverniæ Montem in Tuſcia Sera-
„ phico Patri ſancto Franciſco pia liberalitate dono dederat , ut legimus in
Wadd. ad ann. 1213. n. 12. „ noſtris Chronicis , legitimus hæres . Tertium autem Ordinem Minorum
„ ingreſſus , vitam Eremiticam eodem in Monte ducebat . At perpendens
„ loci incolas a priſco ſuæ Religionis more declinare , & a ſeveritate Mo-
„ naſticæ vitæ recedere , ab eis diſceſſus , in parvam quamdam ædiculam
„ prope Florentiam ſeceſſit , & aliquandiu ibidem commoratus Romam
„ perrexit , ubi adeo prudenter in Curia negotiatus eſt , ut ejus opera fa-
„ cer ille Mons ad Patres Obſervantes devolutus fuerit , ita decernente
„ Martino V. anno proxime præterito MCCCCXXX. & hoc anno , acta con-
„ firmante Eugenio IV. ut locus ad Obſervantes tranſiit, Cathaneus rediit;
„ priſtinamque Cellam incolens ſanctiſſime quievit in Domino XVII. Ka-
„ lend. Decembris , ut notavit Arthurus .

IV. Fran-

„ IV. Franciſcus Franciſci de Florentia Tertii Ordinis pariter alumnus plurimum hoc tempore micabat. Frater germanus erat celeberrimi Viri fratris Thomæ a Florentia, ſeu Scarlino: porro Florentiæ paternis in ædibus, in ingreſſu Pontis Rubacontis, prope Eccleſiam ſancti Georgii in platea Morzana, vitam ducebat ſanctiſſimam; quamobrem ejus fama late diffuſa, plures illi adhæſerunt, quos in prædicta domo piis diſciplinis imbuebat: ipſe vero nullo alio nomine audiebat in Populo, quam Fratris peccatoris, quo, propter eximiam humilitatem ipſe delegerat appellari. *Item Franciſcus de Florentia.*

„ V. Leonora Virgo Alphonſi primi Eſtenſtium Ducis filia, ſpretis Mundi oblectamentis, ſub Regula ſanctæ Claræ in Monaſterio Ferrarienſi Corporis Chriſti, tertio Provinciæ Bononienſis, Chriſto ſponſo inſervire maluit: ejus meminit Jacobus Guarini de Eccleſiis Ferrar. lib. 1. ad an. MCCCCXXXI. quo meritis, virtutibus, & ſanctitate clarebat. *Leonora Clariſſa ſanctitate floret.* *Jacob. Guar. l. 1. ad annum 1431.*

„ VI. Amedeus, Amedei VII. Sabaudiæ Ducis primogenitus, Pedemontium, & Achajæ Princeps, uxorem ducere decreverat Annam, Jani Luſignani Regis Cypri filiam, dotiſque tabulæ jam confectæ fuerant anno MCCCCXXXI. menſe Aprili: ſed cum, permittente Patre, ad expeditionem Luſitanicam ab ipſius Provinciæ Rege rogatus, ſe accingeret, in Cæliacum morbum, ſive profluvium lapſus, mortem obiit Caſellis, non Taurino procul, eodem anno, tertio Idus Auguſti, annos natus viginti tres, ſepultus Pinerolii, juxta Achaicos Principes in Minoritarum æde. *Arthur. in Martyrolog. 6. Kal. Septembris.*

ARGUMENTUM.

Denuo inſtauratur bellum contra Bernardinum Senenſem, ſed invicta patientia ille adverſariorum vicit pertinaciam. Joannes Capiſtranenſis inſtituitur Inquiſitor contra Fratricellos. Datur ampla facultas Gullelmo Generali Miniſtro Inquiſitores deſignandi. Jacobus Picenus deputatur in Principatu Boſnenſi Commiſſarius, ubi laudabiliter per triennium gubernat. Creantur Epiſcopi. Moritur Galeottus Robertus de Malateſtis, vir ſanctiſſimus, cujus acta referuntur. Alii referuntur pii Viri Tertii Inſtituti. Cœnobia multiplicantur.

I. BERNARDINI Senenſis geſta proſequuturus, & quas hoc anno pro nomine Jeſu contumelias, ac tribulationes paſſus ſit, narraturus, non admirari non poſſum quam ſit mirabilis Deus in Sanctis ſuis. Quoſdam per ſumma conſolationum, & pacis oblectamenta, alios per continua tribulationum, & belli tormenta, ad ſupernæ vocationis perducit bravium. Quibuſdam videtur dulciter blandiri, aliis vehementer iraſci; quibuſdam abſque delectu gloriam obtrudere, aliis dura, & diuturna laborum compenſare mercede: *Sæpe Deus electos ſuos tum donis interioribus ditat, tum etiam exterioribus honoribus ſublevat, & præferendo ceteris honorabiles reddit, ut latius imitabiles oſtendat.* Et pravi, qui eorum quidem vitam deſpiciunt, & tribulationum aculeos horreſcunt, facilius habeant unde attrahantur. Aliquando vero *ipſe adverſarios ſuo nomini excitat, non qui contra Deum ipſum pugnent, ſed contra milites ejus, ut devotionem, ac fidem ſuorum, vel probet, vel corroboret, donec preſſuræ verberibus, vel defluentem corrigat, vel conſtantem ſtabiliat diſciplinam.* Ita ſe habuiſſe viſus eſt circa Bernardinum *Mira Dei erga electos diſpoſitio.* *Gregor. lib. 20. Moral. c. 15.* *Lactant. lib. 5. c. 25.*

num Senenſem, ab ipſo electum, ut nomen ſuum portet coram gentibus, & Regibus terræ, dum a tot hoſtibus concuti, & toties contra eum adverſantium pugnam inſtaurari permiſit.

An. 1427. n. 1. Nova inſurgit in Bernard. Senenſem perſecutio. Primo Senis.

II. Magnum certamen ſubiiſſe ſub Martino V. & glorioſe viciſſe ſupra narravimus; nunc ſub novo Pontifice novum paratur bellum, & collectis viribus gravius aggrediuntur inimici. Anno proxime elapſo, ut deceſſit Martinus, & vir Dei ſolitam inculcaret Senis doctrinam circa venerationem nominis Jeſu, poſtquam inde receſſit, fuerunt, qui accuſarent, errores ſeminaſſe, & magno ſtudio inter populum famam denigrarent. Ab amicis admonitus rediit, ex roſtris calumnias deterſit, religioſe, & abſque bile, reddita palam ratione ſuæ doctrinæ, bonam famam inſtauravit. Inſtituta ſupplicatione ſolemni, urbis Magiſtratus, & Clerus publicos decreverunt honores ſanctiſſimo nomini, iiſque characteribus, quibus Bernardinus, adorandum proponebat, pulchris, & magnis e regione domus civicæ curarunt depingi.

Deinde Bononiæ

III. Hinc profectus Bononiam in æde capaciſſima ſancti Petronii diebus multis, magno animarum fructu prædicavit, oſtenſa ſemper ſub concionis finem venerandi nominis tabella. Exceperunt piis auribus doctrinam Canonici, & ſuper iconem præcipui Altaris acceptam a ſancto Viro tabulam repoſuerunt. Profectum in Romandiolam æmuli variis modis lacerarunt, & Ludovicus Piſanus Inquiſitor curavit e tabula ſanctum nomen eradi, & ne opus, ornamentumque egregium, quod appoſuerant Bononienſes, deformaretur, in eodem loco Chriſtum Crucifixum ſubſtitui. Perturbatis Canonicis, & commoto populo, varia hinc exorta ſunt ſcandala, quæ Pontifex Eugenius male habuit, excitaruntque, ut miſſis duriſſimis litteris increpatoriis ad Ludovicum, præciperet in alia tabula ſuper imaginem Crucifixi eoſdem characteres reſcribi.

Tertio Romæ.

IV. Aliis artibus agendum judicarunt toties repulſi adverſarii. Virtute quarumdam litterarum conceſſarum a Martino V. in Concilio Conſtantienſi circa cognoſcendas cauſas Religioſorum, de hæreſi, aliiſque criminibus ſuſpectorum, per Promotorem fidei abſque ſtrepitu, & forma judicii, fecerunt ut Michael Plebanus ſancti Adelberti Subſideraſſen. Pragenſis, cauſarum fidei Promotor, & Procurator in Curia Romana, contra Bernardinum, ejuſque fautores, receptores, ſequaces diſtricte procederet. Demum curarunt, inſcio Pontifice, judicium committi Joanni a Caſa-nova Ordinis Prædicatorum, anno elapſo ab Eugenio declarato, etſi a Martino creato, Cardinali ſancti Sixti. Produxit Michael quoſdam falſos teſtes, qui minus veraciter, & improbe, uti Pontifex loquitur, depoſuerunt, publice & notorie Bernardinum de hæreſi, criminibus, exceſſibus, temeritatibus, & ſcandalis fuiſſe diffamatum, necnon alios multos ei adhærentes. Cardinalis mox citavit omnes, ut infra certum terminum coram ſe apparerent, rationem reddituri. Illi majori ex parte exequuti Romam venerunt, & Judici ſe ſtiterunt, non abſque gravi contumelia, & nominis jactura. Hæc ut reſcivit Pontifex, cauſam ad ſe evocavit, emiſſo ſequenti diplomate, in quo nobiliſſimis elogiis Bernardinum cohoneſtat, & ab omni calumniatorum liberat injuria. Ex ipſa originali Bulla pergamenea, adhuc pendente plumbo, tranſcribo.

EU-

E U G E N I U S &c.

Ad perpetuam rei memoriam.

V. S*Edis Apoſtolicæ circumſpecta benignitas nonnumquam ea, quæ ſubdolis, & impiis ſuggeſtionibus contra perſonas Eccleſiaſticas, præſertim Religionis voto dicatas, attentata ſunt, ut eo liberius, & quietius ſedulum, & devotum, ſicut ex debito ſuæ profeſſionis aſtringuntur, exhibere valeant Altiſſimo famulatum, potioribus inducta rationibus, & veritate compertà, revocat, ac in ſtatum priſtinum reſtituit, prout, rerum & temporum qualitate penſata, id novit rationabilius expedire. Dudum ſiquidem cauſas inquiſitionis, ac denunciationis, quas dilectus filius Michael plebanus ſancti Adelberti Subſideraſſen. Pragen. Procurator, & promotor cauſarum fidei in Romana Curia movebat, ſeu movere intendebat contra dilectum filium Bernardinum de Senis, Ordinis Fratrum Minorum, de, & ſuper crimine hæreſis, & ſuper eo, quod quemdam characterem novum hujus nominis Jeſus,; quem ipſe Bernardinus de novo adorandum invenerat, & aliis criminibus, exceſſibus, temeritatibus, & ſcandalis, ut dictus Michael aſſerebat, in hujuſmodi cauſa deducendis, necnon ipſius Bernardini fautores, receptores, dogmatizatores, participes & ſequaces, præſertim in præmiſſis criminales, tam conjunctim, quam diviſim, cum poteſtate ſimplici, & de plano, etiam ex officio, ſine ſtrepitu & figura judicii, juxta tenorem quarumdam litterarum felicis record. Martini Papæ V. prædeceſſoris noſtri, in ſacro generali Concilio Conſtantien. ſuper hoc conceſſarum, procedendi, dilecto filio Joanni tituli ſancti Sixti Presbytero Cardinali, audiendas, cognoſcendas, & fine debito terminandas, ſine ſcitu, & voluntate noſtra commiſſas fuiſſe reperimus. Et deinde, ſicut accepimus, dictus Cardinalis nonnullis coram eo per dictum Michaelem Procuratorem, & Promotorem teſtibus productis, qui minus veraciter, & improbe depoſuerunt, ut aſſeritur, dictum Bernardinum publice, & notorie de præmiſſis diffamatum exiſtere, tum & omnes alios ſingulos fautores, receptatores, dogmatizatores, participes, & ſequaces in earum propriis perſonis per ſuas certi tenoris litteras, ſub anno a nativitate Domini* MCCCCXXXI. *Indictione* IX. *die vero* XXI. *Novembris, ut coram ſe infra certum terminum peremptorium competentem tunc expreſſum, comparere deberent, citari fecit, & mandavit, ac ipſe Bernardinus, & quidam alii præfati Fratres ad Romanam Curiam præfatam coram eodem Cardinale, litterarum præfatarum vigore citati perſonaliter extiterint, non ſine eorum gravamine, contumelia, & jactura. Cum itaque fide dignorum teſtimoniis nobis luculenter innotuit, quod dictus Bernardinus habetur, reputatur, & eſt homo honeſtæ converſationis, vitæ laudabilis, & religioſæ, et optimæ famæ, nedum Catholicus, et Chriſtianus fideliſſimus, ſed et acerrimus, et rigoroſus hæreſum extirpator, et ob ejus integritatem vitæ, laudabiles verbi Dei prædicationes, et ſalutares bonorum operum fructus, præclariſſimus fidei Catholicæ prædicator, et inſtructor rectiſſimus, in omni fere Italia, et extra inter ceteros famoſos evangelizatores Verbi Dei præſentis ætatis probatus, et notus communiter referatur, nec umquam fuit de hæreſis crimine apud bonos et graves, ut proponitur, diffamatus, quinimo repertus traditionibus, et mandatis ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ejuſque ſummorum Pontificum, Doctorum, et ſanctorum Patrum totis viribus inhærere, ac profiteri, et prædicare quidquid eadem ſancta Mater Eccleſia jubet et docet, nec ab eis in aliquo deviare, proponatque noſtris et dictæ Eccleſiæ, ſicut ſemper aſſolet, humili-*

Laudat Pontifex Bernardinum.

liter & devote præceptis & juſſionibus protinus obedire. Nos igitur cupientes eumdem Bernardinum ſalutiferis prædicationibus, & aliis divinis obſequiis eo liberius intendere, quo fuerit ab antedictis odioſis impugnationibus abſolutus, ut ex ejus virtuoſis operibus incrementum fidei Chriſtianæ, & ſalutaria proveniant documenta, præmiſſis & aliis nonnullis rationabilibus cauſis animum noſtrum moventibus, ſtatum cauſæ hujuſmodi habentes præſentibus pro expreſſo, perſuaſiones, & originem, media, & ſequentia quæcumque, & quaſcumque alias ſupra præmiſſis cum præcedentibus ad dictam citationem dependentibus, incidentibus, emergentibus, & connexis, cauſas pendentes, & motas, & cauſarum merita, cum ſint de majoribus ad ſedem noſtram immediate ſpectantes, & ſine noſtro ſcitu, ut ſupra commiſſa dicuntur ab eodem Cardinale, ad ſcrinium noſtri pectoris, & ad Nos, tenore præſentium advocantes, illas penitus extinguimus, caſſamus, annullamus, ac pro extinctis, caſſatis, & annullatis haberi volumus & mandamus. Et nihilominus citationem, & litteras præmiſſas viribus omnibus vacuamus. Ipſumque Bernardinum, & alios in dicta citatione deſcriptos ab Auditorio præfati Cardinalis abſolvimus, & liberamus, & in priſtinum ſtatum reſtituimus, ac per præſentes decernimus reſtitutos, ſtatuentes, ut præmiſſarum litterarum, & citationis vigore coram eodem Cardinale, aut coram alio ejus ſubrogato, vel ſubrogando Judice, præmiſſa de cauſa, in præfato, aut alio termino, minime comparere teneantur, ſuper his omnibus, & ſingulis, ex certa noſtra ſcientia & motu proprio, perpetuum ſilentium imponentes. Non obſtantibus præmiſſis ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ advocationis, extinctionis, caſſationis, annullationis, voluntatis, mandati, vacuationis, abſolutionis, liberationis, reſtitutionis, conſtitutionis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ MCCCCXXXII. VII. *Idus Januarii, Pontificatus noſtri anno* 1.

VI. Hac citatione & injuria nobiliſſimi ſui civis commota urbs Senarum, Romam peculiarem miſit Oratorem, qui Bernardini cauſas ageret; cujus induſtria, & ope Antonii Caſſini Senenſis, Epiſcopi etiam Senenſis, Presbyter Cardinalis tituli ſancti Marcelli, plenius inſtructus Eugenius prædictam edidit revocationem, de qua Cardinalis hoc epiſtolio monuit Senenſes.

Magnificis & excellentibus Dominis, DD. Prioribus, Gubernatori Communis, & Capitaneo Populi civitatis Senarum, amicis noſtris cariſſimis.

Ex ipſo originali.

VII. M*Agnifici & excellentes Domini, amici noſtri cariſſimi. Recepimus litteras V. M. ſuper citatione religioſi viri fratris Bernardini, & intelleximus omnia: propter quod fuimus ad pedes S. D. N. ſuaque beatitudo ipſam citationem annullari fecit: ita quod dictus frater Bernardinus poteſt ad ſuum libitum permanere, tamquam ſi nulla eſſet citatio facta, ſuper quo Guidocius, egregius Orator veſter, ſerioſius M. V. ſcribit. Parati ſemper ad omnia vobis grata. Romæ die* VIII. *Januarii anno* MCCCCXXXII. *Ant. Cardinal. ſancti Marcelli.*

VIII. Tot laceſſitus injuriis Bernardinus, æquo animo univerſas tolera-

ravit, neque malum pro malo rependit, indignum Chriſtiano judicans pectore vindictæ ferri deſiderio. Neque enim ignominiam putavit perſecutionem pati propter juſtitiam, imo *gaudens ibat a conſpectu Concilii, quoniam dignus habebatur pro nomine Jeſu contumeliam pati*. Non qui injuriam patitur, ſed qui facit, miſer eſt; nec qui contumeliis laceratur, ſed qui lacerat, in legem offendit. Immotus ille, veluti ſcopulus ad inſilientes undas, invicta patientia adverſariorum impetus fregit, nullo omittens tempore commiſſum prædicationis miniſterium, ubique vitia eradicans, & virtutum ſemina diſpergens. His exercitationibus Bernardinum Deus ad majora pietatis erudiebat incrementa; nam *ſicuti vernali flatu arbores laxantur in folia, & fructus, ſic perſecutionibus animæ excitantur ad virtutem*.

Bernardinus gravem hanc injuriam fert æquanimiter. Act. 5.

Chryſoſt. hom. 49. in c. 24. Matth.

IX. Peſtifera illa & pertinaciſſima lues hæreticorum Fratricellorum, tot Pontificum Decretis, & Inquiſitorum induſtria uſque adeo non potuit diſſipari, aut ab Italiæ terminis expelli, ut oportuerit quotannis contra ſerpentem peſtem novos deputari exterminatores. Eugenius itaque nefaria horum nebulonum excitus audacia, contra eos inquirendi plenam dedit poteſtatem Joanni Capiſtranenſi, eumdemque ad hoc ipſum opus excitarunt, & litteris honorariis munierunt Jordanus Epiſcopus Sabinenſis, Cardinalis de Urſinis, & Antonius Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis, quibus facultatem dedit Pontifex modis omnibus contra ſectam hanc procedendi, & viros idoneos Inquiſitores inſtituendi. Diploma Pontificium idem ferme eſt cum illo, quod ſuperius ediſſe Martinum V. diximus. Aliud addiderunt prædicti purpurati Patres, peculiarique ſcripto eum honeſtavit Antonius Cardinalis, quo ſuum familiarem & commenſalem declaravit: *& vitæ ſanctimonia, documentis, prædicationibus, exemplis, aliiſque virtutum operibus, plurimum fulſiſſe* teſtatus eſt.

Joann. Capiſtranen. deputatur Inquiſitor contra Fratricellos.

EUGENIUS &c.

Dilecto filio Joanni de Capiſtrano Ordinis Minorum profeſſori, hæreticæ pravitatis Inquiſitori &c.

X. *Apoſtolicæ Sedis providentia circumſpecta contra hæreticæ pravitatis labe reſperſos, quorum nequitia ſerpit ut cancer, ne in aliorum perniciem ſua venena diffundant, ſed ab eorum verſutiis: & pravis conatibus compeſcantur, libenter intendit, & prout expedire cognoſcit, remedia adhibet opportuna. Cum itaque, ſicut ex fide digna relatione plurimorum nobis diſplicenter innotuit &c.* ut in bulla Martini V. anno IX. uſque ad præjudicium generari. *Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno* MCCCCXXXII. *Kal. Martii, Pontificatus noſtri anno* II.

Ann. 1426. n. 2. Ex ipſo autographo.

Jordanus Epiſcopus Sabinen. Cardinalis de Urſinis, univerſis & ſingulis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, cæteriſque Clericis, quibuſcumque noſtræ juriſdictioni ſubjectis, necnon Capitaneis, Vicariis, Caſtellanis, & aliis officialibus noſtris, ac Univerſitatibus, Maſſariis, & ſpecialibus perſonis civitatum, caſtrorum, terrarum, & locorum noſtrorum quorumcumque, ad quos præſentes pervenerint noſtræ litteræ, ſalutem & ſinceram in Domino caritatem, ac noſtrorum obedientiam mandatorum.

XI. *Litteras ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri D. Eugenii, divina providentia Papæ IV. cum chordula Canapis, more Romanæ*

Ex autographo.

næ Curiæ bullatas, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentes, cum ea qua decuit reverentia, nos noveritis recepiſſe, quarum quidem Bullarum tenor ſequitur, & eſt talis: Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus Fratribus Jordano Sabinen. & Antonio Oſtien. Epiſcopis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Apoſtolica Sedes vigilantiſſime attendere debet, ne lupus rapax mille artes nocendi habens, innocuas oves, quas decipere exquiſitis fallaciis continue molitur, ad puteum perditionis adducat, ſed deviæ ad gregem Dominicum redeuntes, viam veritatis agnoſcant. Cum itaque, ſicut accepimus, in pleriſque mundi
Ann. 1426. n. 2. partibus &c. *Ut ſupra in litteris Martini V.* Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ MCCCCXXXII. Kal. Maii, Pontificatus noſtri anno II. *Poſt quarum quidem receptionem litterarum, nos ad prædicta animum libentius applicantes, & plurimis aliis negotiis occupati, ad ſidem, & ſtatum ſanctæ Matris Eccleſiæ defenſandum, non valentes ubique perſonaliter intereſſe, venerabilem religioſum fratrem Joannem de Capiſtrano, Ordinis Minorum profeſſorem, ad exequendum dictam commiſſionem nobis factam deputavimus, cui etiam prædictus ſanctiſſimus Dominus noſter ſimiliter commiſit cum auctoritate plenaria cauſas prælibatas terminandi, & decidendi, juxta Canonicas ſanctiones, contra quoſcumque, invocandi etiam ſuper iis, cum neceſſe fuerit, auxilium brachii ſecularis, ut in Apoſtolicis patentibus litteris ſibi directis, lucidius demonſtratur, & idcirco vobis omnibus & ſingulis, ac veſtrum cuilibet, harum ſerie litterarum noſtrarum, diſtricte præcipimus & mandamus, quatenus circa executionem ſui officii ad omnem ipſius fratris Joannis, vel alterius ejus nomine, requiſitionem, & inſtantiam, die noctuque toties aſſiſtere, ope, opere, verbo, facto, conſilio, & favore, quoties ab ipſius parte fueritis requiſiti, & omnia alia dicere, & facere ſtudeatis, ex quibus ſuum officium in terris & locis omnibus noſtræ juriſdictioni ſubjectis, vel aliis circumſtantibus & propinquis, melius & habilius valeat exercere, nullam in his negligentiam, reſiſtentiam, vel defectum quomodolibet adhibentes, uts gratiam noſtram cari penditis, & indignationem noſtræ mentis cupitis evitare. Rogamus inſuper univerſos & ſingulos Dominos, tam ſpirituales, quam temporales, ceteroſque quoſcumque noſtras præſentes litteras inſpecturos, affectuoſiſſime deprecantes, quatenus præfatum fratrem Joannem, & ſuos ſocios, cum ad nonnullas partes, prædictis de cauſis, vel pro cultu Religionis, aliiſque piis & honeſtis operibus quibuſcumque, contigerit declinare, cum libris, rebuſque, & bonis aliis, privilegiis noſtris, & litteris, ſeu ceteris ſupellectilibus ſibi convenientibus & ſpectantibus, tranſitum, ſeu moram facientem in, & per civitates, terras, caſtra, villas, paſſus, portus, pontes, & alia loca ſua, ſeu eis commiſſa, & tam per terram, quam per aquam permittant ſtare, commorari, dietare, & pernoctare, ac redire ſemel, vel pluries & toties quoties ſibi viſum fuerit, & placebit, tute, libere, favorabiliter, & benigne, omni moleſtatione, arreſtatione, novitate, & impedimento ceſſantibus, & abſque aliqua ſolutione datii, pedagii, paſſagii, gabellæ, ſeu tranſitus, alteriuſve oneris impoſitione, cumque in omnibus ſuis agendis, contemplatione omnipotentis Dei, & beati Franciſci, ſanctæ Matris Eccleſiæ, ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ prædicti, & noſtri, grate & favorabiliter ſuſcipiant, expediant, & pertractent, providentes eidem de ſcorta, ſocietate, & ſalvo conductu, ſi ei opus fuerit, & duxerit requirendum: quidquid enim humanitatis, & gratiæ ſibi & ſuis ſociis impenſum fuerit, & largitum, noſtræ per-*

ſo-

ſonæ deputabimus propinatum. Præſentes autem litteras noſtro pendenti ſigillo munitas, vobis in præmiſſorum teſtimonium duximus dirigendas, quas poſt opportunam inſpectionem ipſarum, pro cautela ejuſdem fratris Joannis, vicibus ſingulis reſtitui volumus præſentanti. Datum Romæ apud Montem Jordanum, in domibus noſtræ ſolitæ reſidentiæ, ſub noſtri Pontificalis appenſione ſigilli, anno MCCCCXXXII. *Indictione* X. *die* XVII. *menſis Junii Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Eugenii divina providentia Papæ IV. anno* II.

XII. Ingenti honore affecit Eugenius Guillelmum Miniſtrum Generalem, in hoc genere miniſterii fidei Catholicæ retinendæ, vel reſtituendæ; conceſſit enim ampliſſimam auctoritatem ubique Inquiſitores hæreticæ pravitatis inſtituendi, vel deſtituendi, & ſi quæ alia neceſſaria in hoc negotio faciendi, uti ex ſubjecto Diplomate conſtabit. Obiter autem incidi in inſignem virum fratrem Joannem de Podio Inquiſitorem in civitate Tholoſana, & nonnullis aliis partibus a Sede Apoſtolica ante biennium deputatum, contra quem communi conſilio hæretici vires ſuas exercuerunt.

Conceditur facultas Miniſtro Generali inſtituendi Inquiſitores.

Fra. Joannes de Podio Inquiſitor.

Dilecto filio Guillelmo de Caſali in ſacra Theologia Magiſtro, & Ordinis Fratrum Minorum Miniſtro Generali.

XIII. I*Mminente paſtoralis officii cura, nobis pertinere cognoſcimus, ut inquiſitionem hæreticæ pravitatis, ad tollendos Chriſtianæ legis plerumque ſuborientes pernicioſos errores, viris idoneis committamus. Conſiderantes itaque quod tu, quem ad diverſas mundi partes ſæpius proficiſci contingit, & cum* Magiſtris, *Baccalaureis, aliiſque Fratribus Ordinis tui, litteris, moribus præſentia, atque ingenio idoneis frequentius converſaris, attendenteſque quod ex locorum diſtantia, in quibus aliquis veniret inſtituendus Inquiſitor dictæ hæreticæ pravitatis, propter cauſas plerumque emergentes, quibus non poteſt repente, ut expediret, per Sedem Apoſtolicam provideri; & ſimiliter cum aliquis Inquiſitor ex dignis cauſis deſtituendus eſſe videtur, multa mala & ſcandala ſuboriri poſſent, antequam Sedes Apoſtolica conſulatur. Cognoſcentes integritatem vitæ, litterarum ſcientiam, & præſtantiam ingenii, aliaſque virtutes, quibus Altiſſimus te reddidit inſignitum, & ſperantes quod quæcumque ad inſtitutionem, vel deſtitutionem Inquiſitorum hæreticæ pravitatis hujuſmodi tibi ſalubria Chriſtianæ fidei, & utilia videbuntur, optima electione & conſilii maturitate proſequeris, non advertens amicitiam, vel odium, aut aliquam paſſionem, quibus poſſis a veritatis tramite deviare, tibi, ut in quibuſcumque locis, & Conventibus tuæ curæ commiſſis, ubi notitiam Fratrum tuorum, vel informationem de ipſorum idoneitate, & virtutibus habeas, Inquiſitores hujuſmodi hæreticæ pravitatis ex dicto Ordine conſtituere, eligere, & deputare, & ſimiliter ipſos deſtituere, caſſare, & amovere poſſis & valeas; Non obſtantibus conſtitutionibus, litteris aut indultis Apoſtolicis, generaliter vel ſpecialiter conceſſis, etiamſi de ipſis de verbo ad verbum ſit mentio ſpecialis habenda, & aliis quibuſcumque in contrarium facientibus, uſque ad noſtrum, & Apoſtolicæ Sedis beneplacitum, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, plenam & omnimodam concedimus facultatem. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno* MCCCCXXXII. IV. *Kal. Maii, Pontificatus noſtri anno* II.

Ex lib.16. bullarum Eugen. fol. 285.

XIV. Eidem Generali Miniſtro, dum multæ deferrentur querelæ ex Vica-

caria Boſnæ, deſideraretque abuſus omnes tollere, & deformata reformare, neque poſſet ipſe eo ſe conſerre, inſtituit ſuum Commiſſarium in illis partibus beatum Jacobum a Marchia, qui tunc in Hungaria prædicabat, datis his litteris, in quibus eum valde laudat, & multis titulis commendat.

Jacobus Picenus fit Commiſſarius in Boſnæ Principatu.

In Chriſto ſibi cariſſimo fratri Jacobo de Monte Prandono, de Eſculo, Provinciæ Marchiæ Ordinis Fratrum Minorum, frater Guillelmus de Caſali ſacræ Theologiæ Magiſter, ac ejuſdem Ordinis Fratrum Minorum Generalis Miniſter & ſervus, ſalutem & pacem in Domino ſempiternam.

Ex autographo.

XV. *Cum pro reformatione facienda, noviter auctoritate Apoſtolica in toto Ordine ordinata, eſſet mihi ſumme neceſſarium, ad Vicariam Boſnæ, propter aliqua mihi delata, minus religioſa, in ea corrigenda, accedere, & in aliis partibus Ordinis in eadem reformatione occupatus, ad ipſam, ad id peragendum ad præſens bono modo ire non valeam, & te ſentiam prope eam Vicariam perſonaliter adeſſe, de conſilio multorum Magiſtrorum, & aliorum diſcretorum Fratrum pariter & aſſenſu, te, de cujus vita laudabili, morum gravitate, diſcretione præcipua, ſcientia multa, Ordinis juſtitia, & animarum zelo, ſollicitudine exequioſa, gratia verbi, exemplo fructuoſo, caritate fervida, activitate ad extirpandum vitia, & virtutes inſerendum, aptitudine ad regendum, & deformata reformandum, atque aliis gratiis & virtutibus, quibus earum largitor Altiſſimus tuam adornavit perſonam, ſum plene, & clara experientia informatus, meum Commiſſarium viſitatorem cum plena mea auctoritate & poteſtate in eadem Vicaria Boſnæ inſtituo, omnem alium Commiſſarium meum in ipſa Vicaria removendo, & inſtitutum denuncio per præſentes. Dans ſibi plenam facultatem meam, in eadem, viſitandi publice & private, vocandi, citandi, examinandi, arctandi, detinendi, corrigendi, carcerandi, & a carceribus liberandi, ordinandi, diſponendi, terminandi, decidendi, diffiniendi, Officiales, & Prælatos quoslibet abſolvendi, & ſuſpendendi, & alios loco eorum ſubrogandi, Fratres & loca, juxta intentionem conſtitutionum noviter in generali Capitulo Aſſiſii auctoritate Apoſtolica editarum, expropriandi, & reformandi: contradictores & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, & alias pœnas graves in noſtro Ordine conſuetas, compellendi, etiam per invocationem brachii ſecularis, ſi tibi opus fuerit; Fratres etiam in ipſa Vicaria commorantes, ſuis demeritis præcedentibus, de ipſa Vicaria expellendi, & in quacumque provincia, vel Vicaria collocandi, & eoſdem ad meam præſentiam, & ad quaſcumque Ordinis provincias, pro tibi concurrentibus negotiis mittere, & quos noveris habiles, & ſufficientes ad recipiendum Ordines ſacros mittendi, & volentes ſeculares mundum relinquere, & Deo in noſtro Ordine ſervire, ad habitum, & profeſſionem noſtræ Religionis recipiendi, & in omnibus ſolemnitatibus majoribus anni ipſis Fratribus benedictionem meam, & facultatem eligendi Confeſſorem, qui eos abſolvat auctoritate mea, oretenus tantum dandi; Novitios, qui nondum quartum decimum annum attigerunt, habitu privandi, & quod omnes Fratres, maxime baptizantes, ſub graviſſima pœna, ut nullo modo per ſe, vel quemcumque alium, etiam per procuratorem locorum, pro baptiſmo aliquam pecuniam accipiendi, & omnia, & ſingula alia circa reformationem in ipſa Vicaria Boſnæ faciendi, quæ ego facere poſſem, ſi in eadem perſonaliter adeſſem. Mandans tibi ad meritum obedientiæ ſalutaris, in remiſſionem peccatorum tuorum, quatenus dictum Commiſſariatus, & Vi-*

Valde commendatur.

& Vicariatus officium recipias, receptumque ſollicite et diligenter ad honorem Dei, et Ordinis exequaris, ſecundum gratiam a Domino tibi datam, & poſtquam dictam Vicariam, vel magnam partem ipſius viſitando reformaveris, me per tuas ſpeciales litteras de conditionibus dictæ Vicariæ curabis reddere certiorem; Fratres vero omnes et ſinguli, tum Prælati, quam ſubditi, qui in dicta Vicaria morantur, et morabuntur, per ſanctam obedientiam, et ſub pœna excommunicationis, et carceris, et privationis omnium officiorum, & actuum legitimorum latæ ſententiæ, tibi toto tempore tui Commiſſariatus officii, in omnibus et ſinguli, quæ ad tuum ſpectant officium, humiliter obediant, et pareant reverenter. Vale in Domino, et ora pro me. Datum Romæ die I. *Aprilis, anno Domini* MCCCCXXXII.

XVI. Per tres annos commoratus in Boſna Vir ſanctus, iterumque reverſus, diſciplinam reſtituit, diſſolutos mores correxit, Conventuum, & regionum controverſias ſopivit, reditus diſtraxit, & corruptelas omnes contra Regulæ puritatem latenter introductas, procul effecit. Quoſdam per ſingulares domos, & prædia Caſtri Jayze diſperſos, & proventibus gaudentes, quia aliter inter gentem varia hæreſi infectam, dicebant ſe vivere non poſſe, illinc coegit recedere, donec Stephanus Tuertbo Rex Raſciæ & Boſnæ, id ægre ferens, & de beati Jacobi rigore conqueſtus apud Pontificem, & Imperatorem, tamdem inductus eſt, ut eis provideret de opportunis ædibus, & rebus neceſſariis. Suppetias miſit Generalis Miniſter aliorum Fratrum, juxta ipſius Jacobi beneplacitum, & ne quis obtenderet contra reformationem privilegia, vel peculiares facultates, a Generali conceſſas, omnia patentibus litteris declaravit irrita & revocata. *Præclare ibidem ſe geſſit.*

XVII. Duos, aut tres invenio ad Epiſcopatus hoc anno aſſumptos, fratrem Thomam Flemingum, ſacræ Theologiæ Baccalaureum, ad Eccleſiam Leghlinen. in Hibernia, ſub Archiepiſcopatu Dublinienſi, per obitum Joannis: *Divina diſponente clementia*, IV. Kalend. Maii. Guinduccium, ſeu fratrem Guidonem Guidonis ad Alexanen. in regno Neapolitano, ſub Archiepiſcopatu Hydruntino, per obitum Simonis: *Divina favente clementia*, XVI. Kalend. Octobris. Fratrem Georgium de Laazanegiis, ſacræ Theologiæ Magiſtrum, ad adminiſtrationem in temporalibus & ſpiritualibus Eccleſiæ Alexandrinæ Statiellorum, ſub Ducatu & Archiepiſcopatu Mediolanenſi, per obitum Michaelis: *Inter ſollicitudines varias*, II. Idus Novembris. Pœnitentiarium ereavit Pontifex in Baſiliea ſancti Petri, & in Romana Curia fratrem Paſcaſium Cayandam, in ſacra Pagina Magiſtrum. *Fr. Thomas Epiſcop. Leghlinen.* *Fr. Guido Alexanen.* *Fr. Georgius Alexandrin.* *Fr. Paſcaſ. Pœnitentiarius.*

XVIII. Apud Ariminenſes hoc anno die X. Octobris pie deceſſit Galeotus Robertus de Malateſtis, anno ætatis XXII. virtute, & ſanctimonia illuſtris. Nobiliſſimo ortus genere Regulorum Ariminenſium, patrem habuit Pandulphum, patruos Carolum, & Malateſtam ſeniorem, Fratres Sigiſmundum, & Malateſtam Novellum, in Italia celeberrimos. Ab ipſa infantia ſpecimen exhibuit futuræ pietatis, nam vix quinquennium attigerat, cum ſemper oraret, & noctu dormiens multoties viſus ſit precari, labia movere, orationem Dominicam, manibus ante pectus conjunctis, recitare. Carolus Patruus (hic ille eſt, quem Gregorius XII. miſit ad Concilium Conſtantienſe, pro abrenunciando Pontificatu) aliquando colludentem puerulum interrogavit, quid maxime appeteret? reſponditque, *ut pauper evadam*. Admiratus patruus, ſuſpicatuſque verbum hoc ex ſimplicitate, aut inadvertentia infantuli prolapſum, ſecundo, & tertio ſciſcitatus, idipſum dixiſſe tanta vocis aſſertione, & vultus ſerenitate notavit, ut præſagium judicarit *Legen. MSS. Marian. c. 13. Marc. 1. par. lib. 1. c. 51.* *Moritur Robertus de Malateſtis.* *Ejus genus, & pia exordia pietatis.*

futuri contemptus rerum humanarum. Jam decennis ſcintillas præſentiens noxiæ libidinis, corpuſculum miris modis affligebat cilicio, flagellis, & frequenti inedia. Lectuli mollitiem abhorrens, a patrui dormientis latere ſurgebat, dormiebatque in nuda humo, cinctus ſuper nudam fune ſetoſo. Inter lautiſſimas epulas eſuriebat, ad opiparam menſam Caroli patrui, qui ſibi cariſſimum adoptaverat in filium, accumbens, præſertim in Quadrageſima, quam appellant ſancti Martini, ita ſe fingebat manducare, ut præter panem & aquam, nihil manducaret, projectis ſecreto in uſum pauperum carnibus, & lautioribus obſoniis. Petulantium juvenculorum contubernium, & pueriles ludos abhorrens, ſolitariis locis vitæ ſuæ Deo conſecrabat primordia.

Uxorem ducit invitus.

XIX. Octodecim factus annorum, a patruo invitus deſponſatur nobiliſſimæ puellæ Margaritæ, Nicolai, Marchionis Eſtenſis filiæ, ægerrime ferens theſaurum perdere virginitatis, quam Deo integram propoſuit conſervare. Seſquiannum poſt nuptias illibato thoro ſponſæ convixit, tamdem conſtrictus Confeſſarii, & amicorum conſiliis, dolens & horrens ſubivit jura conjugii. Frequenter antea dicebat, ſe malle potius aſpere torqueri, quam fœminæ commiſceri. Anno XIX. ætatis patruum amiſit, & Principatum obtinuit, collato ei per Martinum V. Vicariatu Ariminenſi, Cæſenate, Fanenſi, aliiſque bonis feudalibus Eccleſiæ. Sui juris effectus, liberius ſe divinis dicabat obſequiis, aſſumpto in patronum ſancto Franciſco, in quem ſummo ferebatur affectu, & in magiſtrum docto, & pio quodam Minorita. Religioſos, & graves viros frequenter interrogabat, qua ratione Deo magis placeret, ſuaſque addebat preces, ut divina Majeſtas, quid potius ab eo

Amplectitur tertium S. Franciſci Inſtitutum.

vellet, dignaretur indicare. Apparente ſancto Franciſco, & læſo in ſignum corpore plaga quinaria, intellexit Dei voluntatem eſſe, ut in Principatus faſtigio, & ſacra lege conjugii, ei deſerviret ſub habitu Tertii Inſtituti Pœnitentum. Abſterſis die ſequenti vulneribus ſanguine & ſanie madentibus, amplius haud cunctandum putavit, veſtemque ſuſcepit in ſancti Franciſci natalitiis, anno MCCCCXXX. *in mea præſentia*, inquit auctor legendæ MSS. ex qua præcipuam hiſtoriam delibavi, *cum veſte humilitatem induit, exterius Principis repræſentans majeſtatem, interius, & in occulto pompam omnem deponens, & cujuſdam Hilarii, viri piiſſimi, per omnia ſe ſubdens imperio.*

Leproſis & pauperibus inſervit.

XX. Chriſtum Dominum pro nobis deſpectum plagis adeo diſtinctum, ut leproſus putaretur, profunda mente contemplans, obviam habuit miſellum quemdam ulceribus plenum, pute & ſanie defluentem. Amplexus, & oſculatus horridum monſtrum, lavit hilariter, & curavit blandiuſcule plagas univerſas. Feria quinta majoris hebdomadæ, juxta ſacros Eccleſiæ ritus, dum Chriſti ad diſcipulos mandatum, ſolemni apparatu, in Palatii ſacello caneretur, e ſolio deſcendens ſimul cum Hilario ſocio, duodecim pauperum pedes humiliter lavabat, & lacrymans abſtergebat, indignum ſe reputans, qui etiam vile hoc miniſterium ad Chriſti exemplum exerceret.

Ejus parcimonia.

Voluntariam paupertatem, quam ab infantia adamabat, qua potuit arte ſectabatur, inter rerum copiam, & Principum affluentiam, iis dumtaxat uſus, quæ vitæ in ſumma parcimonia alendæ erant neceſſaria.

Erga ſubditos humanitas.

Subditorum oppreſſiones, & injuſtas miniſtrorum extorſiones pecuniarias exoſus valde, caſtigabat ſevere impios exactores. Rationem aliquando poſuit cum ſervis, & regiminis adminiſtris, quantum ſufficeret aulæ ſumptibus, & reliquis expenſis, ut præter hæc nihil exigeret a ſubditis, ſed tributis, aliiſque onerariis ſolu-

Erga pauperes miſericordia.

tionibus liberaret. Erga pauperes compaſſivus & liberalis, quibus poterat abun-

abunde ſuccurrebat, omnium miſerias vel pecunia redimens, vel lacrymis proſecutus. Quotidie in ſuo Palatio pauperes aliquot cibabat, alios die Veneris addebat, quibus ipſe inſerviebat, aquam flexo poplite manibus infundebat, fercula miniſtrabat, & poſt epulum oſculabatur.

Varia erga infirmos obſequia.

XXI. Xenodochia, & noſocomia frequenter viſebat, ægris lectos ſternebat, univerſa caritatis officia exhibebat, vulnera & ulcera lavabat, curabat, ſovebat, aromatoria, bellaria, etſi quæ erant vel medicandis, vel refocillandis opportuna, ſecreto mittebat; ad hæc pietatis & humilitatis officia admiſſis dumtaxat fidis quibuſdam famulis & amicis, ne vanæ gloriæ ventus meritum exſufflaret. Hiſpanum quemdam peregrinum Romam proficiſcentem moleſto morbo ſanguinei fluxus correptum, in domum ſibi vicinam curandum duxit, frequens viſitabat, & cum ſemel curando ulceri linteola deeſſent, extractam ſecreto interulam in faſciolas diſcidit. Fœminam quamdam Margaritam Ariminenſem, miſerabili modo ulceratam, a tergo duplici hiatu, per quem cibus, & potus frequenter decurrebant, & inteſtina defluebant, diris cruciatibus laborantem, ſed inſigni ſpiritu, invicta patientia, & mira divinarum rerum notitia illuſtrem, ſæpiſſime adibat, & ſolamen daturus, & ſacra documenta recepturus. Cum illa diuturna protrahebat de rebus cœleſtibus colloquia, quibus accenſus nihil vile putabat, quod vel in Dei, vel ſervorum ejus obſequium poſſet redundare. Hujus miſellæ curam ipſe dum vixit, agebat, propriis manibus medicabatur, miniſtratis inſuper rebus omnibus neceſſariis.

Corporis mortificatio.

XXII. Et ne inter aulæ delicias, inter ferculorum affluentiam, & pompæ majeſtatem caro concupiſceret adverſus ſpiritum, aut majorem vim inferret, quam immaculati thori leges expoſcunt, titillantem, multis modis compreſſit, abſtemia, cilicio, flagello, brevi ſomno, & duro lecto, in nulla re indulgens vitæ molliori. Sacris viris omnem adhibebat reverentiam. In ſacello nobiliſſimo a ſe conſtructo, ſumma pietate divinis intererat officiis, habens pro ſolatio unico ſanctos codices, & libros ſpirituales. Horas Canonicas attente recitabat, ad ſacram Synaxim ſæpiſſime accedebat, numquam tamen abſque profluvio lacrymarum. Turbas hominum, & mundi ſtrepitus fugiebat, ſecularia negotia, quantum ſtatus ſui conditio permittebat, procul volebat, divinis rebus totus intentus. Arcanas multas habuit viſiones, & ſupra ſe frequenter ferebatur divinæ contemplationis dulcedine. Apparuit in ſacello oranti Chriſtus ſub eadem ſpecie Seraphica, qua ſanctum Franciſcum in Alvernæ monte quino vulnere ſauciavit, perfuditque mentem immenſa lætitia, etſi flere poſtea cœperit amare Chriſti paſſionem, quam in Franciſci transformatione cogitavit renovatam. Dæmoniacum infeſtum, & clamoroſum, arrepta ſpina coronæ Chriſti, & facto per eam Crucis ſigno e regione domus, in qua torquebatur, repente ſanavit. Seditioſum populum in ſe irruentem, quia reſtituerat Sedi Apoſtolicæ Burgum ſancti Sepulcri, & aliquot caſtra a patre relicta, præmiſſa prius oratione, intrepidus excepit, & placido ſedavit eloquio.

Rebus divinis totus intentus.

Apparet ei Chriſtus.

Dæmoniacum ſanat.

Magnis affligitur doloribus.

XXIII. Ad martyrium pro Chriſto ferendum vehementer anhelans, precibus multis petebat ut mereretur pro vitæ auctore mortem oppetere, vel ſaltem Dominicas paſſiones intenſo dolore compenſare. Immiſit Dominus dolores multos, & gravem fiſtulam adjunxit, quibus cum ferro, igne, & aſperis remediis oporteret mederi, nullum viſus eſt impatientiæ ſignum ediſſe. Admonitus a quodam Dei ſervo de futura Corporis diſſolutione poſt menſes quatuor, lætatus eſt, & magno ſtudio præparavit ſe quotidiana confeſſione, & communione frequenti, repetens paſſim illud Apoſtoli: *Cupio diſ-*

Philip. 1. 23.

diſſolvi, & eſſe cum Chriſto. In ultima hora Satan oppugnare tentavit, objectis dubiis circa fidei myſteria, quibus ille oppoſuit Athanaſii Symbolum, quod palam, & alta voce recitari præcepit. Divino deinde adjutorio ſpeciali, profligato inimico, pauliſper requievit, mox hilari, & jucundo vultu cœlum aſpiciens, rerum divinarum contemplatione profunda, mente exceſſit. E raptu rediens: *video*, inquit, *cælos apertos*, & protinus ridens & exultans, fixis in cœlum oculis, ſub auroram ſanctam animam reddidit Creatori in vico ſancti Archangeli. Ariminum translatus, occurrente funeri Epiſcopo & Clero univerſo, ſepultus eſt in veſte Franciſcana, abſque ulla pompa aut apparatu, in cœmeterio Minorum communi ſepultura, in terra effoſſa, ſicut ipſe ultimis tabulis conſtituit, quam poſtea conſanguinei crate ferrea contexerunt, & deinde lapide marmoreo. Multis poſt mortem coruſcavit miraculis, quæ Notarii cujuſdam Ariminenſis excepta ſunt actis, & optimorum virorum fide comprobata.

Pie decedit.

Varia ejus miracula.

XXIV. Joannes Petri filius in ſummo vitæ verſabatur diſcrimine, deſperantibus medicis ejus ſalutem. Vovit pater, ſe ducturum ad beati Roberti ſepulcrum, & cereum oblaturum, ſtatimque convaluit. Antonius arborem ſecuri dejecturus, irrito ictu pedem gravi vulnere deturpavit, ad tumulum delatus ſanus receſſit. Dominicus Ariminenſis ab hernia; Antonius adoleſcens a moleſta febre; Jacoba a paralyſi; Blonda ab infirmitate octo annorum, variiſque ulceribus; Lucia longo tempore; Catarina annis novem; Angelus ſexdecim a malignis ſpiritibus obſeſſi, perfecte ſunt liberati. Quidam Minorita adoleſcens Patavio Ariminum proficiſcens, intenſiſſimum ſenſit ſtomachi dolorem, ſed oratione præmiſſa ad Roberti tumulum, dolor omnis abſceſſit. Laurus & Nicolaus Ariminenſes dolebant genibus, Agnes pede, Anna manu, Jacoba capite annis ſex, Jacobus Parmenſis miles menſibus ſeptem utroque pede immobilis, quod petebant, ſalutis impetrarunt beneficium. Martinus Bononienſis oculis captus, ad ſepulcrum orans lumen recepit. Joannes piſcator e cymba deſcendens, gravi caſu coſtas rupit tres, ſed Robertum invocans meruit exaudiri.

XXV. Iſolta nobilis matrona promiſit filiolum in extremis laborantem, a medicis derelictum, ſi priſtinæ reſtitueretur ſaluti, diſcalceatum, habitu tertii Ordinis ſancti Franciſci indutum, ad ſepulcrum ducere, & ceream offerre imaginem. Ut votum emiſit, gratiam recepit. Alia, *Bella* nuncupata, per triennium deſtituta utriuſque brachii viribus, & miniſterio, aliena ope cibos ſumebat; audita fama Roberti, auxilium imploravit, & obtinuit. Cæcilia annis quatuor continua ægrotabat febre, & lateris dextri moleſto tremore, ſed invocata per hujus interceſſionem divina ope, convaluit. Bartholomæus e caſtello Durantis, Minorita, totidem annis clauſa alvo, quidquid per ſeceſſum egerendum erat, craſſa ſemper purgabat urina; inde per univerſum corpus noxii ſpargebantur humores; inde membra tumentia multis ſcatebant ulceribus; inde perpetuus languor, virium defectio, cæcitas, ſtomachi, & capitis dolor. Auditis Roberti miraculis, magna fiducia rogavit ut ſui miſereretur; cœpit, quod ante non poterat, ambulare, & e patria Ariminum abiit, ubi præ tumulo perfectam conſecutus eſt ſanitatem. Joannes filium juvenculum, biennio male affectum, ad extrema reductum, & biduo nihil ſumentem, dum eidem commendat, videt ſanatum.

XXVI. Thomæ Baccari manui aper dentem infixit, quo vulnere vehementer dolebat perpetua ſanguinis emiſſione; monitus ab amico, ut ad Roberti confugeret patrocinium, fecit, oravit, & convaluit; manum ferream, & dentem qui læſit, ad ſepulcrum appendit. Jacobus e Monte Columbi, baju-

bajulus vinarius tempore vindemiæ elevare volens dyotam, ſive cadum, vulgo *barillum* muſti, inteſtina ſcroto illabuntur, Robertum invocat, cereum promittit, & herniæ medetur. Catarina brachio ſiniſtro per biennium vehementer dolens, & uſu privata; Columba Ferrarienſis humeris, & brachio dextro adeo affecta, ut diu, noctuque clamaret, oblato brachio cereo, dolore ſunt liberatæ. Petra e Pignano annis triginta poſſeſſa, & diris torta cruciatibus, ita ut aliquando a ſex hominibus detineri non poſſet, ad Robertum pie confugiens, meruit liberari. Philippa Ariminenſis biennio, & puerulus duodennis genibus attracti, oblatis cereis donariis, emiſſoque voto viſitandi ſepulcrum, perfecte ſunt liberati.

XXVII. Vincentinus Presbyter Vincentinus, a ſuo Epiſcopo in tetrum carcerem conjectus, tribus portis munitum, vota, preceſque fudit ad beatum Robertum, ut liberare vellet a vinculis, & a gravi ſibi parato ſupplicio. Ingens refulſit lumen in habitaculo, quod ſpem, animumque præſtitit, ut fugam intentaret, minimaque induſtria elapſus, Ariminum perrexit, ubi publicavit miraculum, & gratias ſuo reddidit liberatori. Liberavit etiam Nicolaum Ariminenſem a dolore capitis; Comitis Urbinatis filium diu ſebricitantem, a mortis periculo; Friſam partui vicinam a moleſta febre, & fœtus injuria; Magdalenam a quartana diuturna; Helenam leproſam, ulceribus & puſtulis deformem, ab extrema miſeria. Hæc ex prædictis actis in compendium redegi. Vitam ſcripſerunt frater Nicolaus Ariminenſis ſacræ Theologiæ profeſſor, Synchronos, Marianus Florentinus, Marcus Ulyſſiponenſis, Chriſtophorus Veruchinus, Raphael Volaterranus, Leander Albertus, Franciſcus Sanſovinus.

Vitæ Scriptores. Veruch. l. de Sanctis Veruchinis. Volater. c. de Picent. l. 6. Geograph. Albert. in urbe Arimin. Sanſov. de famil. Italiæ.

XXVIII. Huic piiſſimo viro ſucceſſit in Principatu Sigiſmundus, frater germanus, moribus diſſimilis, etſi re bellica illuſtris, qui cum nimia ferretur zelotypia, Minoritam quemdam pium & doctum, ſuæ uxoris Confeſſarium, trucidavit, quia ſacræ confeſſionis ſigillum aperire, & quæ pridie ſub Sacramenti arcano innocentiſſima conjux dixerat, noluit revelare. Non immerito hunc inter Martyres numeraverim, alioſque duos hujus temporis Conſodales adoleſcentes, unum Anconæ in Piceno a maleſuadis fœminis, ejus libidine exardeſcentibus, occiſum; alterum Sebaſtianum Feſulani Conventus alumnum, Florentiæ a duabus Sororibus inſano ejus amore correptis, ſuffocatum, quia ſub falſa pietatis, & eleemoſynæ accipiendæ ſpecie vocati, noluerunt impiis muliercularum deſideriis ſatisfacere: *Multi enim mortui ſunt, & Martyres ſunt, quia peccata hominum dicebant in eos, & eorum iniquitatibus reſiſtebant, & habentur inter Martyres. Quidquid namque pro teſtimonio veritatis, vel juſtitiæ homo pertulerit, totum ei Dominus pro martyrio computabit.* Martyrium non facit ſola & immediata fidei proteſtatio: *Omnium virtutum opera, ſecundum quod referuntur in Deum, ſunt quædam proteſtationes fidei, per quam nobis innoteſcit, quod Deus hujuſmodi opera a nobis requirit, & nos pro eis remunerat, & ſecundum hoc poſſunt eſſe cauſa martyrii.*

Sigiſmund. Malateſta Minoritā occidit, & quare.

Martyres ob defenſionem virtutum.

Aug. in Pſal. 40.

Thom. 2. 2. q. 124. a. 5.

XXIX. Ejuſdem Inſtituti fuerunt, ejuſdemque ferme temporis Petrus Urbinas, vitæ ſanctitate, & miraculis illuſtris, ſepultus in Eccleſia ſanctæ Mariæ Annunciatæ, Ordinis Servorum, quæ olim fuerat Fratrum Pœnitentum ſancti Franciſci, & Joannes, & Antimus (corrupte apud Marcum Ulyſſiponenſem Antonius) germani fratres eadem urbe oriundi, etiam miraculorum patratores, quorum primus requieſcit in Eccleſia Sanctæ Trinitatis, quam Fridericus primus, Urbini Dux, a Sororibus Tertii Ordinis ad Patres Jeſuatos tranſtulit; poſterior eremiticam & aſperam duxit vitam in devotiſſi-

Specul. Minorū. Mar. c. 14. Marc. cit. c. 58. Petrus, Joannes, Antimus Tertii Ordinis.

tiſſimo Eremitorio Ripæ Sardanæ apud Caſtrum plani Meleti, non longe ab urbe Fanenſi. Hic poſtea poſuerunt ſibi habitaculum Minoritæ, ſibi ob aeris intemperiem ædificato altero ſub titulo ſanctæ Mariæ prope Fanum, & ſancti Lazari templum, deinde tertio intra urbem extructo, ſecum duxerunt tamquam theſaurum non ſpernendum, hujus ſancti Viri reliquias. Joannes e

Joannes e Callio.

Callio (urbs eſt Piceni non longe ab Urbino) potens in opere & ſermone, cujus caput habetur in magna veneratione in Cœnobio Minorum urbis præfatæ.

Conv. Bitteſten.

XXX. Hoc anno Carolus Epiſcopus, & cives urbis Bitteſtenſis in Apulia, obtinuerunt a Pontifice facultatem ædificandi Minoribus Obſervantinis Cœnobium prope civitatem, in loco *Galicello* nuncupato: *Piis ſupplicum*, 11. Non. Julii. Anno ſequenti erectam ædem ſcribit Gonzaga, in eaque Theologiæ ſtudioſis deſtinata, requieſcere beatum fratrem Jacobum Illyricum, profeſſione laicum, in vita ſanctiſſimis moribus, omnique virtutum genere, & poſt mortem innumeris miraculis illuſtrem, cujus corpus adhuc conſpicitur illæſum.

Gonz. in Prov. S. Nic. Conv. 9.

B. Jacobus Illyricus.

Conv. Nurſiæ.

XXXI. Nurſiæ in Umbria incolis ſimiliter hoc anno conceſſum eſt, ut eiſdem Religioſis conſtruerent extra muros, in loco dicto *Caprignele* Cœnobium, ſub titulo ſanctæ Mariæ Annunciatæ: *Piis fidelium votis*, xv. Kal. Aprilis. Poſt multos annos domum hanc labantem tranſtulerunt Nurſini ad alium locum commodiorem, & urbi viciniorem ſub eadem nuncupatione, ad quam tranſierunt Fratres anno MDXXIV. ita jubente Bernardino Fulginate Provinciæ ſancti Franciſci Vicario. Jacet hic beatus Onofrius Sarzanenſis laicus, paupertatis, abſtinentiæ, humilitatis & ardentiſſimæ caritatis virtutibus inſignitus, prophetiæ dono præditus, & miraculis multis in vita, & poſt mortem, clariſſimus. Primo templo ſepultum tranſtulerunt Conſodales ad ſecundum, concurrentibus undique vicinis populis, coacta etiam ſolemni ſupplicatione, & decenti tumulo collocarunt juxta ſummum altare. Prope hoc eſt aliud ejus diſcipuli ſepulcrum, Joannucci de Valleterrena, etiam laici, cujus tanta fuit paupertas, humilitas, in perferendis laboribus patientia, ut vix ſermone explicari queant. Horam ſui obitus, atque alia plurima Guardiano prænunciavit.

Gonz. in Prov. S. Franc. Conv. 15.

B. Onofrius Sarzanenſis.

Joannuc. de Valle-terrena.

Conv. Lauden.

XXXII. Quidam cives Laudenſes apud Inſubres ante aliquot annos eiſdem Fratribus domum poſuerunt ſuper collem, *Caſtapuglani* dictum, extra urbem & portam, quæ *Regia* nuncupatur, prope Eccleſiam ſancti Joannis Baptiſtæ, ad Milites Hoſpitalis ſancti Joannis Hieroſolymitani ſpectantem, terraſque adjunxerunt pro hortis, officiniſque neceſſariis. Admiſerunt ſibi, & ſuis Conſodalibus habitaculum frater Rizardus de Reſtis, & Vincentius de Cottis, ibique inhabitarunt. Sed cum ita ſe feciſſe abſque prævia Pontificis facultate conſideraſſent, hoc anno a tranſgreſſione conſtitutionis Bonifacii abſolvi petierunt, & impetrarunt: *Sacræ Religionis propagationem*, Kalendis Aprilis. Hæc illa domus eſt ſancti Joannis, quam propter hoſtium advenientium periculum, diximus alias fuiſſe deſtructam, & translatos Fratres ad alteram Patrum Conventualium, de qua eſt quod addam ex quibuſdam monumentis, mihi poſtea porrectis, Eccleſiam fuiſſe conſecratam a Joanne Simoneta Epiſcopo & Comite Laudenſi anno MDXLI. die XXII. menſis Aprilis, & in altare ſancti Franciſci ab eo incluſas reliquias ſanctorum Pantaleonis & Bonifacii Martyrum, & ſanctarum Ruffinæ & Juſtinæ Virginum & Martyrum. Lauda prodierunt, & in iis Cœnobiis, quæ per temporum viciſſitudines vel conſtructa, vel deſtructa ſunt, floruerunt beatus Leo Archiepiſcopus Mediolanen. de quo alias dictum eſt; beatus Antonius de Gavaciis, pro-

Tom. 5. an. 1286. n. 8.

Tom. 3. an. 1259. n. 15.

profeſſione laicus, in cujus morte viſa eſt ſtella fulgentiſſima lucere in fronte, Angeli pſallentes, funus curantes, & in Eccleſiam deducentes. Multis claruit miraculis, & ſepultus eſt in Eccleſia ſancti Joannis extra Laudam, non autem in Conventu Novariæ, uti aſſerit Gonzaga. Quid ſi fortaſſis ille Novarienſis Antonius, alius ſit ab iſto? Beatus Amicinus a Lauda, Sacerdos, miraculis clarus, uti conſtat ex antiqua inſcriptione ad ejus imaginem affixa in Eccleſia parochiali oppidi Maſſarenghi, & demum beatus Michael de Carcano, quem aliqui dicunt tumulatum apud Comenſes; Bernardinus autem Corius in Eccleſia ſancti Franciſci hujus urbis, cui accedit Gonzaga. Certum eſt, caput illic haberi in magna veneratione.

B. Antonius de Gavaciis. *Gonz. in Prov. Med Conv. 4.* B. Amicinus a Lauda. B. Michael de Carcano.

XXXIII. In Sicilia & diœceſi Cephaludenſi, vir nobilis Gilbertus Contigles Comes Galuſani, in hoc ſuo oppido, ſumptuoſo opere cœperat ante hunc annum Conventum Minoribus, ſub titulo ſancti Franciſci fabricare. Etenim hoc tempore illic habitabant Fratres, & divina celebrabant officia, Eccleſia jam perfecta. Cum vero ad reliqua complenda deeſſent expenſæ, Pontifex hoc anno fideles hortatus eſt, ut ſubvenirent: *Licet is, de cujus munere*, Idibus Maii. Petrus Rodulphus conſtructam hanc domum ait anno 1451. vel ergo error eſt in numerorum notis, & ſcribendum erat 1431. vel intelligendus eſt de ultimo operis complemento. Spectat ad Patres Conventuales Provinciæ Siciliæ, & Cuſtodiæ Agrigentinæ.

Conv. Galuſani. *Rodulph. fol. 281.*

XXXIV. Prope Biguliam Corſicæ oppidum, hoc anno Obſervantinis erectum Cœnobium, ſancto Franciſco conſtat ex quodam lapide præ foribus Eccleſiæ, in quo fundationis tempus inciſum eſt. Ibi jacet frater Paulus a Bigulia, celeberrimus concionator, ad cujus ſepulcrum paupercula mulier a Dæmone vexata, variis languoribus affecta, & prorſus effœta, incolumis evaſit, & prolem ſuſcepit.

Conv. Biguliæ. *Gonz. in Prov. Corſica Conv. 8.*

XXXV. Diximus alias, in urbe Tragurii in Illyricis prope Dalmatiam extructum fuiſſe Minoribus domicilium. Sub hoc autem tempus, propter bellorum turbines & periculum, quod ex Cœnobio, in loco excelſo ſupra urbem ſito, imminebat, dirui curarunt Cives, habitantibus interim Fratribus in domuncula lignea, magno ſuo incommodo. Decrevit itaque Magiſtratus & populus aliud ædificare in inſula *Bua*, prædictæ urbi proxima, & per pontem adhærente, ſed Obſervantinis tradere, & in uſum eorumdem reditus & prædia, quibus prior Conventus gaudebat, diſtrahere. Quorum votis Pontifex hoc anno ſubſcripſit: *Sedis Apoſtolicæ benignitas* XIV. Kal. Julii.

Tom. 6. an. 1317. n. 60. Conv. Tragur.

XXXVI. Similiter indulſit nobili viro, Georgio Militi, Domino de Latrimollia, Aurelianenſis diœceſis, ut in oppido Sulbiacenſi ejuſdem diœceſis, ſui dominii, domum Minoribus ædificaret: *Sinceræ devotionis affectus*, V. Idus Januarii. An vero ita fecerit, mihi incompertum eſt, dum inter Conventus Provinciæ Turonenſis, quæ diœceſim complectitur Aurelianenſem, iſtum non invenio.

Conv. Sulbiacenſis.

XXXVII. Extra oppidum civitatis Auſtriæ, Aquilegien. diœceſis, erat quoddam habitaculum religioſarum mulierum, ſub titulo ſancti Georgii, Ordinis, ut dicebant, ſancti Auguſtini, ſed ſub habitu peregrino & vita diſſoluta. Redactis his ad duas dumtaxat, eiſque non adeo bonæ famæ, petierunt oppidani ſupprimi prædictum Inſtitutum, & domum concedi Fratribus Minoribus regularis Obſervantiæ. Annuit, Pontifex, aſſignatis tamen reditibus, unde mulieres illæ alerentur: *Piis fidelium votis*, Kal. Maii. Poſt annos duos conceſſit, ne obſtaret Fratribus bulla Clementis IV. circa numerum cannarum, qua præſcribitur diſtantia ab aliis Monaſteriis.

Conv. Auſtriæ.

XXXVIII. Ante iſtud tempus conditum fuiſſe Conventum oppidi Murorum

Con. Murorum.

rorum in Gallecia, diœceſis Compoſtellanæ, conſtat ex Bulla Eugenii hoc anno data, qua concedit Indulgentias viſitantibus Eccleſiam, ſancto Franciſco ſacram, ſtatis diebus. Sub annum MCCLXXX. quidam conditum volunt, auctore Petro Alvarez Marino, ſed rei hiſtoricæ peritis id non probatur. Judicat Gonzaga, illo tempore poſteriorem, ſatis tamen ex ædificii norma vetuſtum, & ab oppidanis, communi ære conſtructum. Eccleſiam ferunt a Petro Muñiz Archiepiſcopo Compoſtellano conſecratam. Hic jacet frater Arias de Freſno, vico Caſtripoli, inter Aſtures nobilibus parentibus ortus, valde abſtemius & pœnitens, qui anno MDLX. dum inter Miſſarum ſolemnia in oppido Ribadaviæ turbaretur ab hirundinum garritu, juſſit avolare, paruerunt ſtatim, neque amplius redierunt, donec poſt annos multos aliud novum templum extructum eſt, quaſi cum vetere Eccleſia, unde exulare juſſæ ſunt, defecerit vis præcepti. Anno MDLXXIX. deceſſit genuflexus, pſallens & orans ex epidimia, quam contraxit, deſerviens magna caritate cuidam confratri laico, etiam peſte infecto.

Gonz. in Prov. S. Jacobi Con. 23. Monum. MSS. hujus Prov.

Fr. Arias de Freſno.

Conv. Valentiæ Alcantaren.

XXXIX. In Luſitaniæ & Caſtellæ confinio, ad tertium ab oppido Valentiæ Alcantarenſis, in diœceſi Caurienſi, lapidem, Minores Conventuales impetrarunt, ut ſibi concederetur Cœnobium & Eccleſia ſub titulo beatæ Mariæ de Mamaretibus, per nonnullos fideles illarum partium, pro uſu & habitatione religioſarum perſonarum conſtructa. Sed cum id factum eſſet abſque Sedis Apoſtolicæ licentia, petierunt abſolutionem a cenſuris, quas incurrerant. Pontifex hoc anno abſolvendi facultatem impertiit Epiſcopo Pacenſi: *Piis ſupplicum votis*, XV. Kal. Octobris. Ab his tranſiit ad Obſervantes anno MDXIII. annuentibus Miniſtro Generali Bernardino Pratenſi, & Cuſtode Extremæ-Duræ, Franciſco a Fraxineto. Obiit hic anno MDLIX. egregius verbi divini declamator, frater Antonius Lopeſius, qui mira dicendi efficacia, & cœleſti potius, quam humana doctrina plurimos ad Chriſtum reduxit, plurimoſque in ſancto propoſito firmavit. Vitam, mores, doctrinam ſui Inſtitutoris ſancti Franciſci enixe ſtuduit per omnia æmulari. Ejus ſepulcro poſt annos multos aperto, apparuit corpus integrum, incurruptum & ſuaviſſime redolens, ita ut domus tota repleta ſit ex odore unguenti effluentis. Ad hunc appoſitus eſt alius eximiæ ſimplicitatis & obedientiæ frater Jacobus Italus, profeſſione laicus, cujus memoriam in benedictione reponunt omnes illius regionis incolæ, ob ſummum vitæ candorem, morumque puritatem. Tandem domum hanc aquæ penuria laborantem, Fratribus & populo adventanti valde incommodam, alia fidelium eleemoſynis extructa, prope ſupradictum Valentiæ oppidum, accepta a Caurienſi Epiſcopo, & Philippo II. Militiæ Alcantarenſis, cui oppidum paret, ſummo Adminiſtratore, ædicula ſancti Bartholomæi, commutarunt. Ad trecentos paſſus a veteri Conventu duo mirabiles ſcaturiunt fontes, ab invicem non procul diſtantes, quibus vicini horti abunde irrigantur; quorum unus ab ineunte Vere uſque ad Autumnum largiſſimas effundit aquas, reliquo anni tempore exſiccata ſcaturigine; alter vero ab Autumni initio uſque ad finem Hyemis abundanti vena exuberat, deinde fluxum omnino continens cedit fonti vicino. Miris his arcanis ita ludit auctor naturæ.

Gonz. in Prov. S. Gabriel. Con. 8.

Fr. Antonius Lopez.

Fr. Jacobus Italus.

Côventus transfertur.

Duo mirabiles fontes.

Conv. Cefaloniæ.

Conv. Jacinti.

XL. Carolo ſecundo, Domino Deſpotatus & Leucatæ, ac Cefaloniæ Duci conceſſit Eugenius, quod etiam alias indulſit Martinus anno III. ſui Pontificatus, ut Fratres decem poſſet, unde vellet, evocare ad habitandum in unoquoque ex duobus Cœnobiis inſularum Cefaloniæ, & Jacinti, ſuæ ditioni ſubjectarum, quæ terris infidelium, Turcarum, & aliorum Chriſtiani nominis inimicorum, erant vicinæ, ut Chriſtifideles, qui in prædictis inſulis com-

commorabantur, adverſus prava dogmata vicinarum regionum, in vera fide continerent: *Sinceræ devotionis affectus*, IV. Non. Decembris. Hæ inſulæ in mari ſunt Jonio, Venetis ſubjectæ, & prædicti Conventus ſpectabant ad Provinciam Romaniæ, ac Cuſtodiam Thebanam Patrum Conventualium.

Monaſt. de Ribis.

XLI. Hoc anno ſupplicarunt tres piæ mulieres Joanna & Sancia de Ribis, & Agnes Garſia, Burgenſis diœceſis, ut domos quaſdam prope Eccleſiam beatæ Mariæ de Ribis (Pagus eſt VI. M. P. a Methymna Pomerii diſtans) quas inhabitabant, in Monaſterium Clariſſarum, juxta peculiares leges Monaſterii Jugi-ſillarum gubernandum convertere liceret. Rem commiſit Pontifex Officiali Burgenſi diſcutiendam & perficiendam: *Gloriæ perennis*, XVI. Kal. Septembris. An tunc ita factum fuerit, non comperio. Lente & tarde nimis perveniſſe ad formam perfecti Monaſterii ſcribit Gonzaga, ſed valde laudat a regulari obſervantia, & conſtantiſſimo paupertatis amore.

Gonz. in Prov. Cantab. Mon. 4.

Monaſt. Colon. S. Apri.

XLII. Conceſſit ſimiliter Pontifex, ut quædam Sorores Tertii Ordinis, quæ ſub perpetua clauſura, juxta cappellam ſancti Apri, Colonienſis urbis, habitabant, eligere poſſent ſibi Confeſſarium, vocatque eas de tertia Obſervantia ſancti Franciſci: *Devotionis veſtræ ſinceritas*, Idibus Aprilis. Varia ſibi ſortiebantur nomina Tertii Ordinis viri & fœminæ, juxta varios, quos aſſumebant ſtatus, modo Fratres & Sorores Tertii Ordinis, vel tertiæ Regulæ ex numero Ordinum & Regularum, quas ſanctus Franciſcus inſtituit; modo Fratres Pœnitentes, vel ex Ordine Pœnitentiæ ſancti Franciſci, ex Inſtituto, quod ſanctus Franciſcus ſibi præfixit in hoc Ordine condendo, ut nimirum errata anterioris vitæ corrigerent, & de peccatis pœniterent; modo Fratres pœnitentes ex Regulari Obſervantia, ex quibuſdam regularis vitæ præceptis, vel Inſtitutis, quæ ad Regulam, a ſancto Franciſco præſcriptam, addebant; modo Fratres de Tertia Obſervantia, id eſt, Fratres Tertii Ordinis, Obſervantes tamen vitam regularem; ſimiliter etiam Sorores ſub quibuſdam vivendi formulis perpetuæ multis in locis ſe addicebant clauſuræ. Dum non erat, qui eadem regiminis forma, Generalis præfecti auctoritate ubique regeret, unaquæque congregatio, vel ſocietas Fratrum, aut Sororum, ſecundum regionum, urbium, & temporum commoditates, aut viciſſitudines, vel a locorum Ordinariis, vel a Sede Apoſtolica diverſa impetrabant privilegia, aut diſtinctos ſibi præſcribebant modos vivendi.

Variæ appellationes Fratrum, & Sororum Tertii Ordinis.

Conv. de Cerezal Tertii Ordinis.

XLIII. Fratribus hujus Inſtituti Joannes de Oviedo, civis Aſtoricenſis domum conſtruere cogitavit, juxta hoſpitale ſanctæ Mariæ Magdalenæ de Cerezal, Aſtoricenſis diœceſis in Hiſpania, penes viam, per quam peregrini confluebant ad venerationem corporis ſancti Jacobi in Compoſtella, ut uberiori caritate, & majori ſollicitudine tranſeuntes exciperentur. Ut hæc licerent indulſit Eugenius hoc anno, commiſſo rei examine Epiſcopo Aſtoricenſi: *Sinceræ devotionis affectus*, pridie Idus Februarii. Deinde anno IV. ſui Pontificatus, ad inſtantiam Joannis & Candidæ Regum Navarræ, privilegia aliqua, & indulgentias Fratribus conceſſit.

XLIV. Varia hoc tempore conceſſit Eugenius, vel declaravit Ordinis privilegia, litteras ſui prædeceſſoris Martini circa promotos ad Magiſterii gradus temperavit: *Romani Pontificis providentia*, Kalend. Aprilis. Confirmavit litteras ejuſdem circa proventus, reditus, & bona immobilia habenda, propter quod diximus, magnas exortas fuiſſe diſſenſiones in Religione: *Apoſtolicæ Sedis providentia*, Kal. Maii. Amplam tribuit facultatem Miniſtro Generali, in quibuſdam caſibus gravioribus abſolvendi Fratres, Moniales, & laicos: *Sedis Apoſtolicæ*, IV. Kal. Maii. Eidem indulſit, ut pro reformanda Religione, & corrigendis irreligioſis invocaret, ſi opus eſſet,

An. 1418. n. 24. & ſeq.

ſet, auxilium brachii ſecularis: *Movemur ex cura*, eodem die. Prohibuit Fratribus tranſitum ad omnes alias quaſcumque Religiones, præterquam ad Carthuſianam, eoſque, qui ſub prætextu, vel colore Capellanorum Apoſtolicorum, Cardinalium, Prælatorum, vel quorumcumque Dominorum temporalium, ſe a Superiorum obedientia ſubtrahebant, eiſdem per omnia ſubjecit. Alias leges Clariſſis præſcripſit, omneſque Conventus Miniſtri Generalis moderamini voluit ſubjectos: *Anxia nos cura ſollicitat*, IV. Kalendas Maii.

XLV. Monaſteria aliquot Clariſſarum religioſiſſima in Hiſpania, commiſſa curæ peculiari fratris Franciſci a Soria, viro pio & prudenti, ad preces Joannis Regis Caſtellæ, voluit in eodem ſtatu permanere, quamvis in aliis litteris, quibus modificavit ordinationes Capituli Aſſiſiatis, juſſerit ſubjacere immediate curæ Provincialium: *Super gregem Dominicum*, Kal. Junii. Approbavit quædam pacta inita inter Abbatiſſam, Sororeſque Monaſterii Juge-ſillarum, & Ferdinandum Lupi de Saldaña virum nobilem, militem Palatinum, Joanni Regi Caſtellæ, Henrico ejus nato, & Alvaro de Luna intimo conſiliario, & favoritio familiarem, qui ſacellum in eodem Monaſterio conſtruxit, & multa bona Sororibus conceſſit: *Sedis Apoſtolicæ*, v. Kal. Decembris. Gregoriæ Abbatiſſæ Monaſterii ſancti Laurentii Paniſpernæ in Urbe, filiæ Franciſci de Vico, & Sorori Jacobi etiam de Vico, ejuſdem Urbis ſucceſſive Præfectorum, gratias quaſdam conceſſit, & reditus perſonales ſtabilivit, quos Jacobus ſolvebat, licet ejus bona propter demerita fuerint Cameræ Apoſtolicæ ex fiſco applicata.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI. Tom. 9. an. 1405. n. 18.

Congregationis Petri de Piſis quale exordiũ.

„ XLVI. Congregationem Feſulanam Ordinis ſancti Hieronymi exor-
„ dium accepiſſe a Fratribus Tertii Ordinis ſancti Franciſci, ſuo diximus
„ loco: aliam nunc monemus Congregationem ſub invocatione ejuſdem
„ ſancti Doctoris ante hoc tempus incepiſſe Petrum de Gambacurta Piſa-
„ num, ſocium fratris Angeli de Corſica, prædicti Tertii Ordinis profeſſoris,
„ viri piiſſimi, a quo & potiſſima rudimenta eremicolatus, & prima ſuæ
„ congregationis domicilia, licet ejuſdem Ordinis non fuerit, Petrus ac-
„ cepit: primum in monte Scolchæ II. M. P. ab Ariminenſi civitate, per An-
„ gelum in fundo ſibi a Carolo Malateſta Ariminenſi Regulo ſub annum
„ MCCCXCIII. conceſſo fabricatum; alterum in regione ſeu contrata Ve-
„ neta ſancti Raphaelis, Caſtellanæ diœceſis; tertium ſancti Hieronymi

Quinque domus recepit a Fratribus Tertii Ordinis.

„ prope Urbinum; quartum ſanctæ Mariæ Angelorum de Nuvilaria, Piſau-
„ rien. ac quintum ſanctæ Mariæ de Miſericordia, Ferrarienſis Diœceſum.
„ Primum locum renunciavit frater Angelus Galeotto Roberto de Ma-
„ lateſtis, tunc domicello Ariminenſi, ejuſdem Tertii Ordinis profeſ-
„ ſori, qui prædicto Carolo ſuo patruo in Principatu ſucceſſit hoc ipſo
„ anno, uti paulo antea narravimus. Aliqui contendunt ſocios omnes An-
„ geli huic novæ Congregationi Petri ſe aggregaſſe, quod aliquantulum
„ innuere videtur Bulla Eugenii Pontificis confirmatoria hujus donationis
„ ſeu renunciationis, hoc anno data, quam ſubjungo, ex qua totius transla-
„ tionis ſeu donationis ſeries clare percipietur. De his Congregationibus
„ ſancti Hieronymi ex Tertio Ordine prodeuntibus, illorumque habitu,
„ alibi dicetur.

Vide an. 1460. num. 43. & an. 1465.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ex origin. apud Patres S. Onofrii in Urbe.

„ XLVII. A*poſtolicæ ſervitutis officium nobis deſuper injunctum, nos*
„ *excitat, & requirit, ut ad ea diligenter intendamus, per*
„ *quæ Chriſtifideles, illi præſertim, qui ſub humilitatis ſpiritu Altiſſimo*
famu-

„ *famulantur, ab iudebitis moleſtiis releventur, & eorum quieti, quantum*
„ *cum Domino poſſumus, ſalubriter couſulatur. Sane pro parte dilectorum*
„ *filiorum Petri de Piſis, & ſociorum ejus, pauperam Eremitarum in diver-*
„ *ſis Eremitoriis degentium, nobis nuper exbibita petitio continebat, quod*
„ *licet olim quoudam Angelus de Corſica frater Tertii Ordinis ſancti Franci-*
„ *ſci, quædam, & præſertim unam in loco, qui dicitur la Schelca, propo*
„ *Ariminum, iu manibus dilecti filii uobilis viri Galeotti Roberti de Mala-*
„ *teſta, Domicelli Ariminen. & alium in coutrada ſaucti Raphaelis de Ve-*
„ *uetiis, & alium ſancti Hieronymi, & alium ſauctæ Mariæ de Angelis de*
„ *Nuvilaria, ac aliam S. Mariæ della Miſericordia, Caſtellau. Urbinaten. Pi-*
„ *ſaurien. & Ferrarieu. diœceſum domos, ſive eremitoria, loca nuucupata, quæ*
„ *dictus Angelus nomine ſuo, & ſociorum ſuorum Fratrum dicti Ordinis, pro*
„ *ipſorum uſu & habitatione, ſive donationis, ſive exemptiouis, aut alio titulo*
„ *acquiſiverat, & ſeu quæ eleemoſynis fidelium cum ſuis, & eorumdem ſocio-*
„ *rum laboribus fundaverat & conſtruxerat, ſeu fundari & couſtrui fece-*
„ *rat, in manibus dicti Petri ejus ſocii renuuciaſſet, ac regimen & guberna-*
„ *tionem eorumdem locorum ipſi Petro, quantum iu eo fuit, conceſſiſſet, ipſe-*
„ *que Petrus locum* della Scolcha *præfatum ſibi per eumdem Galeottum*
„ *Robertum denuo conceſſam, ac alias domos & loca prædicta pro ſe & ſociis*
„ *ſuis, & ejuſdem Angeli, tenuiſſet & poſſediſſet, ac teneat & poſſideat de*
„ *præſenti: tamen quia dictus Angelus præfati* Ordiuis *profeſſor fuit, &*
„ *nonnulla inſtrumenta acquiſitionis domorum & locorum prædictorum di-*
„ *ctant, quod idem Angelus domos & loca bujuſmodi pro ſe & ſociis dicti* Ordi-
„ *nis acquirebat, ac Petrus & alii, qui præfati Angeli ſocii faerunt, præ-*
„ *fati* Ordinis *profeſſores minime ſiut, ſed ſimplicem eremiticam vitam agant,*
„ *nec reperiantur aliqui, qui ejuſdem Angeli ſocii fuerunt, & dicti* Ordinis
„ *profeſſores exiſtaut; dubitant Petrus, & ejus ſocii prælibati ſuper domi-*
„ *bus & locis bujaſmodi in poſterum moleſtari. Quare pro parte Petri, &*
„ *ſociorum eorumdem nobis fuit bumiliter ſupplicatum, ut eis in præmiſſis*
„ *opportuue providere, de beuignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur con-*
„ *ceſſiouem per præfatum Galeottum Robertum, ut præfertur, factam, &*
„ *alia iuſtrumenta prædicta babentes præſentibus pro expreſſis, & atteuden-*
„ *tes, quod Petrus, & ſocii prælibati, cum præfati Augeli ſocii fuerint, dicti*
„ *Ordinis profeſſores non fueriut, ueque ſunt etiam de præſeuti, & quod*
„ *domos & loca bajuſmodi, una cum dicto Augelo acquiſiverunt, & etiam*
„ *couſtraxerunt. Ne ſuper eiſdem domibus, atque locis, Petrus & ſocii præ-*
„ *fati in poſterum moleſtentar, conceſſiouem, renuuciationem, & alia inſtru-*
„ *meuta prædicta rata & grata babeutes, ea, auctoritate Apoſtolica, & ex*
„ *certa ſcientia, approbamus & confirmamus, ſapplentes omnes defectus, ſi*
„ *qui forſan ob ſolemnitates juris omiſſas, interveniſſent quomodolibet in*
„ *eiſdem: & uibilominus* della Scolcha, *ac alias domos & loca prædicta ad*
„ *eoſdem Petrum & ejus ſocios præſentes & futuros ſpectare & pertinere;*
„ *& non ad Fratres ejuſdem Ordinis, tenore præſentium volumus, decerni-*
„ *mus, & declaramus, uou obſtantibus præmiſſis, & aliis contrariis quibuſ-*
„ *cumque. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incar-*
„ *uationis Dominicæ* MCCCCXXXII. *Non. Julii, Pontificatus noſtri anno* II.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. SUbodoraverat Eugenius, ſuum prædeceſſorem Martinum magnum
„ congregaſſe theſaurum, at reconditorium neſciebat: quamobrem
Ste-

„ Stephano Columnæ mandavit, ut Oddonem Puteum defunćti Vice-Can-
„ cellarium, ſine ſtrepitu ac tumultu ad ſe duceret; ſperabat enim ab eo
„ poſſe doceri; at Stephanus Oddonem captivavit, & per milites ejus do-
„ mum diripuit, & captivum per totam Urbem veluti latronem duxit. Ad
„ hæc excanduit Eugenius, & Stephanus timens aliquid ſiniſtri, ad Anto-
„ nium Columnam Salerni Principem fugiens, mentitus eſt Pontificem
„ Columnenſes extirpare velle, & credulum adeo incendit, ut ille accito
„ Proſpero Columna Cardinale ſuo fratre, pluribus ſtipatus armatis Ro-
„ mam properavit, & dum irrueret in milites Papæ, ab his victus terga
„ vertere coactus eſt; victores vero licentia militari inſolentiores effecti,
„ omnes Columnenſium domos in Urbe populatas, ſolo æquarunt. Tanti
„ mali unius hominis vafrities cauſa fuit. Tamdem autem compoſita res
„ eſt.

„ II. Hæc inter expeditis litteris fratri Paſchaſio Cajanda ſuo Pœni-
Indic. ex Vatic. „ tentiario: *Religionis zelus &c.* Kal. Januarii, & decimo octavo Kalendas
„ Februarii conceſſa Indulgentia in feſto ſancti Joannis Baptiſtæ pro Con-
„ ventu Bingenſi: *Splendor &c.* ædem prodit Pontifex, noſtris hucuſque
„ ignotam, quam curioſitas lectori ut aperiat, pauliſper immorari in per-
„ quiſitione Bingii tenetur. Bingium, Germanis *Bingen* & *Pingen*, eſt op-
„ pidum valde vetuſtum Germaniæ ſuperioris ad citeriorem Rheni ripam,
„ ubi Nava amnis Rheno immiſcetur, inter Maguntiam & Voſaviam, Ma-
Ex Topogr. Ferr. „ guntinæ Diœceſis, ubi etiam Monaſterium exiſtit. Eo in oppido Fratres
„ noſtros ædem his temporibus habuiſſe teſtatur, ea Indulgentia, quam in-
„ dicavimus. Eſt etiam alterum Bingium, ſeu potius Binchium, *Bins* vulgo
„ nuncupatum, oppidum eſt ipſum Hannoniæ clarum, inter Montes & Fi-
„ nes, a Montibus urbe primaria III. M. P. Belgicis, a Valentianis vero al-
„ tera urbe primaria VIII. Malbodio quoque, ut montibus propinquum,
„ ſed hujus nomen vulgare cum non ſit *Bingen*, ſed *Bins*, ſuſpicionem
„ propellit in primum.

„ III. Poſt hæc, ſeptimo Idus Februarii Eugenio placuit litteras Mar-
„ tini IV. & V. concernentes inſtitutionem Procuratorum ſeu Syndico-
„ rum Apoſtolicorum in Ordine confirmare per ſuam Bullam, quæ eſt te-
„ noris qui ſequitur.

EUGENIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Confirmat inſtitutionem Syndici factam a ſuis Prædeceſſorib. „ *PRoviſionis noſtræ debet provenire ſubſidio, ut jus ſuum cuilibet conſer-*
„ *vetur. Hinc eſt, quod Nos quarumdam fel. record. Martini V. præ-*
„ *deceſſoris noſtri litterarum, in quibus nonnullæ litteræ piæ mem. Martini*
„ *Papæ IV. etiam prædeceſſoris noſtri inſertæ noſcuntur, tenorem in Regi-*
„ *ſtro ipſius Martini Papæ V. prædeceſſoris repertum, pro eo, quod ſicut ex-*
„ *bibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Generalis, & Provincia-*
„ *lium Miniſtrorum, ac Cuſtodum Ordinis Fratrum Minorum petitio*
„ *continebat, ipſi hujuſmodi tenore certis cauſis indigere noſcuntur; de regi-*
„ *ſtro ipſo de verbo ad verbum tranſcribi, & ad eorum ſupplicationis inſtan-*
„ *tiam, præſentibus annotari fecimus, qui talis eſt:* Martinus Epiſcopus
Sup. ad an. 1427. „ Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Amabiles fructus,
„ quos Sacer Ordo &c. *prout ſupra. Ceterum ut earum litterarum tenor*
præ-

„ *prædictus ſic inſertus omnimodam rei, ſeu facti certitudinem faciat, Apo-*
„ *ſtolica auctoritate ſancimus, ut illud idem robur, eamque vim, ac eumdem*
„ *vigorem dictus tenor per omnia habeat, quem haberent originales litteræ*
„ *ſupradictæ, ac eadem prorſus ipſi tenori fides adhibeatur quomodocumque,*
„ *& ubicumque in judicio vel alibi, ubi fuerit exhibitus, vel oſtenſus, ac ei-*
„ *dem ſtetur firmiter in omnibus, ſicut eiſdem originalibus litteris ſtaretur,*
„ *ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ: per hoc autem nullum jus præfatis Genera-*
„ *li, & Provincialibus Miniſtris, ac Cuſtodibus, vel Fratribus de novo ac-*
„ *quiri volumus, ſed antiquum, ſi quod habent, tantummodo conſervari,*
„ *Nulli ergo &c. hanc paginam noſtræ conſtitutionis & voluntatis infrin-*
„ *gere &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Domi-*
„ *ni* ccccxxxii. *Idibus Februarii Pontificatus noſtri anno* ii.

„ IV. Pro fabrica Conventus caſtri Ariminenſis exiit Breve: *Sinceræ* *Indic. ex Vatic.*
„ *devotionis &c.* xv. Kalendas Martii, occaſione cujus animadvertere pla-
„ cuit, Waddingum ex quodam numiſmate Muſæi Franciſci Gualdi, Eccle-
„ ſiam præfati Conventus Ariminenſis a Sigiſmundo Pandulpho Malateſta
„ loci Regulo, anno mcccel. dicere abſolutam, & recte; quocirca illarum
„ litterarum Apoſtolicarum id factum fuiſſe auctoritate arbitror. Opus
„ enim egregium & magnificum, ut illud eſt, ut perfici poſſet, decem &
„ octo annorum diuturnitatem exegiſſe non miror: accedit ad hæc, decima
„ Octobris hujus anni Galeotum Robertum de Malateſtis, virum virtute &
„ ſanctimonia illuſtrem, Tertii Ordinis S. P. Franciſci alumnum, necnon
„ præfati Sigiſmundi fratrem, improlem deceſſiſſe, & hunc in Principatu
„ ſucceſſiſſe, qui memor admiſſi graviſſimi facinoris in Minoritam ſuæ con-
„ ſortis Confeſſarium, quem, quod nollet ejuſdem ſacræ exomologeſis ſe-
„ creta ſibi pandere, impie & barbare interſecerat, in pœnam forte tanti
„ delicti, id operis pii Religioni, quam adeo graviter offenderat, impen-
„ dere curavit.
„ V. Ceterum Catarinæ de Petra permiſſo tranſitu ad Benedictinas: *Litteræ Pontificiæ pro Fratribus, & Monialibus.*
„ *Digna reddimur &c.* Pridie Kal. Martii; & fratri Didaco regreſſu ad
„ Dominicanos Patres: *Humilibus &c.* Nonis Aprilis; & Monialibus ſan-
„ ctæ Agathæ Papienſibus indulta poſſeſſione bonorum: *Ad ea &c.* Kalendis.
„ Aprilis. Sexto Idus Maii Gregoriæ Abbatiſſæ Monaſterii ſancti Lauren-
„ tii de Paniſperna Pontifex quamdam ſummam aſſignavit: *Benignæ petitio-*
„ *nes &c.* quo etiam tempore Fratribus Burgi novi, Diœceſis Placentinæ in
„ Italia poſſe acquirere bona conceſſit: *Sacræ Religionis &c.* Quoddam
„ vero indultum conceſſum a Martino V. Monialibus *de Oterdeſillas* confir-
„ mavit: *Apoſtolicæ ſervitutis &c.* vii. Idus Septembris; & Pridie Kal.
„ Octobris pro die Purificationis in Conventu Licienſi in Apulia Indul-
„ gentiam conceſſit: *Dum præexcelſa &c.* Tandem hoc anno in vigilia *Caſim. Biern.*
„ ſancti Jacobi mortuus eſt frater Gregorius Lector ordinarius ſacræ Me-
„ tropolitanæ Eccleſiæ Gneſnenſis.
„ VI. Præter ſuperius recenſita: Bonna Sabaudiæ Ducis Amedei VI.
„ filia, & vidua relicta Ludovici de Sabaudia, Principis Achajæ & Pede-
„ montium, Chriſtianæ pietatis operibus maxime incumbens, Hoſpitale
„ nuncupatum Deo, cum ſacello divæ Eliſabethæ dicatum, conſentiente
„ Martino V. per ſuum Breve, datum Romæ apud ſanctam Mariam Majo-
„ rem menſe Novembri, Pontificatus ſui anno octavo, conſtruxerat, quan-
„ do anno mccccxxix. die xii. Octobris, ultimo ſuo teſtamento, nonnul-
„ lis piis legatis Religioſis noſtri Cœnobii ſancti Patris Franciſci, & Mo-
niali-

„ nialibus ſanctæ Claræ Pinerolii factis, in Eccleſia prædicta ſancti Patris,
„ & Sacello Principum Achajæ ſepulturam elegit. Obiit autem anno
„ MCCCCXXXII. die IV. Martii, & ſepulturam, ut elegerat, nacta eſt, buſto hoc epitaphio inſculpto.

Anno Domini M. CCCC. XXXII. die IV. Martii.
Obiit Illma Domina, D. Bonna, quondam Illmi D. D. Ludovici de Sabaudia Principis Achajæ & Pedemontium.

„ Porro hujus Principiſſæ in ſupremis tabulis teſtamentariis, inter cetera
„ ita legitur: *Item ordinavit ſepulturam ſui corporis fieri in Capella Illuſtrium Dominorum Principum Achajæ, ſita in Eccleſia ſancti Franciſci de Pinerolio eum ſolemnitatibus decentibus. Item ordinavit, quod in dicta Capella pro Anima ſua celebretur per Fratres dicti Conventus qualibet die una Miſſa ſolemnis de requie in cantu, exceptis diebus, quibus in dicto Conventu prædicabitur, quibus diebus celebretur una Miſſa baſſe, & hoc uſque ad tempus duodecim millium annorum, a die ejus deceſſus incboandorum, & præmiſſis Miſſis celebrandis, legavit dicto Conventui omnia & ſingula paramenta Capellæ ipſius Dominæ Teſtatricis, tam Calices, Reliquiaria, Cruces, Candelabra argentea & aurea, & alterius cujuſcumque metalli, libros, & veſtimenta Sacerdotalia. Item legavit occaſione prædicta dicto Conventui ſexaginta florenos annuales, ſolvendos per infraſcriptum ſuum heredem, durantibus duodecim millibus annis ſupraſcriptis &c.*
„ Plura pariter pia legata fecit in variis partibus oſcitantibus noſtris Fratribus, & Monialibus ſanctæ Claræ, quæ nimis longum eſſet enarrare.

Guicen. cit. ſup. to. 2. fol. 131.

ARGUMENTUM.

Sigiſmundus Imperator Bernardinum Senenſem magni facit, & ſibi reddit familiarem. Ille mire fructificat multis in locis Italiæ, & doctrinam miraculis confirmat. Habentur Comitia generalia, in quibus de Obſervantum regimine diu diſceptatum fuit. In Principatu Boſnenſi laudabiliter operantibus Minoritis, conceduntur privilegia. Numerantur Epiſcopi. Ulciſcitur Dominus Religioſorum injurias. Conſtruuntur Cœnobia.

Sigiſmundus Imperator magni facit Bernardin. Senenſem. *Surius in legenda. Legenda MSS.*

I. HOc anno hærebat Senis Sigiſmundus Imperator electus, Romam profecturus, ut Imperii diademate ab Eugenio Pontifice coronaretur. Bernardinum Senenſem illic commorantem, de cujus ſanctitate multa acceperat, inviſit, & ex colloquio gratiſſimum, familiarem ſibi conciliare ſtuduit amicum. Nullus præteribat dies, quin vel eum inviſeret, vel concionantem, aut ſacra peragentem audiret, aut per nuncios advocaret; ita ut eum ſe perdidiſſe diem reputaret, quo Bernardinum non videret. Duravit hæc converſatio menſibus novem, quibus variis Legationibus actum eſt de pacificando irato Pontifice, & ſtabilienda inter utroſque concordia. Tamdem pro deſignanda coronationis die, miſſis Carolo Epiſcopo Senenſi, & nobili viro Bartholomæo Agatzanimo, & univerſo abſoluto tractatu, Sigiſmundus Romam abiit, aſſumpto ſecum Bernardino, itineris comite, Angelicam reputans hominis ſocietatem. Accepta corona, per Aquilam regreſſus, dum urbe excederet, & præ foribus Cœnobii Bernardinus humilem aſellum conſcenderet, quidam textor ex adverſæ domus tecto, Peneſtrinus nomine, virum Dei irridens, *Ebeu*, inquit, *Papa ſuum paraſrenum aſcendit*. At non dixit,

S. Bernardini irriſor a Deo punitur.

dixit impune, violento turbine dejectus membris in platea colliſis. Pœnam ſui errati judicans caſum, ut potuit humi repens ad Bernardinum acceſſit, veniam deprecatus. Miſello compatiens Vir Dei cruce ſignavit, & priſtinæ ex tempore reſtituit ſanitati.

Libros ſcribit Bernardinus.

II. Poſt hæc Senas rediit Bernardinus, multoſque compoſuit pios libros, Chriſtianis omnibus utiles & ſalutares. Fuerat ille a puero in bonis operibus educatus, ſemperque ſtudioſus in finem uſque permanſit. Numquam avertit pedem extra vias rectas, nec a primo tepuit propoſito: porro ſupra quam dici queat, ſemper in id animum intendit, ut corporis & animæ puritatem integram conſervaret. Itaque cum in urbibus concionaretur, ferre non potuit, ut viri & fœminæ inter ſe pariter conſiderent, ne qua libidini præberetur occaſio: ſed ſedere cogebantur ſeparatim, atque inter utroſque ingens ſuſpendebatur tapetum, ne alii alios reſpicerent, ſed ad ſermonem animos attentiores adhiberent. Concionabatur aliquando Vir ſanctus apud Senenſes, ſedebantque hunc in modum ſejuncti viri ac mulieres eum auſcultantes. At quidam laſcivus adoleſcens, illo invito, ſtabat tali loco, qui eſſet fœminis oppoſitus, ut animo ſuas expleret libidines. Senſit id Vir Dei, hortatuſque eſt eum, ut aſſideret inter mares. Ille vero contempſit, manſitque ibi impudenter. Contemptum optimæ inſtitutionis ſuæ non ferens Vir ſanctus, ait palam ad eum: *Ecce ego dico tibi, adoleſcens, qui iſthic ſtas irreverenter & audacter, auratis indutus veſtibus; non parum vereri me, mala morte te periturum.* Idque ſic accidit, quando poſtea ob ſua flagitia, tamquam latro apud Anconam capite plexus eſt.

Integræ puritatis amator.

In templis homines ſeparat a fœminis.

Inverecundus adoleſcens punitur.

Ludos lethales Perufia ſuſtulit.

III. Simile quid alias Peruſiæ contigit adoleſcenti refractario, quod ſtatim referam. Ea in urbe certis temporibus ludi quidam execrabiles, quotannis ab armatis hominibus exercebantur. Communiebant ſe cives, eo ludo inter ſe congreſſuri, armis, loricis, thoracibus, ferreis galeis, diverſiſque aliis rebus, nec pauci in ejuſmodi conflictu moriebantur, pœnas daturi ſempiternas. Ubi Peruſiam venit ſanctus Bernardinus, deteſtabatur hoc exitiale certamen, curavitque omne genus armorum, quibus in illo uti conſueverant, prorſus conterendum, atque conſcindendum, & ex conſenſu publico conſtituit, magnis propoſitis pœnis in immorigeros, ne deinceps in ea urbe ejuſmodi ſatanica certamina fierent.

Pacem inter cives reparavit.

IV. In eadem urbe, alio tempore acerbiſſima inter cives extitit diſcordia. Eam animadvertens Bernardinus, maximopere hortabatur populum ad mutuam pacem, ita dicens: *Dominus Deus videns diſſenſionem veſtram, quam ille valde odit, me ut Angelum ſuum miſit ad vos, ut annuntiem in terris pacem hominibus bonæ voluntatis.* Deinde quatuor ad illos habuit conciones, quibus ad animorum ſuaviſſimam conſenſionem eos incitabat, in ultima concione ejuſcemodi utens verbis: *Quotquot bona ſunt præditi voluntate, & cum proximis ſuis pacifice degere cupiunt, ad dextrum latus ſe conferant, ceteri, qui dictis nolunt parere meis, ad ſiniſtrum tranſeant.* Tum vero plebs omnis, Deo volente, ad dexteram ſe recepit, unus ſolus nobilis, & præpotens adoleſcens, cum famulis ſuis manſit in parte ſiniſtra, acerbe muſſitans adverſus virum Dei, & ejus ſalutares admonitiones flocci-pendens. Illius animum male obſtinatum, & pervicacem ſuperbiam cernens Bernardinus, ſic eum compellavit: *En tu ſolus iſthic ſtas, ſuperba obſtinatione tua contemnens id, quod ego verbis Dei populo conſului. Iterum ergo Dei nomine hortor te, ut proximis tuis ex animo remittas quicquid illi, vel in te, vel in familiam unquam perperam commiſerunt, recedaſque hinc in partem dextram. Quod ſi mihi non obtemperaveris, certus eſto, non te vivum*

Refractarius adoleſcens morte punitur.

rediturum in domum tuam. Irriſit ille ſancti Viri vaticinium, delirare eum dictitans, qui velit ei adhibere fidem, nec ſe voluit ejus verbis accommodare. Ecce autem ut calcare cœpit limen domus ſuæ, nihil veritus divinam ultionem, morbo eum invadente, repente extinctus fuit, abſque Eccleſiæ Sacramentis, cum necdum ingreſſus eſſet intro in ædes ſuas, uti ei Bernardinus ante prædixerat.

Bernardin. ſigno Crucis imbres cohibet.

V. Uno atque altero magno miraculo ejus doctrinam Dominus commendavit. Aretii dum tota Quadrageſima prædicaret, & populum doceret de iis, quæ ad ſalutem pertinent, contigit ut quodam die ſermonem habere vellet in æde ſanctiſſimæ Matris Dei, quæ eſt extra urbis portam, ſed ob nimium populi concurſum, cogeretur in cœmeterio, ſub dio concionari. Ubi cum in media jam verſaretur concione, largiſſimi e cœlo lapſi imbres populum coegerunt ſub tectum confugere, illo ſolo in ſuggeſtu remanente. Hortabatur ergo plebem, ut una ſecum rogarent Dominum, quo poſſet inchoatum abſolvere ſermonem. Cumque verſus cœlum Crucis ſignum expreſſiſſet, mox pluvia repreſſa eſt, rediitque plebs ad audiendum. At poſtquam ſermonem prætexuit, & populus in oppidum reverſus fuit, confeſtim magna pluviæ vis ruit e cœlo, tamquam ſi urnis aquæ effunderentur. Ajebant tum homines, ſancti Viri meritis frænatos fuiſſe imbres, donec dicendi finem feciſſet.

VI. In civitate Aquilæ vicus eſt, qui *ſanctæ Crucis* dicitur, in eoque locus quidam *ſanctæ Mariæ* appellabatur, in quo concionem quandoque piiſſimam habuit Bernardinus de illa ſingulari Virgine, & Domina noſtra, coram Dynaſtis quibuſdam, Principibus, & Ducibus, ingentique populi turba. Intererat huic concioni etiam Alphonſus Aragoniæ, & Siciliæ Rex. Alii Renatum, Principem Andegavenſem, Alphonſi æmulum interfuiſſe recenſent. Pro themate aſſumpſit illa verba Apocalypſis: *Signum magnum apparvit in cœlo, mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus ejus, & in capite ejus corona ſtellarum duodecim*, quæ illa verba aptiſſime accomodavit ſenſu ſpiritali ad ſacratiſſimam Virginem, multa eam prædicatione efferens, & duodecim ſtellas interpretans, totidem principales virtutes, & chariſmata, quibus illa ornata fuit. Cumque primam ſtellam exponeret, ejus virgineam, & immaculatam puritatem, ſole ardentiſſimo & radiantiſſimo, viſa eſt ſupra caput Bernardini ſtella mire elegans & luculenta, quæ etiam Solis ſplendorem ſuperaret. Ea conſpecta, valde territus eſt populus, neſciens quid portenderet, videbant enim illam ſuos radios in ſancti Viri faciem vibrare, adeo ut ille ſplendere videretur. Tamdem, non abſque plebis magna admiratione evanuit. Fuit autem illa, ſignum illud magnum, quod apparvit in cœlo Chriſti Jeſu mater Maria, ineffabili claritate reſplendens, indicare volens, hunc ſanctum Dei hominem, ſuumque peculiarem miniſtrum totius religionis, & ſpiritualis vitæ exemplar eſſe, & vas atque ſpeculum virtutum omnium, qui paulo poſt in ea urbe diem eſſet clauſurus extremum, & in æterna beatitudine ſublimiter coronandus, & exaltandus.

Apoc. 12. 1.

Stella concionantis faciem mirabiliter illuſtrat.

VII. In civitate Pratenſi tota Quadrageſima gratiſſimas habuit ad populum conciones, jamque celebratis Paſchalibus, alio volebat proficiſci. Abeuntem Cives frequentiſſimo numero præ ſingulari amore comitabantur, ultimam reportaturi benedictionem. Ad urbis januam undique cinctus egredi non potuit, adeo contendebant omnes, veſtes oſculari, ipſum amplexari. In vicino ſtabulo bos indomitus tanta populi multitudine exterritus, proſiliit in plateam, & ad portam contendens multos humi proſtravit. Adoleſcentem Nicolaum Laurentii tam ferociter invaſit, & cornibus appetiit,

Occiſum adoleſcentem vitæ reſtituit.

con-

contuditque , populo clamante : *Heu mortuus eſt miſer adoleſcens* . Audiens hæc Bernardinus , multum ingemuit , dicens : *Quicquid boni in hac urbe Deus effecit , Tartareus dæmon hac hora corrumpere , & deſtruere conatur* , motuſque commiſeratione , acceſſit ad locum Vir ſanctus , ubi adoleſcens ceu mortuus jacebat , ſurſumque verſis luminibus oravit Deum pro illo , Crucis ſignum ei imprimens , dicenſque ad turbam circumſtantem : *Deo bene favente ſoſpes erit hic adoleſcens : tollite eum hinc* . Nec ſecus evenit , atque ille prædixit , nam cum inde receſſiſſet , adoleſcens ſurrexit incolumis .

VIII. In ultimis totius Ordinis pleniſſimis Comitiis , Aſſiſii habitis , decretum fuit , ut proxime ſequutura in civitate Neapolitana indicerentur , ſed cum Miniſter Generalis exponeret , non adeo opportunam eſſe a longinquis regionibus adventuris , nec tutum eſſe iter , propter frequentes bellorum motus inter Aragonios , & Andegavenſes de regno contendentes , ſub finem præteriti anni transferri juſſerat ad civitatem Bononienſem , eo ſolemnius judicavit tunc illic celebranda , quo firmius ſtatuerat Concilium Patrum e Baſilea Bononiam transferre , eique perſonaliter præſidere . Turbatis deinde rebus , & Baſileenſibus in Pontificem inſanientibus , judicatum conſultius , Capitulum in annum ſequentem rejicere , maxime quia Guillelmus Generalis Miniſter mittendus erat ad varios principes , hortaturus ne ſchiſma , & inobedientiam Baſileenſium foverent. Ita ſignificavit Miniſtro ex parte Pontificis per ſuas litteras , Jordanus Epiſcopus Sabinenſis , Ordinis Protector , deinde , mutato conſilio , omnia commiſit Pontifex Generalis arbitrio . Ille vero rebus prudenter diſpoſitis , Comitia habuit Bononiæ hoc anno , die ultimo menſis Maii , Pontificis Diploma circa relata exhibeo .

Indicuntur generalia Comitia Bononiæ .

Ad futuram rei memoriam .

IX. D*Ecens , & debitum reputamus , ut Religioſorum virorum , eorum præſertim , qui in paupertatis humilitate Altiſſimo famulantur , quieti , & commoditatibus conſulatur . Sane ex parte dilecti filii Guillelmi de Caſali , in ſacra Theologia Magiſtri , Generalis Miniſtri Ordinis Minorum , nobis fuit expoſitum , quod dudum in ultimo generali Capitulo dicti Ordinis , quod fuit in civitate noſtra Aſſiſii celebratum , inter cetera ſtatutum , & ordinatum fuit , quod proximum tunc futurum generale Capitulum dicti Ordinis in civitate Neapolitana , in feſto Pentecoſtes proxime futuro , celebrari deberet . Cum autem a multis dicti Ordinis Fratribus , & perſonis aliis Ordinem diligentibus aſſeratur , dictam civitatem Neapolitanam multis ex cauſis incommodam & ineptam eſſe , utpote in extremis fere Italiæ partibus conſtitutam , & ad hujuſmodi Capitulum celebrandum , maxime autem propter viarum varia diſcrimina , bellorumque turbines , quibus plurimæ Italiæ partes quaſſantur , non ſolum illis , qui ex Ultramontanis partibus , ſed etiam multis Italicis ſit difficilis admodum , & periculoſus acceſſus ad Civitatem prædictam , ac etiam propter longitudinem itineris Fratres , qui ex longinquis partibus veniunt , graves expenſas , & quæ fere inſufficientes ſunt , ſubire neceſſarium exiſtat , pro parte ipſius Generalis nobis fuit humiliter ſupplicatum , ut Fratrum ipſorum parcentes periculis & expenſis , Capitulum ipſum celebrandum transferre ad civitatem noſtram Bononienſem , in qua cum majori commodo accedentium , hujuſmodi poterit Capitulum celebrari , de benignitate Apoſtolica dignaremur . Nos igitur dictorum Fratrum ſecuritati , & quieti conſulere cupientes , ac hujuſmodi expenſas , pericula , & incommoda evitari , prædictis , & aliis rationabilibus , & juſtis cauſis animum noſtrum moventi-*

Ex arch. ſuperiori lib. 17. Bullarum fol. 105.

bus, bujuſmodi ſupplicationibus inclinati, dictum generale Capitulum ad civitatem noſtram Bononienſem, auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia transferimus. Volentes, & tenore præſentium ſtatuentes, ac etiam decernentes, ut Capitulum ipſum in civitate præfata Bononienſi, dicto ſtatuto termino celebretur, ac mandantes univerſis & ſingulis conventibus, locis, & perſonis ad quos ſpectat, ut ad ipſum Capitulum viros idoneos, doctos, & timentes Deum, deſtinari procurent, ut ſic per eorum virtutem, & prudentium, cum Dei adjutorio ea deliberentur, & ſtatuantur in illo, quæ ſpectant ad reformationem, pacem, & bonum regimen Ordinis ipſius, cedant ad laudem, & gloriam Altiſſimi, honorem Eccleſiæ, & Chriſtifidelium conſolationem. Non obſtantibus tam Apoſtolicis, quam dicti Ordinis conſtitutionibus &c. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno MCCCCXXXII. IV. *Kalendas Januarii, Pontificatus noſtri, anno* II.

Dilecto filio Guillelmo de Caſali, Magiſtro in ſacra pagina, Ordinis Minorum Generali Miniſtro, ſalutem &c.

Ibidem fol. 261. X. D*Udum ſiquidem, videlicet,* IV. *Kalendas Januarii, Pontificatus noſtri, anno* II. *ex certis motivis tunc expreſſis, voluimus, & ordinavimus per noſtras litteras, quod Capitulum generale Ordinis Minorum, quod in civitate Neapolitana, juxta ipſius Capituli ordinationem celebrari debebat, celebraretur in civitate noſtra Bononiæ, in feſto Pentecoſtes, tunc proxime futuro, mandantes omnibus dicti Ordinis Fratribus, qui ad ipſum Capitulum convenire deberent, ut in dicto feſto ibidem intereſſent, & deinde quia ipſum Capitulum per tuam abſentiam, & alias cauſas, in termino ſic ſtatuto, non poterit celebrari, venerabilis frater noſter Jordanus Epiſcopus Sabinen. dicti Ordinis Protector celebrationem dicti Capituli uſque ad aliud feſtum Pentecoſtes immediate ſecuturum, de ſpeciali mandato noſtro facto ſibi ſuper hoc oraculo vivæ vocis, per ſuas litteras prorogavit, prout in prædictis noſtris, & ipſius Epiſcopi litteris plenius continetur. Cum autem dubitetur, ne in dictis tempore, & loco Capitulum præfatum, propter certas cauſas nobis expreſſas, poſſit commode celebrari, nos de tua probitate, & virtute plurimum in Domino confidentes, ac ſperantes quod tu omnia ages, & procurabis, quæ pro utilitate, & bono regimine dicti Ordinis cognoveris eſſe opus, tibi Capitulum hujuſmodi ubicumque, & quandocumque tibi viſum fuerit commodius, & utilius expedire, & alias, tamen juxta Regulam, & conſtitutiones dicti Ordinis indicendi, & celebrandi cum indulgentiis per nos in aliis litteris pro futuro dicto Capitulo Bononienſi conceſſis, plenam & liberam, auctoritate Apoſtolica concedimus facultatem, præfatis litteris, & aliis in contrarium editis non obſtantibus quibuſcumque. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno* MCCCCXXXIII. V. *Idus Januarii &c. anno* III.

In Comitiis perorat Albertus Sartianenſis.

XI. In hoc Capitulo egregiam & doctam habuit orationem beatus Albertus Sartianenſis de laude pœnitentiæ, quam ſimul cum aliis ejuſdem Auctoris opuſculis, Deo dante, dabimus poſteritati. Actum eſt de modo regiminis Regularis Obſervantiæ, enixe contendentibus Patribus Conventualibus, ſibi per omnia debere ſubjici, juxta decreta Capituli Aſſiſiatis, auctoritate Apoſtolica confirmata, neque alias revocata. Gravius hæc urgebant contra Obſervantes Provinciæ Franciæ, Burgundiæ, & Turoniæ, tamquam diviſionis auctores, & conſtitutionum, ſub Martino editarum (quæ propterea *Martinianæ* dictæ ſunt) contemptores. Similiter contra Fratres Hun-

Diſceptatur circa regimen Obſervantum.

Hungariæ, & Boſnæ, & demum contra Hiſpanos, qui Gallis adhæſerunt, proceſſum eſt per graves interminationes, ut Provinciarum Miniſtris ſe in omnibus ſubjicerent. Sed Galli Carolum Regem, multoſque proceres, & Hungari Sigiſmundum Imperatorem, Hiſpani Joannem Regem, & Reginam Mariam habuerunt ſautores, quorum ope, & favoribus annis ſequentibus obtinuerunt illud qualecumque Concilii Baſileenſis decretum, & alia Eugeniana, quibus confirmatum eſt decretum Concilii Conſtantienſis, & priſtinum ſuum regimen reſtitutum eſt Obſervantibus. Dum vero de æquitate, & juſtitia decreti Conſtantienſis altercaretur, doctum edidit tractatum in ſavorem Obſervantum frater Joannes Brixius, quondam Miniſter Provinciæ Franciæ, Doctor Pariſienſis, & beatus Joannes Capiſtranenſis ſcripſit graviter & acriter in quemdam fratrem Philippum Berbegallum, qui ad aliud extremum deflectebat, conſtitutiones Martinianas irritas & nullas, adhibitis inſulſis gloſſematis, volebat; novam quamdam, *de la Capucciola* dictam, adinveniebat ſectulam Reformatorum, quibus ridiculos plane obducebat habitus, & capitia quadrata, acuminata, aliaque obtrudebat, quæ manifeſte conſtitutiones Joannis XXII. olim condemnarunt. Eum anno ſequenti invenio ab Eugenio cum aliquot ex ſociis tamquam novatorem, & mali dogmatis ſeminatorem, commiſſa cauſa Joanni ſancti Laurentii in Lucina, Joanni tituli ſancti Sixti Presbyteris, & Ardicino ſanctorum Coſmæ & Damiani Diacono, Cardinalibus, fuiſſe condemnatum.

Fr. Joan. Brixius ſcribit in favorem decreti Cōſtantien.

Capiſtran. contra Berbegallum.

XII. Multam colligebant hoc tempore meſſem ſpiritualis fructus animarum Fratres Vicariæ Boſnæ, in terris, per vicinos, & promiſcuos hæreticos, ac infideles infectis. Ut omnem opem ferret Sigiſmundus Imperator fidei propagandæ, neceſſaria quæque ſubminiſtrabat, rogavitque Pontificem Eugenium, ut omnia ſuorum prædeceſſorum privilegia illis conceſſa confirmaret, atque alia ipſe adjungeret. Lubens fecit Eugenius, hoc emiſſo Diplomate.

Confirmantur privilegia Fratrum Hungariæ.

Dilectis filiis, Vicario dilecti filii Miniſtri Generalis, & Fratribus Ordinis Minorum Vicariæ Boſnæ, ſecundum morem dicti Ordinis, præſentibus & futuris, ſalutem &c.

XIII. R*omanus Pontifex beati Petri cæleſtis clavigeri ſucceſſor, & Vicarius Jeſu Chriſti, cuncta mundi climata, omniumque nationum, in illis degentium qualitates paterna conſideratione diſcutiens, & ex officii debito ſalutem quærens & appetens, ſingulorum quoque votis ſavorabiliter annuit, per quæ ſibi grex creditus ad Dominicum reducatur ovile, necnon ſupernæ majeſtatis laude pariter ac gloria, dilationem, incrementumque ſuſcipiat fidei veritas orthodoxæ. Dudum ſiquidem felicis recordationis Joannes Papa XXII. prædeceſſor noſter, ſuas conceſſit litteras tenoris ſubſequentis:* Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Fratribus de Ordine Fratrum Prædicatorum in terras Sarracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Yberorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Gittharum, Nichenarum, Jacobitarum, Nabianorum, Neſtorianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Notorum, aliarumque non credentium nationum Orientis, & Aquilonis, ſeu quarumcumque aliarum partium proficiſcentibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum hora undecima ſit diei &c. (*ut habetur in Tomo 6. anno* MCCCXXI.) Datum Avenione x. Kal. Novembris anno VI. *Et deinde per piæ memoriæ Urbanum Papam V. etiam prædeceſſorem noſtrum, intellecto quod*

Ex lib. 1. de Regul. ann. 3. fol. 11.

quod etiam vos in Bulgariæ, Valachiæ, Raſſiæ, & Boſnæ partibus, in quibus hæretici, & ſchiſmatici commorabantur, illos per prædicationem, & exemplum vitæ laudabilis, cum auxilio divinæ gratiæ, ad unitatem & obedientiam ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Matris cunctorum, & magiſtræ, jugiter reducere piis & ſollicitis ſtudiis curabatis, vobis per quaſdam litteras conceſſit, quod vos & veſtrum ſinguli, omnibus & ſingulis præſcriptis gratiis, privilegiis, indulgentiis, facultatibus, & auctoritatibus in litteris Joannis Papæ contentis hujuſmodi, ſecundum earum formam in præmiſſis partibus, cum ea tamen modificatione, quod Indulgentias majores, uno anno dare, & votum peregrinationis, ſeu viſitationis ſepulcri Dominici commutare, aut illa, quæ ad Epiſcopalem pertinent dignitatem exercere, minime valeretis, perinde uti, ſeu fungi poſſetis, ac ſi litteræ Joannis Papæ hujuſmodi vobis & ſingulis veſtram nominatim, & ſpecialiter directæ extitiſſent, ac ſucceſſive quondam Urbanus, in ſua obedientia, de qua tunc eratis, VI. nuncupatus, per alias ſuas litteras vobis conceſſit, atque declaravit, quod præfato ipſius Joannis Papæ privilegio uti poſſetis, quoad omnia in eo contenta, non obſtante quod Epiſcopus Catholicus in locis, ſeu partibus ipſis reſideret, vel præſens exiſteret, dummodo Clerum, vel Sacerdotes, aut Curatorum copiam non haberet, qui fidelibus, ſive noviter converſis partium earumdem ſufficienter præeſſe valerent, in miniſtrando eis Eccleſiaſtica ſacramenta, & fidem Catholicam prædicando, illis tamen, quæ de jure, vel obſervata conſuetudine ad eamdem Epiſcopalem dignitatem pertinerent, exercitio veſtro penitus interdictis; ac ſubſequenter piæ recordationis Martinus Papa V. ſimiliter prædeceſſor noſter aliis ſuis litteris devotioni veſtræ, quod vos & ſinguli veſtrum gratiis, privilegiis, Indulgentiis, facultatibus, & aliis præmiſſis in dictis ipſius Joannis Papæ litteris expreſſis, illis videlicet, quæ ad Epiſcopalem dignitatem hujuſmodi pertinerent, in abſentia Catholicorum Epiſcoporum inibi locorum diœceſanorum in Bulgariæ, Valachiæ, Raſſiæ, & Boſnæ præfatis, & etiam aliis, in quibus vos, ut earum habitatores & incolæ ad unitatem fidei, devotionem quoque & obedientiam Eccleſiæ hujuſmodi reducerentur, ſive in illis perſiſterent, dictæ Sedis concurrente miniſterio, ſubieratis tunc, & ut ceteri, quibus opus foret, paſſim, cooperante Domino, reducerentur ad eas, in futurum, perferre contingeret labores, & ſtudia, partibus, fungi & uti, necnon omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui in Nativitatis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Trinitatis, Corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti, Nativitatis beati Joannis Baptiſtæ, Petri & Pauli Apoſtolorum, necnon beati Michaelis, et omnium Sanctorum feſtivitatibus, ac aliarum Octavarum, necnon Palmarum, Cœnæ Domini, et duobus immediate ſequentibus diebus, Eccleſias veſtrarum domorum, et Conventuum in præmiſſis, et aliis quibuslibet partibus infra Vicariam Boſnæ, ſecundum morem veſtri Ordinis, exiſtentium, præſentium, et futurorum devote viſitaverint annuatim, illam Indulgentiam, ſive ſimilem, quæ fidelibus hujuſmodi vere pœnitentibus et confeſſis Eccleſias Fratrum Ordinis præfati, in feſto beati Franciſci devote viſitantibus a Sede præfata generaliter conceſſa fuerat, elargiri poſſent, duxit concedendum, prout in ipſis litteris plenius continetur. Cum autem, ſicuti per cariſſimi in Chriſto filii noſtri Sigiſmundi, Romanorum Regis Illuſtris, et ſemper Auguſti, relationem percepimus, ut uberiores in Dei Eccleſia fructus afferre, necnon plures fidelium animas Domino lucrifacere poſſitis in de Harableeb, Reſan, Thabol, Kovinum, Haram, Orſua, Keweſd, Cheri, Sebes, et Haczach, terris eidem Regi ſubjectis, et in quibus hæretici, ac ſchiſ-

ſchiſmatici plerique, necnon populus veram Dei notitiam non habens, moram trahunt, evangelizationis miniſterium proſequi, ac ſalutaribus hujuſmodi populum monitis, et doctrinis ad eamdem fidem reducere, in illaque firmare ferventius inſiſtatis; nos, ut amplicra deſuper vobis adminicula ſuffragentur, Regis præfati, necnon Joannis in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis ut in terris prædictis ad habitandum domos et loca quæcumque de novo recipere, necnon omnibus et ſingulis gratiis, privilegiis, Indulgentiis, facultatibus et conceſſionibus præfatis uti, ac etiam in ſingulis ipſarum terrarum villis, atque locis, a quibus tunc Epiſcopi Catholici, inibi diœceſani, ultra duas dietas legales remoti fuerint, ea quæ ad hujuſmodi Epiſcopalem dignitatem pertineant, exercere, alias juxta conceſſiones præmiſſas libere, liciteque valeatis, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium indulgemus, non obſtantibus modificationibus et reſtrictionibus, per ipſos Urbanum V. prædeceſſorem, et Urbanum nominatum VI. ut præfertur, factis, aut conſtitutione ejuſdem piæ recordationis Bonifacii Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri, prohibente, ne Fratres Ordinum Mendicantium, ſive in civitate, ſive villa, vel quovis Caſtro, aut alio loco ad inhabitandum quæcumque, domos, vel loca de novo recipere, ſeu eatenus recepta mutare præſumant, abſque Sedis prædictæ licentia, ſpecialiter faciente plenam & expreſſam de iſta prohibitione mentionem, necnon aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ MCCCCXXXIII. *pridie Kalen. Octobris anno* III.

XIV. Promotus eſt hoc anno ad Epiſcopatum Capritanen. in mari Mediterraneo, ſub Archiepiſcopatu Amalphitano frater Franciſcus Veliternus, ſacræ Theologiæ profeſſor, per ceſſionem fratris Franciſci Fauranti ejuſdem Inſtituti, X. Kal. Julii. Ad Dognen. neſcio an Dionen. ſub Archiepiſcopatu Spalatenſi, frater Hugo Tornetus, per obitum fratris Nicolai, etiam Minoritæ, VI. Kal. Auguſti. Ad ſanctæ Juſtæ in Sardinia, ſub Archiepiſcopatu Arboren. frater Petrus de Villena, per obitum Antonii, XVI. Kal. Octobris. Ad Bethlehemitanum in Syria, ſub Patriarcha Hieroſolymitano, frater Dominicus ſacræ Theologiæ Magiſter, per translationem Joannis ad Cavallicen. VII. Kalend. Octobris. Ad Cronen. ſub Archiepiſcopatu Naupacten. Frater Matthæus, lector ſacræ Theologiæ in Conventu Quinqueeccleſien. per obitum N. II. Nonas Septembris. Ad Arien. ſub Archiepiſcopatu Creten. Frater Nicolaus Salma, ex eadem inſula oriundus, per obitum fratris Joannis de Vanno ejuſdem Inſtituti, XVI. Kal. Decembris. Ad Malacen. corrupte in codice Vaticano, *Maglonen.* in regno Granaten. Frater Martinus, per obitum N. XIX. Kalend. Januarii. Cereten. an forte Cariaten. in regno Neapolitano, unitum Geruntino, ſub Archiepiſcopatu Roſanen. vel Tereten. ſub Archiepiſcopatu Coloſſen. frater Joannes, per obitum Nicolai, IV. Kalend. Januarii. Marrochiorum in Africa frater Bartholomæus Civitatenſis, ſive de civitate Roderici, per obitum Petri, Nonis Martii. Ad Eccleſiam Montis-Capararum titularem frater Cornelius, III. Idus Maii.

Frat. Franciſcus Epiſcop. Capritan.
Item alter Franciſcus.
Fr. Hugo Dognen. & Fr. Nicolaus.
Fr. Petrus S. Juſtæ.
Frat. Dominicus Bethlehemit.
Frater Matthæus Cronen.
Fr. Nicol. Arien.
Fr. Martinus Malacen.
Fr. Joannes Cereten.
Fra. Bartholom. Marroch.
Fr. Cornel. Montis Capararum.

XV. Inſtituti ſunt Pœnitentiarii in Baſilica ſancti Petri, & Romana Curia, frater Joannes Scheffchin. & frater Guillelmus Piardi, in ſacra Theologia Baccalaureus. Inquiſitor deputatus eſt Venetiis, & in Marchia Taruiſina, Magiſter Scholarius a Monte Ilcino. Floruiſſe hoc tempore in Conventu Ariminenſi Magiſtrum Franciſcum de Arimino, in ſcholaſticis di-

Frat. Scholarius Inquiſitor Marchiæ Taruiſinæ.
Fr. Franc. de Arim.

Digitized by Google

Rodul. fol.269.
Matth. de Leccio.

diſciplinis egregie doctum, ſcribit Petrus Rodulphus, & in urbe Neapolitana, & fratrem Matthæum de Leccio, ſancti Bernardini ſocium, teſtatur Summontius, eumque ſumme carum Joannæ ſecundæ Reginæ ſuaſiſſe, ut celeberrimum ſanctæ Mariæ Annunciatæ Xenodochium refeciſſet, ampliaſſet, ditiſſimis poſſeſſionibus locupletaſſet. Primum ipſa poſuit hoc anno lapidem Kalendis Februarii, ibique poſtea ſepulta eſt. Obiit hoc anno

B. Gerardinus.

Tudelæ apud Vaſcones beatus Gerardinus, ſacræ Theologiæ Magiſter, vir doctiſſimus & ſanctiſſimus. Ejus corpus poſt annos ſeptuaginta exhumatum apparuit integrum & illæſum. Translatum eſt ad ſacellum principale, & conditum nobili ſepulcro ad latus Evangelii, quod paraverat nobilis Varaizorum familia, retenta ſibi, ob ſancti Viri reverentiam prima illius ſepultura. Singulari quadam veneratione colitur a Tudelanis.

Nider. li.3. c.15.

XVI. Ultionis divinæ erga Religioſorum oppreſſores exemplum, quod hoc tempore accidit in Germania, hic libet exſcribere ex Joanne Nider, viro religioſo, & candido auctore: *In oppido*, inquit, *Columbarum, in Baſileenſi diœceſi, hoc, quod nunc refero, accidit. Fuit & eſt Conſulatus ibidem, nonnumquam ſatis gravis & immiſericors Conventibus & Monaſteriis, atque Clero inter muros civitatis ejuſdem reſidentiam habentibus. Venit igitur in mentem civibus & Conſulatui, & concluſerunt, ut murus civitatem ambiens, per novum antemurale muniretur per circuitum civitatis totius, velut chlamyde quadam, quod opus diviſim debebat perſolvi a ſingulis artificum ſocietatibus, quas* Zunftas *vocant, ſed cum magnæ expenſæ ad hoc opus exigerentur, coarctavit oppidum ipſum Monaſteria, & Conventus omnes, tam Mendicantium Ordinum, quam poſſeſſionatores, ut pro ſua rata, partem murorum, ſicut Zunfſtæ perſolvere deberent. Et exinde, ut quiſque ſciret, per quantum tractum ſpatii murus per eum erigi deberet, depingebantur in muro majori, ex oppoſito antemuralis erigendi certa ſigna pro ſingulis Zunfſtis, & Monaſteriis, ut ſic palam videretur quo in loco cujuslibet ſolutoris terminus, & finis eſſet. Civitas autem ipſa, ſeu oppidum de re publica artifices, & materiam muri, ac miniſtros illius operis conduxit, & expenſas primo horum omnium ſolvit, ſed poſtmodum paratam pecuniam a ſingulis recepit. Videntes hoc Fratres Dominicani, & Ordinis Minorum, ac Eremitarum ſancti Auguſtini, quorum Conventus ibi habentur, allegabant ſe pauperes eſſe, & impotentes ad ſolvendum tale opus, etiam pro ſua rata, imo & Canonicas ſanctiones in contrarium ſuæ coactionis allegaverunt. Sed apud ruſticam gentem nihil profecerunt. Erectum eſt itaque antemurale, & ſigna primo poſita, ac termini civibus præfixi, atque Monaſteriis, quæ reditus aliquot poſſiderent: ac præterea pro trium Mendicantium rata; poſtremo vero pro Zunfſtis ſecularium, ſeu artificum. Et poſtquam opus fere in circuitu perfecte erectum eſt, divino & juſto, ut creditur, Dei judicio, antemurale uſque ad fundum cecidit una hora, pro illa ſolum præciſe parte, quæ nomine Mendicantium Religioſorum erecta fuit: omnia vero, quæ in antemurali prædicto, per cives & per Zunfſtas ſoluta fuerunt, ſteterunt illibata & illæſa, prout ipſe vidi*, ait Nider, *& multorum intuitus oculorum de hoc obſtupefacti ſunt. Oportuitque, ut nollent, vellent, cives collapſa de ſuo ærario reerigerent, maxima conſecuta confuſione.*

Gravamen religioſorum ulciſcitur Deus.

Conv. Seſſanus, *Gonz. in Prov. Neapolit. Conv. 12.*

XVII. Aruncæ, vulgo *Seſſa*, in regno Neapolitano conſtruxerat Antonius Marzanus, urbis Dux, magnificum Cœnobium ſancto Bernardino, ejuſque diſcipulis conferendum. Renuenti Viro ſancto admittere, quia paupertatis terminos, & leges ſtrictioris vitæ, quas ſuis ſectatoribus præſcribebat, exceſſerat, aliud prope urbem in loco amœno, & vagi proſpectus

hoc

hoc anno ædificavit, juxta normam ab eodem Dei ſervo delineatam. Vidi ipſe ædem, & valde mihi placuit ſitus & ſtructura. Ibidem voluit nobilis fundator ſepeliri loco humili in pavimento.

XVIII. Nobilis vir Ludovicus de Liſtenoys Dominus loci de Monteacuto, Claromontenſis Diœceſis, obtinuit hoc anno facultatem domum Fratribus Obſervantibus ædificandi in loco idoneo, infra Diœceſim Eduenſem: *Pia devotorum*, IV. Nonas Septembris. Ubi autem ædificaverit, non invenio. Gonzaga narrat, apud Caſtriodonis oppidum conſtructam domum a Philippo de Vienna, Liſtenenſium Domino, anno MCCCCXLIX. ſed poſt annum MCCCCLXIII. ab eodem ædificatam ſcribit Piquetus. Quid ſi conſanguineus, aut filius, voluerit pii Ludovici votis ſati sfacere? Iterum de hoc ipſo agemus.

Conv. Caſtriodonis. *Gonz. in Prov. S. Bonav. Conv. 26. Piquet. de eadem Prov. Ann. 1449.*

XIX. Incolæ oppidi Vallis-viridis, vulgo *Valverde*, quod ab Hiſpalenſi urbe IX. M. P. diſtat, ſub hunc annum Minoritas Obſervantes, qui in quodam Eremitorio ad Bætis fluvii marginem procul habitabant, ad ſe vocatos commodo donarunt Cœnobio, prope oppidum, ſub titulo ſancti Franciſci de Monte. Poſt aliquot annos, propter diuturnæ peſtis ſtragem, & infelicium temporum calamitates, redacti ſunt incolæ ad ſummas anguſtias, & multa alibi oportuit Minoritas Eremitoria paupercula deſerere, quæ in Commendam, & perpetuam adminiſtrationem data ſunt Clericis ſecularibus. Sub horum cura, ſeu potius incuria ſqualuerunt & viluerunt pia loca, donec meliori obducta rebus facie, paulatim reſtituta ſunt primis ſtructoribus, & reſtaurata piorum eleemoſynis. Domum hanc refecerunt, qui vicos & oppida incolebant vicina, præſertim de *Burguillos*, & Caſtro candido, vulgo *Caſtelblanco*, & aliquot pii viri Hiſpalenſes, qui auctoritate Apoſtolica curarunt, anno MDXCVI. reſtitui Minoritis. Huc undique confluunt latiſſimorum arvorum cultores, Eremitæ multi, qui in ſaltu Aquilonari humilibus antris vitam degunt ſolitariam, & pii cives Hiſpalenſes imaginem miraculoſam beatæ Virginis Mariæ veneraturi. Fugerunt aliquando Fratres omnes ſævientis circumquaque peſtis periculum, relicto uno dumtaxat, qui domum cuſtodiret. Eſurivit hic, nec erat qui panem porrigeret, neque unde famem pelleret, habebat. Proſtratus coram ſacra Virginis effigie, ſuas querelas expoſuit, dixitque ſe poſt reliquos abiturum, eique Cœnobii claves relicturum, niſi ſuæ conſuleret egeſtati. Vix verba protulerat, quando pulcherrimus juvenis præ foribus adſtitit, qui potu & cibo abunde miniſtratis diſparuit. Obiit hic religioſiſſimus vir frater Bernardinus a Laredo, laicus, egregius medicus in ſeculo, qui aliquot pios & utiles ſcripſit tractatus. Ejus ope ſumma fiducia uſus eſt Joannes II. Rex Portugalliæ in ſuis infirmitatibus, & in ejus patriam donavit certam quantitatem piperis, cinnamomi, aliarumque ſpecierum Indiæ Orientalis, quæ hodie univerſis domibus Provinciæ Angelorum, confirmato dono per Philippum ſecundum, diſtribuitur. Claruit maxima abſtinentia, patientia, caritate, taciturnitate, & orationis aſſiduitate, magnamque exercuit in Dœmones poteſtatem, contra quorum inſidias lignea Cruce tribus clavis affixis utebatur. Monialem epilepticam, præter omnium medicorum ſpem atque ſententiam, in Monaſterio ſanctæ Claræ de Columna priſtinæ ſanitati reſtituit.

Conv. Vallis viridis. *Gonz. in Prov. Angelorum Con. 7. Mon. MSS. hujus Prov.*

Bernardin. a Laredo.

XX. In nobili & opulento oppido Goveæ, Diœceſis Conymbricenſis in Luſitania, ante hoc tempus habitabant Minoritæ in oratorio ſancti Spiritus, pauci tamen numero, & ſub obedientia unius Vicarii. Hoc anno conceſſit Eugenius, ut augeretur numerus, & erigeretur in domum Conventualem, aucta fidelium caritate, qui abundantius ſolito dabant eleemoſynas: *Piis*

Conv. Goveæ.

Gonz. in Prov. Portug. Conv. 20.

fidelium votis , IV. Kalendas Julii . Multa hic conſpiciuntur nobilium ſepulcra , magnoque erga hanc ædem affectu feruntur populi vicini . Diximus alias , hic etiam haberi partem reliquiarum ſanctorum Martyrum Minoritarum , qui in ipſis primordiis Religionis paſſi ſunt Marrochii .

Tom. 1. an. 1220. n. 47.

Conv. de Clare.

XXI. Incidimus hoc anno in duo monumenta Hibernica , unum , in quo Pontifex hortatur fideles , ut ad reparationem Conventus de Clare , Tuamenſis Diœceſis , & conſtructionem campanilis ſua præſtarent ſubſidia , & multas inſuper Eccleſiam viſitantibus pro determinato tempore largitus eſt indulgeotias : *Licet is , de cujus munere* , XIV. Kalendas Octobris . Aliud , per quod Conventus de Connych , ſive de Coinhe , Laonienſis Diœceſis , originem didicimus , & ſundatorem , quæ alias nos diximus ignoraſſe . Hoc anno Pontifex licentiam conceſſit nobili viro Maccon , Macna-Marra , *Duci* , inquit , *Clandcullyen* , ut illum ædificaret pro Fratribus Regularis Obſervantiæ : *Piis fidelium votis* , VI. Idus Octobris . Quæ circa domum hanc occurrebant dicenda , tunc exhibuimus , cum arrepta occaſione Conventus vicini de *Inish* , de illa ſumus præfati . Moneo hic primum mihi occurriſſe *Ducis* titulum in gente Hiberna , per omnia , quæ diſcuſſi , monumenta , neque audio ab eo ad poſteros tranſmiſſum . An vere Ducali dignitate fulſerit , vel titulum hunc ſuppoſuerit ejus Procurator in Curia , vel *Ducis* nomen hic ſumatur pro capite familiæ , non auſim definire . Monuerim ſecundo primum hunc eſſe , quem ſciam , Conventum in Hibernia pro Fratribus Regularis Obſervaotiæ ab origine extructum .

Con. de Coinhe. Tom. 8. an. 1150. n. 24.

Conv. Cortonæ.

XXII. In civitate Cortonienſi duo hoc tempore Cœnobia , unum Fratrum , alterum Monialium ex uno oratorio Sororum tertii Ordinis emanaverunt . Vivebant in culmine civitatis Tertiariæ aliquot prope oratorium , in quo jacebat corpus beatæ Margaritæ Cortonienſis , propter cujus crebra miracula frequentiſſima offerebantur donaria . Sub Pontificatu Bonifacii IX. Hugutius , Franciſcus , & Aloyſius Domicelli , tunc in prædicta urbe Vicarii Imperiales , & urbis Communitas , pro majori prædicti corporis veneratione , cogitarunt , ex donis ad ſepulcrum oblatis conſtruere amplam Eccleſiam , & Monaſterium pro Sororibus prope oratorium , & domum alteram vicinam pro Fratribus Minoribus , qui Sororibus inſervirent , & in prædicta Eccleſia ſacra peragerent , pro quo obtinuerunt Bonifacii licentiam . Sed urgentibus bellis , & multiplicatis calamitatibus , uſque ad hoc tempus opus non potuit compleri . Ita tandem factum eſt , ut Fratres in ædibus contiguis oratorio remanſerint , & Sorores ad novum Monaſterium tranſierint . Dubitarunt tamen ne cenſuras incurrerint propter admiſſam illam domum abſque nova Pontificis licentia , a quibus ut abſolvi poſſent , commiſit Eugenius facultatem Præpoſito Cortonienſi : *Ad ea ex Apoſtolicæ* , XVI. Kalendas Maii .

Gonz. in Prov. Tuſcia Conv. 2.

XXIII. Spectaſſe olim illud oratorium ad Monachos ſancti Baſilii , deinde tranſiiſſe ad Clericos ſeculares , ſcribit Gonzaga . Sed error facile ortus eſt ex oratorii titulo ; nuncupabatur enim *ſancti Baſilii* . Habeo inſtrumentum Ildebrandini Epiſcopi Aretini , qui concedit anno MCCXC. licentiam ipſi beatæ Margaritæ ædificandi in Podio ſupra Eccleſiam de ſancto Marzaoo templum , ſub nomine ſanctorum Baſilii & Ægydii Confeſſorum , & ſanctæ Catarinæ virginis & martyris . Eccleſiam hanc ipſa ſemper retinuit , & poſt mortem remanſit penes Sorores , quas in ſuo habuit conſortio , ibique tumulata eſt . Deinde tranſiit ad Fratres Minores Provinciæ Etruriæ , qui , nobiliori conſtructa Eccleſia , curarunt corpus prædictum novo & pulchro condi ſepulcro prope ſummum Altare .

XXIV. Quieſcunt etiam ibidem corpora venerabilium Patrum Cortonienſium, Juliani, qui ob ſingulares dotes, & vitæ integritatem Provinciæ Tuſciæ creatus eſt tertio Vicarius, Jacobi, ferventiſſimi concionatoris, aſſidua oratione, & ſpiritu prophetico illuſtris. Seggianis tribulationes & calamitates poſt annos triginta venturas vere prædixit. Petulanti juveni malum medicum in eum, dum verba faceret ex ſuggeſtu, jacienti, violentam mortem, quam paulo poſt paſſus eſt, prophetavit. Et Andreæ paupertatis evangelicæ obſervantiſſimi, beati Bernardini Senenſis ſocii fidiſſimi, qui centenarius maxima ſanctitatis opinione deceſſit, mortis die prænunciato.

Julianus Cortonien. Jacobus Cortonien. Andreas Cortonien.

XXV. Accidit in hac Civitate ſub principium exorientis Regularis Obſervantiæ, ut vir quidam Fratres execraretur, & uxor amaret, atque ille dolium defæcati vini repoſuiſſet ſuo tempore vendendum, illa toto anni curriculo, marito inſcio, miniſtraret ex illo vaſe ad Altaris miniſteria, & frequenter ad bibendum vinum neceſſarium. Pacto tamdem pretio, cum emptori vellet maritus vinum prælibare, anxia mulier ad Fratres accurrit, ut pro ſe orarent, & ecce dum exhauſtum fere vas a viro detegitur, ſtatim cœpit exuberare. Myſterium dum ab uxore percepit, magnopere deinceps Fratres dilexit, & vineam, ex qua vinum collegit, legavit cuidam Xenodochio Cortonienſi, ea lege, ut Fratribus ſingulis annis certas penderet vini menſuras.

Multiplicat Deus quod ſuis ſervis datur.

XXVI. Hæc de Fratrum diximus domicilio: Quod addamus de Sororum Monaſterio non habemus, præterquam quod ſcribit Gonzaga, a paupertate illarum, quæ inhabitant appellari domum *pauperculorum Sororum*, & numerum frequenter pervenire ad octogeſimum. Conceſſit hoc anno Pontifex indulgentiam viſitantibus in die Annunciationis beatæ Virginis Mariæ, Eccleſiam Conventus ſancti Franciſci Cremonenſis, quam multipliciter commendat: *Inter deſiderabilia cordis*. xii. Kalend. Martii.

Monaſt. Cortonien.

XXVII. Monaſterium urbis Vincentinæ circa hoc tempus extructum fuiſſe, ſcribit Gonzaga, & primas fundatrices evocatas ex Cœnobio Veronenſi, quarum magiſterio optima floruit illic diſciplina. Reliqua ignorantur, deperditis ſcripturis. Hoc anno indulſit Pontifex Sigiſmundo Imperatori, ut in oppido Tretſienſi, Zagrabrienſis diœceſis, in ſuo regno Hungariæ, domum ædificaret Clariſſarum: *Inter cuncta divinæ*. xii. Kalend. Februarii.

Monaſt. Vincentin. *Gonz. in Provin. S. Anton. Mon.* 3. Monaſt. Tretſienſe.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. Imperiali Corona a ſummo Pontifice cohoneſtari deſiderans Sigiſ-
„ mundus in Italiam deſcendit, & Mediolani ferreo diademate
„ cinctus, tamdem aliquot poſt menſes Romam perventus, ab Eugenio
„ Imperii Romanorum inſignia, maxima cum ſolemnitate accepit, ſubinde-
„ que in Germaniam regreſſus eſt. Eugenius interea, expeditis litteris
„ pro Monialibus de Monte-Cœli ad Archiepiſcopum Florentinum: *Hu-*
„ *milibus &c.* xii. Kalend. Martii; iii. Kalend. Julii Prioratum ſancti
„ Amantii Monaſterio Clariſſarum de Amiliano villa, Ruthenenſis diœ-
„ ceſis univit: *His per quæ &c.* v. Idus præfati pro electione Presbytero-
„ rum in capella Monaſterii de Benico: *Sacroſancta &c.* iii. vero Idus
„ pro controverſia inter Clariſſas, & Benedictinas: *Humilibus &c.* Idibus
„ Septembris litteras Martini V. in quibus omnia loca Fratrum de Obſer-
„ vantia ex decreto Conſtantiæ non poſuerat, confirmavit, locaque enu-
„ meravit per Breve tenoris, qui ſequitur.

Sigiſmundus coronandus in Italiam venit. *Indic. ex Vatic.* Confirmat Conſtitutionem Martini V. pro Obſervantia.

Anno Christi 1433.	Eugenii IV. anno 3.	Sigismundi Imp. anno 23.	Religionis Minorum anno 226.

EUGENIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

„ 1. EX Apoſtolicæ nobis deſuper injunctæ ſervitutis officio, ad ea liben-
„ ter intendimus, quæ perſonarum Eccleſiaſticarum quarumlibet,
„ præſertim ſub ſuavi Religionis jugo, & regulari obſervantia ſuæ Altiſſi-
„ mo vota reddentium, quies & commodum procurentur; & ut ea, quæ
„ pro eorum ſtatu conſervando, ac in melius dirigendo provide proceſſiſſe com-
„ perimus, illibata perſiſtant, libenter, cum a nobis petitur, Apoſtolico
„ munimine roboramus.
„ 2. Dudum ſiquidem fel. record. Martinus Papa V. prædeceſſor noſter;
„ ut univerſi, & ſinguli Metinæ de Campo, de Valleoleto, de Cuellar, ſancti
„ Dominici de Siiis, ſancti Michaelis de Monte, ſancti Francisci de Monte,
„ ſancti Franciſci de la Salſeda, ſancti Franciſci de Arevalo, ac ſancti Franci-
„ ſci de Conſtantina, Salmaticenſis, Segovienſis, Burgenſis, Palentinenſis,
„ Conchenſis, Cordubenſis, Toletanenſis, Abulenſis, & Hiſpalenſis Diœce-
„ ſum, & aliarum (infra Caſtellæ, & Legionis Provincias) Regnorum
„ Caſtellæ, & Legionis conſiſtentium domorum Ordinis Fratrum Minorum
„ de Obſervantia nuncupatorum, juxta modum ipſius Ordinis inſtitutorum,
„ Guardiani & Fratres præſentes & futuri, omnibus & ſingulis exem-
„ ptionibus, libertatibus, prærogativis, privilegiis, & gratiis, necnon
„ ſtatutis & ordinationibus, tam per generalem Synodum Conſtantienſem
„ ante, & poſt adjunctionem, ſive unionem Hiſpanicæ Nationis eidem Syno-
„ do, quam etiam deinde per eum in ſuæ ad ſummi Apoſtolatus apicem aſ-
„ ſumptionis primordiis, dilectis filiis univerſis de ſancto Audomaro, de Va-
„ renis, & de Dola, Morinenſis, Remenſis, & Biſuntinenſis diœceſum,
„ & aliarum infra Franciæ, Burgundiæ, Vuxonenſis Provincias conſiſten-
„ tium domorum dicti Ordinis, juxta modum prædictum inſtitutarum, Guar-
„ dianis & Fratribus, ſeu in eorum favorem ſub quavis forma, & expreſ-
„ ſione verborum conceſſis, & editis, quorum omnium tenores ſuis haberi
„ litteris voluit pro expreſſis, ex tunc in antea uti, & gaudere, libere,
„ & licite poſſent, ac ſi illa eis, & in eorum favorem ſpecialiter, & expreſ-
„ ſe conceſſa & edita fuiſſent, eiſdem Caſtellæ, & Legionis Regnorum,
„ & Provinciarum domorum hujuſmodi Fratribus per quaſdam primo, &
„ deinde ad ſupplicationem cariſſimi in Chriſto filii noſtri Joannis Caſtellæ,
„ & Legionis Regis illuſtris per alias ſuas litteras, omnibus dumtaxat ſub
„ Regulari Obſervantia pro tempore degentibus, in Hiſpaniarum partibus
„ conſiſtentibus dicti Ordinis Fratribus; ut quondam Pacificus Hiſpanus
„ ejuſdem Ordinis profeſſor, pro prima vice, & ſucceſſive ipſi, ſeu ex eis ad
„ hoc pro tempore deputati, Generale Capitulum ejuſdem Ordinis ubi, quan-
„ do, & quoties eis videretur, indicere, tenere, & ad hoc aliquos de Ob-
„ ſervantia hujuſmodi Fratres convocare, in ipſiſque Capitulis ex dictis Fra-
„ tribus partium prædictarum, ſecundum morem dicti Ordinis, ſingulos
„ Provinciales; ac una cum illis Fratres de Obſervantia prædicti,
„ unum, qui ab hujuſmodi Ordinis de Obſervantia hujuſmodi Fratribus, ac
„ etiam per ipſos de Capitulo pro tempore deputatos, confirmari deberent,
„ & tenerentur: ipſoſque Fratres de Obſervantia, & eorum domos, & lo-
„ ca in dictis partibus dumtaxat pro tempore conſiſtentia viſitando: & quæ
ſe-

„ *ſecundum Deum, ac Regularis Obſervantiæ bujuſmodi inſtituta ibidem*
„ *corrigenda, & emendandu cognoſcerent, ſervuta tumen forma eis in Ca-*
„ *pitulis bujaſmodi pro tempore tradita, corrigendi, reformandi, & emen-*
„ *dandi, uliaque in præmiſſis, & circa eu oppertunu faciendi, diſponcudi,*
„ *& exequendi poteſtatem buberent per ſe, vel ulios, quos ad boc deputan-*
„ *dos ducerent eligere, deputare, & ad Vicariatum bajuſmodi officia aſſu-*
„ *mere, in dictiſque Capitulis, tam circa vocationem, & abſolutionem bu-*
„ *juſmodi Vicariorum, & aliorum quorumtumque Officialium ſuorum offi-*
„ *ciorum, domorum, & locorum quorumlibet; electionem quoque, iuſtitutio-*
„ *nem, & confirmationem, quam circa difinitores, uc ipſarum domorum,*
„ *& locorum bujuſmodi viſitatores in quolibet Capitulo deputandos, & alia,*
„ *quæ circa obſervantiæ bujuſmodi conſervationem, regimen, & proviſionem*
„ *eis qaomodolibet neceſſaria, & opportuna viderentur, facere, ſtatuere,*
„ *& ordinare, ac exequi, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, &*
„ *alia juris remedia, per ſe, vel alios compeſcere valereut, conſtitutionibus,*
„ *& ordinationibus Apoſtolicis, uc privilegiis, exemptionibus, indultis, &*
„ *litteris Apoſtolicis Ordini Fratrum Minorum, & perſonis ejus per Sedem*
„ *Apoſtolicam, vel ulias, ſub quavis forma verborum in genere, vel in ſpe-*
„ *cie conceſſis; etiamſi de illis & eorum totis tenoribus ſpecialis, & expreſ-*
„ *ſa, ac de verbo ad verbum mentio babenda fuiſſet; ſtatutis quoque, &*
„ *conſuetudinibus domorum, & Ordinis Fratrum de Obſervautia prædicto-*
„ *rum, etiam juramento, & confirmatione Apoſtolica, ſeu quacumque fir-*
„ *mitate alia roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcumque non obſtauti-*
„ *bus: plenam & liberam facultatem, uuctoritate Apoſtolica conceſſit: de-*
„ *cernens irritum & inane, ſi ſecus ſuper bis a quoquam, quavis auctoritate*
„ *ſcienter, vel iguorauter contigeret attentari; prout in dictis litteris ple-*
„ *nius continetur.*
„ 3. *Nos igitur earumdem litterarum omnium tenores præſentibus pro*
„ *expreſſis baberi volentes, cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Mariæ, Caſtel-*
„ *læ, & Legionis Reginæ Illuſtris, ejuſdem Regis conſortis, in bac parte*
„ *ſupplicationibus inclinati, tam exemptionum, privilegiorum, libertatum,*
„ *prærogativarum Concilii in eo, quod Guardianorum, & Fratrum, Pro-*
„ *vinciarum, Regnorum Caſtellæ, & Legionis domorum favorem dumta-*
„ *taxat concernunt, quam prædeceſſoris conceſſiones bujaſmodi, necnon om-*
„ *nia & ſingula per litteras prædictas, & per illas, ut præfertur, conceſſa, ac*
„ *in eis contenta; necnou quæcumque inde ſequuta, auctoritate Apoſtolica,*
„ *ex certa ſcientia confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communi-*
„ *mus*
„ 4. *Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis, & commiſſionis infringe-*
„ *re &c. Datum Florentiæ anno Incarnationis Dominicæ* MCCCCXXXIII.
„ *Idibus Septembris, Pontificatus noſtri, anuo* III.

„ II. Ceterum cum Miniſter Generalis nonnulla conceſſiſſet cuidam
„ dam fratri Julio, id Eugenius de benignitate Apoſtolica ratum habuit:
„ *Ad boc diſponente &c.* VI. Idus Octobris; quando Neocorcinii in Pro-
„ vincia Boemiæ Congregatio Capitularis intermedia habebatur. Et Illu-
„ ſtriſſima Domina Joanna, Major nata Franciæ, & Duciſſa Britanniæ, fœ-
„ mina inclytæ virtutis, & notæ pietatis diem ſupremum clauſit, tumulata
„ in Eccleſia noſtri Conventus Guingampenſis.

Joanna Franciæ, Duciſſa Britanniæ &c. moritur, tumulaturque in Eccleſia Guingampenſi.
Indic. ex Vatic. Caſim. Bluvn.

AR-

ARGUMENTUM.

Eugenius Pontifex Romanas declinaturus turbas Florentiam proficiſcitur. Multarum Provinciarum Inquiſitionem in Gallia confirmat fratri Poncio Minoritæ. Plurimos inſtituit Epiſcopos. Obſervantes in Hiſpania ſubduntur Vicariis. Jacobus Picenus redit e Boſna. Præficitur Fratribus Hieroſolymitanis Jacobus Delfinus Obſervantinus. Albertus Sartianenſis prædicat fructuoſe in Lombardia, & ſcriptis coarguit immodeſtum ſcriptorem. Multiplicantur domicilia.

Martinus V. indixit Concilium Baſileen.

I. EUGENII Pontificis ex urbe fugam, & cauſas hic narratnrus, altius repeto breviter malorum originem. Martinus V. juxta Conſtantientis Concilii decreta de proſequenda Eccleſiaſtica reformatione, Concilium Ticini indixit. Graſſante ibidem peſte, juſſit Senas transferri. Hic cum ex multis nationibus convenirent, & ex quorumdam Principum largitionibus multa contra Martinum molirentur, Conventum diſſolvit, ſtatuitque poſt ſeptem annos Synodum generalem Baſileæ celebrandam. Hanc inchoavit anno MCCCCXXXI. ſuæ vitæ ultimo, ope Sigiſmundi Regis Romanorum, Præſide Juliano Cardinale Cæſarino.

Eugenius IV. confirmavit, ſed poſtea infirmavit

Eugenius prædeceſſoris ſui inſtitutum ſecutus, indictionem Concilii confirmavit eo fine, ut de moribus fidelium reformandis, de Curia Romana in melius mutanda, de Boemorum motibus, turbis, ſeditionibus componendis, & hæreſibus comprimendis, mature & prudenter ageretur. Confluente ex univerſo orbe Latino maxima Prælatorum multitudine, cum ſub ſpecie reformandæ Reipublicæ Chriſtianæ, pleraque Romanæ Eccleſiæ privilegia, eaque in primis, quæ maxime erant neceſſaria, omnino tollere, & antiquare ſtuderent, Eugenius Legato Apoſtolico revocato, Concilium diſſolvit.

Excitantur contra Eugenium turbæ.

Qui illuc convenerant ægre hoc ferentes, quorumdam malis artibus, & conſiliis eo uſque proruperunt dementiæ & furoris, ut Pontifici ſæpius diem dixerint, & primam Sedem temere voluerint judicare. Contra reluctantem, aliquando paterne increpantem, aliquandiu patienter conniventem, concitarunt Philippum Ducem Mediolanenſem, Italiæ Imperio inhiantem, Columnenſes, propter ſimultates inviſos, alioſque Romanos. Miſſis copiis Latium, Romanamque ditionem in ſuam poteſtatem redegerunt, & urbem in ſummas anguſtias adduxerunt, facta populi commotione, querentis ſe Eugenii cauſa in tantum diſcrimen adactum. Poſt captum præ oculis Cardinalem Camerarium, Franciſcum Condelmarium, nepotem, ut vitæ conſuleret, aut

Eas declinaturus fugit Florentiam.

vincula fugeret, clam ſe ſubduxit hoc anno Nonis Junii, Monachum cucullo ementitus, ſocio quodam cive Neapolitano. In cymba dilapſum ut ſciverunt, per ſinuoſos fluminis receſſus proſequuti ſunt Romani indignis contumeliis, miſſis etiam lapidibus, haſtilibus, & ſagittis. Superatis tamdem difficultatibus, ad Oſtiam perveniens Eugenius, triremem piratæ Vitellii conſcendit, adjunctiſque aliis navigiis, quæ domeſticos, & Curiales ad Centumcellas, concitato curſu ſequutos, exciperent, ſexto poſt die portum intravit Piſanum, deinde Florentiam pervenit, in vigilia Nativitatis ſancti Joannis Baptiſtæ, illi genti ſolemniſſimæ, maximis exquiſitiſſimiſque pompæ apparatibus exceptus. Hac in urbe annos ſeptem commoratus omnium adverſariorum vires contrivit, Concilium Florentinum indixit, unionem Eccleſiæ Græcæ cum Latina perfecit, Romam glorioſe revertit, ut ſuis annis amplius referemus.

II. An-

II. Antequam Roma diſcederet, ad inſtantiam Miniſtri Generalis confirmavit in officio Inquiſitionis tot Provinciarum, Comitatuum, & Civitatum, quot in diplomate recenſentur, fratrem Pontium Feugeyronis Minoritam, ſacræ Theologiæ profeſſorem, Ab Alexandro V. primo inſtitutum, mox a Martino V. approbatum, uti ſuperius retulimus. Exhibeo confirmationis diploma, ſed anno ſequenti datum Florentiæ.

Confirmatur in Inquiſitione Galliæ frater Pontius.

An. 1418. n. 2. & an. 1419. n. 1.

Dilecto filio Pontio Feugeyronis Ordinis Fratrum Minorum, & in Theologia profeſſori, necnon in Provinciis, Civitatibus, Diœceſibus, Comitatibus, Principatu, ac terris, & locis infra ſcriptis hereticæ pravitatis Inquiſitori, ſalutem.

III. *Paſtor ille cœleſtis, & Epiſcopus animarum, qui de ſinu Patris æterni ad mundi infima, carne noſtræ mortalitatis aſſumpta, deſcendit, ut genus humanum, quod poſt primi parentis lapſum vetuſta ſub peccati jugo ſervitus detinebat, clementer ac miſericorditer liberaret, in mundo converſatus, nos ſalutaribus inſtruxit exemplis, errantium omnium deſiderare ſalutem, dum nonaginta novem relictis, ovem illam erraticam, & vagabundam, morſibuſque luporum expoſitam, ad caulam ſuis humeris reportavit. Nos igitur, qui dicti Paſtoris vices, licet inſufficientibus meritis, gerimus in terris, pias ejus admonitiones deſuper amplectentes, ſummis deſideramus affectibus oviculas per abrupta & ſcopulos infidelium errantes, ad ovile Dominicum reducere, nec non illuminatis errorum præcipitiis, inter ſalvandos greges, in noſtræ villicationis redditione patrifamilias fideliter annotare. Sane dudum ad quondam Alexandri, in ejus obedientia V. nominati, auditum deducto, quod in Arelaten. Aquen. & Ebredunen. provinciis, necnon in Lugdunen.. Viennen. Bellicen. Gratianopolitan. Maurianen. Gebennen. Valentinen. Vivarien. Dien. Tarantaſien. & Auguſten. civitatibus & diœceſibus, & in omnibus terris, atque locis infra dictarum Provinciarum, & Diœceſium terminos conſtitutis, ac in Delphinatu Comitatibuſque Provinciæ Folcalquerii, & Venayſſini, ac in Principatu Auraicen. necnon in Civitate noſtra & diœceſi Avenionen. plerique neſcientes in ſemitis juſtitiæ dirigere greſſus ſuos, ſed per diverſa Catholicæ fidei, ac etiam ſacris Canonibus adverſa, ſeu contraria, per quæ ſe & multos ſimplices ſecum trahebant damnabiliter in gehennam, conabantur dogmatizare, quodque nonnulli Chriſtiani & perfidi Judæi infra eoſdem terminos conſtituti, novas ſectas & prohibitos ritus eidem fidei repugnantes inveniebant, quos ſaltem in occulto dogmatizabant, docebant, prædicabant, & affirmabant, erantque etiam intra ipſos terminos multi Chriſtiani, & Judæi, ſortilegi, divinatores, dæmonum invocatores, criminatores, conjuratores, ſuperſtitioſi, Augures, utentes artibus nefariis & prohibitis, quibus Chriſtianum populum, ſeu pleroſque ſimplices illarum partium maculabant, & pervertebant. Præterea quidam præfatorum Judæorum nonnullos neophytos, ſeu ad eamdem fidem noviter de Judaica cæcitate converſos ad rejudaizandum, ſeu ad ritus Judaicos execrabiles reſumendum, directe, vel indirecte, mediate, vel immediate inducere ſatagebant, necnon ipſorum, quem Talmud appellabant, aliiſque libris ſuis, plures tam ſcriptos, quam etiam alios damnatos errores publice aſtruebant, quibus uſi corda ſimplicium etiam ſæpe maculabant, & confundebant, invehentes contra fidem Catholicam, & doctrinam veritatis, atque etiam in ſua lege Moſaica multifarie deficientes.. Demum etiam quidam Chriſtiani, & Judæi illarum partium non verebantur aſſerere, quod uſura non eſſet peccatum,*

Ex lib. 1. de Regular. & diver. formis an. 4. fol. 114.

Luca 15. 5.

Digitized by Google

*tum, aut recipero decem pro centum mutuo datis, ſeu quidquam aliud ultra
ſortem, in his, & ſimilibus, atque in nonnullis aliis ſpiritualibus & gravibus
peccatis multipliciter excedebant, & pleroſque deludebant, idem Alexander
tunc V. nominatus, volens ejuſdem fidei cultum ampliare, necnon hujuſmodi er-
rores, & pravitates extirparo, tibi per quaſdam ſuas litteras commiſit, primo
ut ad extirpationem omnium hujuſmodi pravitatum & errorum, ab eiſdem
terminis & partibus vigilanter inſiſtens, tibi contra ipſos Chriſtianos & Ju-
dæos, qui hujuſmodi errorem fovere, ſeu aſtruere, defendere, aut alias ſequi
præſumerent, atque eorum fautores, receptatores, defenſores, & ſequaces
inquirendi, eoſque citandi, examinandi, & contra ipſos uſque ad diffinitivam
ſententiam incluſive procedendi, prout juris foret, & rationis, ſummarie &
de plano, necnon abſque judiciorum, & advocatorum ſtrepitu, & forma ju-
dicii, illoſque quos per inquiſitionem hujuſmodi dictos errores committere,
aut fovere, ſeu alias in aliquo præmiſſorum culpabiles, aut etiam pravitates
exercere reperires, juxta eorumdem delinquentium exceſſus & demerita, pu-
niendi, per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia tam Juris, quam conſuetudinis
remedia opportuna, appellatione poſtpoſita, compeſcendi, invocato ad hoc, ſi
opus foret, auxilio brachii ſecularis, ac omnia alia, & ſingula in præmiſſis,
& circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna, exequendi, ſtatuendi,
& ordinandi, juxta datam tibi a Domino prudentiam, plenam & liberam
conceſſit facultatem. Et deinde felicis recordationis Martinus Papa V. præ-
deceſſor noſter per alias ſuas litteras facultatem præfatam, ac omnia in ipſis
prioribus litteris contenta, auctoritate Apoſtolica approbans, & confirmans,
te Inquiſitorem hæreticæ pravitatis in omnibus, & ſingulis terminis ſupradi-
ctis, juxta præfatarum priorum litterarum tenorem atque formam, auctori-
tate præfata deputavit, aliiſque pleriſque tunc adjectis, prout in ipſis litte-
ris plenius continetur. Nos itaque ſuper eo, quod tu, quem Dominus chariſ-
matum largitor omnium, diverſis gratiarum donis inſignivit, ad hujuſmodi
exercendum officium ſufficiens & idoneus exiſtis, fide dignorum plurimorum
relatibus informati, necnon deputationem, facultatem, & alias litteras
præfatas, ut uberioris Apoſtolici muniminis præſidio ſolidentur, eadem au-
ctoritate approbantes, illas, & quæcumque inde ſecuta ſubſiſtere debere de-
cernentes robore firmitatis. Et nihilominus te eſſe in Provinciis, Civitatibus,
Diœceſibus, Comitatibus, Principatu, ac Terris, & locis præmiſſis, ejuſ-
dem pravitatis Inquiſitorem, auctoritate præfata conſtituentes atque depu-
tantes, ſimili te facultate fulcimus, univerſis & ſingulis diſtrictius inibi
mandantes Chriſtifidelibus, ut tibi in his omnibus, quæ ad officium hujuſ-
modi pertinent, efficaciter pareant et intendant, et quoties eos requiſieris,
auxiliis, conſiliis, et favoribus aſſiſtant opportunis. Non obſtantibus omni-
bus, quæ dictus prædeceſſor in ipſis ſuis litteris non obſtare voluit, ceteriſque
contrariis quibuſcumque. Datum Florentiæ, anno Incarnationis Dominicæ*
MCCCCXXXIV. VI. *Kalend. Martii*, *anno* IV.

Fr. Lucas Inquiſitor in partibus Venetis.
Ex lib. 18. Bullarum fol. 100.

IV. Erat etiam hoc tempore Inquiſitor in partibus Venetis, & Mar-
chia Tarviſina frater Lucas Cionis, ſacræ Theologiæ profeſſor, cui ut aſſi-
ſteret Epiſcopus Caſtellanus contra Rogerium de Bertona, hæreſis labe,
& diverſis aliis fidem Catholicam concernentibus erroribus reſperſum, hoc
anno Pontifex reſcripſit. Pœnitentiarius in Baſilica ſancti Petri, & in Cu-
ria Romana, creatus eſt frater Joannes Lupi, ſacræ etiam Theologiæ pro-
feſſor.

Fr. Petrus Epiſc. Almerien.

V. Epiſcopi instituti ſunt, Almerien. in Bætica, ſub Archiepiſcopatu
Hi-

Hiſpalenſi, frater Petrus Aſtingen. ſacræ Theologiæ Doctor, per mortem Jacobi. II. Januarii. Guadicen. titularis in regno Granatæ, ſub Maurorum jugo, frater Ferdinandus de Atienſa, Pœnitentiarius Apoſtolicus in Baſilica ſancti Petri, per obitum alterius Petri. III. Nonas Martii. Cervien. in Romandiola, ſub Archiepiſc. Ravennate, frater Alermus, per obitum Petri. XVI. Kalend. Maii. Poſſonen. & Companen. in Boſna, frater Antonius Bogdanomich, per obitum N. pridie Kalend. Aprilis. Boſſen. aliis Roſſen., ſed corrupte, ſub Archiepiſc. Raguſino, frater Joannes de monte Martini, per obitum alterius fratris Joannis: *Inter ſollicitudines*. Kalendis Septembris. Capirinenſis, ſeu Biduanenſis, & Viſoranenſis Eccleſiarum in Boſna invicem canonice unitarum, frater Stephanus Radoſomich Pædoſanus, per mortem Petri: *Dum ad univerſas orbis*, pridie Idus Aprilis. Libanien. in Inſulis Canariis frater Joannes de Baeza Hiſpanus, Vicarius, uti ſuperius diximus, inſularum Canariæ, per obitum Alphonſi: *Apoſtolatus officium*. IV. Kalend. Octobris. Vencomporien. in Armenia, ſub Archiepiſcop. Sergiopolis, frater Joannes Slethter, ſacræ Theologiæ profeſſor, per obitum Conradi: *Apoſtolatus officium*. VI. Kalend. Novembris. Caprulen. ſub Patriarcha Veneto, frater Lucas Mudatius, per translationem Andreæ ad Auximanam: *Apoſtolatus officium*. IV. Idus Septembris. Sabarien. in Pannonia ſuperiore, frater Petrus Gother, ſacræ Theologiæ profeſſor, per obitum Joannis: *Attentæ conſiderationis*. XV. Kalend. Novembris. Nathuren. ſub Patriach. Conſtantinopolitano, frater Joannes Joannis, ſacræ Theologiæ Baccalaureus, per obitum fratris Eraſmi: *Suſcepti cura regiminis*, pridie Kalend. Decembris. „ Mi-
„ den. frater Willelmus, per obitum alterius Willelmi: *Divina diſponente*,
„ Kalend. Septembris.

Fr. Ferdinandus Guadicen.
Fr. Alermus Cervien.
Fr. Antonius Poſſonen.
Fr. Joan. Roſſen.
Fr. Stephanus Capirinen.
Fr. Joann. Libanien.
An. 1423. n. 7.
Fr. Joann. Vencompor.
Fr. Lucas Caprulen.
Fr. Petrus Sabarien.
Fr. Joann. Nathuren.
ADDITIO ALIORUM
Fr. Willem. Miden.

VI. Superius dixi quam ægre ferebant Obſervantes, ſe propriis Vicariis deſtitutos per ſtatuta Capituli generalis Aſſiſii, ad Conventualium regimen revocari. Hiſpani hoc anno, Reginæ Mariæ interceſſione, obtinuerunt ut ad priſtinum ſuum gubernium, juxta Concilii Conſtantienſis decretum, redire liceret: *Ex Apoſtolicæ Sedis*. Idibus Septembris. Aſſumpto fratre Joanne de Baeza, primo Vicario Inſularum Canariæ ad Epiſcopatum, ſubſtitutus eſt frater Franciſcus de Moya, cum ampliſſima facultate alium ſubſtituendi, & reliqua neceſſaria faciendi, pro more aliorum Vicariorum, præſertim Corſicæ, & Sardiniæ: *Ad ea quæ Catholicæ fidei*. IV. Idus Novembris.

Ann. 1430. n. 24.
Ann. 1431. n. 5.
Obſervantes in Hiſpania redeũt ad priſtinum regimen.
Fr. Franciſc. de Moya Vicarius Canariæ.

VII. Beatus Jacobus Picenus hoc anno ex commiſſione, & Vicariatu Boſnenſi reverſus, officio renunciavit in manibus fratris Antonii de Guarrano, qui Miniſtri Generalis in partibus Italiæ vices gerebat, multiſque munitus privilegiis & indulgentiis, benigne & honorifice habitus a Pontifice Florentiæ, ſimul cum fratre Nicolao Auximano, viro piiſſimo, iterum anno ſequenti redire coactus eſt, majori fultus auctoritate, multiſque privilegiis munitus, & Nicolaus paulo poſt inſtitutus eſt Guardianus Hieroſolymitanus.

Jacobus Picenus renunciat Vicariatui Boſnæ.
An. 1438.

VIII. Circa hoc tempus propter varias querelas male adminiſtrati regiminis locorum Terræ ſanctæ per Patres Conventuales, decrevit eiſdem locis præficiendum eſſe unum ex Obſervantibus, ſed cum facere omiſiſſet Miniſter Generalis in Comitiis Ordinis, anno proxime elapſo celebratis, & Guardianum inſtituiſſet fratrem Scolarium a Monte Ilcino, de quo ſupra, in ſacra pagina Magiſtrum, hæreticæ pravitatis Inquiſitorem, Pontifex hunc ad ſe venientem, ut neceſſaria impetraret privilegia pro bono Terræ

Traditur regimẽ Hieroſolymorũ Obſervantibus.
An. 1431. n. 15.

ſanctæ regimine, excitavit ut officio in ſuis manibus renunciaret, ſubſtituitque fratrem Jacobum Delphinum, nobilem Venetum, Regularis Obſervantiæ profeſſorem. Ne vero inglorius remaneret Scolarius, ſcripſit ad Miniſtrum Generalem, ut illum aliquo decoratet honore: *Propter bonas eauſas*. IV. Auguſti.

Albertus Sartianenſis ſcribit cōtra Antoniū Panormitam.

IX. Albertus Sartianenſis per urbes Lombardiæ hoc anno, magno animarum fructu Dei Verbum ſeminabat. Monitus a doctis & piis viris, Antonium Panormitam, alias eruditum & eloquentem auctorem, clanculum diſtribuiſſe obſcœniſſimam & impudentiſſimam opellam, *Hermaphroditum* nuncupatam, quam etiam nuper accepi MSS. & cum rubore cœpi verſare, vehementer indoluit, & eo ſollicitius curavit calamo obſiſtere, aliiſque mediis remedium adhibere, quo certius erat periculum licentioris ætatis adoleſcentes corrumpendi: *Ne*, inquit ille ſcribens ex Rodigio, *ipſa noſtri temporis juventus indomita, cui per ætatem prona in pericula via eſt, amplius ac deſperatius corrumpatur; cum certo ſciamus, abſque hujus deteſtabilis auctoris incitamentis, ad luxuriam, eamque fœdam, atque inhumanam, in ea pubeſcentis adoleſcentiæ ætate campus vitiorum quam late pateat, quamve adoleſcentium conditio magnis expoſita periculis nutet*. Et in epiſtola ad Chriſtophorum Ariminenſem valde conqueritur de hoc genere virorum eruditorum, publicaque impudentia peccata celebrandi: *Nunc vero*, inquit, *quod luctuoſiſſimum eſt, quis niſi injuſtus æquo animo ferat? eum apud pleroſque illorum, qui litteris expoliti haberi volunt, uſque adeo præſtantia eruditionis flagitiorum labe permixta ſit, & tantis libidinoſarum ſordium ſpurcitiis, ac fæce corrupta, nec minore ſuperbiæ tumore cæcata, ut omnem ſtudiorum, artium, doctrinarum, ac præſertim eloquentiæ ſplendorem & copiam, tum recte & ſolum videantur aſſecuti, ſi honeſta omnia præceptorum documenta ad licentiam impiæ maledictionis trajiciant, aut ad procacitatem deteſtandæ temeritatis traducant; aut denique ad magiſterium nefandæ eruditionis, & fœdam luxuriam alternæ corruptionis convertant. Hi profecto ignari ſunt, eruditionem ac voluptatem, duas res repugnantes, nullo modo poſſe conjungi, nedum apud Chriſtianos, quos Deus haud quaquam* in immunditiam, *ut tuba illa Evangelii, Paulus Apoſtolus aperte teſtatur*, verum

1. Theſ. 4. 7.

in ſanctificationem vocavit. *Sed ne apud Gentilium quidem quoſdam præclariores, qui ex communi vulgi errore in aliquam veritatis lucem emerſiſſe, atque evaſiſſe crediti ſunt. Eſt enim nonnulla, etſi non integra laus, vitia noſtra pudoris velamento protegere, quæ paſſim effuſa poſſunt ceteros ingentis jacturæ colluvione nefaria violare, obtecta vero quamvis ſe deſperatius nefandiſſimis flagitiis dedunt, nequaquam alios majore damnatione corrumpunt. Solum enim crimen hæreſeos eſt, cujus labes, quo ſecretius ſerpit, eo non tam morum, quam fidei ædificia demolitur, & fundamenta veritatis evertit; quo vero apertius adverſatur, facilius reſiſtendo obteritur, nec effugiis latentium tenebrarum obtegitur, nec abditis ſceluſi cubiculi conſovetur*. „ Et tamen

Additio Patris Lucæ Waddingi.

„ obſcœniſſimum opus prius ad familiares miſſum, perrexit Panormita „ publicare, quod innatum quidem hoc eſt impudicis poetis vitium, quæ „ turpia componunt, clam amicis primum oſtendere, deinde furtive in „ apertum producere. Miſerat Panormita impium hunc fœtum Antonio „ Luſco Poetæ, & Poggio Florentino illius ætatis facundi, & venuſti ſermonis Viro, in Urbe commorantibus, mollis quidem genii, ſimiliſque „ cum Panormita ingenii hominibus, quippe libellum non otioſe, neque „ leviter, ſed ſerio, & inverecundis elogiis commendarunt. Etſi Poggius „ vere faſſus ſit: *Ita in eo multa exprimi turpiuſcula, ut non enarrari, ſed*

„ *agi videantur*, *neque ficta jocandi cauſa*, *ſed acta exiſtimari poſſint*.
„ Erant tamen omnia adeo perpetuis Cymeriis digna, ut continere ſe non
„ poſſet Poggius, quin *pro caritate qua omnibus ſe debitorem agnoſcebat*,
„ *rogaret*, *ut deinceps graviora meditaretur*, *& miſſam faceret tantam in*
„ *dicendo licentiam*, *reſque ſerias deſcriberet*, *ne argueretur vita impura*
„ *libelli obſcœnitate*; ſed ſurdo cecinit; longa enim reſpondit epiſtola Pa-
„ normita, jocari, ludere, laſcivire, mollique verſu canere ſibi ad inſtar
„ magnorum poetarum licere. Utramque habeo epiſtolam ſub finem im-
„ puri, & inverecundi libelli MSS. ſed & prodierunt inter reliquas Panor-
„ mitæ epiſtolas Venetiis impreſſas.

X. In ditione Principum Eſtenſium inſoleſcere cœperunt mulieres, & pavonum more longas caudas ducere. Albertus, ut erat diſciplinæ Chriſtianæ tenax, hujuſmodi vanitates exoſus, perſuaſit Nicolao Principi Eſtenſi, ut ſevera lege caveret, abſciſſis caudis hujuſmodi abuſus, & inutiles ſumptus ablegari. Patavii prædicanti incerto rumore nunciatum fuit, legem hanc ſalutarem revocatam fuiſſe, nec ferre potuit, quin ad Principem Leonellum, Nicolai filium, a ſe bonis moribus inſtructum, patre ad peregrinationem Lauretanam profecto, litteras daret: *Nihil*, inquit, *aliud Princeps clariſſime*, *velim*, *niſi pro te ipſo primum omnem ſanctimoniæ puritatem*, *nitorem morum*, *& tui tuendi nominis*, *conſervandæque famæ omnia præclara præſidia*. *Pro tuo autem populo inſtitutiones ſanctiſſimas conſervari*, *& novas*, *quoad per te fieri poteſt*, *quotidie augeri*, *quibus & fræna perditis adhibeantur*, *& bonis ad virtutem aditus latiſſime pateat*. *Hæc idcirco dixerim*, *quoniam ad me nuper neſcia quis rumor*, *utinam inanis*, *attulerit*, *eas leges*, *quas dixeras caudarias a patre tuo*, *ut ajunt*, *muliebri importunitate devicta*, *ante ſuæ peregrinationis profectionem abrogatas fuiſſe*. *Alii vero contra*, *tanta illum dicunt conſtantia in ſententia perſtitiſſe*, *ut quantumlibet nobilibus viris*, *pro fœminis ſuadentibus*, *ne ad horam quidem in hoc dedecus*, *non modo fœditatis*, *ſed levitatis aſſentiri*, *ſi tamen aut nobiles*, *aut viri habendi ſunt*, *qui ad levitatem fœmineam ſatiandam*, *ab honeſtorum morum firmitate deſciverint*. *Addunt quoque plerique* (*quod præclaræ quidem virtutis eſt*) *enim*, *quem dixi patrem tuum*, *non jam amplius ſupplicantium muliercularum moleſtias ferre valentem*, *& viris & mulieribus adverſantibus reſpondiſſe*: Si qua eſt mulier, quæ ſe malam haberi velit, aut ſi quis eſt maritus, qui malit ſcortum ſuam conjugem, quam uxorem putari, iis caudas dumtaxat ferre concedimus. Ceteras vero & graves & honeſtas matronas portare caudas prohibemus, etiam edicto publico. Quippe, quas etiam ſtatutæ jam per nos pœnæ ſubjici volumus, ſi ſecus quam ſtatuerimus facere auſæ fuerint: O *vere præclaram vocem*, *& Chriſtiano Principe dignam*, *quæ viros effeminatos perculit*, *& muliebrem repulit impudentiam*, *quæ ſtabilis ſententiæ latæ firmitatem oſtendit*; *imo gravis animi teſtimonium*, *& ad reliquos emulandæ virtutis exempla tranſmiſit*. *Quale enim eſſet*, *mi Leonelle cariſſime*, *ut lex heri lata*, *hodie abrogaretur*? *Nonne & majeſtatem levitatis*, *& conſcientiam criminis argueret*?

Et contra caudas mulierum Ferrarienſium.

XI. Sub anni finem ex urbe Vincentiæ ad Paulum Conſodalem per litteras laudantem, doctiſſimam ſcripſit epiſtolam, qua & laudatoris benignitatem, & ſuam exponit humilitatem: *Omnia*, inquit, *in litteris tuis præclara mihi videntur*, *præter laudes meas*, *quas tamen abs te non tam ridicule dictas*, *quam veraciter creditas*, *quamvis falſas*, *inde tuo benevolentiſſimo animo perſuadeo*. *Non enim fugit iſta ſententia majores noſtros*, *doctiſſimos Eccleſiæ viros*, *quos non piguit dicere*, *facile quidem eſſe videre*, *& vera in-*

 fide-

fideliter, & non vera fideliter diei poſſe. Nam qui, ajunt, *ſic credit, ut loquitur, etſi non vera loquitur, fideliter loquitur. At vero contra, qui non credit quod loquitur, etſi vera loquitur, infideliter loquitur. Tu igitur, cum ea de me credis, quæ mihi ſentio deeſſe, fideliter non vera dixiſti: ſed quod fideliter dixeris tuæ dilectioni attribuo. At vero quod non vera ſcripſiſti, Franciſco noſtro Mareſeballo imputare debebis; cui tamen de falſitate minus ſuecenſeo, qui talem me prorſus exiſtimans, talia dixit, & tanta tibi de homine non ſolum ignaro, ſed extremæ profeſſionis abjectiſſimo abortivo, benigniſſime potius quam veriſſime pollieitus eſt.* Anno ſequenti egregium tractatum dedit ad Eugenium IV. ſummum Pontificem contra Martyrum vituperatores.

Conv. S. Severini. Gonz. in Prov. Marchiæ Conv. 29.

XII. Ad quingentos paſſus ab oppido ſancti Severini in Piceno, milliaribus ſeptem a Camerino, conceſſum fuit hoc anno Fratribus Obſervantibus Monaſterium ſanctæ Mariæ *de gratiis*, a frequentibus miraculis ad conſpectum devotiſſimæ imaginis beatæ Mariæ Virginis ibidem factis, ita nuncupatum, ſpectabat ad Moniales Ordinis ſancti Benedicti, quarum duæ dumtaxat, quæ ſupererant, alio translatæ ſunt. Beatus Pater Gabriel Anconitanus, tunc provinciæ Vicarius, Pontificis auctoritate domum admiſit, refectiſque ruinis evocavit ex loco inculto & montoſo, & parvo tuguriolo in mediis finibus oppidorum Matellicæ, Cinguli, & ſancti Severini, ad prærupti montis ſancti Vicini radices conſtituto, Fratres, qui inhabitarent. Oppidani neceſſaria quæque, maxima liberalitate ſubminiſtrant.

Conv. Parmenſis.

XIII. Similiter prope urbem Parmenſem, inter Placentiam & Cremonam in Lombardia, Macrobii, viri doctiſſimi, & Caſſii poetæ Laureati patriam, extra portam Pediculoſam, fuit Monaſterium antiquum *della vecchia religione* nuncupatum, Monialium ſancti Baſilii, anno MCCXI. conſtructum, ab annis quadraginta derelictum, & ruinoſum. Anno MCCCCXIX. reditus fuerunt a Martino V. adjudicati Bernardo Carpenſi Epiſcopo, & hoc anno ædificium conceſſum fratri Jacobo de Primaditiis Bononienſi, ut in uſum adoptaret Fratrum Regularis Obſervantiæ, ſub nomine beatæ Virginis Mariæ: *Piis ſupplicum votis*, v. Idus Februarii. Poſſeſſionem autem paulo poſt accepit, accedente conſenſu Dalphini Epiſcopi, qui tunc aberat in Concilio Baſileæ, ut conſtabit ex inſtrumento producendo ſub annum MCCCCXLV. in Regeſto. Refecit ille domum univerſam, & Eccleſiam ab Annunciatione ejuſdem Virginis appellavit. Poſtea nobilioris reddidit ſtructuræ Orlandus Palavicinus, magnifici Orlandi nepos. Demum anno MDXLVII. totam deſtruxit Petrus Ludovicus Farneſius Parmenſium Dux, circumducto vallo, extructiſque arcibus, ut urbi ab ingruente hoſte caveret. Domo deſtitutos Fratres in ſuam recepit Joannes de Riva, pius Presbyter, Eccleſiæ ſanctorum Gervaſii & Protaſii parochus, eamque ædem eiſdem perpetuo concedi a Paulo III. impetravit. Ibi habitarunt uſque ad annum MDLXVI. quo alium novum Conventum ædificare cœperunt, jacientibus die IX. menſis Maii. Octavio Farneſio Duce, & Epiſcopo de Brugneſo, Parmenſis Suffraganeo, primum lapidem, coram frequenti populi multitudine. Huc translata ſunt oſſa Pauli Piſſotti Parmenſis, olim Miniſtri Generalis Ordinis Minorum, cujus Epitahium dabimus, cum de homine ejuſque obitu fuerit ſcribendum.

Idem in Prov. Bonon. Conv. 6. Bonav. Angelus in hiſtor. Parm. anno 1211. & 1147.

An. 1534.

Conv. Cunei. Idem in Prov. Genua Con. 23.

XIV. Hoc anno Alphonſus Hiſpanus, Tertii Ordinis ſancti Franciſci ſectator, cum quibuſdam ſociis obtinuit a civibus urbis Cunei, in regione Pedemontana, Eremitorium beatæ Mariæ de Angelis ſacrum, in quo frequentia edebantur miracula ad invocationem & cultum devotæ cujuſdam imaginis Virginis ſanctiſſimæ. Joannes Tortellius, civis Cuneanus, fundum

con-

conceſſit, in quo fidelium, maxime Tortellii eleemoſynis, domicilium fabricavit. Paulatim hic deficientibus Tertiariis, ſucceſſerunt Obſervantes, ita deprecante apud Pontificem urbis Senatu, ædeſque reficiente. Magno concurſu huc confluit populus, tum ob frequentia miracula, quæ ibi contingunt; tum ob Indulgentias ab Eugenio Pontifice hoc anno conceſſas; tum demum propter venerationem corporis beati Angeli Clavaſii, Summæ Angelicæ auctoris ibidem ſepulti.

XV. Circa hunc annum frater Martinus a Zerezeda, ſacræ Theologiæ Magiſter, Eremitorium ſancti Michaelis de Barrieta M. D. P. ab oppido Laredo, in provincia Cantabriæ diſſitum, pii populi votis ſatisfacturus, in templum, & domum Fratrum Regularis Obſervantiæ, ſub titulo ſancti Sebaſtiani, Comitis de Haro, aliorumque fidelium ſubſidiis adjutus, convertit. Cum vero oppidani vellent ut propius Fratres accederent, propter incommodam, maxime hyemali tempore, viam, obtinuerunt facultatem a Leone X. deinde a Clemente VII. ut transferrent Conventum ad locum propinquiorem. Reſtiterunt Sacerdotes ſeculares longo tempore, donec ſæviſſima graſſante peſte, Presbyteris abeuntibus, & Fratribus ſuum impendentibus obſequium (in quo occubuerunt ex contracta lue frater Joannes Caſtaneaceus Guardianus, & reliqui omnes Fratres, uno dempto Novitio) Laredana communitas in gratiarum actionem novum Conventum prope oppidum, poſthabitis quibuſcumque contradictionibus, anno MDLXIX. in honorem beatæ Mariæ Magdalenæ conſtruxerunt, ementibus tamen Religioſis fundum ex eleemoſynis aliunde acquiſitis.

Conv. Laredi. Idem in Prov. Cantabr. Con. 14.

XVI. Varias invenio, in variis etiam Diplomatibus, conceſſas hoc anno facultates ædificandi Monaſteria Regularis Obſervantiæ Fratribus. Conſtantino de Fara, & Nicolao de Traguria provinciæ ſancti Angeli in regno Neapolitano indultum fuit, ut duo Cœnobia in provincia Spalatenſi. Fratri Ægidio de Egal, unum in regno Hungariæ. „ Item fratri Gregorio de „ Thetes alia duo Cœnobia conſtruendi in eodem Regno: *Piis fidelium* „ *votis &c.* III. Idus Octobris. „ Fratribus Durando Lapelli, Magiſtro in ſacra Theologia, & Petro Angiliberti Claromontenſis domus incolis, alteram in aliquo oppido, villa, vel caſtro in Barbonii, vel Alatrinæ Ducatibus. Ottoni Duci Brunſvicenſi, unum in aliquo loco commodo ſui Ducatus, poſſent ædificare. Quid circa hæc factum ſit, ignoramus; indicare tamen breviter volumus, ut ſi aliquando occurrant Cœnobia in his partibus, ignoti temporis, & incerti auctoris, poſſint fortaſſis aliquibus conjecturarum adminiculis ad hos prænominatos reduci.

ADDITIO ALIORUM.

XVII. Hoc anno ſanctus Bernardinus initium dedit vitæ regularis ſub primo ſanctæ Claræ Inſtituto, puellis in urbe Bergomenſi cohabitantibus in quodam collegio, miris modis conſtructo. Duo mercatores Normanni procul a Bergomo, nocte tenebroſa & tempeſtuoſa, per ſilvas, maximo vitæ diſcrimine aberrantes, voverunt ſi Bergomum incolumes appellerent, ſe Eccleſiam beatæ Mariæ conſtructuros. Emiſſo voto, ſtatim ſemitam quamdam albeſcentem conſpexerunt, & breviſſimi temporis ſpatio ad urbem pervenerunt. Ingreſſi turrim ſemiconſtructam, in eminente urbis parte, ut noctis reliquum ſub tecto tranſigerent (non enim erat illis diverſorii opportunitas) dum invicem ſe cohortarentur ad voti ſolutionem, ne ingratitudinis arguerentur, glorioſam Virginem, puerum Jeſum ulnis geſtantem, roſis circumdatam viderunt. Quibus rebus Epiſcopo Brixienſi per ordinem relatis, & per Epiſcopum Martino V. renunciatis, decretum eſt ut eo ipſo in loco promiſſum templum ſub titulo *ſanctæ Mariæ de Roſis* conſtruerent.

Monaſt. Bergomen. Idem in Prov. Brixiæ Mon. 3.

Ita

Ita factum eſt, & paulo poſt prope eamdem Eccleſiam duas cellulas ſibi conſtruxerunt duo conjuges Bergomates opulenti, qui plus æquo prius mundi vanitatibus ſtudebant. Uxor laſciviens, dum aliquando ſollicitius diſcriminandis crinibus, exornandoque capiti intenderet, quatuor dæmones capiti & humeris inſidentes, per oppoſitum ſpeculum conſpexit. Quo horribili ſpectro territa in faciem corruit, & rem totam viro ſupervenienti aperuit. Hinc ſumpta occaſione, vitam in meliorem mutare decreverunt, diſtributiſque in pauperes facultatibus, prædictas cellulas ſibi poſuerunt, in quibus raro paupertatis & virtutis exemplo, ad mortem uſque perſeverarunt: ac tamdem cum vita functi, genibus flexis, manibus complicatis, inventi fuiſſent, in eadem Eccleſia honorifice tumulati ſunt. His permotæ piæ aliquot fœminæ, & nobiles puellæ, ibidem cohabitarunt, hos æmulaturæ. Quibus tamdem religioſum præſcripſit, uti diximus, ſanctus Bernardinus Inſtitutum.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

,, I. SAncti Angeli caſtrum, quod pro Eugenio cum eſſet, arcta obſidio-
,, ne Romani cingebant: cum his erat quidam Ricius natione Hiſpa-
,, nus, qui per aſtutiam arcem promiſit. Erat audax & fallax, areanique
,, tenax: crediderunt Romani, & Hiſpanus ſe transfugam fingens, in ca-
,, ſtrum admiſſus, excogitatum dolum Gubernatori aperuit, cui maxime
,, placuit, unde in unum conſentientes, rumores & clamores validos exci-
,, tarunt in arce, ut proditorie capta: ſuper muros populo accito, vinculis
,, conſtrictis præcipuis Officialibus oſtenſis, arcis portæ apertæ, & pontes
,, demiſſi ſunt, ut ad votum ingredi poſſet. Ad hæc creduli nimis obſeſ-
,, ſores, nihil cunctati ovantes & geſtientes, in arcem præcipitabant ingreſ-
,, ſum, at undecim de primoribus vix ingreſſis, repente elevati pontes, &
,, obſerrata porta, dolum aperuerunt, qui tamen profuit cunctis. Etenim
,, illi undecim captivi, dimiſſi, libertatem Cardinali Condolmerio Pontifi-
,, cis nepoti, & pacem attulerunt Urbi. Compoſitis rebus, Eugenius Fran-
,, ciſcum Sfortiam Conſalonerium, ut ajunt, Eccleſiæ creavit, & additis
,, aliis titulis in Nicolaum Fortembracium acerrimum hoſtem dimiſit.

Plura Pontifex conceſſit Fratribus, & vetavit. *Ind. ic. ex Vatic.*

,, II. Interea Pontifex plura pro noſtris hoc anno Brevia expedivit.
,, Pro fratre Jacobo, ut poſſet eligere Confeſſorem: *Humilibus &c.* Kal.
,, Januarii. Pro Monialibus de Monte Domini Florentinis: *Sinceræ devo-*
,, *tionis &c.* VII. Idus ejuſdem. Fratri Joanni Lupo creato Pœnitentiario:
,, *Religionis zelus &c.* IV. Idus. Pro conſtructione Domus Ritinenſis pro
,, Obſervantibus: *Sacræ Religionis &c.* IV. Jannarii. Vetuit etiam Fra-
,, tribus ingredi Septa Monialium Florentinarum: *Ut inter &c.* XIII. Kal.
,, Martii; & VI. Kal. ejuſdem fratrem Franciſcum Giremdum ad Benedi-
,, ctinos dimiſit: *Solet Sedes &c.* ſed pridie Kal. duo loca in Provincia Spa-

Ex copia.

,, laten. conceſſit. VIII. autem Idus Martii contra nonnullos Fratres extra
,, Religionem vagantes litteras expedivit: *Exigit tuæ &c.* deinde IV. Kal.
,, Maii pro Confraternitate ſancti Nicolai Bartinone: *Injunctum nobis &c.*
,, IV. Idus Septembris ſancto Bernardino Senenſi, ut ſex Cœnobia poſſet
,, conſtruere, facultatem dedit: *Piis ſupplicum &c.* quo tempore Fratribus
,, Provinciæ Marchiæ pro librorum uſu Breve direxit: *Sacræ Religionis &c.*
,, & de eadem re Epiſcopis Anconitano & Firmano: *Hodie ſiquidem &c.*
,, Tranſitum ad Ciſtercienſes fratri Joanni indulſit Nonis Octobris: *Reli-*
,, *gionis zelus &c.* Monaſteria Montis-Lucis, & beatæ Mariæ Angelorum
,, univit X. Kal. Novembris: *Humilibus &c.* XIII. Kal. Decembris expedi-

ta

,, ta diſpenſatione pro quodam fratre Andrea: *Solet Sedes &c.* Agnetem
,, Clariſſam ad Benedictinas abire permiſit: *Humilibus &c.* xv. Kalendas
,, Januarii.
,, III. Antequam ſanctus Joannes Capiſtranus regularem Obſervan-
,, tiam in Sileſiam, regionem cultiſſimam atque ditiſſimam, inter Poloniam,
,, Moraviam, Luſatiam, & Boemiam introduceret, duo illuſtriſſimi fratres
,, germani, Albus & Conradus nominati, ipſius regionis Duces & Domini
,, in *Coslen*, Cœnobium apud *Coslen*, oppidum in Diœceſi Uratislaviæ, in
,, Sileſia, ſub invocatione ſanctæ Mariæ Angelorum, ſancti Franciſci, & ſan-
,, ctæ Barbaræ, pro noſtris Minoritis conſtruxerunt, & impetrata facultate a
,, ſacro Baſileenſi Concilio, per eoſdem hoc anno MCCCCXXXIV. Fratres in *Bern. Sannig. in Chron. MSS.*
,, eas ædes ab Epiſcopo Uratislavienſi ſolemniter intromiſſi fuere. Porro
,, Synodi Baſileenſis litteras his deſuper expeditas, & incipientes: *Sacro-*
,, *ſancta Generalis Synodus Baſileenſis &c.* dat. Baſileæ anno MCCCCXXXIV.
,, Nonis Novembris, plumbeo pendente, ſigillo ſigillatas atque munitas,
,, adhuc in quodam Regeſto ſervari, in Boemiæ Provinciæ Chronicis, nu-
,, per ab Adm. R. P. Bernardo Sannig conſcriptis, legitur. De quodam *Infra ad ann. 1438. & 1455.*
,, Conventu Deiparæ Virginis Angelorum Cunei apud Pedemontanos agit
,, Waddingus ſub hoc anno num. XIII. ſed eo nos plenius de eodem paulo
,, infra agemus. Hæc inter Cracoviæ Fratres Boemi & Poloni ſua Comitia
,, intermedia tenent.

ARGUMENTUM.

Jacobus Picenus in Boſnam a Pontifice remandatur, multa præclare & mirabiliter operatur in ædificationem fidei, & converſionem hæreticorum, præſertim Manichæorum. A Sigiſmundo Imperatore vocatur, ut promoveat concordiam inter Patres Concilii Baſileenſis & Boemos. Mittuntur Minoritæ invitaturi Orientales ad Concilium Generale. Baſileenſes ſuo decreta confirmant Conſtantienſe circa regimen Obſervantum. Decernitur perpetua pax inter quatuor Ordines Mendicantes. Creantur Epiſcopi. Jacobus Rex Neapolis fit Minorita. Moritur beata Angelina Corbarienſis. Beata Coleta præſcribit normas vivendi Monaſteriis a ſe reformatis. Multiplicantur domicilia.

I. JACOBUS Picenus quantumvis anno præterito ſe exonerare voluerit Vicariatu Boſnenſi, a Miniſtro Generali ſibi commiſſo, hoc anno a Pontifice denuo amandatus eſt, ut reformationem plene ſtabiliret, & fidem Chriſti in illo regno languentem, doctrinæ cœleſtis ſpiritu renovaret. Patres etiam Concilii Baſileenſis plurima ei commiſerunt agenda & examinanda in illo regno, aliiſque Hungariæ provinciis. Regredientem fictis honoribus excepit Stephanus Tuertbo Raſciæ & Boſnæ Rex, qui in ſuperiore Myſia late imperabat, & ſubjectis litteris ſalutavit. Semper ille perſtitit in tuendis Fratribus caſtri Jayzæ, de quibus ſupra diximus, donec tandem precibus & rationibus beati Jacobi coactus, potiori conſilio proviſum eſt religioſo decori, & Fratrum conſcientiæ. Jayza urbs erat regni aliquando caput, in edito monte ſita, in mediterranea Illyrici regione, quam duo amnes circumfluunt, præruptiſque rupibus, & vadis obfirmant, pro qua obtinenda, tuendaque cruente & pertinaciter anno MCCCCLXIII. dimicatum eſt inter Matthiam Corvinum, & Mahumetem Otthomannum.

Jacobus Picenus remititur in Boſnam.

Rex ei infidus.

An. 1432. n. 16.

Re-

Reverendo in Chriſto Patri, Domino Jacobo de Marchia Prædicatori, & Vicario Boſnenſi, amico noſtro cariſſimo.

STEPHANUS TUERTBO Dei gratia Rex Boſnæ.

Ex autographo.

II. *REverende in Chriſto Pater, amice noſter cariſſime. Pridem petiti, & requiſiti per veſtram Paternitatem, vobis in litteris noſtris miſimus, ut in partibus regni noſtri libere & ſecure veniendo, fidem Dei, ſicut & alias veſtri anteceſſores, prædicare poteritis, & nos juxta poſſibilitatem noſtram vos honore, quo poterimus, ſuſcipiendo, habere & tractare tamquam amicum ſtudebimus & volumus. Sed ecce modo auribus noſtris indiſplicenter valde inſonuit, quod vos velletis quoſdam Religioſos noſtri regni de tenutis & pertinentiis caſtri Jayze expellere. Igitur cariſſime, rogamus, hoc facere non velitis; pie & cum humilitate fidei Dei, & verbum prædicetur. Et ſi ſic feceritis, honorem Domini noſtri Gracomi, & noſtrum deturpabitis. Et ibi ſunt pauci, quos expelleretis, & vere in partes alias noſtri regni, ubi tenentur, & æſtimantur prædicti Religioſi, plus de cetero intrare, neque ipſam fidem prædicare non poteritis, nec putetis. Ea propter, cariſſime, talia non debetis facere incipere, neque fieri per vos exoriri. Datum in noſtro Caſtello Robovvach, in feſto ſancti Bartholomæi Apoſtoli, anno Domini* MCCCCXXXV.

III. Quid hic velit indicare per nomen *Gracomi*, quod ſimiliter in aliis litteris, ad Præſidiarium Jayze ſcriptis, non ſemel repetit, neſcimus; fortaſſis hoc vocabulo in gente illa intelligebat Imperatorem Sigiſmundum, qui tunc regno dominabatur Hungarico. Non bene convenerat beato Jacobo cum Rege hoc, Turcico ingenio, ſumma impietate, & profana religione (ut ſcribit Bonfinius) prædito, quem juſto Dei judicio Mahumetes, Turcarum Imperator, dolo captum, cute exutum, vita ſpoliavit & regno. Reformandis Fratrum moribus, & fidei diſſeminandæ clam objectis impedimentis reſtitit, etſi palam videretur aſſentiri, tum Sigiſmundi pii Principis veritus indignationem, tum Pontificis Romani conciliaturus amicitiam, & fœdus contra Turcarum potentiam, e propinquo minitantem.

Bonfin. dec. 3. lib. 10. ante fin.

IV. Fraudulenti hominis malas artes aſſecutus Jacobus, fictamque cognoſcens fidem, objurgare cœpit & increpare; deinde inſidias ſibi paratas declinaturus, Boſna exceſſit, quem demum multis precibus ſcriptiſque litteris revocavit. Inter alia ita barbare ſcribit: *Audivimus quod vos, Reverendiſſime Pater, forſitan per noſtros inimicos adhortati, in ira de noſtro regno ſeceſſiſtis. Nunc autem, ſancte Pater, hoc plurimum indiſplicenter ſentimus, & vos adeo peſſime de nobis judicare, non hominem Chriſtianum reputando, ſed tamquam Paganum per Chriſtianitatem diffamando: Quamobrem ſupplicamus humiliter V. P. intuitu Dei Omnipotentis revenire ad nos dignemini, noſque coram te auſcultare &c.*

Jacobus infectatur Manichæos.

V. Vigebat hic, præſertim in montibus & locis munitis, ſecta Manichæorum, contra quos tractatum edidit Dei famulus, & continuum per ſe, ſuoſque ſocios bellum inſtituit. Patrocinabatur hæreticis occulte impius Rex, eaſque ſubminiſtravit vires & audaciam, ut qui primis congreſſibus ſuas velare impietates, mala dogmata mitius interpretari ſint conati, mox apertas blaſphemias, nefandiſſimaſque hæreſes auſi ſint palam profiteri, in virum Apoſtolicum inſurgere, maledictis laceſſere, multis calumniis diffamare, & adverſus eumdem concitare non modo plebeculam, vileſque homunciones,

verum

verum etiam aliquos dominantes in Clero, a quorum perſecutionibus latiſque cenſuris oportuit per Eugenium Pontificem defendi. Conceſſit ille, ut ubique per ſingulas diœceſes liceret prædicare, omneſque Epiſcoporum cenſuras, quibus ab hoc ſacro miniſterio impediebatur, irritas voluit & inanes.

VI. Venenum a ſubdolis operariis hauſit Regina, Lazari Boſnenſium Regis filia, Magiſtriſque patrocinium latura, Jacobum ad ſe vocatum juſſit inſidioſe per quatuor ſicarios in via trucidari: diſtrictis gladiis irruentes excepit vir Dei brachiis extenſis, miraque manſuetudine inquit: *Exercete in me quod vobis deſuper permiſſum fuerit; paratus ſum pro Dei amore, & Chriſtianæ fidei profeſſione mortem omnem ſubire. Quænam vos miſerit, & quid male ferat, probe novi. En, miſellæ injuſte præcipienti, ſi licet, obedite.* Res mira! Obriguerunt ſatellites, neque brachia movere, neque manus dimittere potuerunt, ſed divina potentia cruciati, clamare cœperunt: *Ignoſce nobis Vir Dei, in Deum, & in te peccavimus, Vir ſancte, parce noſtro delicto.* Reddidit ille bonum pro malo, oravitque pro inimicis, & facto crucis ſigno ſuper ſingulos eorum, liberos dimiſit. Recta mox perrexit intrepide ad Reginam, & in frequenti Palatinorum corona, alta voce dixit: *Ecce fratrem Jacobum, quem trucidare juſſiſti. Vere rem magnam aggreſſa es: tentaſti virum potentem, aut egregium bellatorem occidere! Miſerum homunculum mactaſſes, aut muſcam!* His commoti, & ſtupefacti Proceres, factum execrari, Jacobum magnificare, miraculum prædicare non deſtiterunt. — *Inſidias evadit Reginæ.*

VII. Propter hæc & alia, quæ fecerat ſigna, abeunte poſt eum univerſo populo, ecce novæ Manichæorum inſidiæ Regi ſuggerunt periculum imminere regni perdendi, & in Monachum hunc Italum transferendi, ſuadentque vel e medio tollere, vel regni finibus arcere. Miſit ille Magum veneficum, peritum incantatorem, qui ſecretis maleficiis dementaret, aut occideret: ſub diſputationis ſpecie aggredientem, & inſipienter incantantem efficacibus Chriſtianæ veritatis argumentis Jacobus confundit, potenti Dei virtute obmuteſcere fecit, & quoad vixit, reddidit elinguem. Egregia pleraque hic præſtitit in fidei obſequium, & dilatationem, innumeroſque hæreticos ad Eccleſiæ gremium reduxit, quod alias opportunius dicemus. — *Et Regis.* — *An. 1437. & ſeqq.*

VIII. Sub hujus anni finem, auctore Sigiſmundo Imperatore, tandem Boemi concordata quædam inierunt cum Patribus Concilii Baſileenſis, ſpoponderunt ſe apud eos ſuæ turbationis, & receſſus ab Eccleſia Romana cauſam dicturos, modo prius in aliquo loco extra Baſileam coacto inter Oratores utriuſque partis conventu, de quibuſdam controverſiis, & difficultatibus diſceptaretur, & in concordiam abirent. Placuit itaque ad Brunnam Moraviæ Conventum indicere, & indidem una cum Legatis Baſileenſium, præſente magna multitudine de compactis diſceptare. Decretum etiam ut Imperatore Sigiſmundo propius regnum accedente, de omnibus coram ab univerſis ordinibus ageretur. Huic rei alius Conventus Iglaviæ, ad adventum Sgiſmundi indictus, miſſique interea Budam viri honoratiſſimi, qui fundamenta pacis jacta eſſe dicerent, ſed opus eſſe, præſente architecto, qui pacem conſummaret. Sigiſmundus porro ut Oratores, & per eos animos Boemorum ſibi amplius conciliaret, ſexaginta millia aureorum numum Oratoribus, & præterea equos, & boves plurimos largitus eſt, juſſitque renunciari ſe brevi Iglaviæ ad Comites Boemiæ praſto venturum: atque interim illic ut apparerent, quorum intereſſet. Judicavit porro Sigiſmundus, magnam opem rei Chriſtianæ allaturum beatum Jacobum, ſi huic Conventui intereſſet. Miſſis itaque nunciis, & his litteris propria manu exaratis, ut quam celerrime accederet, intimavit. — *Vide Conc. Baſil. ſub hoc anno.* — *Gravi conventu agitur de pace Boemorum.* — *Illuc vocatur B. Jacobus Picenus ab Imperatore.*

Religioſo & Deo devoto viro, fratri Jacobo de Marchia Vicario Vicariatus Boſnæ, nobis in Chriſto ſincere dilecto.

SIGISMUNDUS Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Boemiæ, Dalmatiæ, Croaciæ &c. Rex.

Ex autographo.

IX. *Religioſe & Deo devote vir, nobis ſincere dilecte. Quia nunc nonnulli Barones & milites, ac civitatenſes Boemi de regno noſtro Boemiæ per univerſitatem Boemorum ad nos miſſi, apud noſtram in hoc loco exiſtunt conſtituti Majeſtatem, propter eaque perſona veſtra pro reportondo per veſtri medium, Deo prævio, uti in Domino ſperamus, de eis fructu ſalutis, nobis plurimum eſt neceſſaria, ideo veſtram requirimus, & rogamus devotionem, eidem committentes, quatenus ſtatim agnita præſentium notitia, in curru & equis, ac expenſis per fidelem noſtrum Reverendum in Chriſto Patrem Henricum Epiſcopum Quinqueecclesien. ſi in civitate, ſeu diœceſi Quinqueecclesien. ſicut nobis dictum eſt, exiſtis, conſtitutus, vel Dominum Epiſcopum Boſnen. ſi in Diaco eſt, quibus exinde ſingillatim direximus ſcripta noſtra, veſtræ fidelitati aſſignanda, huc ad noſtram quantocyus veniatis Majeſtatem. Scripſimus enim, ut præfertur, & mandavimus per alias litteras noſtras præfatis Dominis Epiſcopis Quinqueecclesien. & Boſnen. ut alter eorum, in cujus videlicet diœceſi nunc exiſtitis, in curru levi & equis recentibus, atque expenſis ſuis propriis, vos & veſtram perſonam ad noſtram conduci faciat Majeſtatem, aliud ergo in hoc non facturi. Datum in Tata, Sabbato proximo poſt feſtum beati Andreæ Apoſtoli, anno Domini* MCCCCXXXV. *Regnorum noſtrorum, Hungariæ videlicet* XLVIII. *Romani* XX. *Boemiæ* X. *Imperii verò* III.

Amandantur Minoritæ in Orientem.

X. Amandavit etiam Pontifex multos Minoritas ad Principes & Prælatos Orientis, præſertim fratrem Bartholomæum de Yano, ſacræ Theologiæ Magiſtrum, Prædicatorem inſignem, qui ante aliquot annos tranſiverat ad Obſervantes, ut Imperatorem Palæologum, & fratrem Albertum Sartianenſem, ut alios ad unionem cum Eccleſia Latina perurgerent, concludendam tamen in loco & conſeſſu, quem ipſe ſtabiliret. De his agens cum Pontifice Albertus, rogavit Eugenium, ut ad tollendos Obſervantum ſcrupulos, declararet, an juxta ſuum Inſtitutum liceret uti calicibus, crucibus, aliiſque miniſterialibus argenteis, quæ vel fidelium pietas offerebat in novis domiciliis a ſe conſtructis, vel inveniebant in Conventibus, quos a Patribus Conventualibus recipiebant, acceptumque quod ſubjicio reſponſum, tranſmiſit per omnes provincias.

An liceat Obſervantibus uti miniſterialibus argenteis, & domibus amplis.

Honorandi Patres, devotiſſimi Fratres.

XI. *Poſt devotam in Chriſto Jeſu commendationem, & cordialem ſalutem. Fraterno affectu vobis intimandum judicavi, quod Sanctiſſimus Dominus Papa die* IX. *Junii hujus anni, dignatus eſt mihi reſpondere circa calices, cruces, paramenta, utenſilia & domos ipſas, quæ vel in magnitudine, qualitate, aut opere videntur noſtrum ſtatum excedere. Ait enim quotidie inter Fratres de his diſceptari, idque gravi ſuæ ſanctitatis moleſtia, & proinde omnino velle hujuſmodi ſcrupuloſis quæſtionibus modum & finem imponi, injunxitque mihi, ut vobis ejus mentem aperirem, & decretum tranſmitte-*

mitterem. Statuit, ut libere abſque ullo conſcientiæ reatu, Fratres noſtræ Obſervantiæ, tam in Cœnobiis, quam in Oratoriis, utantur rebus prædictis, quantumvis videantur excedere in quantitate, qualitate, pretio, aut numero. Inſuper prohibet ne ullo prætextu diſtrahantur, aut deſtruantur, ſed in templorum uſum reſerventur. Cupit tamen & jubet, ut deinceps ea dumtaxat admittantur, aut procurentur in domibus acquirendis, quæ noſtro pauperrimo Inſtituto congrua judicabuntur. Hoc oraculo ſatisfactum vult omnium Fratrum conſcientiis, diſplicebitque valde, ſi amplius pro hujuſmodi terminandis dubiis ad ipſum recurrerint. Hoc cupierunt noſtri prædeceſſores ſibi declarari, neque obtinuerunt. Debemus itaque nos lætari, quod adeo placidam ægris conſcientiis medelam ſua Sanctitas adhibuerit. Inſuper omnibus Italiæ Vicariis poteſtatem conceſſit, ſuos ſubditos abſolvendi ab omnibus peccatis & cenſuris, quæ uſque ad illud tempus vel commiſerant, vel incurrerant, exceptis falſificatione litterarum Apoſtolicarum, homicidio voluntario, bigamia, & mutilatione membrorum. Valete in Domino Jeſu, & pro ſua Sanctitate orate. Ex loco ſancti Spiritus extra Ferrariam XIII. *Julii anno* MCCCCXXXV.

XII. Creſcentibus quotidie tumultibus & diſcordiis in provinciis Franciæ, inter Patres Conventuales & Obſervantes, Carolus Gallorum Rex, & alii Principes ſuas preces interpoſuerunt apud Patres Concilii Baſileenſis, ut opportunum adhiberent remedium. Illi dum adhuc verſarentur ſub obedientia Eugenii Pontificis, ſequentem ediderunt conſtitutionem, qua confirmatum voluerunt decretum Concilii Conſtantienſis, Obſervantibus ſumme favorabile.

Sacroſancta generalis Synodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitime congregata, univerſalem Eccleſiam repræſentans. Ad futuram rei memoriam.

XIII. *Sic refloruit hactenus in agro militantis Eccleſiæ inclyta Franciæ domus, ſicque fructificavit in fidei ſinceritate, etiam præclara Principum & Prælatorum regni illius devotio, ut gratiſſime etiam ad ea, quæ pacem, ſtatum, & tranquillitatem eorum, qui in ſpiritu humilitatis virtutum Domino ſub Regulari Obſervantia famulantur, reſpiciant, ſuique auxilii favores extenderint: unde profecto votis ipſorum favoroſis digne duximus auditionis gratiam impertiri. Sane nuper pro parte cariſſimi Eccleſiæ filii Caroli Regis Francorum, necnon nonnullorum dilectorum Eccleſiæ filiorum, Ducum, Principum, ac Prælatorum Regni Franciæ, nobis petitio exhibita continebat, quod olim pro parte dilectorum Eccleſiæ filiorum Guardianorum, & Fratrum Conventuum de ſancto Audomaro, Morinenſis; de Sagio, Sagienſis: de Varennis, Remenſis: de Dola, Biſuntinenſis: de Lavalle-Guidonis, Cenomanenſis: de Clicio, Nannetenſis: de Ambaſia, Turonenſis: de ſancto Joanne Angeliacenſis, Xanctonenſis, de Berchorio, de Choleto, & Fontiniaco Comitis, Maleacenſis diœceſum, Ordinis Fratrum Minorum intra provincias Franciæ, Burgundiæ, & Turoniæ, juxta modum dicti Ordinis exiſtentium, ſacræ Conſtantien. Synodo expoſito, quod, divina cooperante clementia, temporibus illis, ut dicebant, Regularis Obſervantia dicti Ordinis in præfatis Conventibus inceperat vigere: ſed variis obſtantibus impedimentis, per Miniſtros & Cuſtodes illarum provinciarum ejuſdem Ordinis eis præfectis, in ipſa Obſervantia non mediocriter impediebantur: ex quorum impedimentorum occaſione, ſcandala multa pullulabant. Et propterea eidem Synodo humiliter ſupplicarunt, ut ſuper hoc, remedio opportuno provideret: ipſaque eorum*

Ex Ord. Regeſto, & ex Specul. Minorum.

Decretum Baſileenſium Obſervantibus favorabile.

Guardianorum & Fratrum ſupplicationibus inclinata, ac cupiens ſcandala quæcumque de medio tollere, in quadam ſua Seſſione publica, licet inter cetera tunc nonnulla ſalubria etiam per dictos Fratres dictorum Conventuum (impedimentis tam Miniſtrorum, quam Cuſtodum prædictorum, & quorumcumque aliorum ejuſdem Ordinis Fratrum quibuslibet ceſſantibus: ſub certis modo, forma & pœnis confectis & expreſſis, quouſque aliud ſuper hoc per ſacrum Concilium foret ordinatum) obſervandu ſtatuiſſet & ordinaſſet, prout in conſtitutionibus & decretis hujuſmodi, quorum tenorem præſentibus haberi volumus pro expreſſis, plenius continetur: tamen nonnulli ex dictis Miniſtris, & Præſidentibus Ordinis præfati, decreta, & conſtitutiones hujuſmodi parvipendentes, quædam ſtatuta, & ordinationes, per quæ decreto, & conſtitutionibus prædictis, necnon Regulæ beati Franciſci, ac declarationibus Apoſtolicis in corpore Juris clauſis, ad laxationem, & remiſſionem Obſervantiæ Regularis Ordinis ejuſdem, in Aſſiſinenſi, & Bononienſi Capitulis eorum generalibus ſucceſſive, & noviſſime celebratis, non parum derogatur, dicuntur per Legatum Apoſtolicum fieri procuraſſe, ac etiam edidiſſe; propter quæ, nova inter Fratres Conventuum eorumdem, maxime provinciarum Franciæ, Burgundiæ & Turoniæ præmiſſarum, necnon Miniſtros, & Præſidentes prædictos diſſenſionis materia extitit exorta, ac in hoc ſacro Concilio per eoſdem Fratres introducta, graveſque inde Fratres dictorum Conventuum ipſorum Franciæ, Burgundiæ, & Turoniæ provinciarum moleſtias, & diſtractiones patiuntur, ſcandala quoque in Clero, & populo diverſarum partium Regni prædicti ſuſcitantur, & majora, niſi ſuper hoc debite provideatur, veriſimiliter incommoda ſuccedent. Quare pro parte ipſius Regis, qui ſcilicet ad Ordinem ipſum & memoratos Fratres, permaxime tamen ad illos, qui regularem ejuſdem Ordinis, juxta conſtitutiones & decreta prædicta, obſervantiam ſervant, ex qua ſperat, Domino propitiante, regno & populo ſuo quamplurima bona proveniſſe & provenire noſcuntur, devotum gerit affectum: necnon Principum & Prælatorum prædictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſcandalis & diſſenſionibus hujuſmodi obviare, & ſuper præmiſſis opportuno remedio providere dignaremur. Nos igitur, quorum intereſt, ne noxia graviora ſuccedant, ſublato majore diſpendio, congruam in præmiſſis adhibere medelam, & paci dictorum Fratrum, obſervationique laudabilium conſtitutionum providere cupientes; cum ad plenariam & finalem quæſtionis hujuſmodi deciſionem, generalemque Ordinis ipſius reformationem, quam ante hujus Concilii diſſolutionem, duce Paracleto, facere (aliis in præſentiarum gravibus negotiis, quibus neceſſario incumbimus, præpediti) diſpoſuimus, intendere nequeamus; hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnia & ſingula circa obſervationem regularem Fratrum Conventuum prædictorum, per ſacram Conſtantienſem Synodum antedictam, ſtatuta, decreta, & ordinata hujuſmodi in ſuo robore, pleno vigore & firmitate perſiſtere debere, donec & uſque per nos, aut generale Concilium, aliud fuerit ordinatum, auctoritate univerſalis Eccleſiæ, tenore præſentium decernimus, declâramus, ſtatuimus & ordinamus, ac volumus, quod decreta & conſtitutiones hujuſmodi interim irrefragabiliter obſerventur; non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis & ordinationibus Capitulorum Ordinum prædictorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quibuſcumque firmitatibus aliis roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis, declarationis, ordinationis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli

Apo-

Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Baſileæ VII. *Non. Octobris anno a Nativitate Domini* MCCCCXXXV.

Stabilitur pax inter Ordines Mendicantes.

XIV. Convenerant ad hoc Concilium Martialis Avenionenſis, Magiſter Generalis Ordinis Prædicatorum, Alexander Sentinas, ſive de Saxoferrato, Ordinis ſancti Auguſtini, & Paulus Panormitanus Carmelitarum, Vicarii Generales, ubi inito conſilio, quaſdam ſtatuerunt leges, quibus inter Ordines Mendicantium religioſa ſtabiliretur concordia. Scriptæ ſunt hoc anno die undecima Aprilis: deinde miſſæ Bononiam ad Guillelmum Generalem Miniſtrum Ordinis Fratrum Minorum, qui ſactum ſua ſyngraphe probavit. Inter reliqua cautum eſt, ne quiſpiam ita extollat Inſtitutorem, aut ſui Ordinis, aut quempiam ex Sanctis, ut alterius Inſtituti Viris detrahat. Ne convicia aut dicteria in aliarum Religionum proferat Doctores. Ne injurioſum aliquid dicat, quod ſerat controverſias. Quod Ordinum Procuratores in ſuis negotiis ſe invicem adjuvent. Quod controverſiæ inter duos Procuratores exortæ a reliquis duobus decidantur. Interſuerunt etiam huic Concilio viri doctiſſimi ex Minoritis, præſertim duo Siculi germani fratres, Antonius & Joannes de Piſcibus, viri docti & facundi, quorum poſterior fuit Epiſcopus Catanenſis, ut ſuperius narravimus.

Vide Pyrrum in Eccleſ. Catanen. An. 1411. *n.* 7.

*An.*1427. *n.*11.

Matthæus Agrigentin. conſulit animabus cleri Siculi.

XV. In Regno Siciliæ diximus, Matthæum Agrigentinatem, virum ſanctiſſimum & doctiſſimum, multa præclara feciſſe animabus lucrandis, & diſciplinæ Eccleſiaſticæ reſtaurandæ. Male habuit, quod Eccleſiaſtici pene omnes prædictæ inſulæ ſimoniæ vitio, ex inveterata corruptela, abſque ſcrupulo laborarunt. Amplam itaque hoc anno accepit ab Eugenio facultatem omnes a peccato abſolvendi, a vinculis cenſurarum enodandi, & circa fructus male perceptos diſponendi: *Paſtoralis officii*, XIV. Kal. Julii. In regnis Caſtellæ & Legionis magno hominum applauſu, & animarum lucro prædicabat per urbes & oppida frater Emanuel Valliſoletanus; erant tamen impedimento quidam Eccleſiarum Prælati. Multarum Civitatum precibus allectus Pontifex, fecit ei poteſtatem ubique in Eccleſiis, compitis, & foris prædicandi: *Super Cathedram*, III. Kal. Julii. Licentia hæc revocata eſt anno ſequenti, dum bono conſilio Pontifex Fratrum omnium actiones regulari voluit per Superiorum arbitrium, & univerſas exemptiones, vel licentias Apoſtolicas a Superioribus independentes, irritas voluit eſſe & inanes. Miniſter Provinciæ Orientalis creatus eſt, Pontifice volente, frater Franciſcus Piſtorienſis, ſacræ Theologiæ profeſſor, qui in illis partibus diu fuerat commoratus: *Intelleximus officium*, die XIII. Maii. Inquiſitor deputatus eſt in Tuſcia frater Franciſcus Joannis Fulginei, e monte Ilcino, Doctor ſacræ Theologiæ.

Emanuel Valliſoletanus.

Franciſcus Piſtorien.

Fr. Franciſcus Inquiſitor Tuſciæ.

Fr. Laurentius Epiſc. Puteolanus.

XVI. Creatus eſt Epiſcopus Puteolanus in Campania, ſub Archiepiſcopo Neapolitano, frater Laurentius de Neapoli, ſacræ Theologiæ profeſſor, prius electus Ravellen. per obitum Dominici: *Recte ſiquidem Eccleſiarum*, XII. Kal. Martii. Tranquillien. ſive potius Traguricn. in Sclavonia, ſub Archiepiſc. Spalaten. frater Tidemannus Nicolai, ſacræ Theologiæ profeſſor, per translationem Severini ad Pharen. in eadem provincia: *Romani Pontificis*, XVI. Kal. Februarii. Pharen. alter in inſula e conſpectu Norvegiæ provinciæ Nidroſienſis, frater Joannes Scheffchin, Pœnitentiarius Apoſtolicus, uti ſuperius diximus, per obitum alterius Joannis: *Attentæ conſiderationis*, pridie Kal. Februarii. Laodicen. in Syria, ſub Patriarcha Antiocheno, frater Dionyſius de la Loherie per translationem Juliani ad Boſanen.* *Paſtoralis officii*, V. Kalend. Septembris. Coronenſis* in Peloponeſo, ſub Archiepi-

Fr. Tidemannus Tranquillien.

Fr. Joan. Pharen.

An. 1411. *n.* 15.

Fr. Dionyſius Laodicen.

* *al.* Boſlen.

* *al.* Cromen.

Fr. Matthæus Coronen.

chiepiſcopo Athenienſi, frater Matthæus de Sirinno in Theologia Baccalaureus, Papæ Pœnitentiarius, per obitum Franciſci: *Attentæ conſiderationis intuitum*, x. Kalend. Octobris. Ferentinas in Latio, immediate ſub Pontifice Romano, frater Antonius de Boccabellis Romanus, per obitum Sixti: *Romani Pontificis*, xiv. Kalend. Januarii. Obiit anno MCCCCXLV. Sepultuſque eſt in æde Aracœli. Epitaphium dedimus, dum de illo ageremus Conventu. Waradienſis in Hungaria Trans-Danubiana, ſub Archiepiſcopo Colocenſi, frater Joannes de Conilla, per obitum Dionyſii: *Apoſtolatus officium*, vi. Kalend. Auguſti. Sareptanus, id eſt, Saphet, ſub Archiepiſc. Tyrenſi, frater Jacobus de Varenis, per obitum Joannis: *Ex ſuſcepto ſervitutis officio*, Pridie Idus Septembris. Catacenſis in ulteriori Calabria, ſub Archiepiſcopo Rhegino, frater Antonius de Ipſigio, per obitum Petri: *Ad exequendum*, vii. Kalend. Septembris. Obiit anno MCCCCXL. Tripolitanus in Syria, ſub Patriarch. Hieroſolymitano, frater Nicolaus del Nevo, per obitum Petri: *Apoſtolatus officium*, xviii. Kalendas Decembris.

Fr. Antonius Ferentinas. — Tom. 5. an. 1451. n. 62. — Fr. Joan. Waradien. — Fr. Iacobus Saeptan. — Fr. Antonius Catacen. — Fr. Nicolaus Tripolitan.

Moritur Joanna Regina Neapolis.

XVII. Hoc anno Joanna II. Regina Hungariæ, & Siciliæ obiit Neapoli, iv. Nonas Februarii, ſepulta in templo Virginis Annunciatæ a ſe condito. Noſtro addicta Sodalitio multa contulit beneficia, laudare tamen non auſim, quam ſumma intemperantia, & vivendi licentia perpetuis ſeculis reddidit exoſam. Jacobus Borbonius Rex, ejus conſors, qui ob ſimultates circa regni regimen ab ea receſſerat in Galliam, audita morte, in urbe Veſontionis mundo valedicto, Franciſcanum Inſtitutum ſubivit, in quo religioſiſſime converſatus deceſſit, anno MCCCCXXXVIII. Sepultuſque eſt in Eccleſia Clariſſarum, in ſacello, quod vulgo vocant *la Chapelle du Roy Jaques*, cum hoc epitaphio.

Jacob. Borbon. Rex fit Minorita. *Chifflet hiſtor. Veſont. Epiſc. 77. Zurita lib. 13. c. 15.*

> *Cygiſt Jaques de Bourbon, tres-haut Prince, & excellent, de Hongriæ, Hieruſalem, & Sicile, Roytres-puiſſant, Conte de la Marche, de Caſtre, & Seigneur d'autres pays, qui pour l'amor de Dieu laiſſa freres, parens, & amis, & par devotion entra en l'Ordre de S. François, le quel treſpaſſa le XXIII. jour de * l'an M.CCCC.XXXVIII. Priez pour ſon ame devotement.*

B. Angelina Corbarien. moritur. *Tom. 9. an. 1377. n. 3. & 1392. n. 8. Marian. lib. 5. c. 14. Jacobill. de SS. Fulgin. & libello de ejus vita. Marc. 3. p. l. 1. c. 39.*

XVIII. Obiit hoc anno, die xiv. Julii. Beata Angelina Corbarienſis, de qua multa præmiſimus, rejectis in hunc locum actis vitæ poſtremis. Poſtquam multa ſundaverat Tertii Inſtituti Monaſteria, ſub diſciplina regulari, & clauſura, videlicet ſancti Quirici in Aſſiſio, quod ipſa præſens extruxit, ſancti Honofrii in Florentia, anno MCCCCXXIX. miſſis Honofria, nobili Aprutina, ſua conſobrina, & Joanna Honofrii medici filia, quæ pie deceſſerunt circa annum MCCCCLXIV. propter quas ſancti Honofrii, & Fulginatenſe vocatur Cœnobium, centum & plurium Sororum receptaculum, ſanctæ Agnetis in Viterbio, deſtinatis fundatricibus quatuor Terentia, Roſata, Lætitia, Orifica, cujus ſtructuræ, & piæ inſtitutioni præfuit ſanctus Bernardinus, & proinde ab eo ſtatim poſt canonizationem nuncupationem accepit, ſancti Joannis in urbe Tudertina, & ſanctæ Margaritæ in Aſculana, rogaverat ſimul cum horum Monaſteriorum Præfectis, ut unam liceret eligere in Generalem Miniſtram. Annuerat poſtulatis Martinus V. quod ſuperius diximus, ejuſque Diploma binis litteris confirmavit hoc anno Eugenius, & conceſſit, ut Miniſtra Generalis ſibi ſubſtituere poſſit Vicariam. Communiter ſcribunt auctores, electam fuiſſe Angelinam, & Miniſtræ Generalis auctoritate reliquis præfuiſſe. Sed in his litteris contrarium indicatur, auditque, uti & reliquæ, nomine dumtaxat *Superioris* Monaſterii ſanctæ Annæ,

Multa extruxit Monaſteria. Quibus præficitur Generalis Miniſtra. — *Ann. 1428. n. 17.* — An illa functa ſit hoc munere.

quæ

quæ ſimul cum eiſdem petit ſibi concedi Generalem Miniſtram. Vel ergo numquam, vel hoc anno dumtaxat, a datis litteris, VI. Nonas Martii, uſque ad menſem Julium, quo obiit, hoc perfuncta eſt officio, litteras damus in Regeſto, incipientes: *Ad ea ex Sedis Apoſtolicæ. Æternæ beatitudinis amatricum.*

Ejus humilitas aliæque virtutes.

XIX. Etſi nobiliſſimo fuerit genere, divitiiſque, & illuſtri fulſerit titulo in ſeculo, nihilominus humiliter de ſe ſentiebat, neque permittebat quidquam ſibi commemorari antiquitatis, aut majeſtatis ſuæ familiæ. Omnibus Sororibus tamquam omnium minima humiliter ſerviebat, jejuniis, orationibus, corporis afflictionibus, lacrymis, & caritatis operibus perpetuo intenta, Angelicam potius qnam humanam vitam ducere videbatur. Multas Dœmonum inſidias paſſa, glorioſe omnes eluſit, etſi ad meriti cumulum permiſerit Deus eam ſæpiſſime ab iniquis ſatellitibus verberari, & variis modis cruciari. Tamdem gravi languore correpta, præmiſſa humili, & lacrymabili reatuum confeſſione, diſcipulas ad ſe vocatas, ad virtutes & Regulæ obſervantiam pio adhortata ſermone, præſentibus & abſentibus benedixit. Acceptis mox ſanctiſſimæ Euchariſtiæ, & extremæ Unctionis Sacramentis, divinas manſiones, & cœleſtia gaudia cœpit meditari, atque in extaſim facta, dormienti ſimilis ſpiritum emiſit, die ſupradicto, anno ætatis LVIII. Miro ſplendore cœpit facies effulgere, cubiculum ſuaviſſimum ſpirare odorem, populus accurrere ad venerandum ſanctum cadaver, & veſtes in multas diſcindere particulas, donec adhibitis lictoribus, ſumptuoſiſſimo funere, comitantibus Epiſcopo, Clero, Religioſis, & urbis Magiſtratu, illatum eſt corpus templo ſancti Franciſci, in quo ipſa dixit ſe velle ſepeliri. Dum tranſiret per Monaſterium ſanctæ Agnetis, ab ejus diſcipula Margarita, uti diximus, fundatum, deprecantibus Sororibus, traditum eſt ſuæ Inſtitutricis corpuſculum palpandum & oſculandum, quibus elevato defunctæ brachio, Epiſcopus benedixit. Diebus tribus expoſitum cadaver ſatiandæ populi pietati, nullum tetrum, etſi æſtate media, fundens odorem. Tamdem incluſum eſt in capſa cypreſſina, & ſepultum in devoto ſacello, muro arcuato, tumulo eminenti.

Tom 9. an. 1392. n. 16.

XX. Annis ſeptemdecim ab ejus tranſitu, die XXIX. Maii, anno MCCCCLII. * parietes ſacelli in omnium conſpectu die integro ſudorem emiſerunt ſanguineum. Territi tanto ſpectaculo Fulginates, ingeminatis precibus orarunt, ut malum omne Deus averteret, timentes tanto prodigio grave ſibi imminere periculum. Apparvit illa nocte ſequenti viro pio, revelavitque non tam Fulgineo, quam univerſæ Europæ periculum ingens ſubeſſe, capto per Turcas nobiliſſimo Orientis emporio, urbe Conſtantinopolitana, & damnum hoc, clademque rei Chriſtianæ voluiſſe lapidum lacrymis, quod ſuis non poterat, exprimere. Re pateſacta Epiſcopo, ſupplicationes indixit, & paulo poſt reſcivit ipſo illo die magna Chriſtianorum ſtrage, Turcas fuiſſe urbe potitos. Anno MCCCCXCII. die XIII. Julii, in vigilia diei ſui natalitii apparuit fratri Jacobo Columbino Fulginati, ejuſdem Cœnobii alumno, tribus menſibus ex febre languenti, juſſitque ut moneret Guardianum & Cœnobitas, curarent ſuum corpus majori cultu, & decentiori loco collocari ſuper altare prædicti ſacelli: *Ut vero*, inquit, *huic apparitioni, & juſſioni fides adhibeatur, ecce tibi ſignum ſalutare, hac ipſa hora a morbo liberaberis, & incolumis tuis Confratribus iſta poteris enunciare.* Miraculo confirmati Fratres paruerunt, & ſolemniſſimo apparatu, concurrentibus Civibus, & oppidanis vicinis, facta eſt translatio, Epiſcopo per ſeptem urbis præcipuas Eccleſias corpus incorruptum, & illæſum in pretioſa theca, a ſe præparata, cir-

* al. 1453.

Indicat captam urbem Conſtantinopolim.

Præmiſſo miraculo transfertur corpus.

Corporis veneratio & ornamentum.

circumferente. Collocatum fuit in loco patente ſuper altare, obſeratum clavibus tribus, adhibito nobili ornamento, & varia pictura, Dei famulæ præcipua miracula exprimente.

XXI. Eugenius Boloninus Fulginas, ejus meritis in quadam afflictione exauditus, ultimis tabulis præcepit fieri tanto theſauro conſervando arcam cryſtallinam, circulis aureis obfirmatam, & alteram ligneam obduci. Franciſcus filius patris obſequutus voluntati, die III. Octobris, anno MDCX. utramque arcam donavit, & in lignea optime dolata incluſi corporis effigiem expreſſit. Anno MDCXXI. die III. Martii frater Gabriel Parianus de Arvello Cœnobiarcha, Eccleſiam ornaturus, & majorem ſacro pignori venerationem advecturus, tranſtulit ad nobilius, & patentius ſacellum ſanctæ Annæ, ut quæ in ſanctæ Annæ Monaſterio ſanctiſſime obiit, in ſacello ejuſdem perpetua coler tur veneratione. Nemo eſt, qui per Fulgineum tranſeat, Princeps Eccleſiaſticus, aut ſecularis, qui non ad templum hoc accedat ſacrum corpus viſurus, & veneraturus.

Conſtitutiones præſcriptæ Coletaneis.

XXII. Sanctiſſima virgo Coleta hoc tempore ſtrenue laborabat in reformanda Religione ſanctæ Claræ, ædificandiſque ubique, præſertim in Gallia multis Monaſteriis. His bene regendis regulas ſcripſit, aliaque dubia voluit a Miniſtro Generali explicari, & conſtitutiones aliquas adhiberi, quas ſub finem præcedentis & hoc anno, ita conceptas, promulgavit, prius tamen diſcuſſas, & approbatas a Nicolao ſanctæ Crucis, & Juliano ſancti Angeli Cardinalibus, aliiſque Patribus in Concilio Baſileenſi, dum adhuc Eugenio obtemperaret.

Frater Guillelmus de Caſali Ordinis Fratrum Minorum Generalis Miniſter, & ſervus, ac ſacræ Theologiæ Magiſter, religioſæ in Chriſto Sorori Coletæ fundatrici Monaſteriorum quamplurium pauperum Dominarum Ordinis ſanctæ Claræ, & Minoriſſarum, moderni temporis in Galliarum partibus conſtructorum, & ſub eodem modo ac forma conſtruendorum, Abbatiſſis quoque, Sororibus, & univerſis eorumdem præſentibus & futuris, ſalutem in ſponſo Virginum Jeſu Chriſto.

XXIII. *Quantum admirandæ virginis Claræ celebratiſſima merita, ſub paupertatis & ſanctimoniæ duce Franciſco, profecerunt, quamque reluceant in Eccleſia ſancta Dei, & Sponſi Virginum, Jeſu Chriſti, perpetuis ac immortalibus perſtringantur complexibus, quæ non ſolum ſedibus beatorum agminum, & cœleſtium præmiorum, quibus inter prudentiſſimas virgines ſingulari diademate coronata refulget, ſed & frequentibus fidelium laudibus, & copioſa Virginum, ac viduarum multitudine in odorem ſuæ ſanctitatis, ex mundi hujus naufragiis ad portum ſalutiferæ Religionis currentium, præſentibus etiam temporibus jucundiſſime declaratur. Ex quibus tanto ampliores gratiæ ſunt Altiſſimo referendæ, quanto cum natura ſit ad lapſum proclivior, ſed divinis tamen auſpiciis, atque fomentis, plantulæ ex ea profeſſione videntur exſurgere, non a primis Franciſci Inſtitutis, & Claræ ſemitis abhorrentes, ſed tanto fervore ad Regulam & vitæ formam ab ipſo glorioſiſſimo Confeſſore Franciſco traditam, & ſanctiſſima virginum matre Clara mirabiliter obſervata, opportunis declarationibus, & conſtitutionum præſidiis cupientes muniri, ut vere tantæ Matris imitatrices haberi poſſint, & ſuorum meritorum participes inveniri. Inter quas, cum te videam Religioſam in Chriſto filiam, Sororem Coletam præfatam, omnium præſentium, præſertim in Galliarum partibus Religioſarum ejuſdem profeſſio-*

ſionis filiarum, præcipuam eſſe matrem, & ad infraſcripta tam declarationum, quam conſtitutionum remedia, ſupplicem tuarum in Chriſto filiarum eſſe patronam, tuis & earum humilibus precibus provocatus, Abbatiſſis & Sororibus Monaſteriorum per tua apud Deum merita, ſub regula & profeſſione præfatis fundatn, atque eodem modo & forma fundanda, univerſis & ſingulis infraſcriptns declarationes & ſtatuta, matura deliberatione confecta, tranſmittimus, tam auctoritate noſtri officii, quam Apoſtolica, qua fungimur in hac parte, in perpetuum obſervanda. Quæ ideo majori a vobis debent devotione teneri, quo Reverendiſſimis in Chriſto Patribus, Dominis Cardinalibus ſanctæ Crucis, & ſancti Angeli, Apoſtolicæ Sedis Legatis, in ſacro Concilio nunc actualiter præſidentibus, & a pluribus ſacræ Theologiæ Doctoribus, venerandiſque Patribus, vita, ac ſcientia laudatiſſimis, diligenter viſa, & accnrate probata fuerunt, ſicut immediate ſequuntur.

De obſervantia Evangelii & regulæ.

CAPITULUM I.

XXIV. IN *primis quidem dubitare poſſent tuæ filiæ, & in Chriſto Sorores, an ipſæ ad obſervationem totius ſancti Evangelii, tamquam ſub præcepto, ex promiſſione formæ vitæ ſuæ obligentur, ea propter, quia in principio ejuſdem formæ vitæ continentur hec verba*: Forma vitæ Ordinis Sororum Pauperum, quam beatus Franciſcus inſtituit hæc eſt, ſcilicet Domini noſtri Jeſu Chriſti ſanctum Evangelium obſervare, vivendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate. *Tum etiam quia ibidem ſubſequitur*: Spiritui ſancto vos deſponſaſtis, eligendo vivere ſecundum perfectionem ſancti Evangelii. *Tum etiam ex eo, quod in fine ipſius formæ vitæ continetur in hunc modum*: Paupertatem, & humilitatem Domini Jeſu Chriſti, & ejus ſanctiſſimæ Matris, & ſanctum Evangelium, quod firmiter promiſimus, obſervemus. *Cupientes igitur nos conſcientiis ipſarum providere Sororum, & cuncta dubia, quantum poſſibile nobis eſt, de ipſarum pectoribus removere, ad prædictam dubitationem conformiter reſpondemus, ſicut plures ſummi Pontifices in conſimili dubitatione facta, in declarntione Regulæ Fratrum Minorum reſponderunt, videlicet, quod Sorores ſecundum profeſſionem formæ iſtius vitæ tenentur ad obſervantiam totius ſancti Evangelii eo modo, quo reperitur traditum a Chriſto, ſcilicet ad illa, quæ in eodem ſancto Evangelio præcepit, ut ad præcepta, ad ea quæ conſuluit, ut ad conſilia, & etiam ad alia conſilin Evangelica, quæ in Regula iſta ponuntur ſub verbo præcepti affirmativi, vel negativi, vel ſub verbis æquipollentibus, tamquom nd præcepta obligantia. Ad alia vero conſilia ſancti Evangelii, ſecundum exigentiam profeſſionis ipſarum, magis obligantur, quam ceteri Chriſtiani, cum ſe obtulerint per ſtatum perfectionis holocauſtum ipſi Domino Jeſu Chriſto, ob ipſius amorem ſua ſacra veſtigia imitando per contemptum omnium mundanorum: ad alia autem, quæ in forma vitæ continentur, tam præcepta, quam conſilia, quam cetera, ex voto promiſſionis ipſarum non aliter tenentur, quam in ipſa contineantur, videlicet ad udmonitiones, ut ad admonitiones, ad exhortationes, ut ad exhortationes, ad informationes, ut nd informationes, & ad alia, ſub quacumque forma verborum contineantur, eodem modo, ſicut in eadem forma vitæ continetur.*

An tenentur ad obſervationē Evangelii.

De ingreſſu Religionis.

CAPITULUM II.

Quis poſſit ad Ordinem recipere.

XXV. C*Um in principio primi capituli formæ vitæ contineatur, quod* Abbatiſſa de conſenſu majoris partis Sororum, habita licentia Domini Cardinalis Protectoris Ordinis, poſſit aliquam in Sororem recipere: *Nos tamen conſiderantes ſtatum ipſius Ordinis præteritum in ſua novitate, ſatis prope Curiam Romanam, & dictum Dominum Cardinalem Protectorem fundatum, & modernum valde remotum a dicta Curia, reparatum, ſeu reformatum, ac paupertatem dicti ſtatus, & difficultatem recurrendi ad ipſam Curiam, ſeu dictum Cardinalem, pro hujuſmodi licentia habenda, necnon & regimen præfati ſtatus a Domino Innocentio Papa IV. & a pluribus aliis ſummis Pontificibus Generali Miniſtro, & Provincialibus Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum plenarie commiſſum, declaramus, & dicimus, quod prædictus Generalis Miniſter in toto Ordine, & Miniſtri Provinciales in ſuis Provinciis, vel eorum Commiſſarii conferre habeant licentiam Abbatiſſæ, quod mulieres fugientes e ſeculo, idoneas tamen ſecundum tenorem formæ vitæ, in Sorores valeant recipere.*

Ne ignaræ hujus ſtatus recipiantur.

Neque ſenes, infirmæ, aut fatuæ.

XXVI. *Item ſtatuimus ſecundum ordinationem Domini Innocentii Papæ IV. quod omnibus hanc Religionem ſumere volentibus, & quæ admittendæ fuerint, priuſquam habitum mutent, & Religionem aſſumant, et aſpera prædicentur, per quæ itur ad Deum, et quæ ſecundum hanc Religionem neceſſe habuerint firmiter obſervare, ne de ignorantia ſe poſtea excuſent. Non recipiatur aliqua, quæ vel longiori ætate, vel infirmitate aliqua, ſeu fatua ſimplicitate ad hujuſmodi vitæ obſervantiam minus ſufficiens, et idonea comprobetur; per tales enim ſtatus et vigor Religionis ſæpe diſſolvitur, et turbatur.*

Ne cupiant Moniales earum bona.

XXVII. *Item volumus et ordinamus, quod in perſonis recipiendis ad Ordinem, Sorores hunc modum teneant, videlicet quod quando aliqua fuerit recipienda, mittatur primo ad aliquos Deum timentes, pauperum amatores, alterius ſtatus, quam ipſarum, ut eorum conſilio bona ſua pauperibus erogentur. Et caveant Abbatiſſæ, omneſque Sorores aliæ, ne per ſe, vel alios aliquid de bonis intrantium quovis modo recipiant, niſi forte ita modicum, ut illi, qui habent judicare de his, quæ foris ſunt, non poſſint oculum ſiniſtrum declinare contra ipſas, niſi etiam donans vellet eis, ſicut et ceteris pauperibus aliquid tribuere, ad earum ingruentes neceſſitates ſublevandas, ſeu ſupportandas, prout de ſua proceſſerunt voluntate, cum forma vitæ velit intrantem liberam eſſe, et de rebus ſuis facere quidquid Dominus inſpiraverit ei.*

Non paciſcantur cum eis.

Nec ingreſſuræ ſibi quidquam reſervent.

Cauſa ingreſſus expendenda.

XXVIII. *Caveant etiam Abbatiſſæ, et Sorores aliæ, ne propter receptionem alicujus faciant, vel facere fieri quovis modo permittant per ſe, vel per alium pro ſe, vel pro alia, ſeu pro aliis aliquam pactionem, ne qua aliqua ſpecies ſimoniæ poſſit notari. Nec permittant intrantem aliquid ſibi in ſeculo reſervare, ſed eam totam a terrenis denudatam offerant in manibus Crucifixi, niſi forte talis caſus eveniret, quod nullo modo propter periculum animæ ſuæ protinus ſe denudare poſſit, et ad ea, quæ ſic reliquit nullo modo redire intendat, dum tamen bona ſua, bono et certo modo perſonis Deum timentibus, prout melius potuerit, commiſerit pauperibus eroganda. Ut etiam regularius in hujuſmodi receptionibus dictæ Sorores in futurum procedant, ordinamus, quod nulla ad formam vitæ ipſarum recipiatur, niſi liquide cernatur*

tur quod ipſa principaliter propter amorem Dei, & propter ſalutem animæ ſuæ ad Ordinem venerit. Et hoc non ſolum propter primos motus agitata, nec vi, nec metu aliquorum incitata, ſed ſponte & libere, prout a ſancto Spiritu fuerit admonita. Quapropter videant ſollicite, quod nulla recipiatur ad Ordinem, niſi ſit omnino prompta, fidelis, & Catholica, nulla vulgari infamia maculata, corpore, & mente ſana, de nullo errore ſuſpecta, debitis expedita, nullis ſententiis excommunicationis, vel interdicti ligata. Et ſi contigerit quod talis eſſet hujuſmodi ſententiis excommunicationis, vel interdicti innodata, abſolvatur ante receptionem, modo debito, per privilegia Ordini beati Franciſci ſuper hoc indulta, ita tamen, ut ſibi publice intimetur quod ſi contingeret eam reverti ad ſeculum, quod in hujuſmodi priſtinas ſententias relaberetur, ut prius erat aſtricta. Sit etiam conditione libera, vel de licentia ſpetiali ſui domini, vel dominæ, ætatem habens XII. *annorum antequam habitu Ordinis induatur, nec aliqua profiteatur ante* XVIII. *annum, quia commode non poſſet portare onera Religionis ipſarum.* Ingreſſuræ nullo vitio nec macula laborent.

XXIX. *Ordinamus etiam quod nulla recipiatur pro Clerica poſt* XXV. *annum, niſi foret ita competenter litterata, quod ſine grandi labore ſui, & aliorum poſſet addiſcere divinum officium. Nec aliqua primo profiteatur, niſi ſciat dicere divinum officium per ſe ipſam, vel ſaltem competenter cum aliis in communi. Item, nulla poſt* XIII. *ætatis ſuæ annum, quovis modo ad Ordinem ipſarum recipiatur, cujus vita & honeſtas plene nota, ſeu examinata non fuerit, vel infra clauſuram admittatur. Nec recipiatur etiam aliqua poſt quadrageſimum annum, niſi foret multum inſignis, de cujus receptione fieret magna ædificatio in populo & Clero, vel ita ingenioſa, & fortis, quod poſſet Deo & Ordini ſervire ſecundum ſtatum formæ ſuæ. Præterea, nulla profeſſa alterius Religionis ad formam vitæ ipſarum recipiatur ſine licentia ſuæ Abbatiſſæ, vel niſi ſuper hoc a Sede Apoſtolica eſſet privilegiata.* Ætas conſideranda.

XXX. *Inſuper ordinamus, quod ſi profeſſio alicujus Novitiæ eſſet dubia, quod fiat ei ante annum ultimum ſuæ profeſſionis juridica proteſtatio, quod nullum jus habebit in Ordine, donec quid agendum ſit, cum matura deliberatione ſuper ſuam profeſſionem, ſeu reditum ad ſeculum, fuerit determinatum.* In profeſſione dubia quid faciendum.

XXXI. *Præterea volumus quod receptio Novitiarum & profeſſarum fiat in Capitulo coram omnibus Sororibus ad hoc ſpecialiter convocatis. Quando autem aliqua accipitur ad profeſtionem, dicat coram Abbatiſſa genibus flexis, junctis manibus, & poſitis inter manus Abbatiſſæ, diſtincta, & clara voce ſuum proprium nomen exprimendo, in hunc modum:* Ego Soror N. voveo & promitto Deo, & beatæ Mariæ Virgini, & beato Franciſco, & beatæ Claræ, & omnibus Sanctis, & tibi Matri, toto tempore vitæ meæ ſervare formam vitæ Sororum pauperum ſanctæ Claræ, per eumdem beatum Franciſcum eidem ſanctæ Claræ traditam, & per Dominum Innocentium Papam IV. confirmatam, vivendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate, ſervando clauſuram. *Et tunc Abbatiſſa, quæ eam recipiet, ſi hoc obſervaverit, promittat ei vitam æternam.* Forma profeſſionis.

XXXII. *Rurſus ordinamus, quod quandocumque continget aliquam in Sororem recipi, omnes capilli capitis ſui tondeantur in rotundum ſupra aures. Nec poſtea unquam capillos magnos quovis modo nutriant, ſed omni anno certis vicibus, juxta ordinationem Abbatiſſæ omnes tondeantur, ut prius, niſi propter debilitatem capitis aliud eſſet judicatum.* Capilli tondendi.

De qualitate Habitus.

CAPITULUM III.

Numerus & qualitas tunicarum.

XXXIII. *Cum Regula, ſeu forma vitæ dicat, quod* Sorores veſtimentis vilibus induantur, *ordinamus & ſtatuimus, ut veſtimentorum vilitas attendatur in pretio pariter, & colore. Et licet in eadem forma vitæ contineatur, quod depoſito habitu ſeculari, Abbatiſſa concedat ei, ſcilicet intrare volenti, tres tunicas, & mantellum; tamen ſi neceſſitas, vel infirmitas, ſeu conditio perſonæ, vel loci, aut temporis aliqua urgeat, quod pluribus tunicis indigeat, declaramus, quod poſſit ei Abbatiſſa, de conſilio Diſcretarum, modo debito providere, cum dicta forma vitæ dicat, quod Abbatiſſa provideat Sororibus de veſtimentis*, ſecundum qualitates perſonarum, & loca, & tempora, & frigidas regiones, ſicut neceſſitati viderit expedire. *Et eſt intelligendum, quod illæ tres tunicæ, quæ in dicta forma vitæ exprimuntur, non debent eſſe ejuſdem formæ, ſeu figuræ. Quia duæ interiores conceduntur eis, non tamen pro forma* Ordinis, *ſed potius pro fomento & calefactione, ſeu honeſtate corporis.* Nec etiam oportet quod ſint *ejuſdem coloris.*

Habitus ſemper deferendus, & qualis.

Quapropter volumus & ordinamus, quod tunica ſuperior, habitus Ordinis nuncupetur, ſine quo non liceat Sororibus in publicum procedere, nec ſine eo dormire, niſi infirmitate, vel debilitate, vel aliqua neceſſitate manifeſta, quæ per Abbatiſſam, vel ejus Vicariam legitima fuerit judicata, aliud cogent faciendum. Longitudo habitus talis ſit, quod dum fuerit indutus, ultra longitudinem Sororis deferentis eum, non debeat dictus habitus ad terram protendi. Latitudo vero XIV. *palmorum non excedat menſuram. Manicæ ultra pugnum mojus non extendantur. Tunicæ interiores ſint de humili panno, nec debent duplicari de pellibus, ſive pelliciis. Mantellus etiam ſit ſemper de vili & groſſo panno, non criſpus, vel rugatus circa collum. Nec etiam ita longus, quod ſupra terram ullo modo protendatur. Et ſemper in omnibus veſtimentis Sororum appareat & reluceat vilitas, auſteritas & paupertas in forma, pretio pariter & colore.* Omnes etiam *Sorores tam Abbatiſſæ, quam aliæ officiales de communi panno induantur, & omnis partialitas evitetur.*

De chorda.

Chorda, qua Sorores cinguntur, ſit communis, & rudis, & omnis curioſitas ab ea penitus abſcindatur.

De tegumento capitis.

Ceterum de operimento capitis ſtatuimus, & ordinamus, quod omnes Sorores, tam Abbatiſſæ, quam aliæ profeſſæ ſine diſtinctione aliqua operiant capita ſua cum omni humilitate, honeſtate, & religioſitate, omni curioſitate & vanitate ſublata. Et ut melius ſemper ab omnibus ubique in Conventibus *ſuis obſervetur, ordinamus quod omnes Sorores taliter coaptent capitegia ſua, quod frons, & utraque maxilla, & mentum operiantur pro majori parte, ita quod nullo modo vultus Sororum plene videatur. Vela vero, & capitegia, quæ ponuntur ſupra caput, & circa collum taliter coaptentur, quod totum caput & pectus & ſpatulæ retrorſum pro majori parte ex eis operiantur. Item volumus, quod omnia vela, & capitegia ſint de communi, groſſa, & rudi tela, ut ſemper in eis reluceant ſancta paupertas, & auſteritas ſuæ profeſſionis. Inſuper ordinamus, quod quælibet Soror de licentia & beneplacito ſuæ Abbatiſſæ, poſſit habere duo vela nigra, & duo, vel tria mutatoria capitegiorum alborum pro munditia ſemper obſervanda. Et caveant omnes Sorores, ne unquam habeant capitegia rugata, vel vela de ſerico, vel de alia materia pretioſa. Item, nulla* Novitia *portet velum nigrum ante profeſſionem expreſ-*

preſſam, niſi eſſet profeſſa in alia Religione, ſed capitegia alba debito modo coaptata, ſecundum diſpoſitionem Abbatiſſarum, ſicut hactenus eſt conſuetum.

De divino Officio.

CAPITULUM IV.

Opportune conveniendum in choro.

Religioſe herendum.

Devote, unanimiter pſallẽdum.

XXXIV. D*E divino Officio tam de die, quam de nocte Domino perſolvendo, hoc obſervetur, quod ante omnium horarum canonicarum principia, Statim poſt primam pulſationem omnes Sorores, quas bona cauſa non excuſat, quæ per Abbatiſſam, vel ejus Vicariam vera & legitima fuerit judicata, ad Chorum conveniant, Domino præparaturæ corda ſua, ibique ſine diſcurſu, murmure, riſu, & abſque vanis & vagis aſpectibus, ſub ſilentio & pace, cum debita & religioſa gravitate & reverentia permaneant. Et ibi uſque in finem unanimiter perſeverent: nec aliqua de choro exire præſumat, dum dicitur divinum officium, ſine licentia Abbatiſſæ, vel ejus Vicariæ, ſive ibidem Præſidentis, donec totum officium fuerit perſolutum. Eaſdem quoque Sorores hortamur in Domino Jeſu Chriſto, ut ſemper, & ubique divinum officium perſolvant attente, integre, plene, & religioſe; ſimul incipiant, ſimul pauſent, & uſque in finem unanimiter perſeverent. Ita tamen, quod officium divinum ſemper altius & prolixius dicatur, quam officium beatæ Virginis & mortuorum. Quantum vero ad modum pulſandi pro veniendo ad Miſſam & ad alias horas Canonicas, & quantum ad modum ſedendi & genuflectendi, inclinandi, elevandi, vertendi, & e regione ſtandi, Sorores ſemper ſe habeant ſecundum conſuetudinem & ordinationem Fratrum Minorum, niſi quantum ad aliquas cæremonias, quæ eis non conveniunt. Item nulla Soror litterata, cujuſcumque conditionis exiſtat, eximatur a Choro, ſed omnes Sorores ad Miſſam, & ad omnes horas Canonicas venire teneantur, exceptis ægrotantibus actu, & ſervientibus illis pro tempore, de licentia Abbatiſſæ, aut ejus Vicariæ, exceptis etiam illis, quæ eodem tempore eſſent occupatæ in ſervitio communi Conventus, de ſcitu & ordinatione Abbatiſſæ. Officiales vero & aliæ ſervitrices diligentiam talem debent habere in earum ſervitiis, quod taliter ſua ſervitia & officia expediant, quod in Eccleſia cum aliis divinum officium perſolvant. Sorores etiam, quæ non ſunt litteratæ, & quæ, ut præfertur, non ſunt infirmæ, vel in ſervitiis aliarum pro tunc occupatæ, ad Eccleſiam pari modo conveniant, ad perſolvendum divinum officium, ad quod ſunt obligatæ in aliquo loco, propter hoc eiſdem aſſignato. Si autem Abbatiſſa, vel Vicaria aliquam Sororum in præmiſſis repererit negligentem, debite eam puniat ſecundum delicti exigentiam, ſive culpæ.*

XXXV. *Præterea ordinamus, quod omni die infra octavam ſanctæ Claræ uſque ad feſtum Aſſumptionis Virginis glorioſæ, fiat feſtum novem lectionum de eadem, & in aliis diebus poſt dictum feſtum Aſſumptionis fiat commemoratio de eadem, ad* Benedictus, *& ad* Magnificat. *Et deinde ſancti Ludovici.* De officio ſanctæ Claræ.

XXXVI. *Rurſus ordinamus, quod tempore generalis interdicti omnes Sorores matricibus Eccleſiis ſe conforment, dummodo illud interdictum fuerit illis legitime per illos, ad quos ſpectat, vel per eorum certos nuntios, ſeu litteras, denuntiatum. Et tunc Sorores, januis clauſis, & interdictis, ſeu excommunicatis foris extra Eccleſiam ejectis, dicant, & perſolvant totum divi-* De interdicto.

nuns

num officium, ſicut dicitur communiter officium beatæ Virginis in diebus ſimplicibus, non ſedendo, ſed ſtando, ut eſt conſuetum. Si vero tempore interdicti prædicti, aliqui de Fratribus deputatis in ſervito Conventus, vel de Sororibus infirmari contingat, ſeu mori, communicetur, vel ſepeliatur, non tamen ſolemniter, ſed baſſo modo, & ſine præſentia excommunicatorum, ſeu interdictorum; ita tamen quod de officio exequiarum, vel communionis nihil omittatur.

De completorio & collatione.

XXXVII. *Inſuper ordinamus, quod ſemper poſt completionem officii divini dicatur poſt orationem Dominicam* Salve Regina *cum aliquibus orationibus, ſicut hactenus eſt fieri conſuetum. Item volumus, quod indilate poſt primam pulſationem Completorii, pulſetur pro Collatione, in qua omnes Sorores ſanæ tenentur convenire; & illa, quæ non eſt in principio, in cruſtinum per totum prandium careat vino, niſi juſtam habuerit excuſationem.*

De Abſtinentia.

CAPITULUM V.

Abſtinendũ perpetuo a carne.

XXXVIII. *Cum ſecundum formam vitæ omni tempore Sorores debeant jejunare, dicimus conſequenter quod ſemper, et ubique ab eſu carnium ſe debent abſtinere. Et licet in dicta forma vitæ contineatur iſta clauſula, videlicet:* Quod in Nativitate Domini in quocumque die venerit, Sorores bis refici poſſunt, *declaramus quod propter hoc non conceditur eis eadem die eſus carnium, ſicut nec in diebus Dominicis, in quibus etiam Sorores bis refici poſſunt. In communitate, vel ubi ſicut bis reficiuntur omnes Chriſtiani in diebus Quadrageſimæ, ſecundum conſuetudinem, et ordinationem ſanctæ matris Eccleſiæ. Item in eadem continetur, quod* cum adoleſcentulis, & debilibus, ſicut videbitur Abbatiſſæ, miſericorditer diſpenſetur. *Circa quod eſt notandum, quod in hujuſmodi diſpenſatione, ætas, vel debilitas communiter bono modo determinari non poteſt, cum ſæpe contingat quod aliquæ ſunt fortiores in decimo tertio anno, quam aliæ in decimo ſexto. Et etiam aliquæ ſunt magis gravatæ ex modico, et levi morbo, quam aliæ de majori, et prolixo morbo. In his autem hortamur eaſdem in Domino, ut per omnia ita prudenter ſe habeant, ut ſecundum Deum, et rectam conſcientiam inter ipſas magis caritas Chriſti, quam carnalitas corporis humani reluceat, et magis juſta diſpenſatio, quam crudelis diſſipatio appareat, quia ſæpe propter hujuſmodi diſpenſationes fiunt magnæ relaxationes. Poſſit tamen Abbatiſſa, vel ejus Vicaria de conſilio Diſcretarum, cum ſupradictis adoleſcentulis debilibus, et etiam infirmis, quod bis, vel pluries reficiantur in dies, diſpenſare, cum vera et juſta cauſa hoc requirat, quibus, ſecundum earum neceſſitatem et imbecillitatem, tam in cibariis, quam in aliis faciat eis ſufficienter provideri. Ordinamus inſuper, quod Abbatiſſæ ſollicitam curam gerant, quod de eleemoſynis, quæ obvenient Conventibus, provideatur competenter juxta eleemoſynarum, et obventionum quantitatem, Sororibus in communi, ne ipſæ Sorores propter defectum communis, et ſufficientis victus, habeant occaſionem deſiſtendi ab inceptis.*

Cum quibus diſpenſandum circa rigorem jejunii.

De Confeſſione, & receptione Corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & de Confeſſore, & ſociis ejus.

CAPITULUM VI.

Quoties cōmunicandum.

XXXIX. U*T autem in Sororibus dicti Ordinis puritas mentis, et corporis magis vigeat, fervorque, et amor erga ſacratiſſimum corpus Domini augeatur et concreſcat, volumus et ordinamus, quatenus ultra numerum in forma vitæ taxatum, videlicet*, quod duodecim vicibus de Abbatiſſæ licentia Sorores confiteantur in anno, *quælibet Soror, ubi legitima præpeditio non fuerit, de quindena in quindenam Conf ſſori Conventus, de licentia Abbatiſſæ, confiteatur. Et omnibus diebus Dominicis dictarum quindenarum, cum ſeptem vicibus in dicta forma vitæ contentis, devotius, prout poterit, recipiat corpus ſanctiſſimum Domini in Miſſa Conventuali, niſi de licentia Abbatiſſæ, de conſilio Confeſſoris Conventus aliqua vellet remanere, & a dicta receptione abſtinere, & uſque ad aliam diem, propter juſtam cauſam retardare. Volumus etiam, & præcipimus per obedientiam, ut nulla Soror cujuſcumque conditionis exiſtat, poſſit, vel audeat confiteri alicui Confeſſori religioſo, vel ſeculari, cujuſcumque conditionis, gradus, vel dignitatis exiſtat, prætextu etiam cujuſcumque gratiæ, vel privilegii alteri eorum conceſſæ, niſi Confeſſori Conventus, & niſi de beneplacito & licentia Abbatiſſæ obtenta, & majoris partis Diſcretarum, & pro juſta, & rationabili cauſa. Item ordinamus, quod ab ultima pulſatione Completorii uſque poſt horum Tertiarum, nulla Soror vadat ad Confeſſionem, niſi quando fuerit neceſſitas magna. Quamvis autem in forma vitæ dictarum Sororum contineatur, quod pro communicandis Sororibus infirmis & ſanis, Capellano liceat intus celebrare. Tamen modernis temporibus propter multa pericula & magna inconvenientia, quæ ex hujuſmodi celebratione, & communicatione ad intra poſſent Sororibus in futurum evenire, præcipimus per obedientiam omnibus Abbatiſſis, & Oſtiariis, & Sororibus aliis præſentibus & futuris ſingulorum Conventuum & locorum, quod numquam permittant, vel conſentiant aliquem Sacerdotem regularem, vel ſecularem intra clauſuram ipſarum celebrare, vel intrare pro Sororibus ſanis, vel infirmis communicandis, niſi forte aliqua ipſarum gravi corporis infirmitate videatur tendere ad extrema, vel etiam in caſu, quo aliqua ipſarum lepra, vel aliqua alia infirmitate, ſeu contagione prolixa gravaretur, & aditus bono modo eſſe non poſſet, nec oportunitas, quod taliter infirmans poſſet ſine periculo cum aliis Sororibus in Eccleſia Miſſam audire, vel corpus Domini recipere. Et tunc in dicto caſu concedimus, quod ſeptem vicibus in forma vitæ ſtatutis, Confeſſor, vel ſocius ſuus in abſentia ſua, pro hujuſmodi celebratione, vel adminiſtratione facienda intra clauſuram poſſit intrare.*

Cui confitendū.

Sacellanus non celebret intra Monaſterium.

Quibus ferenda Euchariſtia intra clauſuram.

De Capellano, & ſociis.

XL. *Præterea, cum dicta forma vitæ contineat, quod* Sorores Capellanum cum uno Clerico bonæ famæ, diſcretionis providæ, & duos Fratres laicos ſanctæ converſationis, & honeſtatis amatores, in ſubſidium paupertatis miſericorditer ab Ordine Fratrum Minorum ſemper habeant. *Quæ quidem verba declaramus ita debere intelligi, & fieri in modum, qui ſequitur, videlicet: Quod in quocumque Conventu dictarum Monialium Sorores habeant, vel habere valeant quatuor Fratres de Ordine Fratrum Minorum, quorum primus & principalis ſit Capellanus, id eſt, Sacerdos, & Confeſſor ipſarum. Qui quidem talis debet inſtitui & aſſignari, qui ſit probus, &*

de-

devotus, providus, & diſcretus, ac in Obſervantia Regulari probatus, non multum juvenis, ſed idoneæ ætatis. Secundus Frater ſit ſocius ſuus, qui non ſolum debet eſſe Clericus, ſed ſimplex Sacerdos bonæ famæ, et diſcretionis providæ. Cui Confeſſor Sororum poterit confiteri, quandocumque indiguerit. Et alii duo Fratres ſint laici, qui, ſicut dicit forma vitæ, debent eſſe ſanctæ converſationis, & honeſtatis amatores. Quos quatuor Fratres Abbatiſſa cujuslibet Conventus, de conſilio Diſcretarum ſuarum, debet humiliter, & de gratia a Generali Miniſtro, vel Provincialibus Miniſtris poſtulare. Et præfatus Generalis pro omnibus Conventibus dictarum Sororum, vel dicti Miniſtri Provinciales pro Conventibus dumtaxat in ſuis provinciis ſituatis, debent dictæ poſtulationi miſericorditer, & intuitu pietatis Dei, & beati Franciſci condeſcendere, & prædictos quatuor ei concedere.

A quo concedendi.

De Clauſura.

CAPITULUM VII.

Nulli clauſuram egredi liceat.

XLI. I*Nnocentius Papa IV. in forma vitæ ait: omni namque tempore vitæ ſuæ hanc vitam profitentes, clauſæ manere debent. Et poſtquam Clauſtrum hujus Religionis intraverint aliquæ, & profeſſæ fuerint, hanc regularem Obſervantiam promittentes, nulla eis conceditur licentia vel facultas inde ulterius exeundi, niſi forte cauſa plantandi, vel ædificandi eamdem Religionem, vel reformandi aliquod Monaſterium, ſeu cauſa regiminis, vel correctionis, ſeu alicujus gravis diſpendii devitandi per licentiam Generalis Miniſtri Ordinis Fratrum Minorum, ſeu Provincialis illius Provinciæ ejuſdem Religionis, in qua Monaſterium ſitum fuerit, ad aliquem locum tranſmittantur. Volumus autem, quod quandocumque continget aliquam, vel aliquas præfato modo transferre, quod ad clauſuram ſui Ordinis ſibi aſſignatam, cum ſecura & honeſta ſocietate, quam citius potuerint accedere feſtinent. Et illa, ſeu illæ, quas contigerit ſic transferri, caveant, dum erunt inter homines, ſeu perſonas ſeculares, vel Regulares, a ſermonibus indiſcretis, a vanis & apertis aſpectibus perſonarum quarumcumque: ſed ſemper ſint modeſtæ & humiles, honeſte loquentes omnibus, ſicut decet.*

Niſi in certis caſibus.

De ſervientibus extra Monaſterium.

XLII. *Item, in dicta forma vitæ ſit mentio de Sororibus extra Monaſterium ſervientibus, quæ, prout habetur ibidem, faciebant profeſſionem, ſicut aliæ Sorores, præterquam ad votum de clauſura, & intrabant Monaſterium, & egrediebantur, ac ſerviebant aliis Sororibus, de illis, quæ extra Conventum negotiari oportebat, ſecundum quod erat expediens. Nihilominus tamen propter multa incommoda & pericula, quæ dictis Sororibus, & Conventibus ex hoc poſſent evenire, Dominus Papa Benedictus XII. ordinavit, ac ſtatuit, quod de cetero nulla Sororum profeſſa, niſi in certis caſibus, in forma vitæ poſitis, extra clauſuram exire præſumat. Nos vero ordinationem prædictam inviolabiliter obſervari volentes, præcipimus, quod omnes Sorores, cujuſcumque conditionis, ac ſtatus fuerint, quæ ſunt ad obſervationem profeſſionis aſtrictæ, & quæ de cetero aſtringentur, debeant ſub perpetua clauſura manere; ita quod nulli earum ſub ſervitialium nomine, vel quacumque alia ratione, vel cauſa ſit, vel eſſe valeat clauſuram hujuſmodi deinceps egrediendi facultas, niſi, prout dictum eſt, in caſibus ſupra dictis. Si tamen in futuro præfatæ Sorores indigerent obſequio, & ſervitio aliquarum devotarum fæminarum maturarum, & honeſtarum, ætateque provectarum, recipiant eas in præfatis obſequiis, & ſervitiis ipſarum, dum tamen in habitu ſe-*

ſeculari incedant, quæ non admittatur ad interiora Monaſterii quovis modo. Præterea ordinamus, quod in quolibet Conventu in loco patenti, & communi habeatur unum tantum torneatorium fortiſſimum, latitudinis & altitudinis congruentis, & ita compoſitum, quod per rimas ejus aliquis nec intrare Conventum, nec extra poſſit aſpicere, per quod Sorores poſſint res ſibi oblatas recipere, & reddere extra, illa quæ fuerint reddenda. Si autem res hujuſmodi eſſent ita magnæ, & groſſæ, latæ, vel longæ, quod per rotam, ſive illud torneatorium non poſſent commode intrare, vel extra poni, tradantur per portam in Monaſterium, & extrahantur, quando oportebit.

De Rota, ſive torneatorio.

XLIII. *Inſuper pro majori ſecuritate, & honeſtate tam Sororum, quam Conventuum, ordinamus, quod in nullo Conventu dicti Ordinis facto, vel fiendo, fiat, ſeu fieri permittatur quovis modo alia cratis, ſive aliud loquutorium, ſeu aliud torneatorium, ſeu porta, aliter quam conſueverint; ſufficiat omni tempore ubique in quolibet Conventu, habere unum loquutorium, cum rota, ſive torneatorio, & una crates, & una porta in locis publicis & conſuetis. Rurſum ordinamus, quod prope rotam, ſive torneatorium habeatur loquutorium cum una crate ferrea forti & firma, quatenus & ibidem in loquutorio Sorores loquantur, ſecundum modum & formam vitæ, & in præſenti Ordine deſcriptum, dum oportuerit, & fuerit utile, vel neceſſe. Item ordinamus, quod infra clauſuram Conventus de directo contra, vel ante portam principalem, ſit una alia porta minus principalis eo modo clauſa & obſerata, ſicut prima porta, & taliter diſpoſita, quod Sorores nullo modo poſſint ire, vel pertingere uſque ad portam principalem, nec forenſes propter obſtaculum dictæ portæ ſecundæ per rimas portæ principalis, ſi quæ ſint, vel eſſent, poſſint reſpicere intra Conventum, nec Sorores audiri. Item volumus quod oſtia, virgulti, & dormitorii ſint de nocte clauſa, & firmiter obſerata.*

De locutorio.

XLIV. *Præterea, ut major ſecuritas inter eas vigeat, ordinamus, quod nulla Soror, cujuſcumque officii, vel conditionis exiſtat, aliquam litteram recommendatitiam, ſive miſſivam clauſam, & apertam pro ſe, vel pro aliqua alia quovis modo in rota, crate, porta, vel, alibi ponat, ſeu poni faciat, ut foras mittatur, vel portetur, nec aliquam ibi poſitam, vel undecumque per quamcumque perſonam poſitam, vel projectam recipiat, ſive recipi faciat, legat, vel aperiat, ſive legi, vel aperiri faciat, niſi prius Abbatiſſæ, vel ejus Vicariæ littera fuerit tota integra tradita, & præſentata. Quas quidem litteras Abbatiſſa, vel ejus Vicaria debet legere, antequam mittantur, vel recipiantur ab aliqua Sororum. Et in caſu, quo ipſa Abbatiſſa, vel ejus Vicaria in eiſdem litteris reperiat aliquid non ſcribendum, vel recipiendum, nullo modo tradantur Sorori, cui mittuntur, vel extra Conventum miſſæ per eamdem mittantur, ſed graviter Soror puniatur, nec alicui concedatur, quod litteram ponat in manu deferentis. Item, nulla Abbatiſſa litteram aliquam ſibi deforis miſſam legat, nec alicui extra Conventum ſcribat, vel litteram mittat, niſi prius dicta littera fuerit præſentata uni Sorori Diſcretæ aſſignatæ per alias Diſcretas pro hujuſmodi cauſa, quæ omni anno debet mutari, & alia loco ejus aſſignari, quam litteram dicta Soror ſic aſſignata debet legere antequam mittatur, vel recipiatur ab Abbatiſſa.*

De litterarum miſſione, ſeu receptione.

De electione Abbatiſſæ, & Officialium, ac Diſcretarum.

CAPITULUM VIII.

De Praſide electionis.

XLV. ET *licet forma vitæ dicat, quod* Sorores procurent Generalem, vel Provincialem Ordinis Fratrum Minorum, qui eas verbo Dei informet ad omnimodam concordiam, & omnem utilitatem in electione facienda ſuæ Abbatiſſæ. *Nos tamen conſiderantes multitudinem Fratrum Minorum, & dilatationem ipſorum Conventuum, ac etiam Provinciarum, necnon & magnas, & aſſiduas occupationes, quas præfati Generales, & Provinciales Miniſtri habent circa prædictos Fratres & Conventus: inſuper ſanctam paupertatem dictarum Sororum, & non minus ſumptus, quos pro mittendo ad dictos Superiores oporteret facere: ſtatuimus & ordinamus, ut in hujuſmodi electione facienda Viſitator, ſeu Confeſſor ipſarum in ejus abſentia, poſſit ipſam exhortationem, ſeu informationem facere, ſed confirmatio ipſius Abbatiſſæ fiat per Generalem Miniſtrum, ſi ille fuerit in Provincia, & in ejus abſentia per Provincialem illius Provinciæ, in qua fuerit Monaſterium conſtitutum, vel per Commiſſarium ſuum, ſeu illum, cui ſuper hoc ipſe concefferit auctoritatem ſuam. Ut autem ſemper in hujuſmodi electione tutius*

De tempore.

procedatur, ſtatuimus & ordinamus, quod quandocumque continget aliquam Abbatiſſam mori, vel aliqua diuturna & gravi infirmitate detineri, ita quod commode non poſſit officium ſuum exequi, ſeu etiam ita inſtanter pro aliqua juſta cauſa & rationabili, omnino vellet cedere officium ſuum, vel ſicut habetur in forma vitæ: Luculenter appareret univerſitati Sororum ipſam eſſe prævaricatricem formæ vitæ ipſarum; *vel etiam, quod abſit, in aliquo gravi crimine eſſet deprehenſa, tunc poſt triduum mortis, vel depoſitionis, ſeu abſolutionis ejuſdem, Sorores provideant ſibi de Abbatiſſa per electionem canonicam, in qua electione nulla Soror poſſit pro Abbatiſſa eligi, quæ annum trigeſimum ætatis non attigerit, & formam vitæ promiſerit, & in ea fuerit approbata.*

XLVI. *Item, omnes Sorores profeſſæ ad ſonum campanæ ad Capitulum*

De modo.

conveniant hora congrua, per Vicariam Conventus provide aſſignata, & ſic in unum congregatæ, invocata Spiritus ſancti gratia, dicendo: Veni Creator Spiritus. Emitte *&c.* Et renovabis *&c.* Concede nos *&c.* Deus qui Eccleſiam *&c.* Et famulos tuos. *Cum omni pace, & devotione, ſicut decet ancillas Chriſti, ad electionem procedant, hoc modo: videlicet, Vicaria ſedens in loco Abbatiſſæ defunctæ, vel abſolutæ, petat bona fide, ſimplicibus verbis, ab unaquaque Sorore ſigillatim, incipiendo ab antiquioribus & ſanioribus, quam Sororem eligat in Abbatiſſam pro illo Conventu. Et ſic omnibus & ſingulis interrogatis, & reſponſionibus earumdem habitis, illa Soror, quæ plures voces, & magis ſanas in dicta electione habuerit, ipſa pro Abbatiſſa habeatur. Si autem contingat quod duæ Sorores, vel plures habeant in dicta electione voces in numero æquales, & non poſſint bono modo in unum concordari, tunc omnes Sorores profeſſæ poſſint unam, vel duas Sorores de diſcretioribus, & Deum timentibus, antiquis, & maturis eligere, vel nominare, cui, vel quibus committant dictam electionem, & ad illius, quam ſic eligunt, confirmationem procedatur. Poſſint etiam, ſi voluerint, Sorores, & eis expedire videbitur, procedere in dicta electione per viam ſcrutinii, videlicet quod quando erunt congregatæ in Capitulo, ut præfertur, omnes eligant unam Sororem boni teſtimonii, quæ ſciat ſcribere, & alias duas Diſcretas*

etiam

etiam boni teſtimonii, quæ ſic electæ, debent ſe aliquantulum ſeparare, ita quod poſsint videri, ſed non audiri ab aliis inſimul congregatis. Et una illarum, quæ aſsiſtunt ſcribenti pro teſtimoniis, nominet ſcribenti illam, quam ipſa eligit pro Abbatiſsa, & faciat eam ſcribi. Et poſtea alia, quæ etiam ibi adeſt pro teſtimonio, & poſtea ſigillatim omnes illæ, quæ ſunt in Capitulo, accedant ad eas, & nominent, & faciant ſcribi illam, quam eligunt pro Abbatiſsa, & ſic votis omnium Sororum Profeſsarum conſcriptis, illa Soror, quæ ſcripſit, cum aliis duabus teſtibus ad Capitulum coram omnibus Sororibus procedat, & illa quæ ſcripſerit, dicat in hunc modum: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Iſta eſt electio Matris Abbatiſſæ iſtius Conventus, celebrata tali anno, menſe, & die: Et primo talis Soror eligit talem Sororem in Matrem, & Abbatiſſam iſtius Conventus: *Et poſtquam omnium vota ipſa perlegerit, dicat:* Et ego Soror talis nomine meo, & nomine earum, quæ mecum conſenſerunt, eligo talem Sororem in Matrem, & Abbatiſſam hujus Conventus. *Et tunc illa, quæ plures & ſaniores voces habuerit, pro Abbatiſſa habeatur, vel ubi aliqua, vel aliquæ æquales voces in numero in dicta electione haberent, & bono modo non poſſent concordare, committant omnes Sorores uni, vel duabus de diſcretioribus antiquis, ſicut jam ſupra dictum eſt. Caveant autem omnes Sorores ſummopere, ne aliquam Sororem eligant in Abbatiſſam, quam evidenter noverint eſſe indignam.*

XLVII. *Cavere etiam debent omnes Sorores, ante electionem, & in* De integritate.
electione Abbatiſſæ, & in quacumque alia, ab omni ſubornatione, vel cavillatione, ſed unanimiter ſemper eligant illam, quam meliorem pro ſalute animarum, & utilitate Conventus noverint eſſe. Poſſunt etiam omnes Sorores, quæ habent vocem in electione Abbatiſsæ, ante hujuſmodi electionem inſimul convenire, & ſalubre conſilium ſuper hujuſmodi electione habere. Caveant tamen in hoc conſilio, ne fiat quæcumque diſcordia, ſeu perturbatio, ſed pacifice poſt hujuſmodi conſilium ad electionem per aliquem modorum prædictorum procedant. Electione ſic completa & conſummata, Sorores binæ & binæ Capitulum ingrediantur, & procedant ad Eccleſiam dicendo: Te Deum laudamus *&c. in fine vero,* Confirma hoc Deus *&c. Reſp.* A templo *&c. cum oratione,* Deus qui corda fidelium, *cum aliis orationibus, & precibus ſupradictis. Nulla Abbatiſsa officio ſuo fungatur, donec fuerit confirmata, ſed Vicaria Conventus faciat officium Abbatiſsæ.*

XLVIII. *Præterea, cum forma vitæ dicat, quod,* de communi conſen- De Diſcretis &
ſu omnium Sororum, omnes Officiales Monaſterii eligantur, *in eodem modo* officialibus.
ad minus octo Sorores de diſcretioribus eligantur, quarum in his, quæ forma vitæ requirit, Abbatiſſa uti ſemper conſilio teneatur. Ideo, ut pax, dilectio & veritas magis ſemper inter dictas Sorores vigeant & concreſcant, hortamur in Domino Jeſu Chriſto eaſdem, quatenus in hujuſmodi electionibus & mutationibus officialium, & diſcretarum prædictarum, omnis cavillatio & ambitio evitetur. Nec minus idoneæ quovis modo magis dignis præponantur, & quandocumque per viam Spiritus ſancti aliquam contigerit ad aliquod officium eligi, quod laborem & onus importet, non refutet, ſed illud ſecundum gratiam a Deo ſibi datam diligenter & humiliter exerceat & compleat. Caveant inſuper omnes Sorores, ne hujuſmodi officiales paſſim ſine magna & legitima cauſa mutent, ſive removeant ab officiis ſuis, niſi de bono, & ſano conſilio, ſicut ſecundum Deum viderint expedire. Eodem modo hortamur in Domino Jeſu omnes officiales præſentes & futuras, quatenus non petant ſe ab officiis abſolvi, ſed ſecundum gratiam eis datam officia ſibi injuncta, amore Dei,

ſemper habeant perficere, ſicut decet Religionis utilitati & ſaluti; & Altiſſimus, amorem ob cujus hoc faciunt & facient, reddet illis mercedem ſempiternam.

De Modo tenendi Capitulum:

CAPITULUM IX.

XLIX. *CUm ſecundum formam vitæ ſemel in hebdomada, ad minus, Abbatiſſa teneatur Sorores ſuas ad Capitulum convocare; ut autem ubique & ſemper hoc jugiter obſervetur, ſtatuimus & ordinamus, quod Abbatiſſa, vel ejus Vicaria ſtudeat ſummopere talem horam ſecundum varietatem locorum & temporum aſſignare pro tenendo dicto Capitulo, ut omnes Sorores fortes & ſanæ ibidem poſſint conveuire. Et nihilominus de divinis officiis, ſeu aliis obſequiis propter hoc nihil omittatur. Quandocumque autem Abbatiſſa voluerit Sorores ſuas ad Capitulum convocare, pulſetur campanula Refectorii ex una parte tantum, & omnes Sorores ſanæ & fortes, quæ in ſervitio infirmarum non fuerint pro tunc de neceſſitate occupatæ, ſtatim debeant, audita campana, ad Capitulum convenire, & omnibus ibidem congregatis & ſedentibus, Abbatiſſa, vel ejus Vicaria, invocata Spiritus ſancti gratia, faciat in loco ſuo recommendationes generales pro vivis & defunctis, nominando expreſſe benefactores, & benefactrices, qui, vel quæ dederunt eleemoſynas ſuas pro ſubſidio earumdem. Et factis & dictis his recommendationibus, Sorores ſurgant, & ordinate dicant ſuffragia pro eiſdem, videlicet:* Ad te levavi oculos meos, *cum* Gloria Patri *&c. &* De profundis, *cum* Requiem, *cum ſuffragiis, quæ ſequuntur, videlicet:* Pater noſter. Et ne nos. Fiat pax. Memento congregationis tuæ *&c.* Salvos fac ſervos tuos. Oremus pro fidelibus defunctis. Requieſcant in pace. Domine exaudi. Oremus. Eccleſiæ tuæ quæſumus Domine. Omnipotens ſempiterne Deus, qui facis mirabilia. Prætende Domine. Abſolve quæſumus Domine. *Et in fine dicto* Pater noſter: Deus det nobis ſuam pacem. *Abbatiſſa & omnes*

Quomodo ſe debeant gerere in Capitulo Sorores.

Sorores iterum ſedeant, & ſigillatim dicant culpas ſuas plene & humiliter, & devote, prout noverint ſe deliquiſſe, junctis manibus, flexis genibus proſtratæ ad terram, incipiendo a Novitiis & junioribus, ſeu illis, quæ non ſunt in officiis conſtitutæ. Abbatiſſa vero, vel ejus Vicaria, ſecundum ſuam rectam conſcientiam, & bonum judicium, imponat eis tunc pœnitentiam, ſi oporteat, etiam eas monendo & redarguenda, prout ſibi melius videbitur expedire, & hoc ſecundum quantitatem, & qualitatem delictorum, nullam partialitatem oſtendendo; ſed omnes, ubi deliquerint, corrigendo. Sorores autem ſemper prædictam pœnitentiam cum humilitate recipiant, & cum devotione perſolvant. Caveant autem Sorores ne unquam in Capitulo, vel alibi lites habeant, vel replicas, ſeu excuſationem palliatam faciant ſeu quærant. Nec aliqua ibidem loquatur, niſi de licentia Abbatiſſæ. Novitiæ autem, ſicut dictum eſt, ante omnes debent dicere culpas ſuas. Statim dictis culpis, & acceptis pœnitentiis, debent extra Capitulum exire. Caveant inſuper omnes Sorores, ne culpas in Capitulo, vel viſitatione accuſatas, vel punitas audeant una alteri quovis modo improperare, nec etiam alias, ſi quas in ſeculo contraxerint. Et ſi aliqua in hoc deliquerit, per Abbatiſſam graviter puniatur. Omnibus autem his dictis & completis, ut ſupra dictum eſt, ſi quæ ſint tractanda, ſicut dicit forma vitæ, Sorores tractent, & expediant, quæ ex-

pe-

pedienda fuerint cum debita gravitate, & honeſtate, a verbis ſuperfluis, injurioſis, ſive quibuſcumque aliis indebite prolatis, penitus præcavendo. Et omnibus completis recedant de Capitulo in nomine Domini.

De Silentio, & Modo loquendi ad cratem & locutorium.

CAPITULUM X.

Quando & ubi ſilendum.

L. P*Ræterea, quia pax eſt opus juſtitiæ & ſilentium cultus ejus, ne devotionis fervor per inquietitudinem multiloquii extinguatur, ordinamus, quod Sorores ſileant ſicut in forma vitæ ipſarum continetur, videlicet ab hora Completorii, id eſt, a dicto Completorio uſque ad Tertiam, & poſt horam Tertiarum ſileant etiam continue, ſicut dicit dicta forma vitæ, in Eccleſia, dormitorio, & in refectorio, dum comedunt, præterquam in infirmaria. Et licet ibi non ſit mentio, quod debeant ſilere in clauſtro, ea forte cauſa eſt, quia in loco ſancti Damiani, in quo morabatur beata Clara, tempore formæ vitæ ſibi a beato Franciſco datæ, non erat pro illo tunc clauſtrum ibidem, propter nimiam paupertatem conſtructum. Nos autem attente conſiderantes, quod Dominus Papa Gregorius IX. ordinavit in prima Regula, quod dictæ Sorores tenerent continuum ſilentium in omnibus horis & locis. Ac etiam quod in omnibus Religionibus bene regulatis & ordinatis, clauſtrum ſit locus poſt Eccleſiam primus, ubi dictum ſilentium conſuetum eſt obſervari; ſtatuimus & ordinamus, quod omnes Sorores de cetero debeant ſilere in clauſtro, ſicut & in aliis tribus locis in forma vitæ poſitis.*

Qualiter ad cratem loquendum?

LI. *Item præcipimus, quod nulla Soror cujuſcumque officii, gradus, aut conditionis exiſtat, accedat ad locutorium, ſicut in dicta forma vitæ continetur, ſine licentia Abbatiſſæ, vel Vicariæ; nec aliqua licentiata cum aliqua perſona loquatur quovis modo in locutorio dicto, niſi præſentibus, & clare audientibus duabus Sororibus de numero octo Diſcretarum Conventus; quia in crate, quæ eſt in Eccleſia coram Deo, & Angelis ejus, aſſignantur volentibus loqui tres Sorores de octo Diſcretis, ſecundum tenorem formæ vitæ, fortiori ratione in locutorio, quod eſt locus magis communis & publicus, debent aſſignari duæ de octo Diſcretis illi Sorori, quæ in locutorio voluerit loqui, de bona licentia, & debito modo, & pro debita cauſa. Item ordinamus, quod ad portam Sorores nullo modo loquantur cum aliqua perſona forenſi alte vel baſſe cum ſociis, vel ſine ſociis. Præterea volumus, quod quando aliqua Soror pro evidenti utilitate, vel neceſſitate, vel de bona congruitate fuerit ad cratem, quæ eſt in Eccleſia, ut cum aliqua perſona loquatur, in principio locutionis poterit removere aliquantulum pannum interius appoſitum, ſtatim ipſum in loco conſueto reponendo, ita quod dum loquitur, non videatur in facie ab aliquo, & in fine locutionis ſuæ iterum pannum illum aliquantulum removeat, & vale loquenti faciat, & pannum, ſtatim vale facto reponat; & nulla Soror ibi loquatur, niſi ſecundum formam vitæ, & cum perſonis ſolemnibus, maturis, & ſecuris, parentibus, propinquis, ſpiritualibus amicis, & hoc rariſſime fiat.*

Qualiter in Eccleſia?

LII. *Item, quandocumque aliquam perſonam extraneam ad eas ingredi, vel alias per cratem eis loqui contigerit, tegant facies ſuas cum modeſtia, & inclinent ſe parumper prout Religionis convenit honeſtati. Inſuper in Quadrageſima ſancti Martini, quam volumus incipere in craſtinum omnium Sanctorum, & durare uſque ad Nativitatem Domini. Et in Quadrageſima majori, quam volumus incipere in craſtinum Quinquageſimæ uſque ad Reſurre-*

rectionem Domini, nulla Soror temporibus prædictis loquatur cuicumque perſonæ ad locutorium, ſive ad cratem, niſi pro cauſis in forma vitæ contentis, niſi Abbatiſſæ, vel ejus Vicariæ, ſive Portariæ, & hoc ſolum pro negotiis & utilitatibus Conventus, ſicut hactenus eſt fieri conſuetum. Eaſdem quoque hortamur in Domino Jeſu Chriſto, quod quandocumque contingit aliquam Sororem loqui ad locutorium, ſive ad cratem, caveant omnino a prolixis, & inutilibus, ſive vanis & mundanis colloquiis, ſed omnia verba, quæ procedent de ore ipſarum, ſint honeſta & utilia, ſicut decet ancillas Chriſti, & obſervatrices ſancti Evangelii. Et ad evitandum familiaritates ſuſpectas ſecularium, & locutiones prolixas, & inutiles earumdem, ordinamus, quod nullo modo Sorores fiant per ſe, vel per aliam perſonam, commatres virorum, vel mulierum. Rurſus ordinamus, quod quandocumque continget aliquam perſonam clauſuram intrare, ſive pro viſitatione infirmarum, ſive pro alia quacumque de cauſa, Sorores licentiatæ non audeant eis loqui, niſi præſentibus & audientibus duabus Diſcretis Sororibus, per Abbatiſſam, vel ejus Vicariam eis aſſignatis.

Fugiendæ converſationes ſecularium.

De Obſervantia paupertatis, & quod Sorores non recipiant poſſeſſionem aliquam, nec ſibi aliquid approprient.

CAPITULUM XI.

Nullæ habendæ poſſeſſiones.

LIII. Cum ſecundum formam vitæ, Abbatiſſa, & omnes Sorores teneantur ſanctam paupertatem, quam Domino Deo, & beato Franciſco promiſerunt, obſervare, ſcilicet in non recipiendo, ſeu habendo poſſeſſionem, vel proprietatem, per ſe, vel per interpoſitam perſonam; ut autem prædictam paupertatem diligentius, & perfectius poſſint cuſtodire, ac in non recipiendo, ſeu habendo poſſeſſionem, vel proprietatem ſtrictius, & purius ſe habere, inhibemus per obedientiam eiſdem Sororibus, ne domum ad locandum, terram, ſive hortum ad colendum, pratum ad ſecandum, vineam, ſive aliquid aliud ad laborandum quovis modo recipiant, aut poſſideant. Item, hæreditates, reditus annuos, penſiones, eleemoſynas perpetuas nullatenus habeant, vel recipiant per ſe ipſas, vel per interpoſitam perſonam. Præterea, habere granaria, ſive cellaria, de emptis, vel mendicatis, ſeu aliter acquiſitis, ita grandia & copioſa, ut de eis aliquid vendant, vel quod per annum integrum, abſque mendicatione poſſint tranſigere vitam ſuam, repugnat paupertati earum. Inſuper, boves, greges ovium, ſeu armenta pecorum numquam habeant, nec ſcyphos, ſcutellas, vel aliquod aliud vas de auro, vel argento, vel de quacumque alia re pretioſa: item, theſaurizationes auri, argenti, lapidum pretioſorum, ceterorum quarumcumque rerum, & omnis congregatio, vel proviſio, quæ poſſit durare ultra annum, quæ omnia ſint eis interdicta. Ceterum volumus, quod in omni ſupellectile ipſarum tam in vaſis, quam in veſtimentis, ſeu quibuſcumque aliis, omnis curioſitas & ſuperfluitas evitetur, & in ipſis ſemper paupertas reluceat, & appareat, & in uſu neceſſitas, ſicut decet ſanctiſſimæ paupertatis ſectatrices. Item volumus, & ordinamus, quod de legatis Sororibus in ultimis voluntatibus decedentium, fiat in modum, ſecundam quem ordinavit Dominus Nicolaus Papa III. in declaratione Regulæ Fratrum Minorum fieri ab ipſis Fratribus.

Non granaria, nec cellaria.

Non armenta, non res pretioſæ.

Paupertas debet eſſe in ſpeciali & in communi.

LIV. Inſuper, cum vitæ forma dicat, quod Sorores nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, & per Dominum Nicolaum Papam III. & Clementem V. & nonnullos alios ſummos Pontifices ſit de-

declaratum in declarationibus regulæ Fratrum Minorum, quod expropriatio, ſeu abdicatio omnium rerum, quam dicti Fratres faciunt, intelligi debeat, & ſervari tam in ſpeciali, quam etiam in communi. Noſque circa hunc articulum veſtigiis inhærentes prædictorum, præfatam expropriationem, ſeu abdicationem proprietatis, omnium rerum, quam propter Deum Sorores faciunt, ſicut meritoriam & ſalutiferam, & æterna retributione dignam, volumus, & mandamus tam in ſpeciali, quam etiam in communi integre & inviolabiliter ab omnibus dictis Sororibus præſentibus & futuris obſervari. Poſſunt tamen dictæ Sorores, ſana conſcientia habere uſum ſimplicem, & jus utendi omnium rerum, eis ſecundum formam vitæ conceſſarum, vel illarum, quæ ipſis in eadem non prohibentur, ſine tamen appropriatione aliqua, ſicut ſunt uſus neceſſoriorum pro celebratione, et manutentione ſervitii divini, pro habitatione, et ſuſtentatione corporis humani, et pro executione officiorum et negotiorum, eis ſecundum formam eamdem vitæ, et ſacræ Religionis neceſſariorum. Poſſunt etiam pro tranſigendo vitam ſuam in agone præſentis militiæ, de his, quæ eiſdem offeruntur liberaliter, et de his, quæ pro ipſis mendicantur, et quæruntur humiliter, ac etiam de his, quæ ab ipſis acquiruntur per laboritium, dummodo ſic oblata, mendicata, quæſita, ſive habita, non aperte diſſonarent ſtatui paupertatis et Religionis ipſorum, habere jus utendi, et ſimplicem facti uſum.

LV. *Præterea ordinamus, quod de rebus, vel eleemoſynis in particulari datis, vel miſſis, Sororibus diſtribuatur indigentibus in particulari, vel in communi, ſecundum quod bonum videbitur Abbatiſſæ. Nec volumus licere alicui Sorori, quod illud quod fuerit ſibi datum, vel miſſum a parentibus, vel ab aliis, poſſit indigenti Sorori communicare, vel alicui perſonæ extra Conventum dare, vel mittere, ſine beneplacito et expreſſa licentia Abbatiſſæ, vel ejus Vicariæ. Inſuper volumus, quod in debitis contrahendis Sorores ſe habeant ſemper, et ubique ſicut in forma vitæ continetur. Item præcipimus, quod caveant ſe omnimode a multitudine, et magnitudine ædificiorum, et a ſumptuoſitate eorumdem, ſed ſint contentæ temperatis, et humilibus ædificiis.*

Eleemoſynę prudenter diſtribuendæ.

Nihil dandum inſcia Abbatiſſa.

De ædificiis.

De infirmis Sororibus.

CAPITULUM XII.

LVI. *ORdinamus, quod quandocumque continget aliquam Sororem infirmari graviter, vel debilitari, Abbatiſſa, vel ejus Vicaria, teneatur eidem infirmæ ſtatim providere de ſervitio opportuno; Sorores autem ſervitiis infirmarum, vel debilium deputatæ caveant, ne in officiis ſibi conceſſis defectum notabilem faciant, ſed humiliter et devote, in fervore caritatis ſerviant eis, ſicut vellent ſibi ſerviri, ſi ita infirmæ eſſent, Abbatiſſa etiam, ſi non fuerit legitime occupata, omni die ſaltem ſemel teneatur viſitare infirmas Sorores, dum actu graviter infirmantur. Et in abſentia ejus, hoc Vicaria ejus facere teneatur. Item, quod propter earum incuriam, nulla Soror infirma defectum habeat in ſua infirmitate ſecundum earum poſſibilitatem. Caveant autem Abbatiſſa, et ejus Vicaria, ne conſilium pro ſanitate habenda Sororum infirmarum petant ab aliquo medico, vel chirurgo, ſive barbitonſore, niſi a Catholicis perſonis, ſi tales poſſent haberi, et ſemper a magis devotis, quæ poterunt bono modo reperiri, pro remedio habendo. Nec alicui prædictorum intrare clauſuram permittatur, niſi urgenti neceſſitate, vel infirmitate, et ſemper aſſociati ſint taliter intrantes debito modo, ita quod Abbatiſſa, vel ejus*

Curandæ & viſitandæ infirmæ.

Qualis medicus debeat ingredi clauſuram?

Quæ infirmæ ab aliis ſeparandæ

ejus Vicaria, vel aliæ duæ, vel tres de diſcretis Conventus ſint præſentes, donec foras egrediantur. Item, ſi contingat aliquam Sororem, vel plures aliquo gravi, et contagioſo, et prolixo morbo languere, ut eſt lepra, inſania capitis, vel aliquid ſimile, propter quem taliter infirmantes non poſſent ſine periculo cum aliis reſidere, provideatur eis de camera ſeparata intra clauſuram, et de bonis ſervientibus talibus infirmis, prout caſus et infirmitas requirit, ita quod nulla clauſuram unquam exeat, niſi aliter fuerit conſultum.

Sorores caritative inſerviant.

Abbatiſſa provideat neceſſaria.

LVII. *Inſuper hortamur omnes Sorores in Domino præſentes et futuras, quatenus propter Deum non refutent ſervire talibus humiliter et devote, ſicut fuerit neceſſe. Si vero aliqua Abbatiſſa, vel Vicaria, ſeu aliquæ aliæ ſervitiis infirmarum deputatæ, non providerint ſecundum poſſibilitatem et facultatem loci, et qualitatis infirmantis, ſive conditionem, de pharmacis et cibariis, & aliis neceſſariis, accuſentur ab omnibus coram Viſitatore, dum viſitat, & ſicut nimium crudeles graviter puniantur, ſi defectum notabilem commiſerint in ſervitio infirmarum. Continetur etiam in forma vitæ, quod Sorores, quæ ſunt infirmæ, ſecundum Dominum Innocentium Papam IV. quæ non multo gravi infirmitate laborant, in ſaccis cum paleis jaceant, & habeant ad caput capitalia de pluma. Sed ſi forte aliquam, vel aliquas gravi, vel prolixo morbo laborare contigerit, aliter oporteret providere ſecundum Deum, & conſilia bona Diſcretarum: ideo volumus, & ordinamus, quod quandocumque continget aliquam, vel aliquas infirmam gravari aliquo morbo gravi & prolixo, Abbatiſſa, vel ejus Vicaria, de conſilio Diſcretarum provideat, vel providere faciat talibus infirmantibus de culcitra, & aliis neceſſariis ſecundum formam vitæ ipſarum, ſi ſecundum bonas, & rectas conſcientias earum videbitur infirmitati ſic infirmantis, vel infirmantium expedire, & eaſdem ſic infirmas in eadem culcitra, modo convenienti & humano, faciant requieſcere, ſicut ſuæ infirmitati fuerit opportunum. Provideant etiam diligenter Abbatiſſa, vel ejus Vicaria, ſeu Sorores aliæ deputatæ in ſervitio infirmarum, quod quandocumque continget aliquam, vel aliquas ab hac luce migrare, quod in hora mortis moriens ſit induta habitu Ordinis, & cincta chorda, & velata in capite, ſi fieri bono modo poſſit, & taliter induta ſepeliatur.*

De graviter ægrotantibus.

De calceamentis & culcitris.

LVIII. *Item, in eadem forma vitæ habetur*, & quæ indigent pedulis laneis, & culcitris, uti poſſunt, *quæ verba ſunt diſpenſatoria, quando neceſſitas hoc requirit. Quapropter ordinamus, quod nulla Soror, cujuſcumque conditionis, vel officii exiſtat, tempore bonæ ſanitatis pedulos laneos, nec culcitras habere poſſit, nec uti eiſdem, niſi ſit actu indigens. Nec talis indigentia per quamlibet debet arbitrari, ſed per Abbatiſſam cum conſilio Diſcretarum, & majoris partis numero earumdem, quæ cum viderit aliquam, vel aliquas manifeſte indigere calceamentis, vel fuerit de hoc requiſita ab eiſdem, quod diſpenſet cum eis, tunc ſi eiſdem Abbatiſſæ & Diſcretis juſtum, & rectum viſum fuerit, provide conſideratis conditionibus perſonarum, varietate temporum, & locorum, quod debeant cum eis diſpenſare, diſpenſent quod poſſint portare pedulos laneos, ſive calceolos durante neceſſitate. Et ſi major urgeret neceſſitas, quod poſſint portare ſoleas de corio cum pedulis laneis, vel calceolis de panno.*

De occupationibus Sororum.

CAPITULUM XIII.

LIX. Cum forma vitæ dicat, quod Sorores, quibus dedit Dominus gratiam laborandi, poſt horam tertiæ laborent. Ut autem hoc jugiter melius ab omnibus obſervetur, volumus, quod Sorores propter Deum officia humilitatis & caritatis non recuſent, ſed cum eis aliqua a Matre Abbatiſſa, vel ejus Vicaria fuerint injuncta pro communi, vel particulari utilitate Conventus, eadem officia, ſine murmuratione quacumque faciant, & voluntarie, & dulciter acceptent, & cum diligentia fideliter & devote perficiant, ſicut fuerit eis imperatum. Nec aliqua Soror pallio negligentiæ, ſive tepiditatis, vel ſuperbiæ, quando ſibi a prædictis modo prædicto injungitur, ſe contegat, dicendo: Deus non dedit mihi gratiam, hoc, vel hoc faciendi, ſeu operandi; dum tamen ſana mente, & corpore fuerit, ſed voluntati præcipientis obtemperet, ſicut decet ſanctæ obedientiæ profeſſores. Cavere etiam debent Abbatiſſæ, & earum Vicariæ, ne alicui Sorori aliquid præcipiant, quod probabiliter, & clare ſciant eam neſcire, vel non poſſe perficere.

De non refutandis officiis.

LX. Et quia in prædicta clauſula formæ vitæ continetur, poſt horam Tertiæ. Nos tamen conſiderantes ſtrictam paupertatem dictarum Sororum, & neceſſitates, & indigentias, quas poſſent habere, concedimus quod ſi aliquando negotium ante horam prædictam in Conventu eveniat, quod ſit neceſſarium, vel conveniens ad perficiendum, quod Abbatiſſa, vel ejus Vicaria poſſit præcipere, cui voluerit, quod illud faciat, vel perficiat, ſi opus jam ſit inceptum. Item volumus, quod ind late poſt Miſſam, vel horam Tertiarum pulſetur pro labore, & tunc omnes, quæ non habent excuſationem legitimam, vadant ad faciendum opera eis injuncta. Item injungimus dictis Sororibus, quod de cetero nulla ipſarum audeat, ſeu præſumat agere, ſeu perficere aliquam operationem pro ſuo Ordine, vel pro quacumque perſona, cujuſcumque conditionis exiſtat, de quacumque materia, de qua poſſint juſte de vanitate, aut curioſitate notari. Et hujuſmodi operationes, ſi quas contingit per Sorores fieri, antequam acceptentur, vel recipiantur, præſententur integraliter Abbatiſſæ, vel ejus Vicariæ. Quæ utrum illud ſit licitum facere Sororibus debeant arbitrari, & ſine earum beneplacito, & voluntate nihil fiat de dicta operatione. Et quæcumque Soror contrarium fecerit, puniatur ſecundum arbitrium Abbatiſſæ, vel ejus Vicariæ.

De tempore laboriii.

De qualitate.

LXI. Præterea ordinamus, quod omnes Sorores tam præſentes, quam futuræ ab omnibus locis ſpatialibus, & etiam a ludis quibuſcumque vanis & mundanis quarumcumque rerum ſemper, & ubique ſe abſtineant, ſed quandocumque fuerint duæ, vel tres, vel plures in unum congregatæ, ſemper ad invicem de Deo loquantur, vel de vita Sanctorum, vel Sanctarum, vivorum, & defunctorum, vel de his quæ pertinent ad ſalutem animæ, vel de negotiis bonis, honeſtis, & utilibus, ab otioſis, nocivis, & laſcivis verbis penitus abſtinendo, ſicut decet Chriſti ancillas, & obſervatrices ſancti Evangelii, & ſanctæ Religionis profeſſores. Inſuper inhibemus dictis Sororibus, ne aliquos libros in Conventibus ſuis ſervent, ſeu habeant, legant, ſcribant, vel ſcribi faciant, in quibus continentur expreſſe, vel occulte vanitates, & carnalitates perſonarum mundanarum. Liceat tamen omnibus Conventibus habere in communi ſanctos libros pro ſolatio, & profectu animarum, qui in particulari, & in generali, & in menſa legantur, ſecundum ordinem, & diſpoſitionem Abbatiſſæ.

De modo converſationis.

De librorum lectu.

De correctione delinquentium.

CAPITULUM XIV.

LXII. O*Rdinamus, quod in quolibet Conventu Abbatiſſa, & in ejus abſentia Vicaria, moneant & corrigant humiliter, & caritative Sorores ſuas, ne propter negligentiam admonendi & corrigendi ipſas, in tranſgreſſionis & remiſſionis foveam collabantur. Ita quod prædictæ Præſidentes in hujuſmodi admonitione & correctione, ut dictum eſt, veram caritatem, & dulcem humilitatem ſervent. Caveant tamen ne ſub ſpecie humilitatis & manſuetudinis, remiſſionem, ſeu relaxationem delinquentibus ſubminiſtrent. Et ne ſub umbra caritatis carnalitatem corporum, ſeu crudelitatem animarum oſtendant, ſed omnes, ſine differentia, ſecundum earum defectus æqualiter puniantur, ut oportet. Et ſi caſus, quod abſit, evenerit, quod aliqua Soror aliquod grave & enorme peccatum committeret, exponendo animam ſuam perditioni, & ordinem ſuum confuſioni, & etiam ſi eſſet aliqua ita rebellis & incorrigibilis, ſeu perſeverans in malitia ſua, quod nullo modo vellet ſe emendare, fiat pro talibus, & pro cauſis conſimilibus una camera diſciplinæ in quolibet Conventu fortis & humana, in qua detineatur in pane & aqua uſque ad certum terminum, juxta exigentiam delicti, & diſpoſitionem Abbatiſſæ, & Diſcretarum ſuarum. Item, ſi aliqua Soror adverſus Abbatiſſam, vel ejus Vicariam ſe erexerit, vel ſibi dixerit aliquod verbum indecens, ſeu injurioſum, vel contumelioſum, ad terram in pane & aqua comedat coram omnibus Sororibus in una refectione.*

Qualis debet eſſe correctio.

De Oſtiaria, & ingreſſu in Monaſterium.

CAPITULUM XV.

LXIII. E*T quamvis in forma vitæ contineatur, quod* Oſtiaria in cella aperta, ſine oſtio, in die reſideat, *tamen nos multis juſtis cauſis ad hoc nos moventibus, nolumus nunc id eſſe obligatorium, nec aliquo modo de cetero faciendum. Quia licet tempore beatæ Claræ hoc foret Sororibus licitum & honeſtum, nihilominus temporibus modernis illud poſſet dictis Sororibus eſſe valde periculoſum, & nocivum. Ea propter nos volentes dictarum Sororum providere honeſtati & ſecuritati, ordinamus prædicta fieri in modum, qui ſequitur, videlicet, quod ad oſtium Monaſterii, & ad locutorium cuſtodiendum, aliqua talis ex Sororibus deputetur, quæ omnino Deum timeat, quæ ſit matura moribus, diligens & diſcreta, ſitque convenientis ætatis, ut dicit forma vitæ, quæ in opere & ſermone poſſit ædificare, cum quibus oportebit negotiari & loqui. Cui ſit alia ſocia idonea deputata, quæ, cum neceſſe fuerit, id eſt, tempore alicujus infirmitatis gravis, quæ poſſet ſibi evenire, ipſa ſocia, vel una alia ad hoc magis, vel æque idonea per Abbatiſſam, de conſilio Diſcretarum deputata, vicem principalis dictæ Oſtiariæ, in omnibus exequatur. Quibus duabus oſtiariis adhuc una alia Soror de numero octo Diſcretarum erit adjuncta, quæ omni hebdomada poterit mutari, & alia loco ejus ordinari, ad audiendum perſonas volentes loqui Sororibus, quia, ut ſupra dictum eſt, nulla Soror debet loqui perſonis forenſibus, niſi præſentibus, & clare audientibus duabus Sororibus de numero octo Diſcretarum, quæ tres inſimul, quando pulſatum fuerit ad portam, veniant ad cellam, infra quam ſitua-*

Oſtiaria qualis.

Et ſocia.

Supra c. 10.

ſituata ſunt locutorium, & torneatorium, tali modo, quod una ſine aliis duabus non ſtabit ibidem ad loquendum, nec duæ ſine tertia, ſed omnes inſimul ſtabunt, & Oſtiaria tantummodo habebit reſpondere volentibus loqui, & aliæ duæ præſentes, & audientes erunt. Et in caſu, quo aliquis vellet loqui alteri Sororum, quam Oſtiariæ, tunc ipſa, vel una alia oſtiariarum accedat ad petendum licentiam Abbatiſſæ, & data licentia, Soror quæ petitur, veniat ad loquendum. Et tunc Oſtiaria principalis erit præſens, & audiens cum una aliarum, nec unquam aliqua Soror loquatur perſonis exiſtentibus extra, ſine præſentia dictæ principalis Oſtiariæ. Præterea ordinamus, quod in cella antedicta ſit oſtium ligneum, cum duabus clavibus ſemper de nocte, & aliam portaria principalis, & illam, quam cuſtodiet Abbatiſſa de nocte, Soror per hebdomadam adjuncta duabus oſtiariis cuſtodiat de die, intra quam cellam ad loquendum nulla oſtiariarum intrare poterit ſine alia.

Prohibetur omnibus ingreſſus in Monaſterium.

LXIV. *De ingreſſu perſonarum in Monaſterium, firmiter & diſtricte præcipimus, ut nulla unquam Abbatiſſa, vel ejus Sorores aliquam perſonam Religioſam, ſeu ſecularem, aut cujuslibet dignitatis, in Monaſterium intrare permittant. Nec omnino hoc liceat, niſi quibus conceſſum a Sede Apoſtolica fuerit, vel a Domino Cardinali. Excipiuntur autem a dicta ingrediendi lege medicus & minutor, cauſa urgentis neceſſitatis, vel infirmitatis, necnon & illi, quos ingredi neceſſarium eſt cauſa incendii, vel ruinæ, ſeu alterius periculi, vel diſpendii, aut pro aliquo opere exercendo, quod commode extra Monaſteria fieri non poſſet. Sed & ſi aliquis de Cardinalibus in aliquod Monaſterium intrare voluerit, cum reverentia quidem & devotione ſuſcipiatur, ſed rogetur quod cum duobus, vel tribus honeſtioribus ſociis debeat introire. Nulla tamen Soror loquatur omnino cum aliquo, niſi ſicut in forma vitæ continetur, ſive infirma fuerit, ſive ſana. Et illud præcipue caveatur, ut hi, quibus aliquando fuerit concedendum in Monaſterium ingredi, tales ſint, de quorum verbis & moribus, necnon & vita ædificari valeant intuentes, & materia juſti ſcandali exinde nequeat generari.*

Excipiuntur aliqui.

De rerum portitoribus.

LXV. *Item ordinamus, quod quandocumque continget ad Conventum aliquid adduci, ſive apportari, quod per rotam, ſive torneatorium commode intrare non poſſit, ſicut dolia vini, ligna, blada, & cetera hujuſmodi, caveant Abbatiſſa, & portaria, & ejus ſocia, ne porta, ultra quam oportebit, ſit aperta. Nec portitores, ſeu vectuarii rerum apportatarum, ad aliqua loca Conventus intrare, vel ire permittant, niſi ad illum locum inter duas prædictas portas ſituatum, vel ad alia, ubi de neceſſitate fuerit congruum eos accedere pro collocatione rerum prædictarum. Et ſemper cavere debent Sorores, ne alii quam illi, qui tunc fuerint neceſſarii, intrare permittantur. Nec ultra tempus complementi ſui operis intra remanere ſinantur, ſed foras, completo ſuo opere exire per Sorores cogantur. Caveant etiam Sorores, ne tunc in conſpectu eorum appareant, niſi illæ, quæ fuerint deputatæ per Abbatiſſam, vel ejus Vicariam, nec cum eis loquantur niſi ea, quæ fuerint neceſſaria pro negotio rerum prædictarum exponendo, ſicut decet utilitati Religionis, & honeſtati.*

De cuſtodia portæ.

LXVI. *Item in eadem forma vitæ habetur, quod* in die oſtium ſine cuſtodia minime dimittatur. *Super quo dicimus, quod pro omni ſecuritate ſufficere debet ſine alia cuſtodia, quod ambæ portæ maneant firmiter obſeratæ, modò quo ſupra dictum eſt. Præterea, in eadem continentur hæc verba:* Cum autem intra Monaſteria ad opus faciendum neceſſe fuerit alios intrare, ſtatuat tunc Abbatiſſa perſonam convenientem, quæ tantum illis, & non aliis, ad opus deputatis aperiat. *Super quibus verbis dicimus, quod illa Oſtiaria,*

quæ eſt ſecundum formam vitæ inſtituta, dummodo ſit matura, & diſcreta, cum ſociis ſibi deputatis, debent ſufficere pro aperienda porta ingredientibus pro labore faciendo, vel pro aliis cauſis juſtis, & rationabilibus, ſic tamen quod dictam portam aperiat ex ordinatione & licentia Abbatiſſæ. Et caveant dictæ Oſtiariæ, ne prolixa colloquia, vel alia, ad opus ad quod venerint, non ſpectantia, habeant cum ipſis quovis modo, ſed eos mature & diſcrete, ſi neceſſe fuerit, de voluntate & ordinatione Abbatiſſæ, vel ejus Vicariæ, ad operationem dirigant & ordinent, ut oportet. Nec aliqua Soror, cujuſcumque conditionis exiſtat, procedat, vel exeat ad conſpiciendum hujuſmodi operatores, vel opera eorum, niſi cui ex ordinatione Abbatiſſæ fuerit commiſſum pro utilitate rei perficiendæ. Et quando ſic oportebit ad eos ire, numquam vadant ſine matura ſocietate & ſecura Sororum diſcretarum, nec cum eis longam moram, vel verba prolixa habeant. Et caveant Abbatiſſa, & omnes Sorores, ne negotia & opera, quæ poterunt per ſe facere, & operari, faciant per extraneas, vel forenſes fieri. Nec permittant quovis modo hujuſmodi operarios, nec alios ingredientes clauſuram, cujuſcumque conditionis, aut ſtatus fuerint, intra eamdem comedere.

Ne colloquantur Sorores cum ingredientibus.

Ne benedicantur Abbatiſſæ, nec conſecrentur Moniales.

LXVII. *Inſuper hortamur omnes Sorores in Domino Jeſu, quatenus numquam de benedictionibus Abbatiſſarum, nec de conſecrationibus Monialium curent. Sufficiat eis ſacra profeſſio ipſarum, quam ſi bene ſervaverint, benedictionem a ſupremo Pontifice Jeſu Chriſto obtinebunt. Rurſum ordinamus, quod quandocumque continget Confeſſorem cum ſocio ingredi Monaſterium pro cauſis neceſſariis, ſint ambo induti ſacris veſtimentis, ſcilicet albis, aut ſuperpelliceis. Item ordinamus, quod conſideratis temporibus modernis, & tempore datæ formæ vitæ, de cetero nulla Miſſa intra Monaſterium celebretur pro vivis aut ſolemnibus defunctarum, niſi in caſu inevitabili, ut ſupra dictum eſt de infirmis.*

De Viſitatore.

CAPITULUM XVI.

Viſitator ſit ex Ordine Minorũ.

A quo côcedendus.

LXVIII. C*Um forma vitæ duo de Viſitatore dicat, primum, quod* ſit ſemper de Ordine Fratrum Minorum; *ſecundum, quod* ſit ſecundum voluntatem, & mandatum Domini Cardinalis Protectoris; *primum temporibus modernis obſervandum eſt, ſed ſecundum non: cauſa eſt, quia licet tempore formæ vitæ inſtitutæ Monaſteria Sororum, vel Sorores non exiſtebant in omnibus ſub obedientia, & regimine Fratrum Minorum, tamen poſtea, pro certis cauſis, & rationabilibus per Dominum Innocentium Papam IV. & nonnullos alios ſummos Pontifices, curam ipſarum Sororum plene in omnibus, & per omnia commiſſa eſt Generali Miniſtro, & Provincialibus Miniſtris dicti Ordinis Fratrum Minorum. Quapropter ut convenientius & ſecurius in dicto Ordine procedatur in viſitationibus faciendis, ordinamus quatenus ſecundum tenorem formæ vitæ dictarum Sororum, præfatum Viſitatorem Sorores ſemper habeant de Ordine Fratrum Minorum, qui juxta Domini Papæ Innocentii IV. ſtatuta, & aliorum ſummorum Pontificum, & noſtram præſentem ordinationem, ſit eis aſſignatus de mandato, ſeu ordinatione, ſeu licentia Generalis dicti Ordinis, vel Miniſtrorum Provincialium in ſuis adminiſtrationibus. Quem Viſitatorem dictæ Sorores debent humiliter petere ab uno de prædictis, videlicet a Generali Miniſtro ſuper omnes Conventus dicti Ordinis Sororum, vel a Provincialibus Miniſtris ſuper Con-*

Qualis eſſe debeat.

Quoties viſitare.

Conventus ſuarum provinciarum. Præterea inhibemus dictis Sororibus, ne petant, vel recipiant aliquem in Viſitatorem, niſi talis ſit, de cujus religioſa vita, & moribus, atque fide notitia plena, & ſecuritas babeatur, qui zelum Dei babeat, & ſit ſuæ regulæ obſervator, ae amator ſanctæ paupertatis, & totius honeſtatis. Qui quidem Viſitator omnes Conventus ſibi eommiſſos teneatur viſitare ſemel in anno, vel pluries, ſi neceſſe fuerit, vel ſi ab Abbatiſſa, & Sororibus aliis Diſcretis pro rationabili eauſa fuerit ſuper hoc reqaiſitas.

Et qualiter?

LXIX. *Inſuper ordinamus, quod dictus Viſitator numquam ingredi permittatur ad interiora Conventus, uiſi ſolummodo cum fuerit neceſſitas. Et hoc in viſitatione juridica, vel ordinaria, qui cum ad Monaſterium viſitandum introgreſſus fuerit, ſic ſe per omnia exbibeat, & oſtendat, ut omnes de bono ad melius provocet, & ad Dei amorem, & inter ſe mutuam caritatem ſemper inflammet pariter & accendat: & ſtet ſemper cum ſocio ſuo in loeo communi, & ita prope ſit unus alteri, quod poſſint ſe mutuo videre, nec ultra expletionem ſui officii moram protrahat intra clauſuram, ſed ſtatim exeat. Item, dictus Viſitator dum ad aliquem Conventum venerit viſitandi cauſa, ante duos, vel tres dies naturales ſuum officiam exequatur; & antequam incipiat viſitationem, ſi fuerit diſpoſitus, faciat Sororibus collationem, vel ſermonem. Poſtea faciat præceptum omnibus & ſingulis Sororibus, quod per obedientiam ſalutarem reſpondeant bona fide, ſi ſciant aliquid ſuper his, de quibus interrogabuntur. Cui omnes Sorores & ſingulæ teneantur firmiter obedire, ſcilicet in his, quæ ad officium ſuæ viſitationis pertinent. Deinde omnes Sorores tam Abbatiſſa, quam aliæ dicant ſigillotim culpam ſuam, & unaquæque earum, dicta culpa egrediatur Capitulam, ſi ſit viſitatio publica; ita quod illæ, quæ remanebunt in Capitulo poſſint aeeuſare, ſi aecuſanda fuerit illa, quæ fuerit egreſſa, & tunc nomina aceuſantium & aecuſatarum, & illa crimina, de quibus accuſabuntar, conſcribantur, dummodo erimen poſſit juridice per duas Sorores boni teſtimonii probari. Item, ſi aliqua Sororem aliqaam falſò & injuſte aceuſaverit, & hoc fuerit legitime deprehenſum, pœnam ſuſtineat, quam aeeaſata pro tali crimine, de quo ipſam aceuſaverat, ſi fuiſſet reperta culpabilis & infamata, deberet ſuſtinere. Poſtquam Soror dixerit culpam ſuam, & foras faerit egreſſa, & debite accuſata, vel omnino reperta pura ab omni crimine, in judicio accuſanda revocetur ad Capitulum, & ſui defectas notabiles, de quibus aecuſata fuerit, juridice reeiteutur, & pœnitentia debita imponatur; tamen aadientia ſibi non negetur, ſed plene tribuatur, ut ſecure ſe poſſit excuſare, ſi legitimam excuſationem babeat in toto, vel in parte, & ſic modo prædicto omnes & ſingulæ Sorores dieant culpas ſuas, egrediantur, accuſentur, & revocentur ad Capitulam, & coram omnibus debite puniantur de illis, de quibus in publico fuerint puniendæ. Si ſit tamen in aliquo Conventu aliqua Soror, quæ ſciat certitudinaliter aliqaam Sororem graviter deliquiſſe, vel de facto in aliquo gravi crimine eſſe, vel permanere, qaod erimen non poſſit pro tunc probari, illa Soror, quæ hoc ſcit, poteſt de Sorore, & de crimine eodem modo, quo ipſa hoc ſcit, informare Viſitatorem, & tali in eaſu Viſitator numqaam debet revelare nomen accuſantis Sorori accuſatæ.*

De modo accuſationis & ſupplicii.

LXX. *Inſuper, dictus Viſitator iſtum modum loquendi infraſcriptum poteſt tenere, ſi ſibi videatur expediens; ut videlicet eum omnibus, vel cum pluribus ſimul loqaatur, aut ſecreto cum una, aliis tamen ad minus duabus in conſpectu ejus non longe ſedentibus, ut per omnia bonæ famæ integritas obſervetur; quod ſi aliquod tale ſibi occurrerit, quod congrue per ſe nequeat emen-*

emendare, ad Superiorem ejus referat, ut ejus conſilio, ac præcepto, ſicut expedit, corrigatur. Caveat autem Abbatiſſa, ne a ſe, vel ab aliis Sororibus ſuis ſtatus ſui Monaſterii in obſervantia Religionis, & in unitate mutuæ caritatis Viſitatori aliquatenus abſcondatur, quia peccatum magnum eſſet, & offenſa graviter punienda; imo volumus & mandamus, quod ea, quæ ſecundum vitæ ſuæ formam corrigenda, & emendanda fuerint, publice & private, ſicut melius fuerit faciendum, Viſitatori diligenter ſuggerant, & proponant, quæ ſi aliter fecerint, a Viſitatore tam Abbatiſſæ, quam aliæ digne, ut convenit, puniantur.

LXXI. *Ceterum Viſitator quandocumque continget eum viſitare ſecrete, vel publice, inter cetera, quæ requiret a Sororibus, primo requirat de eſſentialibus Regulæ, videlicet, de obedientia, paupertate, caſtitate, & de clauſura perpetua; ſecundo quomodo dicitur divinum officium de die & de nocte; de modo loquendi ad cratem, & torncatorium, de congregatione & proviſione grani, vini, & bladi; de ſervitio infirmarum & debilium, & valde antiquarum; de abundantia, pretioſitate, & curioſitate veſtimentorum; de obſervantia jejuniorum & abſtinentiarum; de negligentia Præſidentium, & Diſcretarum, & oſtiariarum; de inobedientia & rebellione ſubditarum; de obſervantia formæ vitæ, & præſentis ordinationis; de pace & unitate obſervanda; de vinculo perpetuæ caritatis; de frequentia Sacramentorum Pœnitentiæ & Euchariſtiæ; quomodo ſacrificium ſanctæ orationis & devotionis in Conventu vigeat & ferveat. Et ſi aliquam, vel aliquas in aliquo præmiſſorum, vel in aliis legitime repererit vitioſam, vel aliter quovis modo deprehenſam, zelo caritatis, & amore juſtitiæ debitæ cum diſcretione puniat & corrigat, ſecundum quod delictum fuerit commiſſum, vel frequenter iteratum.*

LXXII. *Per præcedentia autem non intendimus quovis modo infringere bonas, & ſanctas ordinationes, quas alias præfatis Sororibus tradidit venerabilis Religioſa Soror Coleta filia noſtra in Chriſto Jeſu cariſſima. His itaque declarationum, admonitionum, & Conſtitutionum præſidiis, cum veſtro ſtatui arbitremur divino munere proviſum eſſe, vos in Chriſto filiæ, Abbatiſſæ, & univerſæ Monaſteriorum Sorores, a præfata devotiſſima Matre veſtra, Sorore Coleta, laudabiliter, atque fama ſingulariſſima fundatorum, & in Chriſti nomine fundandorum, præſentes pariter & futuræ, ad quas univerſas & ſingulas hæc noſtra veſtræ directionis ſcripta tranſmiſtimus, tanta mentis, & omnium veſtrarum præparatione ad eorum religioſiſſimam obſervantiam incumbatis, quanto uberiores fructus ex eorum obſervantia vos conſecuturas non dubitamus. Nos vero quo majori robore, atque auctoritate hæc omnia, & ſingula apud vos valeant, & devotiori humilitate ſuſcipiantur, ſolemnitatibus conſuetis viſionis, examinationis, approbationis, & appenſionis ſigilli noſtri officii fecimus munimine roborari. Datum Gebennis provinciæ Burgundiæ, ſub anno Domini* MCCCCXXXIV. *die* XXVIII. *Septembris Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini D. Eugenii Papæ IV. anno* IV. *& incboationis ſacri Concilii Baſil-en. ad reformationem omnium ſtatuum, pacem procurandam inter fideles, & extirpationem hæreſum feliciter nunc perſeverantis anno* IV.

LXXIII. In Tuſcia & Caſtro Plebis BB. PP. Herculanus, & Jacobus Ticinenſis, Cœnobium humile ex vili materia, & opere tumultuario con-
Conv. Caſtri Plebis. Gonz. in Prov. Tuſc. Conv. 18. ſtruxerunt, cum prius Herculanus pro concione prædixiſſet, non inficiendos aere peſtilenti Caſtri plebanos, hujus operis promotores. Ita vere probarunt e peſtilentia liberati, quantumvis circum circa contagio graſſaretur.

Aqua ſtructoribus deerat, ſed Fratribus Deum orantibus, dum terra effoditur, abundantia ſcaturivit aquarum, quæ fabricæ, & variis uſibus inſervivit. Obiit hic ipſe Herculanus, poſt peragrata ſancta loca Paleſtinæ, perpeſſoſque ibidem plurimos labores. Integro quinquennio neglectus, & ſepultus ſub ſtillicidiis aquarum, inventus eſt omnino illæſus, atque inde translatus ad majus ſacellum. Ibidem ſimiliter requieſcit præfatus Jacobus, prius arti deditus militari, mox Herculani ſuaſu, optimus Cœnobita, qui noctes multas ducebat inſomnes in divinarum rerum contemplatione & oratione, & aliquando diebus tribus, aut quatuor a cibo abſtinebat. Licet ignarus eſſet litterarum, Scripturæ arcana ita perfecte penetrabat, ut in rebus graviſſimis eum frequenter conſulerent Doctores Peruſini. Octogenarius migravit ad Dominum, miraculis illuſtris.

B. Herculanus.

B. Jacobus Tici-nen.

LXXIV. In Provincia Principatus M. P. ab oppido Altæ-villæ circa hunc annum Conventum Fratrum Minorum, ſancto Franciſco ſacrum, extruxiſſe nobiles familias Cardonianam, & Sanſeverinam, indicant inſignia utriuſque gentis, & lapis Eccleſiæ fornici impoſitus; neque aliud occurrit hujus Cœnobii monumentum.

Conv. Altæ-villæ. Idem in Prov. Princip. Con. 24.

LXXV. Franciſcus Guardianus, & Fratres Conventus Montis Florentini, diœceſis Feretranæ, de quo alias locuti ſumus, hoc anno expoſuerunt Pontifici, prædeceſſores ſuos, habita licentia Benedicti Epiſcopi Feretrani, conſtruxiſſe in caſtro ſancti Sixti, prædictæ diœceſis, domum alteram ex fidelium eleemoſynis, & nunc derelictam propter certas cauſas alienare velle, & pretium convertere in uſus ſui Conventus. An ita expediret, voluit Pontifex ſcire ab Epiſcopo Feretrano: *Humilibus ſupplicum votis*, III. Nonas Octob. Hujus Conventus ſancti Sixti apud alios auctores mentio non occurrit, & ex hoc Diplomate conſtat, etiam hoc anno Conventum Montis-Florentini ſubfuiſſe PP. Conventualibus.

Conv. Montis-Florentini. Tom. 3. an. 1248. n. 27.

LXXVI. In Provincia ſancti Antonii, & Cuſtodia Venetiarum, Conventus erat extra urbem Clugienſem, de quo alias diximus nihil nobis occurriſſe. Hoc anno oblatum eſt Diploma, in quo Pontifex dat licentiam Fratribus revertendi ad locum primi Conventus, quem extra urbem poſſidebant, & relinquendi parvulum, & incommodum, quem intra muros extruxerant, quia primo propter bellorum diſcrimina deſtructo, editoque ſtatuto per Senatum Venetum, ne amplius extra muros domicilia extruerentur, neceſſe fuit ad illas anguſtias reduci. Abolito poſtea decreto, converſo urbico Cœnobiolo in Xenodochium pauperum, priſtinam domum reædificarunt: *Ad ea per quæ Eccleſiarum*, VI. Kalend. Februarii.

Conv. Clugien. Tom. 9. an. 1399. n. 15.

LXXVII. In Piceno intra caſtrum Montiſgranarii, Firmanæ diœceſis, erat Conventus Minorum, de quo ſuo loco diximus, ſed reductis muris ad minorem circuitum remanſit Cœnobium expoſitum hoſtium tunc belligerantium injuriis. Ne ergo inimicis in prædam Fratres fierent, aut domus inimicorum fieret receptaculum, hoc anno intra novos muros domum aliam ædificare decreverunt prope Eremitorium beatæ Mariæ Gratiarum. Sed contradictores habuerunt Patres Eremitas Ordinis ſancti Auguſtini, allegantes, ſolum illud ad ſe ſpectare, ibique olim ſuum Monaſterium extitiſſe. Juſſit Pontifex, ſoluto fundi pretio, tolli obſtaculum, liberamque fecit facultatem Monaſterii extruendi: *Humilibus ſupplicum votis*, Pridie Idus Decembris. Renitentibus tamen Patribus Auguſtinianis, & varia in ſuum favorem allegantibus, anno ſequenti aliud edidit Diploma in favorem Minorum; deinde anno MCCCCXXXVII. hæc revocavit, donec tamdem pax & concordia inter utrumque Ordinem fuit ſtabilita.

Conv. Montis-Granarii. Tom. 4. an. 1259. n. 17. & anno 1411. n. 10.

LXXVIII.

LXXVIII. Multa liberalitate hoc anno Eugenius variis perſonis licentiam dedit Conventus ædificandi, vel admittendi pro Fratribus Regularis Obſervantiæ. Beato Joanni Capiſtrano: *cujus ſermonibus*, inquit, *alliciebantur homines ad pœnitentiam, & ad commutandum terrena in cæleſtia*, quinque admittendi, vel fundandi fecit poteſtatem: *quia inter Eccleſiaſticos Ordines*, ait, *in domo Domini militantes, id ex benedictione cæleſti Ordini tuo, & illius Fratribus magis adſcribitur, ut efficax teſtatur experientia rerum, quod ubicumque degunt, populos ad ſalutis gratiam evocant, ſibi proficientes per vitæ meritum, & aliis nihilominus per exemplum*: fratri Nulfo Viterbienſi, Vicario Fratrum Regularis Obſervantiæ provinciæ Romanæ, tres; fratri Antonio de Valentia Vicario eorumdem in provincia Calabriæ alios totidem; beato Matthæo Agrigentino in Sicilia duos; fratri Chriſtophoro de Monza infra provinciam Mediolanenſem alios duos; fratri Gabrieli Anconitano ſex in provincia Marchiæ. In alio tamen Diplomate declaravit, iſtos admitti debere, conſentiente Miniſtro Generali, dum in Marchia multa jam erant Cœnobia, & oratoria hujus Inſtituti. Laudat in his litteris plurimum eumdem Miniſtrum Generalem a prudentia, & bono regimine, eumque ait tunc Florentiæ in Curia ſibi adſtitiſſe; cui etiam Daxæ * inſulæ Conventum, Raguſinæ diœceſis, de quo alias egimus, voluit immediate ſubjectum, quia Miniſter provinciæ Dalmatiæ, multis modis moleſtabat incolas Obſervantes, in quorum poteſtatem devenerat, quique ſub annum duodecimum Pontificatus Eugenii bona ſtabilia Conventus curarunt alienari, & in pauperum uſus reponi, de qua re Bullam damus ſub illum annum in Regeſto. Miſſum etiam ab eodem Generali Vicarium fratrem Bartholomæum de Rate ad Corſicæ inſulam, ut Conventus reformaret, & multam Fratrum licentiam refrænaret, commendavit utriuſque Ordinis, Eccleſiaſtici & ſecularis poteſtatibus.

* ad Daſſæ. Tom. 8. an. 1370. n. 22.

Conv. Daxæ.

Fr. Bartholom. reformator Corſicæ.

Conv. Montiſpeſſulani.

LXXIX. Præter capaciſſimum & magnificum Conventum, quem diximus ſub Ordinis primordia Jacobum Regem Majoricarum ad Montem-peſſulanum, Magalonen. diœceſis, ædificaſſe, alium decreverunt Gubernator & Conſules hoc anno pro Fratribus Regularis Obſervantiæ fabricare, quorum votis Eugenius aſſenſit: *Sinceræ devotionis*, x. Kal. Septembris. Hujus tamen ſecundi Cœnobii mentionem non invenio apud Gonzagam. Quid ſi tranſlato primo ad Obſervantes, ſecundum miſſum fecerint, aut diruerint?

Conv. S. Mariæ de Oliva.

LXXX. In Hiſpania inter medios fines pagorum *Nominebiar*, & *Rechas*, Toletanæ diœceſis, ante aliquot annos frater Alphonſus Boroxius, ſive *de Guadalſagiara* ſacræ Theologiæ Magiſter, ædificaverat ex quorumdam fidelium eleemoſynis Conventum pro Fratribus Regularis Obſervantiæ, in loco nuncupato *ſanctæ Mariæ de la Oliva*, putavitque ſibi ſufficere Ordinarii diœceſani facultatem, ut prædictis Fratribus traderet inhabitandum. Deinde ſciens amplius requiri facultatem Pontificiam, hoc anno rogavit ſibi, & Conventus incolis ignoſci, atque abſolutionem tribui a cenſuris per Bonifacium VIII. latis in eos, qui abſque Romani Pontificis facultate Cœnobia ædificarent aut admitterent: *Solet Apoſtolicæ Sedis*, III. Idus Octobris. Gonzaga, eumque ſequutus Petrus Salazarius, incertam dixit originem hujus domus, nullumque ſubeſſe certum conſtructionis monumentum, & proinde quadam levi conjectura adſcribi Joanni II. Regi Caſtellæ, ejuſque aulicis. Sed ex Bulla hac verus auctor, & tempus habetur. Verum eſt, in Eccleſia, Choro & clauſtro majori multa conſpici regia inſignia, an Joannis, vel poſterioris, non adeo certum. Clauſtrum ſecundum ædificarunt Reges Catholici Ferdinandus, & Iſabella. Sacelli majoris patronatum dicunt a Rege

Gonz. in Prov. Caſtellæ Con. 13. Salazar. de eadem Prov. lib 4. c. 13. & 14.

Rege conceſſum Alvaro de Luna, Comiti-ſtabuli, & ab hoc translatum in quemdam Gotorium, ſuo cubiculo præfectum, a quo deſcendit ad poſteros, qui reparando & conſervando quaſdam facultates adjudicarunt. Præcipuos habuit benefactores hæc domus Mariam Auſtriacam Imperatricem, Petrum Laſſum de Vega, & Iſabellam conjugem, e quibus orti Comites Arcuum; Joannem de Silva Marchionem Montis-majoris; Commendatarios de Viſo, Ordinis Melitenſis, Archiepiſcopos Toletanos, & demum prædictum Patrem Salazarium, qui multa & pretioſa ſupellectile, & ſacris reliquiis templum, & ſacrarium exornarunt. Ab *oliva* dicunt ædem nuncupatam, quod mirabiliter beatæ Virginis imago in quadam oliva prægrandi, quæ adhuc præ foribus Eccleſiæ viret, ante aliquot ſecula apparuerit.

Conv. Caprariæ.

LXXXI. Similiter Fratres Conventus, ſeu Eremitorii ſancti Juliani de Capraria, Hiſpanice *de la Cabrera*, ejuſdem Toletanæ diœceſis, de quo alias diximus, petierunt ſibi ignoſci, quod pari negligentia, vel ignorantia juris omiſerint facultatem Sedis Apoſtolicæ poſtulare, etſi ab annis triginta, & ultra ibidem inhabitarint ex licentia Officialis Toletani dumtaxat: *Romani Pontificis providentia*, III. Idus Octobris. Ex hoc Diplomate conſtat de tempore, quo Cœnobium hoc ædificatum eſt, juxta ea, quæ ſuo loco ſcripſeramus.

Tom. 9. an. 1400. n. 39.

Conv Roſſipontis.
Tom. 5. an. 1300. n. 16.

LXXXII. Incidi hoc anno in monumentum Vaticanum, ex quo corrigi velim, quæ de Roſſipontenſium in Hibernia ſcelere, & Religioſorum homicidio ſcripſi, agens de Minorum Cœnobio. Dixi ex quorumdam traditione, trucidatos & occiſos feraliter a Roſſenſibus Fratres Minores; at non hos, ſed Cruciferos necuerunt, quia ex his unus civem quemdam interfecerat. Domum etiam illorum villæ univerſitati confiſcarunt, ſed poſtea in Fratrum Minorum uſum & domicilium converterunt. Hujus ſceleris, & occiſorum Clericorum in pyraterio, quod prædeceſſores exercuerunt, abſolutionem petierunt poſteri a Joanne XXIII. & denuo ab Eugenio, qui hoc anno inſertis litteris Joannis ſuo Diplomati, poteſtatem fecit Epiſcopo Fernenſi, ut a cenſuris & pœnis, quas propter hæc incurrerunt, abſolveret: *Dudum bonæ memoriæ*, VII. Idus Martii. Qui Diploma perlegerit, perſpiciet, ante annos centum hæc eveniſſe, & ante annum fortaſſis trecenteſimum ſupra milleſimum Cœnobium in Minorum deveniſſe poteſtatem, quippe ſupplicantes narrant: *Dudum ex relatibus nonnullorum antiquorum, & majorum ſuorum ſe intellexiſſe, quod olim multis retroactis temporibus eorum parentes, ſeu prædeceſſores iſta patrarunt*. Anno vero ſequenti menſe Februario, Robertus Epiſcopus Fernenſis, virtute hujus indulti cives a cenſuris abſolvit.

Monaſt. Conſentiæ.

LXXXIII. Extra urbem Conſentinam in Calabria Monaſterium erat Clariſſarum, a quo propter bellorum diſcrimina ante annns quinquaginta ad domos quaſdam intra urbem, ad ſe pertinentes, receſſerunt, cum ſpe tamen illuc revertendi. Sed cum viderent belli tumultus perſeverare, propter Andegavenſium, & Alphonſi Regis Aragonii contentiones circa jus regni Neapolitani ſibi vindicandum, rogarunt, ut ſibi liceret domos illas in Monaſterium adaptare, annuitque Pontifex, commiſſo examine urbis Archiepiſcopo: *Ex ſupernæ providentia*, V. Idus Januarii.

Monaſt. S. Urſulæ Florentiæ.

LXXXIV. Florentiæ, Moniales Cœnobii ſanctæ Urſulæ, Ordinis ſancti Benedicti, laxatis regularis diſciplinæ habenis, cum manifeſtum in ſpiritualibus & temporalibus quotidie paterentur detrimentum, translatæ ſunt ex Pontificis præcepto, ad Monaſterium ſanctæ Agsthæ ejuſdem Ordinis, cum omnibus bonis & pertinentiis domus Urſulanæ. Hanc vero tradidit Magdalenæ Maſſini Peruſinæ Miniſtræ, aliiſque Sororibus Tertii Ordinis

ſancti Franciſci, adeoque crevit harum induſtria & religioſæ vitæ ſama laudabili, ut nunc capaciſſimum ſit Monaſterium ferme centum & viginti Monialium: *Paſtoralis officii debitum*, Nonis Octobris. Monaſteria Clariſſarum ejuſdem urbis & diœceſis valde in diſciplina regulari deformata, juſſit Pontifex reformari a Jordano Urſino Cardinale, Ordinis Protectore, & Guillelmo Generali Miniſtro, cui magna & gravia totius Eccleſiæ & Sedis Apoſtolicæ negotia ſe commiſiſſe commemorat: *Sedis Apoſtolicæ*, VII. Kalendas Februarii.

Monaſt. S. Agnetis Aſſiſii.

LXXXV. Domum alteram Ordinis ſancti Benedicti, tituli ſanctæ Agnetis in urbe Aſſiſii, totaliter ferme collapſam in diſciplina & fabrica, in qua una dumtaxat habitabat Monialis, Damianus Epiſcopus adjudicavit Sororibus Tertii Ordinis, data poſſeſſione Miniſtræ domus ſanctæ Mariæ de Valtabrica de Peruſio, aliiſque Sororibus ejuſdem loci, iis adhibitis conditionibus, ut domum repararent, & quotannis ſolverent Epiſcopo Aſſiſinati florenum unum de Camera: *Piis fidelium votis*, V. Kal. Septembris. Aliam indicavimus ſupra habuiſſe domum Aſſiſii ſancti Quirici, Sorores hujus Inſtituti.

An. 1415. n. 18.

Monaſt. Lucenſe.

LXXXVI. In ſuburbiis civitatis Lucanæ habitantibus Marcheſanæ Miniſtræ, ſive Prioriſſæ, aliiſque Sororibus Tertii Ordinis conceſſit Magiſter Guido de Gonzaga, Notarius Apoſtolicus, Commendatarius, ſeu adminiſtrator Monaſterii ſancti Benedicti, Mantuanæ diœceſis, ad hoc canonice deputatus, Eccleſiam quamdam ſine cura, ſancti Michaelis in prædictis ſuburbiis, ad menſam Conventualem Prioratus ſancti Bartholomæi prædicti Ordinis ſpectantem, cum domibus & territoriis contiguis, ut Cœnobium ſibi ædificarent, accedente etiam conſenſu Balthaſſaris Prioris dicti Prioratus: *Ex Apoſtolico nobis*, Kal. Julii. Commodum hic ædificavit Monaſterium Catarina Sbarra Lucenſis, nobilis & locuples vidua, circa annum MCCCCLIV. quæ, conſulente venerabili Patre fratre Paulo Jovia, in alterius nobilis fœminæ Tertii Ordinis ſocietatem tranſiit, & cum illa in hoc Monaſterio anno MCCCCLXVII. obtinuit a Pio II. ut ſub ſecunda Regula Clariſſarum deinceps vivere liceret. Capaciſſimum eſt centum triginta Sororum recluſorium. Eccleſia conſecrata eſt, quo tamen tempore, quove Epiſcopo, neſcitur.

Gonz. in Prov. Tuſciæ Mon. 2.

LXXXVII. In villa, nunc urbe, Murciæ, diœceſis Carthaginenſis, Antonia Roderici Mercadera, & Uſenda filia, Tertiæ Regulæ Inſtitutum in propriis domibus obſervantes, alias ejuſdem vitæ Sorores per urbem diſperſas collegerunt, ſimulque viventes impetrarunt facultatem a Pontifice, vitæ iſtius genus collegialiter profiteri, alias ad ſuam ſocietatem admittere, Preſbyterum idoneum eligere, qui Eccleſiaſtica miniſtraret Sacramenta, eaque faceret, quæ in aliis recluſoriis, ſeu Monaſteriis Tertii Ordinis ſolebant obſervare: *Devotis petentium deſideriis*, Nonis Auguſti. Extruxerunt tamdem hæ Sorores Monaſterium ſub titulo ſanctæ Birgittæ, quod poſtea anno MDLXVI. incorporatum fuit Cœnobio ſanctæ Veronicæ.

Monaſt. Murcianum S. Birgittæ.

Monaſt. Chierven.

LXXXVIII. Quentinæ de Maſtrinig, domicellæ, Cameracen. diœceſis, conceſſit hoc anno Pontifex facultatem, ut in villa *de Chierve* ejuſdem diœceſis Monaſterium ædificaret Sororum Tertii Ordinis de Pœnitentia: *Sinceræ devotionis*, Kal. Auguſti. Sororibus Monaſterii ſancti Hieronymi in urbe Senarum, ejuſdem Inſtituti, veniam conceſſit admiſſæ hujus domus abſque Sedis Apoſtolicæ licentia: *Gloriæ perennis*, VII. Kal. Decembris.

Monaſt. Senen. S. Hieronymi.

LXXXIX. Carolo Angeli, Rectori, & Fratribus Domus Florentinæ Tertii Ordinis, indulſit, ut operibus caritatis, Miſſis, & divinis Officiis cele-

brandis , aliiſque pietatis obſequiis intenderent, adjunctis etiam quibuſdam privilegiis : *Piis fidelium votis* , VII. Kal. Januarii . In quodam hujus anni Diplomate invenio inſignem ſundatam fuiſſe Sodalitatem in Eccleſia ſancti Franciſci Cremonen. *Conſortium beatæ Mariæ Virginis* , nuncupatam ; quæ piis exercendis operibus , Hoſpitalitati peregrinorum , & alendis egenis , magno miſerorum ſolatio, & bono fidelium exemplo erat addicta .

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO .

„ MOnialibus Caſtri *de Urdiales* conceſſa eſt hoc anno licentia eligendi *Expedit plura diplomata pro diverſis.*
„ Confeſſores : *Provenit ex veſtræ &c.* VI. Idus Februarii , ubi ſit *Indic. ex Vatic.*
„ Caſtrum *de Urdiales* hucuſque non novi. Similem vero conceſſionem Fra-
„ tribus Tertii Ordinis Florentiæ lego ſub VII. Kalendas Martii : *Piis fide-*
„ *lium &c.* & Nonis ejuſdem Indulgentiam pro Capella Hoſpitalis Ge-
„ bennæ ad Lacum Lemannum : *Et ſi Propheta &c.* IV. Idus ejuſdem ad
„ Sorores Ciſtercienſes dimiſſa Pereta Moniali : *Votis Domino &c.* XIV.
„ Kal. Aprilis controverſia inter Moniales Meſſanenſes ſanctæ Mariæ de
„ Boſco,& Moniales de Valle Viridi compoſita fuit: *Honeſtis ſupplicum &c.*
„ VIII. Idus præſati exempto Conventu Daniæ a juriſdictione Miniſtri
„ Provincialis Dalmatiæ : *Sacræ Religionis &c.* & V. Idus approbata con-
„ ventione inter Clariſſas , & Bavariæ Ducem : *Ad Apoſtolicæ dignita-*
„ *tis &c.* V. Idus Maii frater Petrus ad Benedictinos amandatus fuit : *Apo-*
„ *ſtolicæ Sedis &c.* & frater Franciſcus de Piſtorio creatus Miniſter in
„ Orientis Provinciam: *Intelleximus officio &c.* die XIII.quamquam Wad- *Wadding. ad an.1429. n.7.*
„ dingus id in annum MCCCCXXIX. rejiciat . Civibus Cremonenſibus
„ permiſſum eſt in ſubventionem Conventus , & Fratrum utilitatem non-
„ nulla vendere: *Humilibus &c.* VII. Kal. Junii , & III. Kalendas ejuſdem
„ Matthæo de Sicilia recipiendi duo loca in Provincia Aragoniæ pro Ob-
„ ſervantibus auctoritatem conceſſit : *Sacræ Religionis &c.* Cum eſſet au-
„ tem ibidem Vicarius Provincialis Kalendis Junii etiam licentiam abſol-
„ vendi ſemel ſuos Fratres a reſervatis omnibus dedit : *Sacræ Religio-*
„ *nis &c.* XV. Kal. Julii cuidam Bernardo Comiti non tantum conceſſit
„ poſſe ſundare in aliquo loco ſuæ juriſdictionis unum Cœnobium Fratribus
„ de Obſervantia : *Piis fidelium &c.* ſed etiam Monaſterium ſanctæ Claræ :
„ *Inter curas &c.* IV. Kalendas ejuſdem vertentem differentiam inter
„ Raymundum , & Minores Illerdenſes compoſuit per Breve : *Humili-*
„ *bus &c.* III. vero Nonas fratrem Joannem de ſancto Galbano ad Bene-
„ dictinos tranſire permiſit : *Apoſtolicæ Sedis &c.* & Nonis ejuſdem Soro-
„ ribus Tertii Ordinis Antoniæ , & Uſendæ Carthaginenſibus circa rece-
„ ptionem aliarum ad habitum ſcripſit: *Devotis petentium &c.* Sed IV. Idus
„ Indulgentiam pro feſto Aſſumptionis beatæ Virginis Mariæ elargitus eſt
„ per Breve : *Dum præcelſa &c.* in quo etiam de die Conceptionis agit :
„ V. Kal. Septembris Monaſterio Sororum Tertii Ordinis Peruſii aliud
„ ſancti Agnetis univit : *Piis fidelium &c.* V. Idus Octobris Clariſſas de *Sup. ad annum 1434. n. 1.*
„ Bethlehem in oppido Burgenſi a juriſdictione Miniſtri Provinciæ exemit: *Sannig. cit.*
„ *Humilibus &c.* VI. Kalendas Novembris Epiſcopum Nicienſem aliquid
„ juriſdictionis in Fratres Minores , & Prædicatores exercere prætenden-
„ tem, continuit : *Humilibus &c.* pridie Kalendas ejuſdem cum Joanna
„ ſanctæ Claræ Toletana : *Digna reddimur &c.* & cum Beatrice Suarez
„ Moniali de oppido Carrionis : *Romani Pontificis &c.* diſpenſavit : XV.
„ Kalend. Decembris circa eleemoſynam pro complenda Eccleſia Fratrum

„ Meſſanenſium : *Ad ea ex injunƈto &c.* IX. Kalendas ejuſdem pro conven-
„ tione facta inter Rectorem, & Guardianum de Briandonio : *Ad ea ex*
„ *Apoſtolicæ &c.* & VI. Kalendas ad Epiſcopum Senenſem pro Sororibus
„ Tertii Ordinis, & conſtructione Monaſterii : *Gloriæ perennis &c.* ſcri-
„ pſit. Interea Cœnobium extra *Coslen* ſitum in Diœceſi Uratislaviæ, de
„ quo ſupra diximus, hoc anno Regularem Obſervantiam admiſit.

ARGUMENTUM.

Sigiſmundus Imperator, adjutore beato Jacobo Piceno, finem poſuit rebellioni & tumultibus Boemorum. Jacobus in Hungaria alios pernicioſos prævenit motus, diſſipatis hæreticorum conatibus, & profligatis Sectariis. Suum Inſtitutum per Auſtriam, Boemiam, & Hungariam extendit. Creantur Epiſcopi. Multiplicantur Cœnobia.

Sigiſmundus pacificat Boemos.

An. 1435. n. 8.

I. Feliciter tamdem hoc anno Sigiſmundus Imperator in illo conventu Legatorum Concilii Baſileenſis, & regni Boemiæ, ad quem celeriter vocaſſe diximus beatum Jacobum a Marchia, ſcriptis quibuſdam concordiæ articulis, quod tot annorum bellis non potuit, obtinuit ut ad ejus obedientiam & Eccleſiæ ſanctæ unionem, repreſſis hæreticis Huſſitis, & Thaboritis, Boemi redirent. Quædam pacis fœdera etiam cum hæreticis, neceſſitate magis, quam voluntate percuſſit, volens paternam hæreditatem poſt tot annorum rebellionem quoquo modo intrare, ſenſimque regni poſſeſſione accepta, more Majorum ſubter veram Chriſti religionem provinciam reducere. Sexto Kalend. Septembris, Pragam ingreſſus, ſubſecuta rerum omnium magna mutatione, reformatis, emaculatiſque ritibus Eccleſiaſticis, cum Eccleſias pollutas nollet intrare, templum ſancti Jacobi, quod Fratrum Minorum fuerat, & in quo machinæ bellicæ tum ſervabantur, reſtitui ſibi popoſcit. Annuit Civitas, & aliquot Minoritæ introducti ſunt, qui verbum Dei prædicarent. Deinde paulatim alia templa expurgata ſunt, & priſtinis habitatoribus reſtituta.

Reſtituitur templum Minorum Pragæ.

Plurimi hæretici in Hungaria.

II. Non inanem in his poſuerat operam beatus Jacobus, neque minorem exhibuit in comprimendis hæreticis Hungaricis, eorumque diſſolvendis colligationibus contra Catholicos. Cum enim ex Boemia jam in poteſtatem Sigiſmundi redacta, in Hungariam plurimi tum Imperatoris iram declinantes, tum aliorum ſectariorum, cum quibus acriter diſcordabant, conſortium devitantes, catervatim abirent, in tantum creverunt numerum, eoque proruperunt inſolentiæ & impietatis, ut clam collectis viribus, repentino impetu in orthodoxos irruere, & ſibi regni poteſtatem vendicare temere cogitarint. Idque procul dubio feciſſent, non aliter, quam antea in Boemia factum eſt, niſi conſilia eorum diſſipaſſet beatus Jacobus, captis, & deletis præcipuis capitibus, punitis etiam ſanctæ Inquiſitionis auctoritate ſectatoribus. Hæc faciendi, & hæreticos quoſcumque reconciliandi in regno Hungariæ, & partibus Auſtriæ, hoc anno ab Eugenio Pontifice per has litteras poteſtatem accepit.

Magna moliuntur contra Catholicos.

Obſiſtit B. Jacobus Picenus.

Dile-

Dilecto filio Jacobo de Marchia, Ordinis Fratrum Minorum profeſſori, in regno Hungariæ, ac Auſtriæ partibus, ſecundum morem dicti Ordinis, Inquiſitori hæreticæ pravitatis, per Sedem Apoſtolicam deputato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

III. *Licet ubilibet Apoſtolicæ Sedis providentia circumſpecta contra hæreticæ pravitatis labe reſperſos, quorum nequitia ſerpit ut cancer, ne in aliorum perniciem ſua venena diffundat, remedium libenter adhibeat opportunum, in regno tamen Hungariæ, & Auſtriæ partibus, ad quæ, & eorum incolas affectum gerimus ſpecialem, præcipue cupimus, ut negotia fidei jugi profectu, eliſis omnino & eradicatis erroribus, proſperentur, fideſque Catholica fortius invaleſcat. Affectantes igitur ad hujuſmodi negotium fidei in regno & partibus prædictis efficaciter promovendum, talem deputare perſonam, cujus honeſta converſatio exempla tribuat puritatis, ejuſque labia erudita doctrinam fundant ſcientiæ ſalutaris, ut ejus miniſterio omne fermentum exinde labis hujuſmodi expurgetur, tandem ad perſonam tuam, quam religionis & fidei ſinceritate & maturitate morum, & litterarum ſcientia, multarumque aliarum virtutum donis earum largitor Dominus inſignivit, dirigentes intuitum noſtræ mentis, te, quem, ex multarum perſonarum notabilium nobis facta relatione fideli, ad hujuſmodi officium ſufficientem & idoneum reputamus, Inquiſitorem hæreticæ pravitatis in regno Hungariæ, & Auſtriæ partibus, auctoritate Apoſtolica, uſque ad noſtrum beneplacitum facimus, conſtituimus & deputamus. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, tibi in remiſſionem peccatorum injungentes, quatenus in caritate Dei, hominum timore poſtpoſito, ſpiritum fortitudinis induens, prædictum Inquiſitionis officium, in regno & partibus prædictis, prout tanti negotii utilitas ſuadebit, ſub ſpe mercedis æternæ, ſic efficaciter proſequi, ac exequi ſtudeas diligenter, ut per ſollicitudinis tuæ diligentiam, radix pravitatis prædictæ penitus evellatur, & vinea Domini Sabaoth, exterminatis exinde vulpeculis, fructus uberes afferat Catholicæ puritatis. In hujuſmodi negotio proceſſurus tam ſecundum indulgentias, & privilegia Inquiſitoribus pravitatis ejuſdem, præfata auctoritate Apoſtolica deputatis, ſeu officio hujuſmodi Inquiſitionis ab eadem Sede conceſſa, quam etiam ſecundum Canonicas ſanctiones. Per hujuſmodi autem deputationem de tua perſona in hujuſmodi officio per nos factam, locorum Ordinariis, quominus ipſi Inquiſitionis officium ſuper labe prædicta, prout volunt dictæ Canonicæ ſanctiones, exercere valeant, & prædictis, vel quibuſcumque aliis privilegiis tuo Ordini, vel Inquiſitoribus, vel officio memoratis, ſi quæ ſunt, eis a dicta Sede conceſſa, nullum volumus præjudicium generari. Datum Bononiæ, anno Incarnationis Dominicæ* MCCCCXXXVI. XI. Kal. *Septembris, Pontificatus noſtri anno* VI.

Ex ipſo autographo. Inſtituitur Inquiſitor in Hungaria & Auſtria.

EIDEM.

IV. *AD ea, quæ propagationem & incrementum Catholicæ fidei reſpiciunt, intentis vigilamus affectibus, & his, ut pium conſequantur effectum, Apoſtolicos favores libenter impertimur. Cum itaque, ſicut fideli relatione percepimus, tu exemplo vitæ, & prædicatione verbi Dei, hominum terrore depoſito, ſalutares continuo fructus in Dei Eccleſia parere ſtudeas; nos qui Catholicam fidem, noſtris potiſſime temporibus, augeri deſideramus, cumque a partibus illis ad Sedem Apoſtolicam acceſſus valde difficilis exiſtat,* *ut*

Ex ipſo autographo.

ut omnes utriuſque ſexus, qui Spiritus ſancti lumine illuſtrati, depoſitis hæreſum erroribus, ad cognitionem veritatis fidei, & gremium Romanæ Eccleſiæ reducuntur, ſive reducti fuerint, ſi hoc a te, vel a ſociis tuis, per te eligendis, humiliter petierint, & articulos, quos dicta Romana Eccleſia tenet, indubie profeſſi fuerint, a pœnis & ſententiis ſpiritualibus & temporalibus, etiam ſchiſmatis & hæreſis crimen ſopientibus, necnon a caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, dummodo vota transmarina, & matrimoniales caſus in gradibus a Jure prohibitis non exiſtant, juxta formam dictæ Romanæ Eccleſiæ conſuetam, injuncta perſonis ipſis pro modo culpæ pænitentia ſalutari, & aliis, quæ de Jure fuerint injungenda, & recepto ab eis juramento, quod in priſtinos errores non relabentur, nec perſiſtentibus, aut relabentibus in errores prædictos præſtabunt auxilium, conſilium vel favorem, ac dictas perſonas ad noſtram, & ipſius Romanæ Eccleſiæ unitatem recipiendi, necnon Catholicas perſonas etiam a caſibus Epiſcopis reſervatis in prædicta Eccleſiæ forma abſolvendi, auctoritate Apoſtolica tibi, ac ſociis tuis Fratribus dicti Ordinis, idoneis tamen, quos ad id, quando tibi expediens videbitur, duxeris eligendos, in omnibus partibus, in quibus Inquiſitionis officium tibi per nos commiſſum, ſe extendit, tenore præſentium indulgemus. Datum Bononiæ, anno Incarnationis Dominicæ MCCCCXXXVI. VII. *Kalendas Septembris, Pontificatus noſtri anno* VI.

Hungari plurimum ſe debere B. Jacobo teſtificantur.

V. Hac fretus auctoritate, & divina adjutus virtute, beatus Jacobus, tot præſtitit Orthodoxis beneficia, totque malis errorum, & inſidiis hæreticorum Hungariam liberavit, ut ultro Epiſcopi, Clerus, & Principes ad Pontificem Eugenium ſuas litteras dederint, in quibus & gratias immenſas reddiderunt, quod tantum, ac talem ſibi virum deſtinarit; & e quibus malis eruerit, ac bona tribuerit, honorificis explicaverunt teſtimoniis. Ex his multæ ad manus meas pervenerunt: dabo duas integras, aliarum, ne prolixus ſim aliquot fragmenta. Primam Epiſtolam hanc ſcripſit Archiepiſcopus Strigonienſis; ſecundam Capitulum Eccleſiæ Colocenſis. Exemplaria do ex ipſis autographis.

Beatiſſime Pater, & Domine Colendiſſime, poſt humilem & devotam ſubjectionem uſque ad pedum oſcula beatorum.

VI. E*Idem veſtræ ſanctiſſimæ Paternitati ſignifico per præſentes, quod religioſus, Deoque devotus frater Jacobus de Marchia, Ordinis Minorum, Vicarius Boſnæ &c. Hic in Regno Hungariæ in prædicando verbum Dei, & fidem orthodoxam, errores maximos, qui hic in multis, & diverſis locis, ac variis hominibus a via revocatis, & Huſſitarum ſectam tenentibus, pullulabant, ſuis maximis, diligentiſſimiſque, & ſudoroſis laboribus reprobavit, & circa converſionem eorumdem hæreticorum, & etiam multorum ſchiſmaticorum ad fidem Catholicam reductorum, tamquam pugil Chriſti ſtrenuus, accuratam ſuam appoſuit totis viribus diligentiam, multos convertendo & reducendo, ſic quod hujuſmodi ſuis laudabilibus & fructuoſis, & ſalutiferis operibus exigentibus, ipſum fratrem Jacobum tamquam benemeritum, & laude dignum de hujuſmodi ſuis bene geſtis laudabilibus, & ſudoroſis laboribus, ipſi veſtræ Sanctitati, quantum valeo ſinceriter recommendo. Quam Altiſſimus pro tranquilla pace & ſubſiſtentia Eccleſiæ univerſalis ſuæ ſanctæ, & totius populi Chriſtiani, dignetur ſalubriter, & ad tempora diuturna feliciſſime conſervare. Scriptum Strigonii feria ſexta ante Dominicam ſecundam Adventus.*

Lit-

Litteræ Capituli Archiepiſcopatus Colocenſis.

Beatiſſime Pater & ſanctiſſime Domine noſter, poſt devota pedum oſcula beatorum.

VII. *VEſtræ præſentibus ſignificandum duximus Sanctitati, quod venerabilis Pater, Dominus frater Jacobus de Marchia, Vicarius Boſnæ, Ordinis Fratrum Minorum, indagator & extirpator hæreticæ pravitatis, per Sanctitatem Veſtram ad regnum Hungariæ deſtinatus, peragrans multis aliis ipſius regni partibus, non ſine maximo corporis ſui periculo, jam pridem ad hanc Colocen. & Bachien. canonice invicem unitarum diœceſum cum ſuis Fratribus applicuit, ubi, dante Domino, uberrimos fructus Eccleſiæ ſanctæ Dei reportavit: nam plurimos hæreticos tam Clericos, quam laicos, quorum in his finitimis partibus a longis temporibus copia ingens pullulabat, comprehendit, & per diligens ſcrutinium ex eorumdem hæreticorum ultronea factione, alios in ſilvis, alios in cellariis, alios vero in molendinis, nonnullos autem in ſpeluncis, & cavernis montium & terrarum divina prophanaſſe, ac ſacram Eucharistiam, necnon ſanguinem Domini Jeſu Chriſti, in quibuſdam burſis ab intus picce ſubductis a collo pendentibus, per hujuſmodi damnata latibula detuliſſe, & plurimos noctis in ſilentio, ad hujuſcemodi prophana loca tranſeuntes, proh dolor! ipſum ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti ſuper ſe, & indumenta effudiſſe, ita ut etiam in calceamenta ipſorum uſque deflueret, & terra exinde non mediocriter aſpergeretur. Alios etiam non modicos errores fidei Catholicæ contrarios, comperit manifeſte, quos quidem hæreticos, habita ſuperinde deliberatione prætmatura, dignam demeritorum ſuorum ſubire fecit ultionem, ſicque ipſos, & eorum fautores taliter jam contrivit, erroreſque prædictos per ſanctæ prædicationis verbum, & alia opportuna remedia extirpavit, ut diœceſis prædicta ſe jam laqueis Diaboli gaudeat expeditam. Ne autem hujuſmodi hæreſis peramplius in dicta diœceſi oriri poſſit, idoneos cuſtodes per Civitates & loca, qui ſollicite hujuſmodi negotio invigilare debeant, deputavit: & niſi ipſi diœceſi per veſtram Sanctitatem de perſona ipſius fratris Jacobi tam celeriter, tamque ſalubriter proviſum extitiſſet, ut ipſi hæretici aſſerebant, jam ad arma ſe promptuabant, atque Pontifices cum Clero miſerabili neci tradere conabantur, quatenus non minus, quam in partibus Boemiæ ad quælibet illicita in poſterum committenda fieri poſſent procliviores. Quapropter, bone Pater, ſupplicamus Sanctitati veſtræ, quæ novit æqua lance, & malorum offenſiones, & bonorum merita trutinare, humo tenus provoluti, quatenus pro tantis talibuſque ipſius fratris Jacobi meritis glorioſis, ſic illi faveat, ut in tanto opere quotidie majora pro ſanctæ Eccleſiæ honore, & animarum fructu poſſit moliri. Sanctitatem veſtram ſanam & incolumem Deus conſervare dignetur &c. Die* IV. *Decembris anni* MCCCCXXXVI.

VIII. Joannes Epiſcopus Waradienſis in litteris, quinto Februarii Waradini datis, ad Clerum & ſeculares ſuæ diœceſis, multis precibus rogantes ad ſe mitti beatum Jacobum, ita ait:

Venerabilem & egregium Religioſum, fratrem Jacobum de Marchia Ordinis Minorum ſancti Franciſci, a Sede Apoſtolica, & ſacro Concilio Baſileen. in Boſnæ, Raſciæ, & Valachiæ partibus, pro hujuſmodi maledictæ ſectæ, & hæreſis peſtiferæ eradicatione legatum & nuncium ſpecialem, pro veſtra & animarum veſtrarum ſalute magnis veſtris precatibus, & nonnullo-

nullorum virorum illuſtrium precibus & ſupplicationibus in veſtri medium accerſiri placabiliter inclinamus, cui & noſtram ordinariam tam in foro confeſſionis, quam in Inquiſitione dictæ hæreticæ pravitatis, auctoritatem plenarie duximus concedendam &c.

IX. Idem in aliis ad Summum Pontificem ſcriptis in Caſtro Monderalbe prima die Decembris, loquens de quadam ſecta hæreticorum, in ſua diœceſi invaleſcenti, inquit: *Multo pejor hæretica pravitas, quam Huſſitarum de Boemia, in quibuſdam provinciis regni Hungariæ ſuæ fraudis palliata latibulis invaleſcere cœpit, quod veſtræ Sanctitati dolenter refero, & quia, beatiſſime Pater, quorumdam perverſorum Evangelicæ veritatis perſecutorum ſarcinata iniquitas, tanta pravitate hæretica fideles Chriſticolas hic in regno Hungariæ ad ſui erroris tenebras latenter accerſierat, venerabilis vir frater Jacobus Vicarius Boſnen. Ordinis beati Franciſci V. S. filius humilis & devotus, diligenti ſcrutinio, & duris approbationum diſceptationibus, qui ſanctis ſacræ paginæ diſciplinis tam peculioſe præditus eſt, nedum in partibus Tranſilvanis ipſius regni Hungariæ, ubi vitam ad pericula expoſuiſſe perhibetur, cum nonnulli controverſores ſacroſanctæ orthodoxæ fidei perſecutores ſeſe inſultu auſu temerario, & ſuperſtitioſe veritati Evangelicæ opponentes, vexilla perverſitatis contra totius Cleri, & Eccleſiæ ſtatum fere erigendo inſurrexerant conſpirati, & niſi anteſatus frater Jacobus illac in tempore non adveniſſet, in paucis diebus manu armata in ipſum Clerum irruiſſent, a majori ad minimum nece mortis interempturi; ſed, Domino Sabaoth opitulante, tamquam victor bellicus & triumphatis pro ipſa ſacroſancta Matre Eccleſia militante præfatus frater Jacobus militiam obtinens probatæ veritatis, omni honoris apparatu venerandus tractabatur, qui dum etiam in diœceſi mea Wardin. ubi ſimiliter per ſuæ inquiſitionis adhibitionem, & ſalutiferam verbi Dei prædicationem plurimos ipſa hæretica pravitate infectos, per interitum ſupplicii reprobavit condemnatos. Et in pluribus hujus regni Hungariæ aliis partibus tam ſalubrem populo Catholico in ſui reformatione ſe dignoſcitur multipliciter exhibuiſſe, non minus, quam ſi beatus Paulus Apoſtolus, ſupremus Doctor, Evangelicæ veritatis egregius præco, ei eſſet comes conſtitutus, fructum æternæ beatitudinis ampliavit.*

X. Albertus Archidiaconus Theniesſien. Vicarius generalis Eccleſiæ Chanadinæ, Sede vacante, ſcriptis Chanadini litteris die ſancti Galli Confeſſoris, ad ipſum beatum Jacobum, rogat ut in extirpandis hæreticorum verſutiis, quæ jam pridem in regno Hungariæ latenter exortæ ſunt, laboribus & ſudoribus non parceret &c. Subjungitque: *Eamdem P. V. etiam requirimus ego, & Domini noſtri de Capitulo affectanter, ut vos ipſi in propria perſona huc Chanadinum pro majori & uberiori expeditione præmiſſorum, ac ſeminandis gratiis divinis dignetur venire.*

XI. Georgius Epiſcopus Tranſilvanus per epiſtnlam ſcriptam in Torda, die apparitionis ſancti Michaelis, rogavit ut ad ſuam provinciam veniret, hæreticos eliminaturus, inter alia multa ita ſubjungens: *Paternitatem veſtram affectuoſiſſime flagito inſtanti prece & cordiali, quatenus, Deo auxiliante, completo in illis partibus labore veſtro ſalutifero, divinæ prædicationis intuitu, & ob fidei ſanctæ fortitudinem, iter veſtrum verſus huc reflectendo, pro extinctione prædictæ ſectæ peſtiferæ, has partes ingredi dignemini, & velitis diem, & tempus progreſſus veſtri, dum ſcilicet ad has partes ingredi malueritis, per occurrentes Nuntios mihi intimare, ut uſque ad oppidum Eccleſiæ noſtræ Taſnad in obviam Paternitatis veſtræ recentiores homines & nuncios tranſmittere, votive valeam & poſſim.*

XII. Idem

XII. Idem in litteris eodem die ſcriptis ad ſuos diœceſanos ait: *Quoniam his temporibus pro quibuſdam negotiorum expeditionibus apud Imperialis Majeſtatis gratiam occupabamur & conſtituebamur, & hoc medio intervallo tempore, ſicuti ex fide dignorum accepimus relatu, quidam perniciosi hæretica Huſſitarum pravitate infecti, de Moldaviæ, & aliis partibus, tamquam oves morbidæ, non ſolum prænotatos diſtrictus, ſed etiam iſtas partes Tranſilvaniæ, proh dolor! ſubingreſſi, quamplures gregis noſtri utriuſque ſexus homines inficiendo corruperunt, & eorum doctrinam peſtiferam, tamquam venenum mortiferum, latius diffuderunt, & cum nos in factis jam dicti Domini noſtri Imperatoris ad præſens occupemur, ad prædictæ hæreticæ pullulationis extirpationem, & extinctionem tam ſubito verſus illuc perſonaliter proficiſci, & attendere nequivimus; pro eo venerabilem & egregium, religioſumque fratrem Jacobum de Marchia, de Ordine ſancti Franciſci, a Sede Apoſtolica, & ſacro Concilio Baſileen. in Boſnæ, Raſſiæ, & Valachiæ partibus pro talis modi maledictæ ſectæ, & hæreſis peſtiferæ eradicatione, legatum & nuncium ſpecialem, pro animarum veſtrarum ſalute inſtantiſſime rogavimus, ut ad vos perveniret &c.*

XIII. Multam magnamque meſſem hac excurſione in Chriſti horrea collegit Jacobus, plurimoſque ab errorum tenebris, ad Evangelicæ veritatis lucem reduxit. Ultra quinquaginta quinque millia ad fidem ab ipſo converſos ſacro baptiſmatis fonte abluiſſe ſcribunt in ejus actis itineris ſocii, & diebus quinque alia fermé totidem millia baptizaſſe. Quemdam Andream Presbyterum inſignem hæreſiarcham pertinaciſſimum, degradatum judici tradidit ſeculari, morte plectendum; ſed poſtea pœnitentem, & contrito corde veniam depoſcentem ad gremium ſanctæ Eccleſiæ recepit, officiis tamen, beneficiis, & ſacri Ordinis exercitio ſpoliatum. His in rei Catholicæ augmentum præclaris obſequiis devinctus Pontifex, multis affecit virum privilegiis & gratiis, atque inter alia indulſit, ut auctis domiciliis ſuum Religioſum Inſtitutum per Auſtriam, Boemiam, & Hungariam propagaret.

Miri ejus fructus.

Conceditur ei facultas plures domos ædificandi.

Dilecto filio Jacobo de Marchia Ordinis Fratrum Minorum profeſſori ſalutem &c.

XIV. S*Acræ Religionis, ſub qua, mundanis abjectis illecebris, cum abjectione ſpontanea voluntatis, in humilitatis ſpiritu Domino virtutum famularis, promeretur honeſtas, ut votis tuis, illis præſertim, quæ divini cultus augmentum, & Religionis propagationem reſpiciunt, favorabiliter annuamus. Hinc eſt, quod nos tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, tibi quod in Boemia duo, in Hungariæ regnis tria, in Auſtria tria etiam loca, cum diſtantia per Sedem Apoſtolicam ordinata, ſi tibi pia largitione fidelium concedantur, vel alias juſtis modis poteris adipiſci, dummodo alia tui Ordinis loca ibidem non exiſtant, recipere, & retinere, & in quolibet ipſorum locorum Eccleſiam, ſeu oratorium cum campanili, campana, cœmeterio, domibus, & aliis neceſſariis officinis, pro uſu & habitationa tua, & aliquorum Fratrum tui Ordinis conſtruere, & ædificare, necnon quoſcumque Fratres dicti Ordinis etiam de Vicaria Boſnæ exiſtentes, ad id voluntarios, de Superiorum ſuorum licentia transferre, & recipere, ac inibi una cum eiſdem Fratribus ſub regularibus inſtitutis dicti Ordinis Altiſſimo famulari, necnon Miſſas, & alia divina officia celebrare, ac Verbum Dei populo prædicare, libere & licite valeas, Ordinarii loci ſuper hoc conſenſu*

Ex lib. 3. de Regular. fol. 146.

minime requiſito, juribus tamen parochialium Eccleſiarum, & quorumlibet aliorum in omnibus ſemper ſalvis, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus facultatem. Et nihilominus tibi, & univerſis Fratribus in eiſdem domibus, & locis pro tempore moraturis, ut omnibus & ſingulis privilegiis, indultis, & gratiis quibuſcumque generalibus & ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, Fratribus ejuſdem Ordinis per Sedem Apoſtolicam conceſſis, & in poſterum concedendis, uti & gaudere valeas, & valeant, auctoritate prædicta, harum ſerie indulgemus, felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri prohibitione, ne Fratres Ordinum Mendicantium &c. Datum Bononiæ anno Incarnationis Dominicæ MCCCCXXXVI. VIII. *Kalend. Septembris anno* VI.

An. 1435. n. 10.

XV. Sub finem anni præcedentis beatus Albertus Sartianenſis pervenit Hieroſolymas, iter ſuum, quod diximus, ad Nationes Orientales proſecuturus, & XXIII. Martii ex ſanctiſſimi ſepulcri Dominici Sanctuario ſcripſit ad Scipionem, Epiſcopum Mutinenſem, Eugenii Pontificis domeſticum, ſibi familiarem & amicum, ut introduci curaret ad ſuam ſanctitatem, fratrem Ludovicum Bononienſem, virum probum & religioſum, qui per annos multos Hieroſolymis habitaverat. Miſerat hunc ut coram referret ſtatum illorum locorum, & remedium obtineret multorum abuſuum, qui obrepſerant, atque inſuper ſibi quædam itineri ad Orientales neceſſaria poſtularet.

Fr. Ludov. Epiſcop. Signenſis. Fr. Reginaldus Eguinen. Fr. Joann. Datien. Fr. Franciſcus Rubicen.

XVI. Creati ſunt hoc anno Epiſcopi, Signenſis ſub Archiepiſc. Jaderenſi, frater Ludovicus de Pirramo, ſacræ Theologiæ profeſſor, per tranſlationem Joannis ad Anconitanam: *Eccleſiarum utilitati*. IV. Idus Augusti. Eguinenſis, ſub Archiepiſc. Athenien. frater Reginaldus Polet, per obitum Joannis: *Paſtoralis officii*. V. Kalend. Aprilis. Darienſis in Provincia Herachien. frater Joannes Angelus, alias Vontelman, per obitum Henrici: *Regimini univerſalis Eccleſiæ*. IV. Kalend. Decembris. Rubicenſis in inſulis Canariis, frater Franciſcus, per obitum Ferdinandi: *Apoſtolatus officium*. VII. Kalend. Octobris. Primum hujus Eccleſiæ Epiſcopum invenio in antiquo Codice MSS. Provincialis Romani, fuiſſe inſtitutum a Benedicto XIII. fratrem Alphonſum de San-lucas de Barrameda an. MCCCCIV. a virtute & doctrina commendatum. Andrienſis ſub Archiepiſc. Naupacten. frater Lombardus de Salis, per obitum Andreæ de Doria. IV. Kalendas Decembris.

Fr. Lombardus Andrien.

Florent viri docti. Fr. Ægid. Legatus Regis Portugalliæ.

XVII. Floruerunt hoc tempore in Luſitania frater Ægidius de Tavira, in ſacra Theologia licentiatus, quem Eduardus Rex ſimul cum Antonio Portugallenſi, & Ludovico Viſenſi Epiſcopis, ac nobili viro Alphonſo, Joannis quondam Portugalliæ Regis nepote, legatum miſit hoc anno ad Eugenium Pontificem, ut multa ſtabilirent circa negotia Eccleſiarum. Et in Bononia frater Jacobus de Caponibus nobilis Florentinus, cui hoc anno Guillelmus Generalis Miniſter plurima, & inſolita conceſſit privilegia.

Fr. Jacobus de Caponibus.

An. 1431. n. 6. Commendatur Mons Alvernæ protectioni laniſicum Florentiæ.

XVIII. Diximus ſuperius, conceſſam fuiſſe domum montis Alvernæ Fratribus Obſervantiæ, non tamen ſine contradictione Patrum Conventualium, qui tam inſigni pietatis delubro ſe privari dolebant. Damnum reſtaurare, ædemque recuperare cupientibus, oppoſuit Pontifex Conſules, & univerſitatem artis lanæ civitatis Florentinæ, quibus Montis protectionem commiſit, his litteris contentam.

Di-

Dilectis filiis Conſulibus, & univerſitati artis lanæ civitatis Florentinæ.

XIX. *Quamvis de cunctis orbis Eccleſiis, Monaſteriis, & religioſis domibus, prout ex debito injuncti nobis officii Paſtoralis tenemur, pro eorum ſtatu ſalubriter dirigendo, ſollicite cogitemus, inter ceteras tamen religioſas domos, in quibus Fratrum Ordinis Minorum viget obſervantia regularis, domum ſancti Franciſci* de Lavernia *vulgariter nuncupatam, Aretinæ diœceſis, in qua Venerabilis Confeſſor beatus Franciſcus admirandæ ejus vitæ ſanctimoniæ fundamenta jecit, quibus Catholicæ fidei ædificia, veluti ſolidiſſimis columnis uſque in hodiernum diem fulciri noſcuntur, conſiderationis noſtræ intuitum dirigimus, ut quemadmodum de ſpeciali prærogativa a beato Franciſco illic peractæ pœnitentiæ, ſtigmatibuſque Salvatoris noſtri miraculoſe in ſuo corpore receptis illuſtratur, ita eo amplius, concedente Domino, augeatur, & conſervetur incrementis, quo majori protectorum, & defenſorum ejuſdem munimine fuerit roborata. Sane attendentes, quod vos ad Ordinem Minorum, & præſertim ad ipſam domum* de Lavernia *ſpecialem geritis devotionis affectum, & ſingulari zelo deſideratis domum ipſam in ædificiis, & ceteris ornamentis Eccleſiaſticis augmentari & conſervari, ut ex hoc magis ad ipſam domum fidelium zelus devotionis accreſcat, & Fratres ipſi in eadem Altiſſimo famulantes commodius ſervare poſſint Regularis Obſervantiæ diſciplinam; vos & univerſitatem veſtram, ac ſucceſſores veſtros, qui pro tempore fuerint, de quorum diſcretione ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, præfatæ domus* de Lavernia *protectores, & defenſores facimus, conſtituimus, & etiam deputamus, vobis in omnibus, & in ſingulis præmiſſis, & ad ea pertinentibus, ac fabricæ ipſius domus, & Eccleſiæ cum omnibus membris ſuis, & omnium & ſingulorum jocalium, librorum, ornamentorum, ad cultum divinum, ac ipſam fabricam pertinentium, gubernatores, & defenſores, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium facultatem, & poteſtatem plenariam concedentes. Nulli ergo &c. Datum Florentiæ anno* MCCCCXXXVI. *Kalend. Martii &c. anno* VI.

Ex lib. 19. Bullarum fol. 77.

XX. In provincia ſancti Antonii, & oppido Scledi, hoc anno erectum fuiſſe Conventum Fratrum Regularis Obſervantiæ, auctore & promotore, ut ferunt, beato Bernardino Senenſi, conſtat ex quibuſdam litteris Epiſcopi Vincentini datis Venetiis hoc anno ultima Julii, quæ in ejuſdem Cœnobii archivo conſervantur. Hujus ferme temporis Conventum alterum ſanctæ Urſulæ extra Patavium reputat Gonzaga, & ex ejuſdem Bonifacii, ſupremi Pontificis facultate traditum Fratribus a Monialibus Benedictinis, quæ hoc loco relicto, alium ſibi extruxerunt intra Civitatem ſancto Marco Evangeliſtæ ſacrum. Sed Bonifaciorum ultimus fuit Nonus, qui ante triginta duos annos obiit, neque eo adhuc tempore adeo crebra, & nota erat Obſervantum familia, præſertim in illis partibus, ut ſumma animi propenſione, uti auctor habet, in eam ferrentur Moniales. Vel ergo antiquior eſt hujus ædis traditio, ſeu translatio ad Minores, vel hoc tempore non potuit donum probare Pontifex ullus Bonifacius. „Alterum ædificium ſeſqui milliarii
„ ab urbe Veronenſi, ſanctæ Mariæ de Gratiis Arcæ ruptæ nuncupatum, a
„ Senatu illius Urbis conſtructum, acceptandi ſuſpicatur Eugenium Ponti-
„ ficem licentiam conceſſiſſe ſancto Bernardino Senenſi, duodecim Fratrum
„ habitationi ſatis accomodum.

Conv. Scledi.
Gonz. in Provin. S. Anton. Conv. 16.
Conv. S. Urſulæ. Paduæ.
Indid. Conv. 17.
ADDITIO Patris Lucæ Waddingi.
Conv. Arcæ ruptæ.
Indid. Con. 10.

„ XXI. Hoc anno tranſivit a Patribus Conventualibus ad Obſervantes

Conv. S. Franciſci Mantuæ. Anno 1230. n. 7. Doneſm. l. 4. hiſtor. Mant. Tom. 6. an. 1304. n. 39.

„ Conventus ſancti Franciſci urbis Mantuanæ, prope inſignem illum lacum,
„ ex quo Mincius fluvius ſuam ducit originem. Auctorem dedimus, qui
„ affirmaverat, a ſancto Franciſco inchoatum prope ædiculam ſanctæ Mariæ
„ Incoronatæ, & abſolutum a ſocio Benevenuto, deinde poſt annos multos
„ ampliorem adjunctam Eccleſiam ſub invocatione ipſius ſancti Inſtitutoris.
„ Crevit poſtea multis, magniſque incrementis ſub Obſervantibus, adeo
„ ut optimo cuique totius Ordinis ædificio poſſit comparari. Templum vi-
„ gintiquinque continet ſacella pulcherrimis iconibus diſtincta, inter quæ
„ maxime ſupereminent illud, qnod a miracnloſa Mariæ Virginis imagine
„ commendatur, & alterum, quod a *Gonzaga* nomen habet, ac nobilibus
„ Mauſolæis hujus gentis illuſtratur. Illie qnippe conditi ſunt Franciſcus
„ Gonzaga Mantuanorum Marchio anno MDXIX. die XXX. Martii. Sigi-
„ mundus Gonzaga S. R. E. Cardinalis anno MDXXV. Margarita Friderici
„ Mantuanorum Principis uxor, cujus æri inſculptum legitur hoc epita-
„ phium: *Optima Margareta, ſumma Bavariæ domus gloria, Conſangui-*
„ *neis Imperatoribus Auguſta, altera a Lampedio magnanimi Principis*
„ *Friderici conjux, Evadne, Alceſteque fidior, humo ſe condi volens, eodem*
„ *auctore, hoc ſub ære quieſcit*. Alda Eſtenſis, Ludovici Gonzagæ Mantua-
„ norum Marchionis itidem uxor; Margarita Malateſta, Galeazii Gonzagæ
„ ſtrenui militis, invictique herois conjux, quibus alia cohærent ejuſdem
„ familiæ ſepulcra, nullis tamen adjectis inſcriptionibus. Jacent in eadem
„ Eccleſia multi Minoritæ, pietate, & virtutibus illuſtres; Benevenutus ſu-
„ pradictus, Sixtus Mediolanenſis, Seraphinus Mantuanus, Bartholo-
„ mæus Bergomas, cujus ſepulcro hæe inciſa ſunt verba: *Bartholomæo Ber-*
„ *gomenſi homini Dei, qui obiit* MDXLIV. *die ultima Julii*. Franciſcus Ba-
„ zonis, ex nobili Mantuanorum familia, Sixtus Riparolus, & alii.

Tom. 9. an. 1378. n. 7.

Tom. 6. an. 1303. n. 2.

Vide Doneſm. l. 6. hiſt. Mant.

„ XXII. Ad ingreſſum majoris ſacelli ſepultum eſſe quemdam Mini-
„ ſtrum Generalem totius Ordinis anno MCCCLXXVII. die IV. Octobris,
„ cujus nomen ignoratur, obliterato ſeu attrito ſuperambulantium pedibus
„ epitaphio, ait Gonzaga, ſed nullum ſcio Miniſtrum Generalem, qui
„ prædicto anno potuerit obiiſſe. Erat tunc actualis Miniſter Leonardus
„ Giffonenſis, qui poſtea aſſumptus ad Cardinalatum, obiit Avenione an-
„ no MCCCCV. ibidem apud Minores ſepultus. Et ex iis, qui præceſſerunt
„ Miniſtri, ac per longam ſeriem eodem Cardinalatus honore ferme omnes
„ inſigniti ſunt, nullus potuit Mantuæ eo anno mori aut ſepeliri, juxta
„ exactam narrationem, quam per ſingulos annos, qno officio, aut vita
„ functi ſunt, in tomo nono diſtribuimus. Plurimis iiſque inſignibus re-
„ liquiis decorari Eceleſiam induſtria, & liberalitate fratris Philippi Bonac-
„ curſi Mantuani, Epiſcopi Tridentini, ſuo loco recenſuimus. Collocatæ
„ ſunt pulcherrimis thecis & ornatiſſimis loculis prope altare majus, ubi
„ etiam Philippus ipſe voluit ſepeliri. Conſecratam fuiſſe Eccleſiam an-
„ no MCCCCLIX. præſente Pio II. monent hæc inculta carmina inciſa lapidi
„ præ foribus Templi ad ſiniſtram, multaſque conceſſas Indulgentias ab
„ eodem Pio II. inviſentibus Eccleſiam, quam ipſe non ſemel ſua decora-
„ vit præſentia, ubi etiam ſacrum celebravit ad altare beatæ Virginis Gra-
„ tiarum anno MCCCCLX. die XVI. Januarii, tertio ſcilicet antequam e
„ Mantua receſſit.

„ *Millæ quadringenti anni quinquaginta novemque,*
„ *Menſe Decembris erat Dominus ſub luce ſecunda,*
„ *Nobilis Antiſtes, decus, atque corona Veronæ,*
„ *Hermolaus, Venetis oriundus, Barbara proles,*

Hoc

„ *Hoc Pater alme, tibi Templum, Franciſce, dicavit.*
„ *Cultum; namque Pio Papa præſente ſecundo*
„ *Cardinibuique ſuis ter denis, Præſulibuſque*
„ *Pluribus, ac cœtu fidei celebrante dietam*
„ *Perpetuo Pius hanc juſte viſentibus ædem*
„ *Septem quadragenas, ſeptemque indulſit & annos.*
„ *Anno* MCCCCLIX. *die* XXVII. *Maii Papa Pius venit Mantuam:*
„ *die* XIX. *Januarii inde receſſit.*

„ XXIII. Cœnobii ſtructura magnifica eſt, ſumptuoſa, & undequaque perfecta. Fratrum cubicula per dormitoria ampliſſima, in quadro diſpoſita, numerum excedunt centeſimum. Bina habet clauſtra, quorum primum pulcherrimis innititur columnis marmoreis quinquaginta duabus, & ex ea parte, qua Mantuanum proſpicit lacum, xyſto proſpectuque gaudet amœniſſimo. Xyſto conjunguntur capaciſſimum valetudinarium, & aromatarium, infirmis perquam opportuna, rebus omnibus neceſſariis inſtructa. Multa ſunt hic celebrata Comitia generalia, tum propter loci commoditatem, tum propter ſingularem Principum Mantuanorum erga Fratres affectum.

XXIV. In civitate Barii, ſancti Nicolai Myrenſium Epiſcopi, corpore celeberrima, pius mercator Piſanus, Balduinus Carattonus nuncupatus, Deo & Barenſibus gratias redditurus pro multis, quas in ea urbe acquiſivit, divitiis, hoc anno Conventum ædificavit ejuſdem Inſtituti viris, ſub nomine ſancti Petri Apoſtolorum Principis, ſacrarum litterarum ſtudio opportunum. Extra oppidum Manteæ in Calabria ex communibus Oppidanorum facultatibus hoc anno inchoatus Fratrum Regularis Obſervantiæ Conventus, præcedente Eugenii Pontificis licentia, anno proxime elapſo, domumque acceptante Antonio a Valentia, provinciæ Calabriæ Vicario. Jacet hic beatus Pater Antonius Scozettus Manteanus, miraculis ante & poſt mortem illuſtris, de quo honorifica habetur mentio in vita beati Franciſci Paulani. In eadem regione Calabriæ & civitate Seminariæ, curante beato Paulo Sinopolitano ſancti Bernardini Senenſis ſocio, circa hunc annum ædificatus eſt Conventus beatæ Mariæ de Angelis, privatis quorumdam, & publicis urbis expenſis, humili tamen ſtructura, juxta renaſcentis Obſervantiæ Regularis humilia exordia.

Conv. Barenſis. *Idem in Provin. S. Nicol. Con. 21.*

Conv. Manteæ. *Idem in Provin. Calab. Con. 8.*

Anton. Scozettus. *Vide bullam Leonis X. de ejus beatificatione & ejus vitam.*

Conv. Seminariæ.

XXV. Similiter in alia Calabriæ urbe Miletenſi, hoc anno, vel circiter, fuit datum Patribus Conventualibus, acceptante Provinciale Magiſtro Thoma, hoſpitale peregrinorum, & ſacellum ſub invocatione ſanctæ Mariæ *de Miſericordia* conſtructa ſub Bonifacio VIII. a nobili muliere Julia de Azarolis, Comite Miletenſi. Floruit ibidem Magiſter Ferdinandus, Scoticæ doctrinæ cultor præcipuus. Spectat ad Patres prædictos provinciæ Calabriæ, & Cuſtodiæ Rheginæ. In eademque Cuſtodia fundatus eſt hoc anno, annuente Eugenio Pontifice, Conventus Arenarum, per nobilem virum Nicolaum Comitem Arenarum & Mileti, prope ſacellum ſancti Nicolai, a ſe antea conditum in oppido prædicto: *Sacræ Religionis.* III. Nonas Maii. Domum hanc multis beneficiis, & ſupellectile Eccleſiaſtica locupletavit Marchio de Concubletis. Conſervatur in choro pulchrum Graduale, vario minio, & auro diſtinctum, in cujus initio ita ſcriptum: *Datum Fratribus Minoribus loci ſancti Nicolai de Arenis, per excellentiſſimum Dominum Nicolaum de Arenis, Comitem Arenarum Mileti, & Stili, anno Domini* MCCCCXXXVII.

Idem in Provin. 7. Martyr. Con. 4.

Conv. Miletenſis.

Mon. MSS. Provin Calab. Convent.

Rodul. fol. 279. in Cuſt. Rhegii.

Conv. Arenarum.

XXVI. In oppido Quinquefrondium ejuſdem regionis Calabriæ, erat Con-

Conv. Quinquefrondium.

Conventus ante annos ſexaginta propter bellorum pericula derelictus a Fratribus Conventualibus provinciæ Calabriæ, quem reſtaurare aggreſſus nobilis vir Joannes Carozolus, Comes Guatii, obtinuit hoc anno licentiam reædificatum tradendi priſtinis poſſeſſoribus: *Exigit veſtræ devotionis affectus*. III. Nonas Maii. Neſcio an alius hic ſit ab illo Conventu ſancti Philippi Quinquefrondium, quem Gonzaga aſſerit extructum Fratribus Regu-

Gonz. in Provin. 7. Martyr. Con. 31. laris Obſervantiæ, a nobiliſſima Anojorum familia circa annum MCCCCXLV. accedente Eugenii Pontificis facultate. Error poſſet eſſe circa ſtructores, aut reſtauratores.

Conv. Crapanii. XXVII. Crapanium, nudum olim ſcopulum inſularem II. M. P. in circuitu habentem, a Sybenico Illyricorum urbe VII. M. P. diſtantem, vir nobilis Thomas, Domicellus Sybenicenſis, impetravit ab Archidiacono Eccleſiæ Sybenicenſis, datis aliis poſſeſſionibus utilioribus Archidiaconatus dignitati. Conſtituit ea in inſula ſacellum, ſeu oratorium conſtruere, ſed morte præventus non potuit. Quatuor ſuperſtites filii, & nobilis vir Georgius Radoslamchic majori incremento defuncti conatum compleverunt, ædiſicando ibidem commodum Conventum ſanctæ Cruci ſacrum pro Fratribus Regularis Obſervantiæ, conceſſa prius ab Eugenio Pontifice facultate: *Votis fidelium*. XVII. Kalend. Decembris. Inſula libere, abſque ullo coha-

Idem in Provin. Dalmat. Con. 13. bitatore annis multis potiti ſunt Fratres: ſed cum locus munitiſſimus eſſet, & frequens Turcarum in illas partes incurſus, aliquot Illyrici rogaverunt Fratres, ut illic ſibi liceret domicilia conſtruere. Aquieſcentibus, brevi accrevit integrum oppidum, ſitu & incolarum induſtria munitiſſimum.

Conv. Inſulæ viridis. *Idem in Provin. Brit. Conv. 2.* XXVIII. In mari Britanniæ Armoricæ parva & inculta conſpicitur Inſula, *Viridis* nuncupata, ab Oriente habens inſulam Brehatam fertilem, populoſam, munitam, ab Aquilone inſulam ſancti Mahudeti, filii Regis Hiberniæ, ab eo cognominatam, quia a venenoſis reptilibus & animalibus repurgavit. Difficilem patitur acceſſum ob aſperrimos, nudoſque ſcopulos, & perpetuo tumeſcentes fluctus. Nihilominus pii Viri ex familia Obſervantum parum poſt editum decretum Concilii Conſtantienſis in hujus Inſtituti commendationem, eo navigantes, prope Eccleſiunculam pauperrimam beatæ Virginis Mariæ, habita facultate Epiſcopi Dolenſis, humilem caſulam, quindecim dumtaxat palmos altam, ex vili materia conſtruxerunt. Hoc anno generoſus Heros Ægidius de Torneminne, pingui collata eleemoſyna, in meliorem formam, & capaciorem ædem reduci curavit. Sixtus IV. defectum ſupplevit neglecti eo uſque aſſenſus Apoſtolici, multiſque gratiis & privilegiis incolas affecit. Celebraturi hoc in loco provinciæ Britanniæ Patres Comitia, ſolitis cæremoniis, & hymno *Veni Creator Spiritus*, cœperunt divini Numinis aſſiſtentiam implorare, cum ecce repente tantus a cœlo ignis deſcendit, ut domum univerſam videretur abſumere. Accurrerunt, qui in illa, & qui in vicinis erant inſulis, ut voraces, ſicut judicabant, flammas extinguerent, inveneruntque omnia integra & illæſa, & Fratres ſacrum ſolemne ſancti Spiritus decantantes. Quo miraculo inſignem conciliavit eis Deus opinionem, per omnes populos circumvicinos.

XXIX. In oppido Dumkerkano, diœceſis ſancti Audomari, portus

Conv. Dumkerkan. *Idem in Provin. Fland. Con. 7.* commoditate, & nauticæ artis peritia celeberrimo, pios conjuges Guillelmum & Luciam, ait Gonzaga, tempore tamen incerto, Fratribus Regularis Obſervantiæ ſub titulo ſanctæ Mariæ Ægyptiacæ Conventum conſtruxiſſe. Hoc tamen anno invenio Eugenium domui ædificandæ per univerſitatem Oppidanorum licentiam conceſſiſſe: *Sacræ Religionis*. XVII. Kalend. Januarii.

XXX. Hoc anno Sbigneus Oleſnicius, Polonus, Epiſcopus Craco- Conv. Cracov.
vienſis, Cardinalis tituli ſanctæ Anaſtaſiæ, conſecravit Dominica prima
poſt feſtum ſancti Stanislai Eccleſiam Minorum Cracovienſem, primum a Tom. 2. an. 1237. n. 12.
Boleslao Pudico, uti alias dixi, ſundatam, ſub titulo Corporis Chriſti, &
anno MCCXL. ſimul cum Monaſterio completam, mox illa nuncupatione
relicta, a ſancto Franciſco cognominatam. Mutationis cauſam hanc ſcribit
Matthias de Miechovia. Quidam nequam & famelici latrunculi, ſub octa- Miechov. lib. 4. c. 24.
va Corporis Chriſti anno MCCCXLVII. de Eccleſia parochiali omnium San-
rum in Cracovia delatorium diviniſſimi ſacramenti (vulgo *monſtrantiam*)
furati ſunt: compertoque quod eſſet ærea, illam in paludem *Mothe*, arbu-
ſtis plenam, ab Eccleſia ſancti Laurentii, nunc in Kazimiria extante, tunc
autem ab Eccleſia parochiali in villa *Bauol*, ad proprietatem Capituli Cra-
covienſis pertinente, nec longe diſtantem projecerunt. Et cum plures
mortales luminaria die, noctuque in palude relucentia viderent, ad Pon-
tificem Cracovienſem ejuſque venerabile Capitulum, ac deinde ad Regem
Caſimirum, rem tamquam prodigioſam pertulere. Qui proceſſionibus totius
urbis ordinatis, triduano prius jejunio indicto & exacto, cum hymnis, &
vexillis paludem adeuntes, delatorium cum Sacramento diviniſſimo acce-
perunt, & illud ad Eccleſiam omnium Sanctorum, unde erat ablatum, re-
tulerunt. Excellentiſſimus autem Rex Caſimirus, in loco inventionis tam
ineffabilis Sacramenti, quamvis cœnoſo & paludinoſo, Eccleſiam in hono-
rem & titulum Corporis Chriſti ſe fundaturum vovit. Nec mora, anno al-
tero nobilem chorum, & ſacrarium, cocto latere initiavit, & conſummavit:
Parochia, quam ex antiquo Eccleſia ſancti Laurentii habebat, ei adjuncta,
calicibuſque ac apparatibus, crucibus, ceteriſque clenodiis munificentia
regia adornavit, & titulum Corporis Chriſti, quo Eccleſia ſancti Franci-
ſci, a primæva ſui fundatione illuſtrata fuerat, Fratribus Minoribus pretio,
precibusque contentatis, ut ſolidior ſua fundatio permaneret, abrogari &
extingui procuravit. Ad lævam altaris majoris jacet in choro Boleslaus fun-
dator, hac adjecta inſcriptione: *Anno Domini* MCCLXXIX. *obiit Illuſtriſſi-
mus Princeps, & Dominus Boleslaus Cracovienſium Dux &c. benignus ac
religioſus Princeps, qui in egentes, cultumque Dei, ac Miniſtros Dei muni-
ficus fuit.* In medio chori exurgit dolatis lapidibus ſepulcrum beatæ Salo-
meæ, Sororis prædicti Boleslai, Colomanni Principis Halicienſis, uxoris Tom. 3. an. 1254. & Tom. 4. ann. 1268.
incorruptæ, mox ſanctiſſimæ Clariſſæ, cujus vitam & miracula ſupra enar-
ravimus. Multæ aliæ in hoc templo conſpiciuntur virorum nobilium ſepultu-
ræ, & epitaphia. Altare maximum egregio opere ex marmore & alabaſtro
conſtruxit anno MDXCVII. Magiſter Joannes Donati Caputi a Cupertino.

XXXI. Aliquot Monaſteriorum Ordinis ſanctæ Claræ hoc anno recur- Monaſt. Villæfranchæ de Penades.
rit in monumentis Vaticanis memoria. Villæfranchæ de Penades, diœceſis
Barcinonenſis, in Bulla, qua conceditur licentia Mariæ de Media villa, ejuſ-
dem domus Moniali, ut in ædibus paternis ſe poſſit curare ab infirmitate
diuturna & periculoſa. Setabienſis, dum Pontifex approbat ſententiam Monaſt. Setab.
arbitrariam latam ab Hugone Epiſcopo Valentino, in controverſia, quæ vi-
gebat inter Sorores hujus Cœnobii, & Nicolaum de Janvilla Comitem
Terraconenſem. Dabo in Regeſto Bullam in laudem & commendationem
Saurinæ nobilis mulieris, hujus ædis fundatricis: *Apoſtolicæ nobis injunctæ.*
IX. Kalend. Martii. Monenſis, in litteris, quibus jubet Pontifex, ut Epi- Mon. Monenſe.
ſcopus Monenſis, & Archidiaconus Jaderenſis Eccleſiæ cogant quamdam
illius Monaſterii Monialem, quæ ad Monaſterium ſancti Nicolai Jaderenſis
ejuſdem Ordinis ex animi levitate ſe tranſtulit, ad Monenſe reverti. Mon-
ticel-

Mon. Montlcel-len.

ticellenſis extra muros urbis Florentinæ, in Bulla, qua probatur reformatio ibidem facta, ejectis improbis, impuriſque Monialibus, introductiſque ex aliis partibus Viginibus piis & religioſis, quod alias narravi diffuſius; *Officii noſtri debitum*. v. Kalend. Aprilis.

Tom. 6 an. 1520. n. 3.
Monaſt. Veneti S. Mariæ Majoris.
Gonz. in Provin. S. Anton. Mon. 9.

XXXII. Hoc anno Venetias pervenit pia quædam fœmina, Catarina Anachoreta nomine, cum altera ejuſdem vitæ ſocia, quæ humilem Eccleſiunculam, Divo Vincentio ſacram, & tuguriolum ligneum conſtruxerunt. Harum allectæ exemplo adhæſerunt aliæ quatuor honeſtæ matronæ, omneſque laudabile quoddam vitæ genus ſibi ſcripſerunt. Acceſſit ad harum commendationem, ut Auguſtinus quidam Venetus neglectam apud ſe beatæ Virginis Deiparæ imaginem, a ſancto Luca Evangeliſta, ut ferunt, depictam, eis tradiderit, quæ protinus multis cœpit clareſcere miraculis. Hinc deſuevit ſancti Vincentii appellatio, aſſueſcente vocabulo *ſanctæ Mariæ Majoris*, magnumque cœpit Senatus Venetus ædificare Monaſterium Ordinis ſanctæ Claræ, evocatis Magiſtris ex Cœnobio Muriano ejuſdem civitatis. Eccleſiam pulchram, dejecta prima, conſtruxit pius vir Ludovicus de Maripetris, prius monitus ab ipſa Virgine ſacratiſſima, eamque ſub annum MDI. plene abſolvit.

XXXIII. Fratres Tertii Ordinis in Flandria, diverſa gerentes caputia, jubet Pontifex ut eadem omnes utantur forma: *Devotionis augmentum*. IV. Kalend. Januarii. Privilegia conceſſa quibuſdam illorum domibus in eadem regione, & ſtatuta confirmata per Joannem XXIII. & Martinum V. (An. 1430. n. 57.) uti ſuperius diximus, ad illas, quæ poſtea ædificarentur, extendit: *Ad Apoſtolicæ dignitatis apicem*. VI. Kalend. Decembris. Similiter Monaſteria duo Sororum ejuſdem Inſtituti, ſanctæ Eliſabethæ Aquilanum, & ſancti Antonii Peruſinum, admittit in conſortium aliarum, quæ ſub unius Miniſtræ Generalis regimine (An. 1435. n. 18.) diximus coiviſſe: *Sacræ Religionis zelus*. XII. Kalend. Julii.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

Wadd. ad ann. 1435. n. 8. & 1436. n. 1.

,, I. IMpiger Sigiſmundus his non erat diebus, cum Eugenio adlabo-
,, ranti pro extirpatione hæreſum, unione fidelium, ipſe quoque
,, viribus, & prudentia adeſſet, maxime in Boemorum ad obedientiam,
,, fideique integritatem reductione: rem dixit Annaliſta; eam nihilominus
,, elucidare, Lectoris ſatisfacturi curioſitati, non detrectabimus. Mor-
,, tuo Zyska, ut prædictum eſt, cum quo ſpes aliqualis compoſitionis erat,
,, licet ſortem adverſam in armis experiretur; nihilominus cunctando ſpe-
,, rans poſſe juſtum attingere finem, ſuos inter Boemos amicos omni arte
,, fovebat Sigiſmundus, ut occaſioni præſto eſſent. Hæretici Huſſitæ, qui
,, etiam vivente Zyska, Taboritæ dicebantur, & ab ejus obitu Orphani,
,, duos ſibi præfecerunt rectores, fautores, & defenſores Procopium,
,, & Coaphonem infimæ ſortis viros; hujuſmodi electionem dedignati cum
,, proceribus Regni Nobiles, coeuntes ſibi in Ducem & gubernatorem
,, elegerunt Alſcionem de Rizemburgo, Virum nobilem, & Equitem
,, ſtrenuum: ab hac diviſione exorti rumores in bellum proruperunt, in quo
,, ſors pro Nobilibus plebem ſtravit, totiuſque populi corda mutavit. Si-
,, giſmundi amicis hoc agendi tempus illuxit adeo feliciter, ut ſub anni
,, proxime elapſi finem, Boemi cum Patribus Concilii Baſileenſis quædam
,, concordata inierint, ab Annaliſta relata, ac tandem Sigiſmundum exce-
,, perint, regnique corona donarint Pragam ingreſſum, VI. Kal. Septem-

bris

„ bris hujus anni. Interea illius Provinciæ Patres habuerunt Comitia Cra-
„ coviæ in Feſto Corporis Chriſti.
„ II. Eugenius vero, præter alia, hæc inter, cum Nuceriæ Fratres pro
„ quarta Funerali moleſtias ſubirent, Idibus Januarii expedito Brevi: *Ad*
„ *ſacram &c.* ne vexarentur prohibuit, & VIII. Kal. Februarii datis litte- Expedit plura pro Tertio Ordine.
„ ris: *Dudum noſtra &c.* pro Conventu Neapoli Tertiariis erecto, V. Idus
„ Martii Plebaniam ſancti Laurentii Monaſterio Florentino regularis Ob- *Indic. ex Vatic.*
„ ſervantiæ aggregavit: *Obſervantia regularis &c.* & pridie Idus ejuſdem
„ menſis fratri Jacobo tranſitum ad Benedictinos permiſit: *Religionis ze-*
„ *lus &c.* ſed V. Idus Junii Nicoletæ Moniali, ut rediret ad Monaſterium,
„ complacuit: *Humilibus &c.* & X. Kal. Auguſti, cum Thereſia Moniali
„ Palentina diſpenſavit: *Religionis zelus &c.* At ſub VIII. Kal. Septem-
„ bris Miniſtro Generali Guillelmo de Caſali, eligere pro Obſervantibus
„ Vicarium Boſnæ, ubi hi plurimum pro Eccleſia laborabant, indixit:
„ *Dudum ſiquidem &c.* Interim eidem provinciæ Boſnenſi Apoſtolicis Pri-
„ vilegiis confirmatis: *His, quæ per &c.* & Fratribus Sacramentorum ad-
„ miniſtratione conceſſa: *Ad ea, quæ &c.* & beato Jacobo de Marchia
„ ibidem Vicarium agenti, & uberrimos fructus Eccleſiæ ſanctæ Dei refe-
„ renti, Martini V. Privilegiis indultis: *His, quæ per &c.* ſequenti vero
„ die ejuſdem Provinciæ junioribus conceſſit, ut ætatis viginti duobus
„ annis expletis, ad Sacerdotium promoveri poſſent: *Piis fidelium &c.*
„ VII. autem Idus Septembris pro fratre Joanne, & Conventu Argenti-
„ nenſi expeditis litteris: *Regularem vitam &c.* & X. Kal. Octobris aliis
„ circa Legatum Margaritæ in Conventu *de Eſtremoz*: *Cunctorum ſtatui &c.*
„ VIII. Kal. Octobris controverſiam inter Fratres & Moniales Burdega-
„ lenſes in Aquitania compoſuit: *Humilibus &c.* Idibus ejuſdem Mariæ
„ Moniali Clariſſæ tranſitum ad aliud Monaſterium: *Sacræ Religionis &c.*
„ & Idibus Decembris fratri Bernardino ſimiliter ad Ciſtercienſes abire
„ permiſit: *Copioſa Sedis &c.*
„ III. Piiſſima æque ac Illuſtriſſima Domina Bona nomine, & re, Ru-
„ thenæ cum obiiſſet, hoc anno in Eccleſia noſtri Conventus ſepulturam
„ accepit. Erat autem hæc filia Joannis Ducis Bithuricenſis, Comitiſſa
„ Armaniaci, & Ruthenæ, & jugata Amadeo VI. Sabaudiæ Comiti, Ama-
„ deum VII. Sabaudiæ Ducem primum peperit, qui mox fuit Felix V. ut
„ dicetur. Viduata Viro cum remeaſſet ad propria, operibus Chriſtianis
„ intenta, ultimum finem Ruthenæ accepit, ut dictum eſt. Ejus nobiliſſimi
„ Mauſolæi occaſione in noſtra Eccleſia exiſtentis, præcoquem memoriam
„ habuiſſe Annaliſta videtur, ſed obſcure nimis. Nobiliſſima pariter Do- *Ad ann. 1438. n. 41.*
„ mina Catarina de Haya Fratrum Minorum nomen Matris adepta, quod *Chronic. MSS. Provin. Aquit.*
„ ipſos non tantum ſuo patrocinio confoveret, ſed etiam eiſdem ſua libe-
„ ralitate ſubveniret, dum bonis operibus cumulata ad Remunatorem pro-
„ peraret, legatis Fratribus quindecim ſextariis tritici, & viginti ſecaliæ,
„ cum quatuor Franchis pro cera ad uſum Eccleſiæ, viventibus in hac re- *Sup. ad an. 1404. & infra ad an. 1412.*
„ gione umbræ mortis vale dicto, in noſtra Conventus Andegavenſis Ec-
„ cleſia, ad regionem Evangelii conſtructo Monumento altitudinis pedum
„ ſex in craſſitie muri, tumulata fuit hoc anno.

REGESTUM
PONTIFICIUM.

REGESTUM PONTIFICIUM.

MARTINI V.

ANNO CHRISTI 1418. PONTIFICATUS ANNO I.

BULLA I.

Ut tranſferre poſſit Fratres ab uno loco ad alium commodiorem. Ex lib. I. de diverſis ſormis, an. I. fol. 309.

Venerabili fratri Ludovico Epiſcopo Parmen.

§. I. REGULAREM vitam profeſſis, ut ſub illa quietius atque liberius, prout Religionis expoſcit conditio, militare valeant Altiſſimo, propriis nos condecet aſſiſtere ſavoribus, ne, quod abſit, alicujus adverſitatis incurſus aut eorum commoditatibus incommodet, aut propoſitum ſacræ Religionis infringat; quapropter, dum tuam ad hoc idem devotionem aſpirare conſpicimus, tuis piis precibus in his, quantum cum Deo poſſumus, exorabiles inveniri volumus & benigni.

§. II. Dudum ſiquidem pro parte tua Balthaſſari, tum Joanni XXIII. in ſua obedientia nuncupato, expoſito, quod antea poſtquam quidam incola villæ, ſeu caſtri de Varennis, Regien. diœceſis pia devotione ductus, quamdam domum cum Eccleſia &c. & aliis neceſſariis officinis ad uſum religioſarum perſonarum inſtituendarum ibidem, extra muros hujuſmodi villæ, ſeu caſtri, conſtrui & ædificari ſecerat; ac tandem nullis adhuc inibi Religioſis inſtitutis, fuerat vita functus: tu poſtmodum hujuſmodi locum cum domo, & aliis præmiſſis juſto titulo acquiſiveras, cupiebaſque in eo unum Conventum Ordinis Fratrum Minorum, illorum videlicet, qui ſub arctiori regulari Obſervantia, & ſecundum Inſtituta beati Franciſci vivunt, ad Dei laudem pro tuæ, atque parentum, necnon ipſius incolæ animarum ſalute inſtituere, ſi ad id Apoſtolicæ Sedis accederet aſſenſus. Idem Balthaſſar, tunc, ut præmittitur, Joannes XXIII. nuncupatus, tibi tot ex Fratribus hujuſmodi, quot juxta loci congruitatem inibi commode ſtare poſſe tua prudentia conſpiceret, in dicta domo inſtituendi; necnon Eccleſiam cum clauſtro &c. & officinis hujuſmodi, ad uſum perpetuum prædictorum ſimilium, & aliorum inibi pro tempore ponendorum Fratrum, deputandi licentiam conceſſit, prout in ejuſdem Balthaſſaris inde confectis litteris plenius continetur.

§. III. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, tu poſtmodum auctoritate dictarum litterarum, certum numerum Fratrum Ordinis, & arctioris Obſervantiæ hujuſmodi in domo præfata inſtitueris, & eis domum cum omnibus præmiſſis deputaveris antedictis; quodque Fratres ipſi in dicto loco propter aquarum inundationes, quæ illum frequenter ſolent alluere, commode permanere nequeant, ac prope dictam villam quædam capella, quæ in titulum perpetui beneficii Eccleſiaſtici alicui aſſignari non conſuevit, ac locus, in quo ſituata exiſtit, accommodiores, & di-

ctæ

ctæ villæ viciniores, & in tuo temporali dominio ſituata, exiſtant, ubi Fratres ipſi poſſent decentius collocari: pro parte tua fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut tibi capellam, & alium locum hujuſmodi ad uſum & moram dictorum Fratrum deputandi & aſſignandi, illiſque ſe de primo dicto loco ad ipſum ſecundum locum transferendi, ac illum perpetuo inhabitandi, & retinendi, licentiam concedere, ac alias illorum opportunitatibus providere &c. dignaremur.

§. IV. Nos igitur hujuſmodi &c. inclinati, fraternitati tuæ capellam, & ſecundum locum hujuſmodi ad uſum dictorum Fratrum arctioris Obſervantiæ, cum terris ſuis per te pro clauſtro, dormitorio &c. & aliis officinis, ac hortis ſuis, deputandi, ac ipſis ſe de dicto primo loco ad ſecundum locum hujuſmodi transferendi, illumque perpetuo inhabitandi & retinendi; ac eis concedendi, quod capella & locus deputandus hujuſmodi, & quod præfati, & alii, quos deinceps in eodem ſecundo loco degere contingent Fratres &c. de ſimili Obſervantia gaudere poſſint & uti, gaudeant & utantur, plenam &c. concedimus facultatem. Jure tamen parochialis Eccleſiæ, ac alieno quolibet in his omnibus ſemper ſalvo. Non obſtantibus conſtitutionibus &c. quibuſcumque. Proviſo, quod primus locus præfatus ad profana non trahatur. Nulli ergo &c.

Datum Conſtantiæ, III. Nonas Januarii, anno I.

II.

Aſſumitur ad Eccleſiam Ruben. Ex lib. I. de Proviſionibus, an. I. fol. 161.

Dilecto filio Simoni de Brunduſio Electo Ruben.

§. I. INter cetera, quæ ſupremæ diſpoſitione nobis imminent peragenda, ad id nimirum ſolliciti reddimur, ut viduatis Eccleſiis, tales præficiamus in paſtores, per quorum induſtriam, & ſollicitudinem circumſpectam indemnitati earum provideatur ſalubriter, & Eccleſiæ ipſæ in ſpiritualibus & temporalibus proficere valeant incrementis.

§. II. Nuper ſiquidem in noſtri Apoſtolatus primordiis, per nos intellecto, quod Eccleſia Ruben. cui bonæ memoriæ Sixtus Epiſcopus Ruben. dum viveret, præſidebat, per ipſius Sixti obitum, qui extra Romanam &c. vacaverat & vacabat tunc. Nos cupientes eidem Eccleſiæ utilem &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, Decretorum Doctorem, in Sacerdotio conſtitutum &c. direximus oculos noſtræ mentis &c. præfatæ Eccleſiæ, de dictorum Fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica, providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c.

Datum Conſtantiæ, VII. Kalendas Februarii, anno I.

III.

Ut Fratribus domum recipiendi in villa de ſancto Georgio licentiam largiatur, eoſque ab excommunicationis ſententia abſolvat. Ex lib. I. de diverſis formis, an. I. fol. 303.

Venerabili fratri noſtro Epiſcopo Biſuntin.

§. I. PIis & honeſtis ſupplicum votis, illis præſertim, per quæ Divinus cultus augeri, & ſacra Religio, ſub qua dilecti filii Miniſter Generalis, & Fratres Ordinis Minorum devotum & ſedulum exhibent Domino famu-

famulatum, propagari valeat, libenter annuimus, & ea favoribus proſequimur opportunis.

§. II. Sane petitio pro parte dilecti filii nobilis viri Guillelmi Domini loci de Sancto Georgio, tuæ diœceſis, nobis nuper exhibita continebat, quod cum olim ipſe de propria ſalute recogitans, ac cupiens terrena in cœleſtia, & tranſitoria in æterna felici commercio commutare, de bonis ſibi a Deo collatis, ob reverentiam Dei & ſancti Franciſci, in villa de Saleriis, quæ ſuæ temporali ditioni ſubjecta exiſtit, quamdam domum cum Eccleſia, pro Fratrum Ordinis Minorum uſu & habitatione perpetuis, de licentia olim Balthaſſaris Joannis XXIII. in ſua obedientia, de qua partes ipſæ tunc erant, nominati, ſibi deſuper facta oraculo vivæ vocis, ad id etiam tuo, & præfati Generalis accedente conſenſu, in loco ad hoc congruo & honeſto de novo fundare & conſtruere inceperit: ac nonnulli Fratres dicti Ordinis credentes propter licentiam hujuſmodi, illis hoc licere, ad præfatum locum acceſſerint, ibique ex tunc commorantes bona fide cohabitaverint, prout cohabitant de præſenti, pro parte dicti Guillelmi nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſibi perficiendi & complendi opus perfectum, necnon Fratribus prædictis locum hujuſmodi recipiendi, & perpetuo retinendi licentiam concedere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

§. III. Nos igitur &c. propoſitum ejuſdem Guillelmi multipliciter in Domino commendantes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus & committimus, quatenus præfato Guillelmo, Diœceſani loci, vel cujuſcumque alterius licentia ſeu conſenſu ſuper hoc minime requiſitis, hujuſmodi locum in villa prædicta perficiendi & complendi, & in eo Eccleſiam ſive domum cum cœmeterio, campanili, campana, & aliis neceſſariis officinis fundandi & conſtruendi; ac Eccleſiam ipſam libris, calicibus, paramentis, & aliis ad Divinum cultum requiſitis fulciendi: necnon eiſdem Fratribus, illis tamen ex eiſdem Fratribus, qui ad locum ipſum acceſſerunt, ut præfertur, prius per te, ſi hoc humiliter petierint, ab excommunicationis ſententia, in quam propter præmiſſa inciderunt, in forma Eccleſiæ conſueta abſolutis, nuncupatis eis pro modo culpæ pœnitentia ſalutari, & aliis, quæ de jure fuerint injungenda: & cum eis ſuper irregularitate, ſi quam forſan ſic ligati, non tamen in contemptum clavium, celebrando Divina, vel immiſcendo ſe illis incurrerunt, auctoritate noſtra diſpenſato, domum prædictam cum Eccleſia, & aliis neceſſariis ſupradictis recipiendi, & pro uſu & habitatione prædictis perpetuo retinendi, auctoritate prædicta, licentiam largiaris. Non obſtantibus tam fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri prohibente, ne Fratres Ordinum Mendicantium in aliqua civitate &c. loca de novo recipere, ſeu recepta mutare præſumant, abſque Apoſtolicæ Sedis licentia &c. quam aliis conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis quibuſcumque. Jure tamen parochialis Eccleſiæ, & cujuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvo &c. Volumus autem & Apoſtolica auctoritate concedimus, quod Fratres dicti Ordinis, qui in hujuſmodi loco ſive domo, pro tempore morabuntur, omnibus exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, privilegiis & indulgentiis gaudeant & utantur, quibus alii Fratres dicti Ordinis, in eorum domibus commorantes gaudent, & quomodolibet potiuntur.

Datum Conſtantiæ, III. Idus Februarii, anno I.

IV. Ut

IV.

Ut Fratres Minores admitti faciat in civitate Attrebaten. Ex lib. 1. de Regularibus, an. 1. fol. 148.

Dilecto filio Decano Eccleſiæ Cameracen.

Vide Conſt. 53. Bonif. IX.

§. I. SAcræ Religionis &c. Sane pro parte dictorum Guardiani & Fratrum nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim propter guerras in partibus illis vigentes, præfata domus, quæ ſatis notabiliter ædificata & conſtructa fuerat, ne fieret inimicis umbraculum, & villæ Attrebaten. & ejus incolis & habitatoribus nocumentum afferret, deliberatione etiam Cleri & populi ejuſdem villæ ſuper hoc, ut dicitur, præhabita, ad terram proſtrata, & totaliter demolita fuit, Fratribus ipſis a ſuo loco & receptaculo ſolito penitus excluſis, & undique diſperſis, Divinoque ſervitio inibi hactenus fieri conſueto prætermiſſo. Et quod ipſi Guardianus & Fratres deſiderantes invicem reuniri, & pro eorum uſu & habitatione Domum ſeu Cœnobium infra muros dictæ villæ Chriſtifidelium ſuffragiis & eleemoſynis conſtrui & ædificare facere, ad dilectum filium nobilem virum Joannem Ducem Burgundiæ, ſub cujus dominio dicta villa conſiſtit, recurrerunt, licentiamque acquirendi & recipiendi in eadem civitate locum aliquem ipſis ad hoc congruum & aptum, ſi aliquem acquirere poſſent, ſibi concedi humiliter petierunt: promittentes etiam eidem adjici, quod ipſi, & ſucceſſores eorum Fratres hujuſmodi Domus de novo conſtruendæ, ſingulis annis, die ſexta menſis Julii Vigilias, ſeu Veſperas ſolemnes, & in craſtinum Officium & Miſſam, pro ipſius conſortis, ac progenitorum ſuorum, aliorumque fidelium defunctorum animarum ſalute in perpetuum obſervarent, & etiam celebrarent. Idem Dux hujuſmodi petitionibus annuens, præfatis Guardiano & Fratribus acquirendi, recipiendi, ac perpetuo poſſidendi in villa præfata locum & territorium amplum, & eis congruum, ſive in domibus, maneriis, giardinis, aut aliis quibuſcumque ædificiis, ſi alias ſibi licite acquirere poſſent, ac inibi domum, Eccleſiam, clauſtrum, & alias neceſſarias officinas conſtruendi & ædificandi, ſeu conſtrui & ædificari faciendi licentiam per ſuas litteras conceſſit, prout in eiſdem litteris dicitur plenius contineri. Quare pro parte Guardiani & Fratrum præfatorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut conceſſionem hujuſmodi ratificare & approbare, ac ipſis locum hujuſmodi recipiendi, procurandi, & pro eorum uſu & habitatione retinendi, necnon domum, Eccleſiam, cum cœmeterio, campanili, campana, dormitorio, & aliis neceſſariis officinis de novo ædificandi & conſtruendi, & alia circa neceſſaria faciendi, licentiam concedere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ per &c. mandamus, quatenus, ſi eſt ita, conceſſionem præfatam, auctoritate noſtra ratifices & approbes, præfatiſque Guardiano & Fratribus locum hujuſmodi procurandi & recipiendi, ac pro eorum uſu & habitatione retinendi &c. ipſamque Eccleſiam per aliquem Catholicum Antiſtitem gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habentem conſecrari faciendi, ac inibi morandi, & perpetuo Domino ſerviendi, dummodo ad id Ordinarii loci, & Generalis Miniſtri dicti Ordinis accedat conſenſus, eadem auctoritate licentiam largiaris. Jure tamen parochialis &c. ſemper ſalvo. Et nihilominus Guardiano & Fratribus ipſis, auctoritate præfata concedas, quod domus præfata, poſtquam constructa & ædificata fuerit, necnon Fratres in ea pro tempore commorantes, omnibus

privi-

privilegiis &c. uti & gaudere poſſint & debeant, quibus alii Fratres dicti Ordinis in aliis domibus, & locis ejuſdem Ordinis commorantes gaudent, ſeu etiam potiuntur &c.

Datum Conſtantiæ, XII. Kal. Martii, anno I.

V.

Promovetur ad Archiepiſcopatum Theban. Ex lib. I. de Proviſionibus, an. I. *fol.* 267.

Dilecto filio Joanni de Pontremulo, Electo Thebano.

Apoſtolatus officium &c. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Jacobo Archiepiſcopo Theban. Eccleſiæ præſidente, nos cupientes eidem Eccleſiæ, cum vacaret, per Apoſtolicæ Sedis providentiam &c. Poſtmodum præfata Eccleſia per obitum dicti Jacobi Archiepiſcopi, qui extra Romanam &c. Paſtoris ſolatio deſtituta. Nos vacatione hujuſmodi &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, in ſacra pagina Magiſtrum &c. direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus attenta meditatione penſatis, de perſona tua &c. eidem Theban. Eccleſiæ, de dictorum Fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica providemus, teque illi præficimus in Archiepiſcopum &c. *Ut in Reg. Tomi 9. fol. 564.*

Datum Conſtantiæ, XI. Kalendas Martii, anno I.

VI.

Præficitur Eccleſiæ Nebien. Ibidem, fol. 211.

Dilecto filio Antonio de Caſſia, Electo Nebien.

§. I. Apoſtolatus officium &c. Dudum ſiquidem Eccleſia Nebien. tunc ex eo Paſtoris ſolatio deſtituta, quod Balthaſſar, tunc Joannes XXIII. in ſua obedientia, de qua partes illæ exiſtebant, nominatus, proviſiones omnium Cathedralium Eccleſiarum, apud Sedem Apoſtolicam tunc vacantium, & in antea vacaturarum diſpoſitioni, & ordinationi ſuæ reſervans, decrevit ex tunc irritum & inane, ſi ſecus &c. contingeret attentari. *Ut ſupra.*

§. II. Et deinde venerabilem fratrem noſtrum Antonium Epiſcopum Acernen. tunc electum Nebien. a vinculo, quo eidem Eccleſiæ Nebien. cui tunc præerat, tenebatur, de Fratrum ſuorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſolvens, eum ad Eccleſiam Acernen. tunc vacantem duxerit, auctoritate Apoſtolica transferendum, præficiendo ipſum eidem Acernen. Eccleſiæ in Epiſcopum & Paſtorem. Idem Balthaſſar, tunc Joannes XXIII. Eccleſiam Nebien. præfatam bonæ memoriæ Petro ſancti Angeli Diacono Cardinali per eum, quoad viveret, tenendam, regendam, & etiam gubernandam, per ſuas litteras conceſſit in commendam, prout in ipſis litteris plenius continetur.

§. III. Cum autem poſtmodum hujuſmodi commenda per obitum dicti Petri Cardinalis, qui, ea durante, poſtquam ad ſummi Apoſtolatus apicem, divina favente clementia, aſſumpti fuimus, extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, expiraverit, dictaque Eccleſia Nebien. ſecundum præmiſſa adhuc vacare noſcatur. Nos qui in noſtri Apoſtolatus primordiis declaravimus proviſiones omnium Cathedralium Eccleſiarum per dictum Balthaſſarem, tunc Joannem XXIII. in ſua obedientia, ea durante vacantium ordinationi, & diſpoſitioni ſuæ reſervatarum, de quibus idem Balthaſſar ante

ante ipſius ejectionem a jure, quod habere prætendebat in Papatu, non providerat, per hujuſmodi reſervationem, & decretum remanſiſſe, & remanere reſervatas, nullumque de illis præter Romanum Pontificem diſponere potuiſſe, ſive poſſe, reſervatione, & decreto obſiſtentibus ſupradictis: ac decrevimus ex tunc irritum &c. ſcienter vel ignoranter attentatum erat tunc, vel in poſterum contingeret attentari, ad proviſionem ipſius Eccleſiæ Nebien. &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. direximus oculos &c. eidem Nebien. Eccleſiæ, de dictorum Fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum &c.

Datum Conſtantiæ, VII. Kal. Martii, anno I.

VII.

Fit Epiſcopus Malten. Ibidem, fol. 253.

Dilecto filio Joanni Eximini, Electo Malten.

Vide ut ſupra.

Apoſtolatus officium &c. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Andrea Epiſcopo Malten. Eccleſiæ Malten. præſidente, Petrus de Luna, tunc Benedictus XIII. in ſua obedientia, de qua partes ipſæ exiſtebant, nuncupatus, cupiens eidem Eccleſiæ per Apoſtolicæ Sedis providentiam, utilem & idoneam præſidere perſonam, proviſionem ipſius Eccleſiæ ordinationi & diſpoſitioni ſuæ reſervavit &c. Poſtmodum vero præfata Eccleſia per dicti Andreæ obitum, qui hujuſmodi obedientia durante, extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, Paſtoris ſolatio deſtituta, ac præfato Petro, tunc Benedicto XIII. nuncupato, ab omni jure, quod ſe dicebat habere in Papatu, per ſacrum generale Concilium Conſtantienſe ſententialiter ejecto; Nos, qui poſtea, divina favente clementia, fuimus ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumpti, cum a nonnullis revocaretur in dubium, an aliquis, præter Romanum Pontificem, de proviſionibus Eccleſiarum per dictum Petrum, tunc Benedictum XIII. diſpoſitioni ſuæ reſervatis, tempore dictæ ejectionis vacantium, diſponere potuiſſet, ſive poſſet, ad hujuſmodi ambiguitatis tollendum dubium, per noſtras litteras declaravimus, hujuſmodi proviſiones Eccleſiarum, tempore dictæ ejectionis vacantium, de quibus idem Petrus, tunc Benedictus XIII. ante ejectionem prædictam non providerat, remanſiſſe, & remanere per hujuſmodi reſervationem & decretum affectas, nullumque de illis, præter Romanum Pontificem, diſponere potuiſſe, ſive poſſe, quoquo modo; ac ad proviſionem ipſius Eccleſiæ celerem &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum in ſacra pagina profeſſorem &c. direximus oculos noſtræ mentis &c. eidem Eccleſiæ, de ipſorum Fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c.

Datum Conſtantiæ, XVII. Kalendas Aprilis, anno I.

VIII.

Ut ædificent Obſervantibus domum. Ex lib. I. de diverſis formis, fol. 70.

Dilectis filiis Sculteto, Magiſtro civium, Scabinis, & Univerſitati oppidi Ganden. Trajecten. diœceſis.

Ut in Reg. Tomi 9. fol. 474.

Sinceræ devotionis affectus &c. Cum itaque, ſicut pro parte veſtra nobis nuper exhibita continebat petitio, vos ad Ordinem Fratrum Minorum, ſub illius Obſervantia ſecundum Inſtituta beati Franciſci viventium,

tium, ſingularis gerentes devotionis affectum, unam domum cum Eccleſia, cœmeterio &c. & aliis neceſſariis officinis, pro uſu & habitatione tredecim ex Fratribus eiſdem, in veſtro Ganden. oppido fundare cupiatis. Et ſicut pro parte dilecti filii Chriſtiani Polii, profeſſoris ejuſdem Ordinis, ſub hujuſmodi Obſervantia degentis, nobis nuper expoſitum extitit, venerabilis frater noſter Fridericus, Epiſcopus Trajecten. ac dilectus filius Antonius de Pireto, Miniſter Generalis dicti Ordinis, ad id, necnon quod in dicta domo, poſtquam fundata fuerit, idem Chriſtianus cum duodecim aliis ſimilibus Fratribus per eum hac primaria vice eligendis, commorentur, conſenſus ſuos præſtiterint. Nos hujuſmodi veſtrum laudabile deſiderium dignis in Domino laudibus commendantes, veſtris, necnon ipſius Chriſtiani in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis, ut de bonis vobis a Deo collatis domum cum Eccleſia, cœmeterio, clauſtro &c. ac aliis neceſſariis, & accomodis officinis hujuſmodi, pro uſu & habitatione tredecim Fratrum, qui inibi ſub arcta dicti Ordinis Obſervantia, ſecundum Iuſtituta prædicta vivere debeant, in quocumque decenti ad vos communiter, vel diviſim pertinente loco dicti oppidi, fundandi, necnon Chriſtiano, ac eligendis per eum, ceteriſque inibi pro tempore inſtituendis Fratribus hujuſmodi in domo ipſa perpetuo commorandi &c. tenore præſentium indulgemus. Volentes nihilominus & Fratribus concedentes eiſdem, quod ipſi, poſtquam in eadem domo manere cœperint, omnibus & ſingulis privilegiis &c. uti valeant pariter, & gaudere. Jure tamen parochialis Eccleſiæ &c. ſemper ſalvo.

Datum Conſtantiæ, x. Kalendas Aprilis, anno 1.

IX.

Creatur Epiſcopus Uſſellen. Ex lib. 1. de litteris, & proviſionibus, an. 1. *fol.* 301.

Dilecto filio Bernardo Rubel, Electo Uſſellen.

Apoſtolatus officium &c. Dudum ſiquidem Petrus de Luna &c. reſervans decrevit ex tunc irritum &c. Poſtmodum vero Eccleſia Uſſellen. ex eo Paſtoris &c. quod idem Petrus, tunc Benedictus XIII. venerabilem fratrem noſtrum, Petrum Calaritan. tunc Uſſellen. Epiſcopum, licet abſentem, a vinculo, quo dictæ Uſſellen. &c. abſolvens, ipſum ad Eccleſiam Calaritan. tunc vacantem, auctoritate Apoſtolica, duxit transferendum, præficiendo ipſum eidem Calaritan. Eccleſiæ in Epiſcopum, & Paſtorem; dictoque Petro, tunc Benedicto XIII. de proviſione ejuſdem Eccleſiæ Uſſellen. aliter non diſpoſito, ab omni jure &c. depoſito. Nos, divina favente clementia, ad apicem &c. Demum ad te, Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, & in Theologia Magiſtrum &c. dixerimus oculos noſtræ mentis &c. eidem Uſſellen. Eccleſiæ, de eorumdem Fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum, & Paſtorem &c. *Ut in Reg. Tomi 9. fol. 564.*

Datum Conſtantiæ, XIII. Kalendas Maii, anno 1.

X.

Ut Obſervantibus permittat domum recipere. Ex lib. 2. de diverſis formis, an. 1. fol. 105.

Venerabili fratri Epiſcopo Quinqueeccleſien.

§.I. Ea quæ divino profutura cultui pia Catholicorum Principum devotio proſequitur, per Apoſtolicam merentur providentiam ad effectum

per-

perduci congruentem. Sane petitio pro parte dilecti filii Nobilis viri Piponis de Ozera, Comitis Themelienſis, nobis nuper exhibita continebat, quod ipſe pia devotione ſucceuſus, ab intimis cordis cupiens tranſitoria in æterna felici commercio commutare, de bonis ſibi a Deo collatis unum locum pro uſu, & habitatione Fratrum Ordinis Minorum, qui in eodem ſecundum regulam veram, obſervantiamque, & inſtituta beati Franciſci, Deo eligerent famulari, cum Eccleſia, campanili &c. & aliis officinis hujuſmodi, tam in ornamentis, & paramentis eccleſiaſticis, quam nonnullis aliis pro eiſdem uſu & habitatione accommodis, fulcire, necnon, poſtquam conſtructus fuerit, Fratribus ipſis pro hujuſmodi eorum uſu & habitatione donare, & aſſignare deſideret, ſi ad id Sedis Apoſtolicæ accedat aſſenſus. Quare pro parte ipſius Comitis nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſibi præmiſſa faciendi licentiam concedere, & alias ſuper his etiam ipſis Fratribus opportune conſulere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. II. Nos igitur &c. hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ &c. per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi eſt ita, dummodo infra limites eoſdem pro ſimilibus uſu & habitatione locus aliquis cujuſvis Ordinis præcipue ex Mendicantibus, non exiſtat, Comiti prædicto, locum infra hujuſmodi limites, cum Eccleſia &c. & aliis officinis præfatis conſtruendi, fundandi, & erigendi, ac conſtrui &c. necnon omnia alia præmiſſa faciendi, & poſtquam conſtructus fuerit, illum, ut præmittitur, dictis Fratribus donandi, & Fratribus prædictis eumdem locum infra limites præfatos pro eorum hujuſmodi uſu & habitatione recipiendi, & perpetuo retinendi, plenam & liberam, auctoritate Apoſtolica, licentiam largiaris &c. jure tamen parochialis &c. ſemper ſalvo. Volumus autem, quod dicti Fratres &c. omnibus privilegiis &c. libere gaudere, ac uti poſſint, ac debeant, quibus ceteri Fratres in quibuſvis aliis locis dicti Ordinis gaudent, & quomodolibet potiuntur.

Datum Bernæ, Lauſanen. diœceſis, v. Kalendas Junii, anno I.

X I.

Ut det licentiam Fratribus, domum in villa Mollenbach retinendi, eoſque ab excommunicationis ſententia abſolvat. Ex lib. 3. de Regularibus, an. I. fol. 274.

Dilecto filio Decano Eccleſiæ beatæ Mariæ in caſtro Querurford, Halberſtaden. diœceſis.

§. I. Super gregem Dominicum noſtræ divinitus vigilantiæ creditum intenti, prout nobis deſuper conceditur, ſpeculatoris exercentes officium, circa ea, per quæ Religionis ubertas deſcendi ſecernitur, & cum animarum propagatione ſalutis divinus cultus adaugeri ſperatur, ſub levi quoque Redemptoris jugo cervicem edomantium ſtatui, & indemnitatibus conſulitur, ſtudiis intendimus indefeſſis.

§. II. Sane pro parte Fratrum Ordinis Minorum apud parochialem Eccleſiam villæ in Mollenbach, Moguntin. diœceſis commorantium, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim dilectus filius nobilis vir Guntherus Comes in Suartzburg, attente recenſens, quod villa ipſa, quæ ejus ditioni ſubjacere dignoſcitur, & magno conſiſtit nemore obſita, adeo deſerta foret, quod hominum fere nullus inibi foveret larem ſuum; etiam eadem ſuccedente Eccleſia Rectore, divinoque cultu penitus deſtituta, cupienſque cultum ipſum in Eccleſia vigere memorata, illam, quantum in eo fuit, Fratribus

tribus Ordinis ejuſdem ad hoc, quod circa illam, pro eorum uſu & habitatione domum, ſive locum, cum hortis, hortalitiis, & aliis neceſſariis officinis conſtruendo, & ædificando, ſive conſtrui, & ædificari faciendo, nonnulli ipſorum apud eamdem Eccleſiam reſidere, & ibidem divinis intendere deberent, licet de facto, conceſſit pariter, & aſſignavit.

§. III. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, poſtmodum nonnulli ex Fratribus præfatis, eaſdem conceſſionem & aſſignationem, nulla tamen ſuper hoc Apoſtolicæ Sedis obtenta licentia, pro uſu & habitatione præfatis, etiam de facto acceptantes, corporalem quoque poſſeſſionem Eccleſiæ apprehendentes ejuſdem, apud illam domum, ſive locum hujuſmodi, cum eiſdem hortis, hortalitiis, & aliis officinis conſtrui, & ædificari facere, ac inibi reſidere inceperint, excommunicationis incurrendo ſententiam, in tales a Jure generaliter promulgatam: pro parte dictorum Fratrum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ipſis ex illis, qui, præmiſſorum occaſione, hujuſmodi ſententia ligati quomodolibet cenſeri poterunt, ab ea de abſolutionis beneficio, & alias ſuper his opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. IV. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi vocatis eis, qui fuerint evocandi, ita eſſe inveneris, omnes & ſingulos ex Fratribus prælatis, qui, occaſione præmiſſa, hujuſmodi ſententia ligati habentur, ut præfertur, ſi hoc humiliter petierint, ab illa, auctoritate noſtra, hac vice dumtaxat abſolvas in forma Eccleſiæ conſueta, injunctis eis pro modo culpæ pœnitentia ſalutari, & aliis, quæ de Jure fuerint injungenda. Et nihilominus cum illis ex eis, qui hujuſmodi ſententia ligati, Miſſas, & alia divina Officia, non tamen in contemptum clavium, celebrarunt, aut ſe immiſcuerunt eiſdem, ſuper irregularitate, quam propterea incurriſſe noſcuntur, eadem auctoritate diſpenſes, ac aboleas omnem inhabilitatis, ac infamiæ maculam ſive notam, per ipſos eadem occaſione contractam.

§. V. Et inſuper Eccleſiam præfatam dictis Fratribus de novo, eadem auctoritate conferas, & aſſignes. Omnia quoque & ſingula, quæ per Fratres ipſos, ac illorum nomine circa Eccleſiam præfatam de hujuſmodi ſtructuris, & ædificiis alias rite geſta fuere, approbes pariter & confirmes. Ac eiſdem Fratribus etiam dictas ſtructuras & ædificia, quemadmodum ipſis accommoda fuerint, perficiendi, ac perfici faciendi: domum quoque, ſive locum hujuſmodi pro eiſdem uſu & habitatione denuo recipiendi, ac perpetuo retinendi, auctoritate præfata licentiam largiaris. Nos enim, ſi licentiam conceſſeris eamdem, illis ex dictis Fratribus, quos apud domum, ſive locum hujuſmodi reſidere contingет, ut omnibus & ſingulis privilegiis, indulgentiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, & gratiis præfato Ordini, ac aliis illius domibus per Sedem præfatam, & alias quomodolibet conceſſis uti, & gaudere libere & licite valeant, eadem auctoritate concedimus pariter, & indulgemus. Non obſtantibus tam fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri &c. quam aliis Apoſtolicis conſtitutionibus &c. necnon ſtatutis, & conſuetudinibus dicti Ordinis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcumque: jure tamen &c. ſalvo.

Datum Gebennis, XII. Kalendas Julii, anno I.

XII.

Ut decidat controverſiam inter Obſervantes & Conventuales domus ſancti Joannis Angeliacen. Ibidem.

Venerabili fratri Epiſcopo Xantonen.

§. I. EXhibita nobis pro parte dilectorum filiorum Guardiani, & Fratrum domus ſancti Joannis Angeliacen. Ordinis Fratrum Minorum, Xantonen. diœceſis, petitio continebat, quod, licet dilectus filius Nicolaus Radulphi, Frater dicti Ordinis, nullam in ipſos Guardianum & Fratres dictæ domus juriſdictionem haberet ordinariam, ſeu etiam delegatam: idem tamen Nicolaus aſſerens ſe Vicarium nonnullorum Fratrum ejuſdem domus, *de Obſervantia* nuncupatorum, tunc expreſſorum, in ipſos Guardianum, & Fratres dictæ domus excommunicationis ſententiam, ad inſtantiam, ut idem dixit, eorumdem Fratrum *de Obſervantia* nominatorum, de facto promulgavit, ipſoſque mandavit, & fecit excommunicatos publice nunciari, in magnum ipſorum Guardiani, & Fratrum dictæ domus vituperium, necnon injuriam & jacturam. Quare pro parte eorumdem Guardiani & Fratrum dictæ domus nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuper hoc eis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. II. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis præfatis Nicolao, & Fratribus *de Obſervantia* nuncupatis, ac aliis, qui fuerint evocandi, & ipſis Guardiano & Fratribus dictæ domus, ſi, & prout juſtum fuerit, ab hujuſmodi excommunicationis ſententia per te ſimpliciter, & ad cautelam abſolutis, omnes & ſingulas cauſas inter partes ipſas jam motas, & quas ipſi Guardianus, & Fratres præfatæ domus prædictis Nicolao & Fratribus *de Obſervantia* nuncupatis, occaſione negotiorum, quæ emerſerunt ad præſens, movere intendunt, audias, & fine debito decidas, faciens quod decreveris, per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere. Non obſtante, ſi præfatis Nicolao, & Fratribus *de Obſervantia* nuncupatis, vel quibuſvis aliis, communiter, vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, ſeu ad judicium evocari non poſſint, per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi, & eorum perſonis, locis, & ordinibus, ac nominibus propriis mentionem.

Datum Gebennis, XII. Kalendas Julii, anno I.

XIII.

Ut Obſervantes recipiant domum in Ducatu Britanniæ ab ipſo Duce conſtruendam. Ex lib. 2. de diverſis formis, an. I. fol. 127.

Dilecto filio nobili viro Joanni Duci Britanniæ.

§. I. QUanto ſalutis operibus, ut abundantibus meritis reddaris gratiæ Divinæ Majeſtatis acceptior, ferventius intendere conſpiceris, tanto pia tua deſideria benignioribus proſequimur affectibus, ut illa valeas ad laudem Divini nominis, tuæque ſalutis augmentum facilius adimplere.

§. II. Exhi-

§. II. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte tua petitio continebat, quod tu gerens ad Ordinem Fratrum Minorum ſingularis devotionis affectum, ac cupiens terrena in cœleſtia, & tranſitoria in æterna felici commercio commutare, unam domum cum Eccleſia, campanili, campana, clauſtro, dormitorio, refectorio, ac aliis neceſſariis officinis, cœmeterio quoque, & horto, ceteriſque commodis ad uſum & habitationem Fratrum hujuſmodi, qui ſecundum Regulam beati Franciſci vivere voluerint, in oppido tuo de Rothono, aut alio ad hoc accommodo loco, infra tui Ducatus Britanniæ metas conſiſtente, de bonis tibi a Deo collatis, conſtrui facere deſideras, & proponis. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut tibi præmiſſa faciendi licentiam concedere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. III. Nos igitur hoc tuum pium propoſitum in Domino plurimum commendantes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, tibi domum cum campanili &c. officinis & commodis prædictis, ad uſum Fratrum hujuſmodi, in oppido, vel alio loco prædicto conſtrui faciendi, necnon Fratribus hujuſmodi domum ipſam, poſtquam conſtructa fuerit, recipiendi, ac perpetuo inhabitandi, plenam & liberam, tenore præſentium, licentiam elargimur. Indulgentes univerſis Fratribus in eadem domo pro tempore degentibus, ſeu de ea exiſtentibus, quod ipſi communiter & diviſim, omnibus & ſingulis privilegiis &c. uti valeant, & pariter gaudere. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. &c. necnon ſtatutis &c. ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c.

Datum Gebennis, VIII. Idus Julii, anno I.

XIV.

Ut defectu Epiſcoporum multa, quæ ad dignitatem Pontificalem ſpectant, peragere poſſint, & Indulgentias concedere. Ibidem, fol. 264.

Dilectis filiis Vicario dilecti filii Miniſtri Generalis, & Fratribus Minorum Vicariæ Boſnæ &c.

§. I. Illius, qui ut Protoplaſti poſteros barathri eriperet a faucibus cœlicam evocand. ad aulam, carne mortalitatis induta, ſe ipſum pretium Crucis victimavit in ara, vices, licet immeriti gerentes in terris, ad ea noſtræ propenſius dirigimus vigilantiæ curas, per quæ fidei grandia præmia felicitatis offerentis æternæ propagatio intendatur orthodoxæ, & infidelitatis hæreſumque, & ſuperſtitionum ſucciſis erroribus, & noſtris quos in vinea Domini cultores eximios fore proſpicimus, ſalutaribus invictis præſidiis, animarum fidelium quarumlibet ſalutis exquiritur incrementum. Dudum ſiquidem fel. record. Joannes Papa XXII. prædeceſſor noſter ſuas conceſſit litteras tenoris ſequentis: *Joannes Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Fratribus de Ordine Fratrum Prædicatorum in terris Sarracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Iberorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum &c.* (ſub anno 1321. Tomo 6. fol. 367. uſque ad finem) *Datum Avenione* x. *Kal. Novembris*, *anno* VI.

§. II. Et deinde per piæ memoriæ Urbanum Papam V. etiam prædeceſſorem noſtrum, intellecto, quod etiam vos in Bulgariæ, Valachiæ, & Boſnæ partibus, in quibus Hæretici & Schiſmatici commorabantur, illos per prædicationem, & exemplum vitæ laudabilis, cum auxilio Divinæ gratiæ, ad unitatem & obedientiam ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, Matris cunctorum & Magiſtræ, jugiter reducere piis & ſollicitis ſtudiis curabatis, vobis per quaſ-

quaſdam litteras conceſſit, quod vos & veſtrum ſinguli omnibus, & ſingulis præſcriptis gratiis, privilegiis &c. in litteris Joannis Papæ contentis hujuſmodi, ſecundum earum formam in præmiſſis, cum ea tamen modificatione, quod Indulgentias majores uno anno dare, & votum peregrinationis ſeu viſitationis Dominici ſepulcri commutare, aut illa, quæ ad Epiſcopalem pertinent dignitatem, minime exercere valeretis, proinde uti, ſeu fungi poſſetis, ac ſi litteræ Joannis Papæ hujuſmodi vobis, & ſingulis veſtrum nominatim, & ſpecialiter directæ extitiſſent, ac ſucceſſive quondam Urbanus in ſua obedientia, de qua tunc eratis, VI. nuncupatus, per alias ſuas litteras vobis conceſſit, atque declaravit, quod prædicto Joannis Papæ privilegio uti poſſetis, quoad omnia in eo contenta. Non obſtan. quod Epiſcopus Catholicus in locis, ſeu partibus ipſis reſideret, vel præſens exiſteret, dummodo Clerum, vel Sacerdotes, aut Curatorum copiam non haberet, qui fidelibus, ſive noviter converſis partium earumdem ſufficienter præeſſe valerent, in adminiſtrando eis Eccleſiaſtica Sacramenta, & fidem Catholicam prædicando; illis tamen, quæ de jure, vel obſervata conſuetudine ad eamdem Epiſcopalem dignitatem pertinent, exercitio veſtro penitus interdictis, prout in eiſdem aliis litteris plenius continetur.

§. III. Nos igitur crebris fide dignorum certiorati relatibus, quod vos vitam ducendo piiſſimam, diviniſque, ex quibus gloria attollitur Altiſſimi, inſiſtendo laudibus, & ſanctæ prædicationis exercendo officium, ad ſupernæ majeſtatis obſequium partium earumdem habitatores & incolas flectere non tepeſcitis, & propterea, ut ipſius negotium fidei peramplius proſperari valeat, vobiſque de meſſe, cui inſerere geſtitis aſſiduo, uberiorea recolligendi manipulos præſtantior ſit facultas, & veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, devotioni veſtræ, quod vos & ſinguli veſtrum gratiis, privilegiis &c. & aliis præmiſſis in dictis Joannis Papæ litteris expreſſatis, illis, videlicet, quæ ad hujuſmodi dignitatem Epiſcopalem pertinent, in abſentia; aliis vero omnibus & ſingulis, tam in præſentia, quam abſentia Catholicorum Epiſcoporum inibi, locorum Diœceſanorum, in Bulgariæ, Valachiæ, Raſſiæ, & Boſnæ partibus prædictis, & etiam aliis, in quibus vos, ut earum habitatores, & incolæ, ad unitatem fidei, devotionem quoque, & obedientiam Eccleſiæ hujuſmodi reducerentur, ſive in illis perſiſterent, dictæ Sedis concurrente miniſterio, ſubiiſtis hactenus, & ut ceteri, quibus opus fuerit paſſim, cooperante Domino, reducantur ad eas, ut optamus, in futurum perferre contigerit labores, & ſtudia, ut dictis partibus fungi, & uti, & ut ſpiritualium per præmia plures virtutum allicere valeatis ad merita, omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui in Nativitatis, Epihaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Trinitatis, Corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti, Nativitatis beati Joannis Baptiſtæ, beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, necnon beati Michaelis, & omnium Sanctorum Feſtivitatibus, ac illarum Octavarum, necnon Palmarum, Cœnæ Domini, & duobus immediate ſequentibus diebus, Eccleſias veſtrarum domorum, & Conventuum in præmiſſis & aliis quibuslibet partibus infra Vicariam Boſnæ, ſecundum morem veſtri Ordinis conſiſtentium, præſentium, & futurorum devote viſitaverint annuatim, illam Indulgentiam, ſive ei ſimilem, quæ fidelibus hujuſmodi vere pœnitentibus, & confeſſis Eccleſias Fratrum Ordinis prædicti in feſto beati Franciſci devote viſitantibus a Sede prædicta generaliter eſt conceſſa, elargiri libere & licite poſſitis, auctoritate præſentium concedimus pariter, & indulgemus. Non obſtantibus modificationibus, ac reſtrictionibus per ipſum Urbanum VI. factis, ut præfertur, necnon conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contra-

riis

riis quibuſcumque. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis, & indulti infringere &c.

Datum Gebennis, x. Kalendas Septembris, anno 1.

XV.

Ut omnia a Fratricellis derelicta concedantur Obſervantibus. Ex lib. 3. de Regularibus, an. 1. fol. 106.

Dilecto filio Abbati Monaſterii ſanctæ Praxedis de Urbe.

§. I. INjunctum nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officium digne peragere credimus, ſi ad ea ſolitæ benignitatis extendamus affectum, per quæ ſuperſtitioſitatum, & errorum eliſis ſentibus, religionis ſuccreſcat augumentum, fideique dilatatio ſubſequi ſperatur orthodoxæ.

§. II. Sane pro parte dilectorum filiorum Miniſtri, & Fratrum Ordinis Minorum de Obſervantia nuncupatorum, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum in provincia Romana, & quibuſdam aliis mundi partibus, nonnulli, qui via veritatis derelicta, ſub pelle ovina gregem Dominicum lupi truculentia rapacis invadere, & ſub pietatis imagine pravitatis hæreticæ virus evomere, nonnullaſque opiniones reprobas, ac eidem obvias fidei aſtruere, & dogmatizare ſatagebant, a quibuſdam locis in eiſdem provincia, & partibus conſtitutis, quæ tunc ad eos legitime pertinebant, veluti maſſam inficientes Dominicam per diverſos hujuſmodi dilatationis fidei zelatores realiter ſint repulſi, ſive male ſibi utpote conſcii, in fugamque converſi, & ultionem ſaltem terrenam effugientes debitam, illa duxerint relinquenda; ipſi Miniſter & Fratres, ut de locis ipſis, alias veluti vulpecularum ſpeluncis, templa cedant Domino, & tenebrarum profugata caligine, ſplendor irradiet ſalutaris, illa pro aliquorum ex dictis Fratribus uſu & habitatione recipere, & inibi per eos, vel alios, ſi, & prout opus, ſive congruum fuerit, cum Eccleſiis, campanilibus &c. & aliis neceſſariis officinis conſtructis, Domino in humilitatis ſpiritu famulari deſiderant, eis ſuper his Apoſtolicæ Sedis præſidio concurrente. Quare pro parte ipſorum Miniſtri, & Fratrum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis loca recipiendi, necnon in illis, ſicuti congruet, Eccleſias &c. conſtruendi &c.

§. III. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ, per &c. mandamus, quatenus, ſi eſt ita, omnia præfata loca, quæcumque, & qualiacumque fuerint, Miniſtro & Fratribus præfatis pro hujuſmodi uſu & habitatione applicare & aſſignare, auctoritate noſtra procures, ipſiſque illa pro eiſdem uſu & habitatione recipiendi, ac iuibi, prout opus, ſive congruum extiterit, ut præfertur, Eccleſias eaſdem cum præfatis cœmeteriis &c. plenam & liberam, eadem noſtra auctoritate, licentiam largiaris &c.

Datum Seturiæ, Taurinen. diœceſ. xv. Kalendas Octobris anno 1.

XVI.

Ut recipiant loca a fidelibus aſſignanda. Ibidem.

Dilectis filiis Miniſtro & Fratribus Ordinis Minorum de Obſervantia *nuncupatis*.

§. I. PRomptum, & benevolum libenter illis favorem impendimus, in quorum habetur deſideriis, ut ſub Religionis habitu devote Domino famulantes mereantur gloriam perpetuæ claritatis.

§. II. Sane pro parte veſtra nobis nuper exhibita petitio continebat, quod nonnulli partium diverſarum Chriſtifideles ad vos, veſtrumque ſtatum & Religionem, omnium chariſmatum datore incitante Domino, ſingulare gerentes affectionis adminiculum, & per hujuſmodi Religionis propagationem, & veſtras manus ſuos in cæleſtibus theſauros recondi ſatagentes, nonnulla ad illos legitime ſpectantia loca vobis, pro veſtris, ſeu aliquorum ex Fratribus Ordinis veſtri uſu & habitatione, pia largitione dare & aſſignare proponunt; voſque in tribus ſaltem ex locis eiſdem, præfatorum, & aliorum fidelium concurrentibus ſuffragiis, & obventionibus, domos cum Eccleſiis, cœmeteriis, campanilibus, campanis, hortalitiis, & aliis officinis, &c. Quare pro parte veſtra nobis humiliter ſuit ſupplicatum, ut vobis loca a fidelibus eiſdem recipiendi, necnon illis domos cum Eccleſiis &c. hujuſmodi conſtruendi & ædificandi, ſive conſtrui & ædificari faciendi, licentiam concedere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. III. Nos igitur &c. hujuſmodi quoque ſupplicationibus inclinati, vobis loca ab eiſdem Chriſtifidelibus illa dare & aſſignare volentibus recipiendi, ac in eis pro præſatis uſu & habitatione domos cum Eccleſiis &c. & aliis officinis hujuſmodi conſtruendi & ædificandi, ac conſtrui & ædificari faciendi, ut præfertur, plenam & liberam, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, licentiam elargimur. Et inſuper Fratribus Ordinis hujuſmodi, quos in eiſdem conſtruendis domibus pro tempore morari, ſive reſidere continget, ut omnibus & ſingulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus &c. præſato Ordini, ac aliis illius domibus per Sedem præfatam, & alias quomodolibet conceſſis uti, & gaudere libere, & licite valeant, eadem auctoritate concedimus pariter, & indulgemus. Non obſtan. tam fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. &c. ceteriſque contrariis quibuſcumque. Jure tamen Ordinariorum, ac parochialium &c. in omnibus ſemper ſalvo. Nulli ergo &c.

Datum Seturiæ, Taurinen. diœceſ. xv. Kalendas Octobris, anno 1.

XVII.

Præficitur Eccleſiæ Roſſen. Ex diverſis formis de Regularibus &c. fol. . . .

Dilecto filio Waltero Formay, Electo Roſſen.

Ut in Regeſto Tomi 9. fol. 564.

Apoſtolatus officium &c. Cum itaque Eccleſia Roſſen. provinciæ Caſſellen. cui bonæ memoriæ Matthæus Epiſcopus Roſſen. dum viveret, præſidebat, per ipſius Matthæi obitum, qui extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, aliquandiu vacaverit, & vacet ad præſens: nos ad proviſionem &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in Theologia Magiſtrum &c. direximus oculos noſtræ mentis &c. de perſona tua &c. eidem Eccleſiæ, de dictorum Fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum, & Paſtorem &c.

Datum Mantuæ, xviii. Kalendas Decembris, anno 1.

In eumdem modum: Archiepiſcopo Caſſellen. & Henrico Angliæ Regi illuſtri.

XVIII.

XVIII.

Confirmantur litteræ Benedicti XII. circa promovendos ad Magiſterii gradum. Ex lib. 1. de Regularibus, an. 2. fol. 83.

Ad futuram rei memoriam.

§. I. Apoſtolicæ ſervitutis Nobis injunctæ deſuper officium mentem noſtram excitat & inducit, ut circa ea, quæ pro ſtatu proſpero Monaſteriorum, ac piorum locorum, necnon perſonarum in illis ſub regulari obſervantia vacantium aſſidue, ſtudio piæ vitæ opportuna fore conſpicimus, & per quæ illarum neceſſitatibus conſulitur, operoſis ſtudiis intendamus.

§. II. Exhibita ſiquidem nobis pro parte dilectorum filiorum Miniſtri, necnon Definitorum, Cuſtodum, ac aliorum Diſcretorum nuncupatorum Fratrum Ordinis Minorum, provinciæ Aragoniæ, ſecundum ipſius Ordinis morem, petitio continebat, quod, licet juxta ſtatuta, & ordinationes præfati Ordinis, per fel. rec. Benedictum Papam XII. prædeceſſorem noſtrum edita, & ab olim in dicto Ordine obſervata, in promovendis Fratribus illius Ordinis idoneis, & litteratis ad Magiſterii honorem in Theologica facultate, decens & ſalubris habeatur proviſio, ac in eis inter cetera caveatur, ut nullus ad legendos libros Sententiarum, pro faciendo curſu Magiſterii hujuſmodi aſſumatur, niſi per provinciale Capitulum electus, ac Generali Miniſtro dicti Ordinis præſentatus fuerit, per eumdem Miniſtrum ad ſtudia conſueta cum obedientialibus litteris remittendus, ac priſcis temporibus, dum Fratres præfati ſecundum ſtatuta, & ordinationes hujuſmodi ad præfatum aſſumebantur honorem; pauci tantum præclari in dicta provincia invenirentur Magiſtri, virtutibus, & laudabili fama pollentes, tamen ab aliquibus citra temporibus quamplures dictorum provinciæ, & Ordinis Fratres, ex eo ad honorem hujuſmodi minus digni, quod morum honeſtas, ac litterarum ſcientia minime ſuffragantur eiſdem, ſe fecerunt ad hujuſmodi honorem aſſumi, in derogationem ſtatutorum & ordinationum, ac honoris Magiſterii, & Ordinis præfatorum non modicam læſionem. Quare pro parte Miniſtri Provincialis, Diffinitorum &c. præfatorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut providere eis ſuper hoc &c. dignaremur. Nos igitur &c. auctoritate Apoſtolica ſtatuimus & ordinamus, ut Fratres dicti Ordinis, qui ſtatutis & ordinationibus ſupradictis non ſervatis, ſe fecerint de cetero ad eumdem Magiſterii honorem aſſumi, gratiis, aut libertatibus, Magiſtris in Theologia dictæ provinciæ pro tempore exiſtentibus, juxta ſtatuta & ordinationes præfata, ac ſecundum ipſius Ordinis morem competentibus, minime potiantur. Non obſtan. quibuſcumque privilegiis &c. quibuſvis Univerſitatibus ſtudiorum conceſſis, ac alias ſtatutis & conſuetudinibus Ordinis, & provinciæ præfatorum forſan contrariis, juramento &c. roboratis, & aliis contrariis quibuſcumque. Nos enim ex nunc irritum &c. Nulli ergo &c.

Datum Mantuæ, iv. Idus Decembris, anno II.

XIX.

Omnes Inquiſitores, Miniſtri, & ceteri Ordinis Officiales ſubjiciuntur Generali Miniſtro. Ex lib. 1. de diverſis formis, an. 2. fol. 53.

Ad futuram rei memoriam.

Vide in Regeſto Tom. 5. fol. 603.

§. I. DUm uberes fructus &c. Sentientes igitur, ſicut habet plurimorum fide dignorum, etiam prædicti Ordinis aſſertio profeſſorum ſæpius novis facta, quod nonnulli ex ipſius Ordinis profeſſoribus per fel. rec. tam Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, quam alios pro Romanis Pontificibus habitos, Apoſtolicæ Sedis Legatos, Vicarios, ſeu Nuncios, & quoſdam alios, auctoritate dictæ Sedis in provinciales Miniſtros, Inquiſitores hæreticæ pravitatis, & ad alia officia prædicti Ordinis, infra ipſum aſſumpti Ordinem, a cultu laudabilium conſuetudinum, & Regularis obſervantiæ, maxime a tempore exorti dudum damnati ſchiſmatis, ab obitu videlicet, fel. rec. Gregorii XI. etiam prædeceſſoris noſtri, citra, uſque ad hæc tempora, præter, & contra determinationem, & ordinationem hujuſmodi prædeceſſorum noſtrorum, in enervationem non modicam conſtitutionum, ac ſtatutorum Ordinis antedicti, ac etiam pacis, & unionis dicti Ordinis & degentium in eodem, necnon majoritatis, & obedientiæ Superiorum ejuſdem Ordinis, ac in animarum ſuarum perniciem, & exemplum deteſtabile plurimorum, præſumpſerint hactenus damnabiliter deviare, ſeque exemptos a juriſdictione, ac ſuperioritate Generalis Miniſtri & Ordinis prædictorum, elatis cornibus prætendentes, prædictique Miniſtri obedire ſalutaribus monitis & mandatis, ad quæ alias ſecundum ipſius Ordinis regularia Inſtituta tenentur, irreverenter plerumque intendere recuſaverunt, propter quod Fratribus, & Ordini prædictis diſpendia gravia, animarumque pericula atque ſcandala dignoſcuntur provenire nonnumquam.

§. II. Nos igitur, quorum intereſt paci, unioni, obſervationi conſtitutionum laudabilium, ac reformationi ipſius Ordinis, nobis, & Apoſtolicæ Sedi immediate ſubjecti, cum nullum habeat præter Romanum Pontificem defenſorem, paternæ conſulere volentes, hujuſmodique enervationibus Regularis obſervantiæ diſpendiis, atque periculis tam animarum, quam corporum, præmiſſorum intuitu, & ex certis aliis rationabilibus cauſis, ad hoc animum noſtrum moventibus, ſalubriter obviare, motu proprio, & ex certa ſcientia, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, habentes ſtatum, & formam omnium præmiſſorum hic alias pro ſufficienter expreſſis, omnia & ſingula geſta, ordinata, decreta, ſeu proviſa, maxime a tempore dicti olim Gregorii citra, in enervationem laudabilium conſuetudinis, & Regularis obſervantiæ, ac conſtitutionum & ſtatutorum prædicti Ordinis, ſeu pacis, & unionis ejuſdem, ac etiam Profeſſorum ipſius, majoritatiſque & obedientiæ prædictarum, uſque in præſentem diem ſub quacumque verborum conceptione appareant, revocamus, caſſamus, irritamus, & annullamus, & pro revocatis, caſſis, irritis, & nullis haberi volumus, decernimus, & mandamus, reponentes ipſum Ordinem, quoad electionem Generalis, & Provincialium, ac ipſius Miniſtrorum, eo modo, ſeu in illis terminis, in quibus Ordo ipſe ante dictum exortum ſchiſma, prædictique Gregorii occaſum dignoſcebantur exiſtere. Non obſtan. litteris & privilegiis Apoſtolicis, & aliis &c. Nulli ergo &c.

Datum Mantuæ, Kalend. Januarii, anno II.

XX.

XX.

Ut poſſint cogere hæredes ad ſolutionem eleemoſynarum in teſtamentis, vel alias relictarum. Firm. 3. Ord. par. 2. tract. 2. fol. 79.

Dilectis filiis Generali & Provincialibus Miniſtris, ac Cuſtodibus univerſis Ordinis Fratrum Minorum.

EXultantes in Domino, quod ſacri veſtri Ordinis profeſſores in Dei beneplacitis conformari promptitudine devotionis & operis illius ſtudent imitari veſtigia, ejus vias cuſtodire, qui deſcendens a Patre luminum, & ſervi formam accipiens, ſe in laudis ſacrificium placabilem hoſtiam immolavit, cogitare inducimur honeſta remedia, quibus dicti Ordinis pura obſervantia in ſui vigore ſervetur; iidemque Fratres, qui pro nulla re temporali poſſunt in judicio experiri, excluſis quibuslibet ſollicitudinibus, liberius & quietius divinis vacent obſequiis, & offerentium, donantium, concedentium, aut in ultima voluntate relinquentium Ordini prædicto, vel Fratribus ejuſdem Ordinis, aliquid propter Deum pia intentio non fraudetur, ſicque nos ſollicitudini, qua prædictus Ordo pro ſuis neceſſitatibus, quoties ingrueret neceſſitas, vel utilitas ſuaderet, recurrere ad Romanam Eccleſiam cogeretur, ad quam omnium rerum mobilium & immobilium, quibus Fratres uti poſſunt, jus, proprietas, & dominium nullo medio ſpectat, penſata incommoditate, vel difficultate potius, quæ per hoc ingeri poſſet, Fratribus ſupradictis benigne indulgentes, volentes quoque hæredum, & executorum negligentiis obviare, ut Fratres ſecundum modos licitos, & congruos ipſi Ordini, relictis ſibi in teſtamentis eleemoſynis non fraudentur, ac ſperantes, quod his, quæ pro ſtatu proſpero dicti Ordinis agenda fuerint, per vos eo ſalubrius & utilius conſuletur, quo majori fueritis in hac parte auctoritate muniti. Diſcretioni veſtræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, perſonas ſpeciales, quæ non ſint de ipſo Ordine nominandi, pro locorum indigentia ſingulorum, quas perſonas, per vos taliter nominatas in his adminiſtrationem legitimam, generalem, & liberalem gerere, & ipſos veros & legitimos adminiſtratores, œconomos, Syndicos, & actores eſſe, de plenitudine poteſtatis, præſentium auctoritate, conſtituendo decernimus, quod res ipſas, & rerum prædictarum pretium, & dictas eleemoſynas nomine ipſius Eccleſiæ recipiant, per eoſdem in Fratrum ipſorum utilitates, prout eis licet ex Regula, & declaratione Regulæ convertendas; ſicut, & quando a te, fili Generalis, vel ſingulis aliis veſtrum in provincia, vel Cuſtodia ſibi decreta, vel ab eiſdem Fratribus de aſſenſu veſtro extiterint requiſiti, ab eiſdem perſonis petendi, exigendi, recipiendi, alienandi prædicta, tranſigendi quoque, & paciſcendi, conveniendi, compromittendi, remittendi, refutandi, quitationem faciendi, agendi, defendendi, ac in animas eorum de calumnia, & veritate dicenda jurandi, & cujuslibet alterius juramentum præſtandi cum illis, & contra illos, quod hujuſmodi res mobiles, & immobiles, aut pretium earum, vel relictas eleemoſynas Fratribus in teſtamento occuparent, vel violenter auferrent: ſive qui ultra voluntatem Fratrum quomodolibet detinerent. Et generaliter in omnibus cauſis pro rebus, & locis hujuſmodi ad ipſam Eccleſiam ſpectantibus, ipſorum Fratrum uſui conceſſis: necnon pro immunitatibus, libertatibus, & juribus, ac privilegiis eorumdem, ſive cujuslibet ſatisdationis, & cautionis onere, plenam, & generalem, & liberam habeant, auctoritate Apoſtolica, in judicio, & extra judicium poteſtatem; revocandi quoque perſonas eaſdem,

dem, & earum quamlibet, ac alias eis ſubrogandi, vel nominandi, per ſupradictum modum nominationis, quoties opportunum fuerit, quod eamdem in prædictis, vel ſimilem habeant poteſtatem, plenam & liberam concedimus, auctoritate præſentium, facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, & conſtitutionis infringere &c.

Datum apud Urbem Veterem, xv. Kalendas Februarii, anno II.

XXI.

Præficitur Eccleſiæ Auximan. Ex lib. I. de litteris & proviſionib. an. 2. fol. 141.

Dilecto filio Petro Franciſci, Electo Auximan.

§. I. SUſcepti cura regiminis, cor noſtrum continua pulſat inſtantia, ut ſollicitudinis debitum, ad quod univerſis Orbis Eccleſiis & Monaſteriis Nos Apoſtolicæ ſervitutis neceſſitas obligat, eorum ſingulis, prout nobis ex alto conceditur, exolvamus in eo potiſſimæ, ut illorum regimina, quæ propriis ſunt deſtituta paſtoribus, perſonis talibus committantur, per quarum ſolertiam circumſpectam Eccleſiæ & Monaſteria ipſa in ſpiritualibus & temporalibus valeant adaugeri. Dudum ſiquidem proviſiones quarumlibet Eccleſiarum Cathedralium, tunc apud Sedem Apoſtolicam vacantium, & in antea vacaturarum, ordinationi & diſpoſitioni noſtræ reſervantes, decrevimus ex tunc irritum &c.

§. II. Cum itaque poſtmodum Eccleſia Auximan. ex eo apud Sedem ipſam vacaverit, & vacet ad præſens, quod venerabilis frater noſter Joannes olim Auximan. Epiſcopus ex certis rationabilibus cauſis, ad id animum ſuum moventibus, regimini ejuſdem Eccleſiæ, cui tunc præerat, per dilectum filium Bartholomæum Antonii laicum Fanen. procuratorem ſuum, ad hoc ab eo ſpeciale mandatum habentem, in manibus noſtris ſponte & libere ceſſit, noſque ceſſionem ipſam duximus admittendam, & ad proviſionem ipſius Eccleſiæ celerem & felicem, de qua nullus præter nos hac vice ſe intromittere potuit, ſive poteſt, reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis &c. habuimus. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus attenta &c. penſatis, de perſona tua, nobis, & dictis Fratribus, ob tuorum exigentiam meritorum accepta, eidem Eccleſiæ, de prædictorum Fratrum conſilio &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c.

Datum Mantuæ, III. Kalendas Februarii, anno II.

XXII.

Ut poſſint declinare ad domum ſancti Spiritus Mantuan. Ex lib. I. de Regularibus, an. 2. fol. 175.

Dilectis filiis Guardiano, & Fratribus domus ſanctæ Mariæ de Gratia, loci de Ripalta, Ordinis Fratrum Minorum, Mantuan. diœceſ.

Ut in Reg. tom. 9. fol. 469.

SAcræ Religionis &c. Veſtris igitur in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut vos, & ſinguli veſtrum, quoties civitatem Mantuan. intraveritis, pro quiete & commoditate veſtra, ad domum Eccleſiæ ſancti Spiritus Mantuan. dum tamen in ea voluntarios inveneritis receptores, declinare, & in illa morari & ſtare, non obſtan. quod Fratres Ordinis Minorum domum, & Conventum in eadem Civitate habeant, ac conſtitutionibus Apo-

ſto-

ſtolicis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus ejuſdem Ordinis juramento &c. roboratis, aliiſque contrariis quibuſcumque, libere & licite valeatis, vobis, tenore præſentium, indulgemus. Nulli ergo &c.

Datum Mantuæ, III. Kalendas Februarii, anno II.

XXIII.

Ut Obſervantes recipiant tria loca in Aragonia. Ibidem fol. 102.

Dilecto filio Antonio de Pireto, Generali Miniſtro Ordinis Fratrum Minorum.

§. I. SAcræ Religionis, ſub qua dilecti filii Fratres Ordinis Minorum de Obſervantia &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte tua, & dilectorum filiorum Fratrum dicti Ordinis *de Obſervantia*, petitio continebat, quod nonnulli Chriſtifideles zelo piæ devotionis accenſi, pro ſuæ, ſuorumque parentum, & amicorum animarum ſalute, certa loca pro uſu & habitatione eorumdem Fratrum *de Obſervantia* dare, & aſſignare, ac ad eorum conſtructionem, & ædificationem de bonis ſuis eleemoſynas elargiri deſiderant, & proponunt tria loca in Provincia Aragoniæ ſecundum morem Fratrum dicti Ordinis, qui *de Obſervantia* nunc dicuntur, conſiſtentia, ad hoc accommoda, & honeſta, ſi illa ipſis dari, & aſſignari contigerit, pro uſu & mora recipiendi licentiam elargiri &c. dignaremur. *Vide ut ſupra.*

§. II. Nos igitur, qui hujuſmodi Ordinis Fratrum *de Obſervantia* propagationem &c. affectamus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, tibi & eiſdem Fratribus tria loca hujuſmodi in dicta Provincia conſiſtentia ad hoc utilia, idonea, & honeſta ad eorum Fratrum *de Obſervantia* dumtaxat uſum recipiendi, ac in eorum quolibet Eccleſiam cum humili campanili, campana, clauſtro, cœmeterio, refectorio, dormitorio, & aliis officinis neceſſariis conſtruendi & ædificandi, ac conſtrui & ædificari faciendi, Diœceſani &c. minime requiſita &c. plenam & liberam, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, licentiam elargimur. Volentes, auctoritate prædicta, quod Guardianus, & Fratres dictarum domorum, qui erunt pro tempore, Regulam Fratrum Obſervantiæ prædictorum obſervare teneantur, ac quod ipſi, ac domus, & Eccleſia hujuſmodi, poſtquam conſtructæ fuerint, ut præfertur, omnibus, & ſingulis privilegiis &c. conceſſis gaudere valeant, & uti. Nulli ergo &c.

Datum Florentiæ, IV. Kalendas Martii, anno II.

XXIV.

Ut conferat Eremitorium ſanctæ Mariæ de Virtutibus Fratribus Obſervantiæ. Ex lib. I. de diverſis formis, an. 2. fol. 190.

Dilecto filio Cantori Eccleſiæ Colimbrien.

§. I. APoſtolicæ nobis, licet immeritis &c. Sane pro parte dilecti filii nobilis viri Eduardi, cariſſimi in Chriſto filii noſtri Joannis Portugalliæ, & Algarbii Regis illuſtris primogeniti, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipſe de terrenis ope & facultatibus cœleſtes geſtiens cumulare theſauros, & ad Eremitorium ſanctæ Mariæ *de Virtutibus*, Ulyxbonen. Diœceſis, infra limites conſiſtens parochiæ parochialis Eccleſiæ de Azaneyras, dictæ Diœceſis, ad Monaſterium de Sanctis, militiæ ſancti Jacobi *de Spata*, ejuſdem Diœceſis, pleno jure pertinentis, etiam propter ex- *Ut ſupra in Conſtit. 18. hujus Pont.*

excrebreſcentia, quæ manu Dominica inibi pro tempore rutilant, miracula, ſingularem gerens devotionis affectum, illud pro aliquorum Fratrum Ordinis Minorum, *de Obſervantia* nuncupatorum, habitatione & uſu deputari & applicari, dictiſque Monaſterio & Eccleſiæ, quibus oblationes ſingulæ in eodem Eremitorio per Chriſtifideles erogari ſolitæ cedere conſueverunt, hujuſque pro ipſis de poſſeſſionibus, aliiſque bonis ſuis recompenſationem congruam facere, & exhibere deſiderat, ſi ſuper his Apoſtolicæ Sedis &c. impendatur. Quare pro parte dicti Eduardi nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut prædictum Eremitorium dictis Fratribus pro hujuſmodi uſu & habitatione, ſub ipſius recompenſationis exiſtentia, deputare & applicare, dictiſque Fratribus Eremitorium ipſum pro eiſdem uſu & habitatione recipiendi, ac perpetuo retinendi, & apud illud, ſicuti congruere cenſebitur pro tempore, Eccleſiam cum campana, campanili, hortis, hortalitiis, & aliis neceſſariis officinis conſtrui, & ædificari faciendi, licentiam concedere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. II. Nos igitur pium &c. commendantes &c. mandamus, quatenus ſi, & pôſtquam ipſe Eduardus recompenſationem fecerit eamdem, Eremitorium ipſum, cum omnibus ſuis juribus, & pertinentiis Fratribus prædictis pro hujuſmodi uſu & habitatione, auctoritate noſtra perpetuo deputare & applicare, necnon conferre & aſſignare procures. Nos enim ſi deputationem & applicationem, necnon collationem & aſſignationem feceris antedictas, Fratribus eiſdem Eremitorium ipſum pro hujuſmodi uſu & habitatione recipiendi & retinendi, ac apud illud Eccleſiam prædictam cum campana &c. ædificari faciendi, ut præfertur, plenam & liberam, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium licentiam elargimur. Et inſuper Fratribus, quos in eodem Eremitorio pro tempore morari continget, ut omnibus & ſingulis privilegiis &c. conceſſis uti &c. indulgemus. Non obſtan. tam fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. &c. quam aliis &c. quibuſcumque jure &c. ſalvo.

Datum Florentiæ, v. Non. Martii, anno II.

XXV.

Creatur Epiſcopus Dromoren. Ex lib. I. de litteris, & Proviſionibus, an. 2. fol. 160.

Dilecto filio Nicolao Wartre, Electo Dromoren.

Vide Reg. tom. 9. fol. 564.

APoſtolatus officium &c. Cum itaque Eccleſia Dromoren. cui quondam Joannes ipſius Eccleſiæ Epiſcopus, dum viveret, præſidebat, per ipſius Joannis Epiſcopi obitum, qui extra &c. clauſit extremum, aliquandiu vacaverit, & vacet ad præſens, nos ad proviſionem ipſius &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua nobis, & eiſdem Fratribus noſtris ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta, eidem Eccleſiæ &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum, & Paſtorem &c.

Datum Florentiæ, xiv. Kalendas Aprilis, anno II.

XXVI.

Ut Obſervantes conſtruant domum, & capellam ſancti Antonii ædificent in Eccleſiam, in loco Caſtri-franchi. Ex lib. 1. de Regularib. an. 2. fol. 43.

Dilecto filio Priori Monaſterii ſanctarum Mariæ Majoris, & Fuſtæ Tarviſin. per Priorem &c.

§. I. Humilibus, & honeſtis ſupplicum votis illis præſertim, quæ ad Religionis propagationem, & divini cultus augmentum cedere dignoſcuntur, libenter favorem benevolum impertimur.

§. II. Exhibita ſiquidem nobis pro parte dilectorum filiorum Henrici Alamani, & nonnullorum aliorum Fratrum Minorum de Obſervantia Regulæ beati Franciſci, in loco Caſtri-franchi, Tarviſin. Diœceſis, commorantium petitio continebat, quod ipſi de ſuorum Superiorum, necnon venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Tarviſin. licentia, in capella beati Antonii dicti loci, nonnulla per tempora, ſub Regula Fratrum prædictorum in eadem Obſervantia exhibuerunt Domino famulatum, quodque ipſi Henricus, & Fratres prædicti ſperantes ex hoc habitatores ipſius loci ſpiritualibus conſolationibus recreari, deſiderant in eodem loco, in quo nullus alius religioſus locus fundatus exiſtit, quamdam domum cum dicta capella in Eccleſiam erigere, necnon ... campanili, campana, cœmeterio, & aliis neceſſariis officinis pro ipſorum, & aliorum dicti Ordinis Fratrum uſu, & habitatione fundare. Quare pro parte Henrici, & Fratrum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut dictam capellam in Eccleſiam erigendi, ac domum dicti Ordinis, in prædicto loco, ut præfertur, fundandi licentiam concedere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. III. Nos igitur &c. hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni &c. mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, ſi eſt ita, aliudque canonicum non obſtet, Henrico, & Fratribus prædictis, poſtquam locum idoneum pro fundatione domus hujuſmodi juſto titulo fuerint adepti, capellam prædictam in Eccleſiam erigas, eiſdemque Henrico & Fratribus domum hujuſmodi cum campanili &c. fundandi, liberam licentiam, auctoritate noſtra concedas. Non obſtan. tam fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. &c. quam aliis conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis quibuſcumque &c.

Datum Florentiæ, VII. Kalendas Junii, anno II.

XXVII.

Deputatur Vicarius Eccleſiæ Marrochitan. cum ampla facultate. Ibidem fol. 239.

Dilecto filio Martino de Cardenas, Ordinis Fratrum Minorum profeſſori, Vicario in ſpiritualibus, & temporalibus generali Eccleſiæ Marrochitan. per Sedem Apoſtolicam deputato.

§. I. Inceræ devotionis affectus &c. Sane dilectorum filiorum noſtrorum Chriſtianorum utriuſque ſexus in civitate, & Diœceſi Marrochitan. degentium, conqueſtione percepimus, quod venerabilis frater noſter Petrus Epiſcopus Marrochitan. non conſiderans, quod Præſules & Paſtores Eccleſiarum ſecundum ſanctorum Patrum decreta, & canonica Inſtituta in eorum Eccleſiis perſonaliter reſidere, & gregis ſibi commiſſi ſollicitam cu- *Ut in Reg. Tomi 9. fol. 474.*

ram gerere, & exercere, ipſumque gregem ſalutaribus monitis per ſe, vel eorum Vicarios, aut alios in fide Catholica diligenter inſtruere tenerentur, ab Eccleſia ſua Marrochitan. nulla cauſa rationabili ſubſiſtente, & a partibus etiam Africanis, in quibus Eccleſia Ipſa conſiſtit, Chriſtianis præfatis relictis, nulloque ejus Vicario, ſeu Sacerdote dimiſſo, qui eis Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtraret, & eos divinæ prædicationis pabulo paſceret, per nonnullos annos ſe abſentavit ab eis, & in remotis partibus reſidens, ad præfatam Eccleſiam redire non curavit, nec curat. Propter quæ dicti Chriſtiani videntes ſe Paſtoris ſolatio deſtitutos, & quod ſaltem Sacerdotem, qui divina celebraret officia, & eis miniſtraret Eccleſiaſtica Sacramenta non habebant. Te, qui Presbyter es, cum quodam ſocio tuo, de tui Superioris licentia, ſuſceperunt, qui ex nunc eis divina Officia celebraſti, & Sacramenta hujuſmodi miniſtraſti, ac ipſos alias in fide præfata inſtruxiſti, & verbum divinum eis propoſuiſti, & etiam prædicaſti. Quare pro parte dictorum Chriſtianorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut te eorumdem Epiſcopi, & Eccleſiæ Vicarium conſtituere & deputare, de gratia ſpeciali dignaremur.

§. II. Nos itaque attendentes, quam periculoſum ſit Chriſtianos ipſos in dictis partibus Africanis abſque Antiſtite, aut Vicario hujuſmodi exiſtere, ac volentes ſuper his de ſalubri remedio providere, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, te Vicarium Epiſcopi, & Eccleſiæ præfatorum in ſpiritualibus & temporalibus, auctoritate Apoſtolica, tenore preſentium conſtituimus, & etiam deputamus, tibi omnia & ſingula, quæ ad hujuſmodi Vicariatus officium de conſuetudine, vel de jure quomodolibet pertinent, faciendi, gerendi, & exercendi, necnon Chriſtianos eoſdem in caſibus a jure Epiſcopis reſervatis abſolvendi, & eis ſalutarem pœnitentiam injungendi, quoties opus fuerit, & quamdiu cum eiſdem Chriſtianis moram traxeris, plenam & liberam, eadem auctoritate concedimus poteſtatem. Non obſtantibus, quod Ordinis Fratrum Minorum Frater exiſtis, & quibuſcumque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac privilegiis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus Eccleſiæ, & Ordinis prædictorum contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis.

Datum Florentiæ, IV. Kalendas Junii, anno II.

XXVIII.

Eligitur Epiſcopus Nanderalben. Ex lib. I. de litteris, & Proviſionibus an. 2. fol. 244.

Dilecto filio Gregorio de Nexe, Electo Nanderalben.

Divina diſponente clementia, cujus inſcrutabili providentia ordinationem ſuſcipiunt univerſa, in Apoſtolicæ Sedis ſpecula, licet immeriti conſtituti, ad univerſas Orbis Eccleſias aciem noſtræ conſiderationis extendimus, ac pro earum ſtatu ſalubriter dirigendo Apoſtolici favoris auxilium adhibemus, ſed de illis propenſius cogitare nos convenit, quas propriis carere paſtoribus intuemur, ut eis juxta cor noſtrum paſtores præficiantur idonei, qui commiſſos ſibi populos per ſuam circumſpectionem providam ſalubriter dirigant, & informent, ac bona Eccleſiarum ipſarum non ſolum gubernent utiliter, ſed etiam multimodis efferant incrementis. Cum itaque Eccleſia Nanderalben. cui Michael &c. dum viveret, præſidebat, per ipſius Michaelis obitum, qui extra &c. clauſit extremum, aliquandiu vacaverit, & va-

vacet ad præſens, nos ad proviſionem ipſius &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus attenta meditatione penſatis, de perſona tua &c. eidem Eccleſiæ, de dictorum Fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum, & Paſtorem &c.

Datum Florentiæ, II. Kalendas Junii, anno II.

XXIX.

Ut Fratres recipiant tria loca a fidelibus aſſignanda. Ex lib. 2. de Regularibus an.2. fol.111.

Venerabili Fratri Epiſcopo Militen.

§. I. PRomptum & benevolum illis libenter favorem impendimus, in quorum habetur deſideriis, ut ſub Religionis habitu devote Domino famulantes mereantur gloriam perpetuæ claritatis. Sane pro parte dilectorum filiorum Juliani de Neapoli, & Dominici de Janua Ordinis Fratrum Minorum profeſſorum, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod nonnulli regni Siciliæ Chriſtifideles ad ſtatum, & Religionem dicti Ordinis, omnium chariſmatum datore incitante Domino, ſingularem gerentes devotionis affectum, & per hujuſmodi Religionis propagationem ſuos in cœleſtibus theſauros recondi ſatagentes, nonnulla ad ipſos legitime ſpectantia loca Fratribus eiſdem, pro ipſorum uſu & habitatione, pia largitione dare, & aſſignare proponunt, dictique Julianus, & Dominicus in tribus ex locis eiſdem, præfatorum, & aliorum fidelium concurrentibus ſuffragiis & obventionibus, domos cum Eccleſiis, cœmeteriis, campanis, hortis, & hortalitiis, ac aliis neceſſariis officinis hujuſmodi pro uſu & habitatione conſtruere & ædificare, ſeu conſtrui & ædificari facere deſiderant, ſi Apoſtolicæ Sedis ſuper his eis patrocinium & auctoritas ſuffragentur. Quare pro parte ipſorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis loca a fidelibus eiſdem recipiendi, necnon in illis domos cum Eccleſiis &c.

§. II. Nos igitur hujuſmodi &c. inclinati, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi eſt ita, & venerabilium Fratrum noſtrorum locorum, in quibus hujuſmodi tria loca forſitan fuerint, Ordinariorum, necnon dilecti filii Generalis Miniſtri dicti Ordinis ad id accedat conſenſus, ipſis tria loca ad hoc congrua, ab eiſdem fidelibus illa dare, & aſſignare volentibus, recipiendi, ac in eis pro præfatis uſu & habitatione domos cum Eccleſiis &c. ut præfertur, plenam & liberam, auctoritate noſtra licentiam largiaris &c. Non obſtan. tam fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. &c. quam aliis Apoſtolicis &c. & conſuetudinibus dicti Ordinis &c. ceteriſque contrariis quibuſcumque. Jure tamen Ordinariorum præfatorum, ac parochialium &c. ſemper ſalvo.

Datum Florentiæ, IV. Kalendas Julii, anno II.

XXX.

Ut nulli libri extrahantur ex Librariis Toletan. De diverſis formis, de Regul. &c. lib. 1. an. 2. fol. 196.

Ad futuram rei memoriam.

§. I. EXimiæ devotionis integritas, quam dilectus filius Fernandus de Illeſcas, Toletan. Diœceſis, Ordinis Fratrum Minorum profeſſor, ad nos & Romanam Eccleſiam gerere comprobatur, merito nos indu-

cunt, ut honeſtis votis ſuis, illis præſertim, quæ dicti Ordinis ſalubrem ſtatum reſpiciunt, favorabiliter annuamus. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dicti Fernandi petitio continebat, quod cum in Conventu Fratrum Minorum Toletan. nonnullæ Librariæ, in quibus libri reconduntur, pro tempore conſtructæ fuerint, & aliæ etiam conſtrui, & ædificari ſperentur, ubi diverſi libri ſunt poſiti, & poni etiam veriſimiliter ſperantur in brevi, timeaturque, quod dicti libri, vel aliqua pars eorumdem furtive, vel modo alio illicito ab eiſdem per aliquem, ſeu aliquos ſubtrahantur. Quare dictus Fernandus nobis fecit humiliter ſupplicari, ut providere ſuper his de opportuno remedio dignaremur.

§. II. Nos igitur ipſius Fernandi ſupplicationibus inclinati, omnibus & ſingulis perſonis cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis, aut præeminentiæ exiſtant, etiamſi Pontificali, vel alia quacumque Eccleſiaſtica, ſeu mundana præſulgeant dignitate, auctoritate Apoſtolica prohibemus, ne a dictis Librariis ſic, ut præfertur, conſtructis, vel conſtruendis in poſterum, librum, ſeu libros, quinternum, ſeu quinternos, quaternum, vel quaternos, aut aliquam partem ipſorum de libris in præfatis Librariis reconditis, vel ponendis in poſterum accipiant, extrahant, ſeu aliquo modo levent, aut ſurripiant. Contrarium vero facientes, vel mandantes in præmiſſis, ſeu eorum aliquo dantes auxilium, conſilium, vel favorem, publice, vel occulte, directe, vel indirecte, ſententiam excommunicationis ipſo facto incurrant, a qua abſolvi nequeant, niſi per Cardinalem dicti Ordinis Protectorem exiſtentem, facta prius reſtitutione, vel ſaltem condigna ſatisfactione Conventui præfato de omnibus & ſingulis, ſic ablatis. Non obſtante, ſi aliquibus a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Nulli ergo &c.

Datum Florentiæ, XVII. Kalendas Septembris, anno II.

XXXI.

Confirmantur litteræ Innocentii VII. translationem Monaſterii Inter-ambos-rivos continentes. Ex lib. 2. de Regular. ann. 2. fol. 1.

Ad futuram rei memoriam.

Ut in Regeſto Tomi 9. fol. 462.

§. I. His, quæ pro Eccleſiarum &c. Dudum ſiquidem pro parte claræ memoriæ Philippæ Portugalliæ, & Algarbii Reginæ, necnon dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ, & Conventus Monaſterii Inter-ambos-rivos, Ordinis ſanctæ Claræ, Portugallen. diœceſis, quondam Innocentio VII. in ſua obedientia, de qua partes illæ tunc erant, nuncupato expoſito, quod ex eo, quia dictum Monaſterium in ſolitudine, necnon inter quoſdam montes procul ab habitatione hominum conſiſtebat, prout conſiſtit, nonnumquam & præcipue vigentibus guerris in regno Portugalliæ, & quia etiam murorum carebat ambitu, ſeu præſidio, hoſtibus, & aliis hominibus frequens ad illud patebat acceſſus, ac diſciplina & obſervantia Regulares, necnon pietatis opera protinus non vigebant in eodem, quodque prædictæ Abbatiſſa & Conventus ad civitatem Portugallen. ſeu alium munitum, & ad id aptum locum, in quo magis tute & quiete Domino famulari valerent, tranſire, & in illo novum Monaſterium cum Eccleſia, campanili &c. & aliis neceſſariis officinis pro earum habitatione conſtruere, necnon perpetuo reſidere deſiderabant: ac pro parte Reginæ, Abbatiſſæ & Conventus hujuſmodi eidem Innocentio ſupplicato, ut ipſis Abbatiſſæ & Con-

Motiva per quæ Monaſterium transferri petunt.

Innocentius VII. hujuſmodi concedit fieri tranſlationem.

& Conventui ſup-r hoc providere dignaretur; idem Innocentius dilecto ſilio Abbati Monaſterii ſancti Tirſi de Ripanis dictæ diœceſis, ſuis dedit litteris in mandatis, ut de præmiſſis &c. informaret, & ſi ita eſſe reperiret, eiſdem Abbatiſſæ, & Conventui alium locum ad id congruum & honeſtum, ſi quem in civitate prædicta, vel alibi in eodem regno, largitione fidelium, vel alio juſto titulo legitime per ipſas acquiri contingeret, recipere, ac in illo hujuſmodi novum Mnnaſterium cum Eccleſia, Campanili &c. & aliis officinis hujuſmodi conſtrui facere, necnon poſtquam Monaſterium ipſum conſtructum foret, de veteri Monaſterio, io quo tunc reſidebant, ad hujuſmodi tunc conſtruendum Monaſterium tranſire, ac in illo ſub Obſervantia Regulari ejuſdem Ordinis vivere perpetuo poſſent, & deberent; libere & licite, auctoritate ſua licentiam largiretur.

§. II. Voluit autem idem Innocentius, & eiſdem Abbatiſſæ, auctoritate prædicta conceſſit, quod ſi dictam licentiam per eumdem Abbatem ipſis concedi contingeret, Abbatiſſa, & Conventus prædictæ in eodem novo Monaſterio omnibus privilegiis &c. veteri Monaſterio hujuſmodi a Sede Apoſtolica &c. conceſſis etiam gaudere & potiri deberent; proviſo tamen quod Eccleſia dicti veteris Monaſterii ad profanns uſus, velut hæreditas minime transferretur, quodque in illa pro tempore per aliquem idoneum Sacerdotem, cui de proventibus ejuſdem veteris Monaſterii congrue provideretur, Miſſæ, necnon alia divina Officia celebrarentur, prout in dictis litteris Innocentii ſuper hoc confectis plenius continetur. Conditiones a Pontifice impoſitæ.

§. III. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte cariſſimi in Chriſto filii noſtri Joannis Portugalliæ, & Algarbii Regis Illuſtris, necnon Abbatiſſæ & Conventus prædictarum petitio continebat, idem Abbas ad executionem dictarum litterarum procedens, Abbatiſſæ, & Conventui prædictis, ut quemdam locum ſitum infra muros dictæ civitatis, eiſdem Abbatiſſæ & Conventui pia largitione donatum, ad id honeſtum & congruum recipere, & in illo hujuſmodi novum Monaſterium cum Eccleſia, campanili &c. ſupradictis conſtrui facere, ac alias omnimodam, juxta ipſarum litterarum tenorem, licentiam conceſſerit, memorata que Abbatiſſa & Conventus ad conſtructionem hujuſmodi novi Monaſterii in hujuſmodi loco eis ſic erogato, earumdem litterarum & conceſſionis vigore proceſſerint, & indeſinenter procedant, cum intentione opus hujuſmodi, quod Deo devotum & acceptum exiſtit, ad debitam perfectionem deducendi; pro parte Regis, necnon Abbatiſſæ & Conventus prædictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut hujuſmodi conceſſiones, donationem & conſtitutionem, & quæcumque inde ſecuta, pro earum ſubliſtentia firmiori, confirmare, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Petitur confirmatio.

§. IV. Nos itaque hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, conceſſiones, donationem, & conſtitutionem prædictas, & quæcumque inde ſecuta rata habentes &c. confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes nmnes defectus &c. Et nihilominus dilecto filio Joanni Xira, Ordinis Fratrum Minorum profeſſori, aut alii, vel aliis, quem, ſeu quos idem Joannes ad hoc deputandum, ſeu deputandos duxerit, onus conſtructionis, ſeu ædificationis hujuſmodi novi Monaſterii, necnon & regimen Abbatiſſæ, & Conventus earumdem, quarum idem Joannes per viginti annos & ultra, ut Rex, Abbatiſſa, & Conventus prædictæ aſſerunt, gubernator extitit, committimus, dictoque Joanni, ut ſex honeſtas Moniales antiquas ad id voluntarias, eumdem Ordinem expreſſe profeſſas, Superiorum ſuorum licentia petita, quamvis non obtenta, de eorum Monaſteriis ad hujuſmodi novum Monaſterium transferre, & illas in eodem novo Mo- Quæ conceditur.

na-

naſterio Domino perpetuo ſervituras collocare, necnon eiſdem Monialibus, ut Monaſteria ſua hujuſmodi exire, & ad dictum novum Monaſterium, in eo perpetuo Domino ſervituræ ſe transferre libere & licite valeant, eadem auctoritate, tenore præſentium, licentiam concedimus, & etiam facultatem. Nulli ergo &c.

Datum Florentiæ, XVIII. Kal. Octobris anno II.

XXXII.

Aſſumitur ad Epiſcopatum Dulpnen. Ex lib. I. de litteris & proviſionibus, ann. 2. fol. 108.

Dilecto filio Blaſio de Novarienna, Electo Dulpnen.

Ut in Reg. Tomi 6. fol. 564.

APoſtolatus officium &c. Cum itaque, ſicut accepimus, Eccleſia Dulpnen. cui bonæ memoriæ Georgius Epiſcopus Dulpnen. dum viveret &c. qui extra &c. vacet ad præſens. Nos ad proviſionem ipſius Eccleſiæ &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum &c. direximus oculos noſtræ mentis &c. teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c.

Datum Florentiæ, XVII. Kal. Octobris, anno II.

XXXIII.

Ut admittant domum in oppido Danen. Ex lib. 3. de diverſis formis, ann. 2. fol. 175.

Dilectis filiis Miniſtro Generali, & Fratribus Ordinis Minorum.

Ut ſupra Conſt. 29. hujus Pontif.

§. I. PRomptum & benevolum &c. Sane pro parte veſtra nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dilecti filii Univerſitas, & homines oppidi Danen. Wratiſlavien. diœceſis ad vos, veſtroſque ſtatum, & Religionem ſingularem gerentes devotionis affectum, & per hujuſmodi Religionis propagationem, veſtraſque manus ſuos in cœleſtibus theſauros recondi ſatagentes, locum unum in dicto oppido, ſive juxta illud, prout magis expedire conſpexerint, vobis pro veſtris, aut aliquorum ex Fratribus Ordinis veſtri uſu & habitatione, pia largitione donare deliberarunt, apud quem illorum, aliorumque Chriſtifidelium concurrentibus ſuffragiis, & obventionibus, domum cum Eccleſia, cœmeterio, campanili &c. & aliis neceſſariis officinis pro hujuſmodi uſu, & habitatione conſtruere, & ædificare &c.

§. II. Nos igitur Religionis ejuſdem concinnum exoptantes incrementum, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis locum ipſum, dummodo Conventus aliquis dicti Ordinis, infra unam diætam legalem prope illum non exiſtat, recipiendi, ac in eo pro prædictis uſu & habitatione domum cum Eccleſia &c. ædificari faciendi, ut præfertur, plenam &c. licentiam elargimur. Et inſuper Fratribus Ordinis hujuſmodi &c. ut omnibus & ſingulis privilegiis &c. gaudere libere & licite valeant &c. indulgemus. Non obſtantibus, tam fel. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. ceteriſque contrariis quibuſcumque, jure &c. ſalvo. Nulli ergo &c.

Datum Florentiæ, VII. Idus Octobris, anno II.

XXXIV.

XXXIV.

Ut Fratres recipiant domum in Caſtro Portuſnaonis. Lib. 1. de exhibitis, de dignit. &c. ann. 2. fol. 265.

Venerabili fratri Epiſcopo Concordien. &c.

PIis votis fidelium &c. exhibita ſiquidem nobis nuper pro pia parte dilectorum filiorum Communitatis, & populi Portuſnaonis, tuæ diœceſis petitio continebat, quod ipſi de propria ſalute recogitantes &c. de bonis ſibi a Deo collatis, ad laudem & reverentiam Ordinis Minorum beati Franciſci &c. deſiderant, ſicut aſſerunt, in dicto Caſtro &c. unum locum cum Eccleſia &c. & aliis neceſſariis officinis pro Conventu, uſu, & habitatione Fratrum hujuſmodi erigere &c. Quare pro parte Communitatis, & populi prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis locum ipſum pro dicto Conventu erigendo &c. licentiam concedere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur. Nos igitur &c. hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati &c. mandamus, quatenus eiſdem Communitati & populo, poſtquam ipſi pro hujuſmodi loco erigendo & conſtruendo ſufficientem dotem aſſignaverint, erigendi, fundandi &c. dummodo eidem loco de novo erigendo aliquis alius Conventus dicti Ordinis per tria milliaria conſtructus non exiſtat, jure &c. ſalvo, auctoritate noſtra licentiam largiaris &c. *Ut in Reg. Tomi 9. fol. 498.*

Datum Florentiæ, VIII. Idus Novembris, anno II.

Anno Christi 1419. Martini V. anno 3.

XXXV.

Ut in domibus ſuis in Urbe ædificare poſſint Hoſpitale. Ex lib. 1. de Regular. ann. 3. fol. 36.

Dilectis filiis Servo Miniſtro, & Fratribus Tertii Ordinis ſancti Franciſci in Urbe, ſecundum morem dicti Ordinis.

REligionis veſtræ &c. favorabiliter annuamus. Veſtris itaque ſupplicationibus in hac parte inclinati, ut in domibus veſtris poſitis in Urbe, in regione Regulæ, in parochia ſanctæ Mariæ in Catineriis, unum Hoſpitale cum capella, altari, & aliis neceſſariis officinis pro pauperibus & infirmis, ad illud pro tempore confluentibus, conſtruere & ædificare, ſeu conſtrui & ædificari, & in eiſdem capella & altari per proprium, vel alium Sacerdotem idoneum, Miſſas & alia divina Officia celebrari facere, libere & licite valeatis, abſque tamen præjudicio matricis, ac jure ipſius parochialis Eccleſiarum, & cujuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvo: necnon conſtitutionibus Apoſtolicis, & aliis quibuſcumque contrariis nequaquam obſtantibus, devotioni veſtræ, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium licentiam elargimur. Nulli ergo &c. *Ut in Reg. Tomi 9. fol. 469.*

Datum Florentiæ, XIX. Kal. Januarii, anno III.

XXXVI.

XXXVI.

Ut poſſit a caſibus reſervatis Pœnitentes abſolvere. Ex eodem libro fol. 25.

Dilecto filio Petro Reverſati Ordinis Fratrum Minorum profeſſori, Baccalario in Theologia, ſalutem &c.

ADDITIO Auctorum.

„ §. I. PErſonam tuam nobis, & Apoſtolicæ Sedis devotam, tuis exi-
„ gentibus meritis, paterna benevolentia proſequentes, illud
„ tibi libenter ſpecialis exhibemus gratiæ muneris, per quod etiam devo-
„ torum nobis & Eccleſiæ filiorum animarum ſaluti valeat provideri.
„ §. II. Hinc eſt quod nos tuis necnon devotorum filiorum Sindico-
„ rum, & Conſilii civitatis noſtræ Avimonen. in hac parte ſupplicationibus
„ inclinati tibi, qui, ut aſſeritur, ætate jam quinquagenarius exiſtis, ac in
„ ſcholis domus Avimonen. Fratrum Ordinis Minorum in Theologia actu
„ regis, ut uſque ad beneplacitum noſtrum confeſſiones quorumcumque
„ civium, & incolarum dictæ civitatis, etiam utriuſque ſexus tibi pro tem-
„ pore confiteri volentium, quoties eis opportunum fuerit, infra civitatem
„ eamdem, etiam cujuſcumque ſuper hoc aliter minime requiſita licentia,
„ audire, eiſque diligenter auditis, pro commiſſis etiam in caſibus, in qui-
„ bus dilecti filii minores pœnitentiarii Sedis prædictæ in Romana Curia
„ pro tempore reſidentes abſolvere poſſunt, debitam confeſſis ipſis abſolu-
„ tionem impendere, ac illis pro hujuſmodi commiſſis ſalutarem pœniten-
„ tiam injungere valeas, diſcretioni tuæ plenam & liberam, tenore præ-
„ ſentium licentiam concedimus, & etiam poteſtatem.
„ Datum Florentiæ III. Idus Februarii, anno III.

XXXVII.

Confirmantur earum privilegia. Ibidem fol. 56.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii Monialium incluſarum ſanctæ Claræ Hiſpalen. Ordinis ejuſdem Sanctæ.

EXigentibus veſtræ devotionis meritis, votis veſtris libenter annuimus, & petitionibus veſtris, quantum cum Deo poſſumus, favorem Apoſtolicum impertimur. Eapropter, dilectæ in Chriſto filiæ, omnes libertates & immunitates a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, necnon etiam exemptiones ſecularium exactionum a Regibus, & Principibus, ac aliis Chriſtifidelibus pia liberalitate rationabiliter vobis conceſſas, vobis, ac per vos eidem Monaſterio, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium confirmamus &c. Nulli ergo &c.

Datum Florentiæ, XIV. Kal. Martii, anno III.

XXXVIII.

Ratificantur litteræ Innocentii VIII. circa domum a Fratribus admittendam in Boſna. Ex lib. I. de exhibitis, de Regularibus &c. ann. 3. fol. 309.

Dilectis filiis Vicario & Fratribus Ordinis Minorum provinciæ Boſnæ, ſecundum morem ejuſdem Ordinis.

Ut in Reg. Tomi 9. fol. 471.

SAcræ Religionis &c. Dudum ſiquidem pro parte dilecti filii nobilis viri Joannis de Maroth Militis, Quinque-eccleſien. diœceſis quondam Inno-

Google

nocentio in ſua obedientia, de qua partes illæ erant, tunc ſeptimo nominato, expoſito, quod olim Miles ipſe zelo devotionis accenſus, de bonis ſibi a Deo collatis in quodam ſuo oppido Athya nuncupato, dictæ diœceſis &c. quamdam domum cum Eccleſia, campanili &c. ſub vocabulo, & ad honorem ſancti Spiritus, pro uſu & habitatione unius Guardiani, & aliquorum Fratrum veſtri Ordinis &c. fundaverat: idem Innocentius vobis licentiam domum eamdem cum Eccleſia &c. recipiendi; necnon quod iidem Guardianus & Fratres inibi pro tempore commorari, ac omnibus & ſingulis privilegiis &c. quibus alii Fratres præfati Ordinis in quibuſvis domibus ipſius Ordinis commorantes, gaudebant, ſeu quomodolibet potiebantur, uti & gaudere poſſent, per ſuas litteras gratioſe conceſſit &c. Nos igitur præfati Militis &c. in hac parte ſupplicationibus inclinati, licentiam, & conceſſionem præfatas, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium ratificamus, & etiam approbamus &c. Nulli ergo &c.

Datum Florentiæ, VII. Kal. Martii, anno III.

XXXIX.

Ut Fratres Vicariæ Boſnæ admittant domum in villa Warii. Ibidem fol. 130.

Venerabili fratri Epiſcopo Waradien.

§. I. Sacræ Religionis, ſub qua dilecti filii Guardianus & Fratres domorum Fratrum Ordinis Minorum provinciæ Boſnæ &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filii nobilis viri Joannis de Maroth, Militis, Quinque-eccleſien. diœceſis petitio continebat, quod pridem ipſe zelo devotionis accenſus, ac cupiens terrena &c. commutare, de bonis ſibi a Deo collatis, pro animæ ſuæ ſalute, & divini cultus augmento quamdam domum ad uſum & habitationem unius Guardiani, & nonnullorum Fratrum dicti Ordinis cum Eccleſia, cœmeterio &c. officinis, ſub vocabulo, & ad honorem beati Ladiſlai Regis, in quadam villa Warii nuncupata, tuæ diœceſis, prope quam alius Conventus dicti Ordinis infra triginta milliaria non exiſtit, ac alias in loco congruo & honeſto, cui territorium adjacet, per quod Guardianus, & Fratres ipſius domus pro tempore victum quærere, & ex eo commode vivere poterunt, pia devotione fundavit. Quare pro parte ipſius Militis nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. *Ut in Reg. Tomi 9. fol. 471.*

§. II. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de præmiſſis tamen certiorem notitiam non habentes, fraternitati tuæ &c. mandamus, quatenus, ſi eſt ita, fundationem hujuſmodi, auctoritate noſtra approbes & confirmes &c. fel. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. & quibuſcumque aliis conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis nequaquam obſtantibus, plenam & liberam, auctoritate prædicta, licentiam largiaris. Et inſuper Guardiano & Fratribus ipſis dictæ domus, quos in ipſa domo pro tempore morari contigerit, concedas, quod omnibus & ſingulis privilegiis &c. uti & gaudere valeant, quibus alii Fratres &c.

Datum Florentiæ, VII. Kal. Martii, anno III.

XL.

Ut recipiat duos Conventus in inſula Creten. Ibidem fol. 180.

Dilecto filio Marco Quirino de Candia, Ordinis Fratrum Minorum profeſſori.

Vide ut ſupra. SAcræ Religionis, ſub qua mundanis abjectis &c. Hinc eſt, quod nos tuis ſupplicationibus inclinati, tibi quod in inſula Creten. & provincia Achajæ, quæ nuncupatur *Morea*, duo loca, ſi tibi pia largitione fidelium concedantur, vel alias juſtis modis illa poteris adipiſci, recipere, & retinere, & in quolibet ipſorum locorum, Eccleſiam, ſeu Oratorium, cum campanili &c. & aliis neceſſariis officinis pro uſu & habitatione aliquorum Fratrum tui Ordinis conſtruere & ædificare; necnon viginti Fratres dicti Ordinis ad id voluntarios ad partes præfatas transferre, & unum Vicarium ſecundum morem ejuſdem Ordinis in præfatis locis perpetuo permanſuros, deputare libere, & licite valeas; juribus tamen parochialium Eccleſiarum & quorumlibet &c. ſalvis. Necnon hujuſmodi Vicario & Fratribus in eiſdem domibus & locis pro tempore moraturis, quod omnibus gratiis &c. aliis Fratribus dicti Ordinis in partibus Italiæ conſiſtentibus per Sedem Apoſtolicam conceſſis uti & gaudere valeant, auctoritate præſentium indulgemus, fel. record. Bonifacii &c. ceteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergo &c.

Datum Florentiæ, VII. Kal. Martii, anno III.

XLI.

Ut det licentiam Obſervantibus recipiendi Hoſpitale ſancti Franciſci Paduæ. Ex lib. I. de Regul. ann. 3. fol. 202.

Venerabili fratri Epiſcopo Paduan.

Ut in Reg. Tomi p. fol. 474. §. I. SInceræ devotionis affectus, quem dilecta in Chriſto filia Sibylla, relicta quondam Baldi de Plombino laici vidua Paduan. &c. Dudum ſiquidem pro parte dictæ Sibyllæ nobis expoſito, quod olim dictus Baldus, dum ageret in humanis, de bonis ſibi a Deo collatis quodam Hoſpitale pauperum in honorem, & ſub vocabulo ſancti Franciſci, cum Eccleſia, ſeu Oratorio, & aliis officinis illi contiguis pro uſu & habitatione aliquorum Fratrum Ordinis Minorum, *de Obſervantia* nuncupatorum, in civitate Paduana de novo conſtrui, & ædificari fecerat, nondum tamen debito complemento refectum; quodque ipſa Sibylla ad hoc, quod unus in oratorio præfato ultra Fratres, ſecularis perpetuo deputaretur Presbyter, qui Miſſas, & alia divina Officia celebraret, ac ſervientium, moramque trahentium, necnon pauperum, & infirmorum, & aliarum miſerabilium perſonarum degentium pro tempore in Hoſpitali memorato confeſſiones audiret, & illis diligenter auditis, pro commiſſis, etiam in caſibus ſingulis Rectoribus parochialium Eccleſiarum reſervatis, eis pœnitentiam ſalutarem injungeret, ac Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtraret, necnon illorum decedentium corpora in oratorio ipſo, vel ejus cemeterio, poſtquam dedicata forent, tumulari valerent: competentes pro ejuſdem Presbyteri ſuſtentatione facultates & reditus tradere, & aſſignare proponens; eſſetque parata Rectori parochialis Eccleſiæ, infra cujus limites ipſum Hoſpitale conſiſteret, recompenſationem propterea congruam facere, & impendere, no-

nobiſque de parte ipſius Sibyllæ humiliter ſupplicato, ut ſuper præmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos tunc per alias noſtras litteras tibi dedimus in mandatis, quatenus ſi eſſet ita, poſtquam ipſa Sibylla, ut præmittitur, pro eadem dicti Presbyteri ſuſtentatione facultates & reditus tradidiſſet & aſſignaſſet eoſdem: necnon Rectori præfato recompenſationem hujuſmodi feciſſet & impendiſſet cum effectu, quod ipſe Presbyter in dicto Hoſpitali pro tempore exiſtens, Miſſas ibidem, & alia divina Officia celebrare &c.

§. II. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dictæ Sibyllæ petitio continebat, Fratres ipſi Eccleſiam, & oratorium hujuſmodi, abſque Sedis Apoſtolicæ ſpeciali licentia recipere, ipſeque Presbyter cum dictis Fratribus in Eccleſia, ſeu oratorio præfatis inſimul morari, & divina celebrare commode non poſſit; ac dicta Sibylla cupiens terrena in cœleſtia &c. commutare, de bonis ſuis hujuſmodi oratorium ſpeciale ab Eccleſia Fratrum præfatorum ſeparatum, in eodem Hoſpitali, in honorem & ſub vocabulo dicti Sancti fundare, & pro dicto Presbytero, ne ipſe, & Fratres præfati mutuo ſe impediant, ſufficienter dotare deſideret, pro parte ipſius Sibillæ fuit nobis denuo humiliter ſupplicatum &c.

§. III. Nos igitur &c. hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per &c. mandamus; quatenus, ſi eſt ita, præfatis Fratribus, ut Eccleſiam, ſive oratorium cum loco, habitatione eorumdem, & officinis hujuſmodi recipere & retinere, ſeu hactenus recepta mutare poſſint & valeant &c. dictæque Sibillæ ſpeciale oratorium præfatum, in quo ipſe Presbyter Miſſas celebret, Sacramenta miniſtret, & alia faciat, ut præfertur, fundandi, & dotandi, cujuſcumque alterius ſuper hoc licentia minime requiſita, plenam & liberam, auctoritate noſtra, licentiam largiaris: jure præfato, & cujuslibet in omnibus ſemper ſalvo.

Datum Florentiæ, XI. Kal. Aprilis, anno III.

XLII.

Frater Petrus de Frias inſtituitur Hoſpitalis Villæ-franchæ Præfectus. Ibidem fol. 180.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Toletan.

§. I. GErentes in deſideriis cordis noſtri, ut Hoſpitalia, & alia pia loca ſub bono & felici regimine augeantur, illa talibus perſonis libenter committi volumus, per quas bona ipſorum, & jura manuteneri valeant, ipſaque Hoſpitalia, atque loca ſalubriter gubernari.

§. II. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Petri de Frias, Ordinis Fratrum Minorum profeſſoris, magiſtri in Theologia petitio continebat, quod olim Hoſpitali pauperum Villæ-franchæ de Montes dè Oeta, Burgen. diœceſis cujus regimini quondam Didacus de Vergara, præfati Ordinis profeſſor, dum viveret, præſidebat, per ejuſdem Didaci obitum, qui extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, Rectore carente, cariſſima in Chriſto filia noſtra Blanca Regina Trinacriæ illuſtris, cariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli Regis Navarræ primogenita, vera patrona ipſius Hoſpitalis exiſtens in pacifica poſſeſſione, vel quaſi juris inſtituendi, ſeu deputandi perſonam idoneam in Rectorem ejuſdem Hoſpitalis, dum illud caret Rectore, præfatum Petrum in ipſius Hoſpitalis ſic Rectore carentis adminiſtratorem, ſeu Rectorem inſtituit, ſeu etiam deputavit, prout in dictæ Reginæ litteris inde confectis dicitur plenius contineri.

§. III. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, idem Petrus dubitet, inſtitutionem, ſeu deputationem hujuſmodi ex certis cauſis viribus non ſubſiſtere; &, ſicut accepimus, Hoſpitale præfatum adhuc, ut præfertur, Rectore carere noſcatur, licet dilecti filii Gudislaus Gundilavi de Vivorada Apoſtolica, & Joannes Garciæ de Balnas, qui pro Clericis dictæ diœceſis ſe gerunt, ordinaria auctoritatibus regimen dicti Hoſpitalis ſibi commiſſum fore prætendant: nos cupientes dicto Hoſpitali de Gubernatore ſecundum cor noſtrum utili & idoneo, per quem circumſpecte regi, & ſalubriter dirigi valeat, providere: ac volentes, dictum Petrum apud nos de religionis zelo, litterarum ſcientia, vitæ ac morum honeſtate, aliiſque laudabilibus probitatis, & virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu, necnon conſideratione ejuſdem Reginæ pro eodem Petro dilecto ſuo nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis, favore proſequi gratioſo, fraternitati tuæ &c. mandamus, quatenus vocatis Gudislavo, & Joanne præfatis, & aliis, qui fuerint evocandi, Hoſpitale præfatum, cujus fructus, reditus, & proventus duorum millium florenorum auri de Camera ſecundum communem æſtimationem, valorem annuum, ut aſſeritur, non excedunt, ſi, ut præmittitur, Rectore caret, & tempore datæ præſentium alteri canonice commiſſum non fuerit, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, juxta formam conſtitutionis fel. rec. Clementis Papæ V. prædeceſſoris noſtri in Concilio Viennen. ſuper hoc editæ, præfato Petro, ſi ſit alias idoneus, & aliud canonicum impedimentum non obſiſtat, per eum, quoad vixerit, tenendum, regendum, & gubernandum, auctoritate noſtra committas, inducens per te, vel alium, ſeu alios, eumdem Petrum, vel Procuratorem ſuum ejus nomine in corporalem poſſeſſionem Hoſpitalis, juriumque, & pertinentiarum præfatarum, & defendens inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, ac faciens ipſum Petrum, vel dictum Procuratorem pro eo ad hujuſmodi Hoſpitale, ut eſt moris, admitti, ſibique de ipſius Hoſpitalis fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus univerſis in ſuſtentationem pauperum & infirmorum, ac alias in utilitatem ipſius Hoſpitalis præfati, juxta earumdem conſtitutionem convertendis, & etiam exponendis, integre reſponderi. Contradictores auctoritate noſtra &c. non obſtantibus &c. quibus omnibus præfatum Petrum in ejuſdem Hoſpitalis aſſecutione volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis, quoad aſſecutionem aliorum Hoſpitalium, præjudicium generari. Seu ſi venerabili fratri noſtro Epiſcopo Burgen. vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod ad receptionem, vel proviſionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici &c.

Datum Florentiæ, IV. Idus Aprilis, anno III.

XLIII.

Domus ſancti Hieronymi Eugubin. transfertur ab Auguſtinianis ad Obſervantes. Ex lib. 2. de diverſis formis, an. 3. fol. 67.

Ad perpetuam rei memoriam.

Vide Conſtit. 28. hujus Pontif.

§. I. Humilibus ſupplicum votis &c. Sane pro parte dilecti filii nobilis viri Guidantonii Comitis Montis-feretri nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet Eccleſia Conventus Fratrum ſancti Hieronymi Ordinis Minorum, *de Obſervantia* nuncupatorum, extra muros Eugubin. dudum piis Chriſtifidelium eleemoſynis, caritativiſque ſuffragiis a quibuſdam religioſis viris, ſub regulari obſervantia Ordinis ſancti Augu-

ſtini

ſtini degentibus, conſtructa fuerit & erecta, ac dicti Fratres cum eiſdem Religioſis in dicto Conventu invicem habitarent, ibidem Domino famulantes: tamen poſtmodum, ſatore inſtigante zizaniæ, quibuſdam inter eos æmulationibus, diſſenſionibus & diſcordiis, occaſione ſuperioritatis loci dicti Conventus ſuſcitatis pariter & exortis, & præſertim ex eo, quod dilectus filius Ugolinus, unus ex dictis Fratribus, locum ipſum tamquam Priorатum Rectore carentem, a Sede Apoſtolica impetraverat, & de illo ſibi obtinuerat provideri, unde nonnulli ex eiſdem Fratribus & Religioſis exinde receſſerant, animo dedignati, & ad alia loca diverterant, dicto Ugolino ibidem tamquam Priore cum paucis remanente.

§. II. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, Ugolinus, & Fratres præfati ſentientes per quoſdam cives Eugubin. quod bonæ mem. Balthaſſar Epiſcopus Tuſculanen. tunc Joannes XXIII. votis dictorum civium annuens, eumdem locum Univerſitati ſeu Fraternitati ſancti Auguſtini, civitatis noſtræ Eugubin. in ſpiritualibus & temporalibus ſuppoſuerat, atque ſubjecerat, convenientes in unum, qui matura inter eos ſuper his deliberatione præhabita, ad augmentum divini cultus, & dicti loci reformationem, & directionem opportuna diligentia vigilantes, Eccleſiam dicti Conventus, ejuſque ædificia collabentia de bonis ad dictum Conventum pertinentibus, in ſpiritualibus & temporalibus reformarunt, ac etiam repararunt, illis animo & intentione, quod Fratres Minores *de Obſervantia* nuncupati inibi habitarent, & virtutum Domino deſervirent, prout jam per quinquennium inhabitarunt, & hodierna die inhabitant, Divina Officia in humilitatis ſpiritu ſedulo celebrantes. Quare pro parte dicti Comitis nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuppoſitionem & ſubjectionem per ipſum Epiſcopum, tunc Joannem XXIII. de præfato loco eidem Fraternitati, ut præfertur, factas caſſare & annullare, dictumque locum ſeu Conventum Eccleſiæ ſancti Franciſci Eugubin. dicti Ordinis Minorum ſubjacere debere, decernere & declarare, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. III. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ſuppoſitionem & ſubjectionem præfatas, necnon litteras dicti Epiſcopi, tunc Joannis XXIII. deſuper confectas, ac omnia in eis contenta, auctoritate Apoſtolica, per præſentes caſſamus, irritamus, annullamus, & haberi volumus pro infectis, ipſumque Conventum, ſive locum præfatæ Eccleſiæ ſancti Franciſci perpetuo ſubjacere ac ſubeſſe debere, eique incorporatum, annexum & unitum exiſtere, eadem auctoritate decernimus, & etiam declaramus: ita quod Prior & Fratres in dicto loco degentes, præſentes, & poſteri correctioni, privationi & ſuperioritati Generalis, Guardiani ſeu Cuſtodis dictæ Eccleſiæ ſancti Franciſci perpetuo ſint ſubjecti, eorumque monitis & mandatis pareant & intendant. Nos enim Guardiano & Fratribus in dicto loco pro tempore reſidentibus, ut omnibus & ſingulis privilegiis, indulgentiis &c. quibus ceteri ejuſdem Ordinis &c. uti & gaudere valeant, auctoritate præfata, de ſpeciali gratia indulgemus, non obſtantibus conſtitutionibus &c. ceteriſque contrariis quibuſcumque &c. Nulli ergo &c. noſtræ caſſationis, irritationis, annullationis, conſtitutionis, declarationis & conceſſionis infringere. Si quis &c.

Datum Florentiæ, III. Idus Aprilis, anno III.

XLIV.

XLIV.

Concedit Indulgentias iis, qui ad reparationem Eccleſiæ ſanctæ Mariæ in Pertica eleemoſynis accurrent. Ex eodem libro ſolio 285.

Univerſis &c. ſalutem &c.

ADDITIO ALIORUM. *Ut in Reg. Tomi 9. fol. 397.*

,, §. I. Licet is &c. Cum itaque, ſicut accepimus, Eccleſia domus Fra-
,, trum ſancti Franciſci Ordinis Minorum S. Mariæ in Pertica,
,, Mediolanen. diœceſis, in ſolitudine ſita, & in qua olim plures Fratres ſub
,, regulari Obſervantia Ordinis prædicti degentes, Altiſſimo famulabantur,
,, propter guerras, & malas illarum partium conditiones, deſtructa, & pe-
,, nitus a Fratribus derelicta, & divinus cultus jamdiu neglectus in ipſa
,, exiſtat, & in qua ad præſens unus Heremita reſidet, propter ejus vetu-
,, ſtatem minetur ruinam.
,, §. II. Nos cupientes, quod Eccleſia ipſa, ad quam, cauſa devotionis,
,, illarum partium confluit multitudo, congruis honoribus frequentetur, &
,, etiam reparetur, & ut fideles Chriſti eo libentius devotionis cauſa con-
,, fluant ad eamdem, & ad ejus reparationem manus promptius porrigant
,, adjutrices, quo ex hoc ibidem dono cœleſtis gratiæ uberius conſpexerint
,, ſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri &
,, Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus
,, & confeſſis, qui in Nativitatis, Circumciſionis, Epiphaniæ, Reſurrectio-
,, nis, Aſcenſionis, & Corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti, Pentecoſtes,
,, necnon in Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, Aſſumptionis bea-
,, tæ Mariæ Virginis, & Nativitatis ſancti Joannis Baptiſtæ, dictorum Apo-
,, ſtolorum Petri & Pauli, & ipſius Eccleſiæ dedicationis feſtivitatibus,
,, celebritate omnium Sanctorum, & ipſarum Nativitatis, Epiphaniæ, Reſur-
,, rectionis, Aſcenſionis, & Corporis Domini, necnon Nativitatis, & Aſſum-
,, ptionis beatæ Mariæ, & Nativitatis ſancti Joannis, & Apoſtolorum Petri
,, & Pauli prædictarum feſtivitatum octavas, & per ſex dies dictum feſtum
,, Pentecoſtes immediate ſequentes, prædictam Eccleſiam devote viſita-
,, verint annuatim, & ad hujuſmodi reparationem manus porrexerint ad-
,, jutrices, ſingulis videlicet feſtivitatum, & celebritatis duos annos & to-
,, tidem quadragenas: octavarum vero & ſex dierum prædictorum, diebus
,, quibus prædictam Eccleſiam viſitaverint, & manus &c. porrexerint cen-
,, tum dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus, præſenti-
,, bus, poſt decennium minime valituris.
,, §. III. Volumus autem quod ſi alias viſitantibus dictam Eccleſiam,
,, vel ad ejus reparationem ſeu fabricam manus adjutrices porrigentibus,
,, ſeu alias inibi pias eleemoſynas erogantibus, ſeu aliter aliqua alia indul-
,, gentia in perpetuum, vel ad certum tempus nondum elapſum duratura
,, per nos conceſſa fuerit, præſentes litteræ nullius exiſtant roboris vel mo-
,, menti.
,, Datum Florentiæ VI. Kalendas Maii.

XLV.

XLV.

Ut Obſervantes admittant Conventum in loco, la fonte de la Pergua. Ex lib. 1. de Regularibus, an. 3. fol. 175.

Venerabili fratri Epiſcopo Giennen.

§. I. DIlectos filios Miniſtrum Generalem, & Fratres Ordinis Minorum, ſuis exigentibus meritis, paternæ dilectionis plenitudine proſequentes, ad ea libenter intendimus, per quæ Ordo felicia, dante Domino, incrementa ſuſcipere valeat, atque in Domino jugiter propagari.

§. II. Cum itaque, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dictorum Miniſtri & Fratrum petitio continebat, dilectus filius nobilis vir Ferdinandus Paes Miles Corduben. ad Ordinem præfatum ſingularem gerens devotionis affectum, pro ſuæ, ſuorumque progenitorum animarum ſalute, quemdam locum, *la fonte de la Pergua* nuncupatum, in territorio de Audugar, tuæ diœceſis conſiſtentem, & ad ipſum Militem legitime pertinentem, eiſdem Miniſtro, & Fratribus pro nonnullorum dicti Ordinis Fratrum *de Obſervantia* nuncupatorum, inibi pro tempore morari volentium, uſu & habitatione aſſignavit & donavit, ipſique Miniſter & Fratres aliorum Chriſtifidelium, piis ad id concurrentibus eleemoſynis & ſuffragiis, in loco hujuſmodi unam domum cum Eccleſia, cœmeterio, campanili, campana, necnon hortis, hortalitiis, & aliis neceſſariis officinis, pro uſu & habitatione hujuſmodi condecenter conſtruere & ædificare, ſeu conſtrui & ædificari facere deſiderant & proponunt, ſi eis in præmiſſis Apoſtolicæ Sedis licentia, & auctoritas ſuffragentur.

§. III. Nos igitur &c. præfatorum Miniſtri & Fratrum ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi eſt ita, præfatis Miniſtro & Fratribus locum ipſum recipiendi &c. conſtruendi & ædificandi &c. auctoritate noſtra licentiam largiaris: non obſtantibus tam fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. &c. quam aliis Apoſtolicis &c. ceteriſque contrariis quibuſcumque. Jure tamen parochialis &c. ſemper ſalvo.

Datum Florentiæ, III. Kalendas Maii, anno III.

XLVI.

Privilegium conceditur Fratribus Boſnæ. Ex lib. 2. de diverſis formis, an. 4. fol. 177.

Dilecto filio Abbati de la Croma prope Raguſium.

§. I. JUſtis & honeſtis ſupplicum votis, illis præſertim, per quæ fides Catholica non ſolum defenditur adverſus hoſtes nominis Jeſu Chriſti, ſed per ſanam doctrinam, & ſalubria documenta evangelizantium verbum Dei, infidelium quoque converſionem ad Dominum in Barbarorum non credentium regionibus dilatatur, libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis. Exordium.

§. II. Sane pro parte dilectorum filiorum Rectoris, Conſilii, & Univerſitatis civitatis Raguſin. nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim ipſi provide attendentes & conſiderantes, quod præfata eorum civitas terris & locis ſchiſmaticorum & infidelium, qui in ſanguinem Chriſtianorum continuo debacchantur, eiſque & eorum bonis perſecutiones ac injurias inferunt & jacturas, nimium vicina exiſteret, quodque propterea eis, & aliis Raguſini ab Infidelibus oppreſſi.

ad

ad civitatem ipſam, & partes finitimas pro tempore declinantibus, diſcurrendo, prædando & ſpoliando, varias perſecutiones & moleſtias inferebant; intendentes ſe, quantum in eis erat, ab hujuſmodi vexationibus liberare, & ad ipſorum infidelium temeritatem, furorem & rabiem comprimendum, multis expenſarum profluviis, diverſiſque viis & modis ſalutaribus, mediantibus etiam dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum de Vicaria Boſnæ in illis partibus reſidentibus, qui per evangelicæ doctrinæ prædicationis miniſterium ad fidem Chriſti, & Divinæ Majeſtatis obſequia eoſdem infideles in viam ſalutis æternæ dirigunt & convertunt: quibus etiam iidem Rector, Conſilium, & Univerſitas, ut ferventius inſiſtant tam fructuoſis operibus, de publico alimenta tribuunt & miniſtrant, pluraſque Eccleſias, ac loca pro ipſorum uſu ac habitatione, ac Orthodoxæ fidei defenſione & incremento, magnis ſumptibus & laboribus conſtruxerunt, & etiam conceſſerunt, hujuſmodi infidelium loca eis propinqua ſibi ſubjici procurarunt, & procurant etiam de præſenti, nullis parcendo laboribus vel impenſis.

Variis modis liberari procurāt.

Conventus in loco Pontaſtagni extruitur.

§. III. Et licet poſt proviſionem hujuſmodi, præfati Rector, Conſilium, & Univerſitas ab olim, quædam loca, unum inter cetera ex locis eiſdem *Pontaſtagni* communiter nuncupatum, intra mare conſiſtentem, eidem civitati conterminum, & primitus nocivum, in quo infideles ipſi pro tempore commorantes, cives, habitatores & incolas civitatis præfatæ, ejuſque territorii & deſtrictus, & alios eis ſubditos Orthodoxæ fidei cultores, quoties verſus locum ipſum transfretantes tranſitum facere contingebat, capiebant & ſpoliabant, & variis afficiebant violentiis, injuriis, atque damnis, a Bano Boſnæ, ac Rege Raſſiæ illius loci tunc Dominis, non abſque gravibus ſumptibus, & ſub certa annua reſponſione pecuniæ, quæ adhuc illis perſolvitur annuatim, obtinuerant, & acquiſiverant: in quo quidem loco præfati Rector, Conſilium, & Univerſitas quemdam locum pro uſu & habitatione dictorum Fratrum cum Eccleſia, campana &c. & aliis neceſſariis officinis, & ſucceſſive alias Eccleſias pro Presbyteris ſecularibus ibidem pro tempore in divinis Domino ſervituris, de licentia Sedis Apoſtolicæ, conſtruxerunt ſeu conſtrui fecerunt, ut tam Fratres, quam Presbyteri hujuſmodi infideles ipſos, & alios incolas dicti loci ejuſdem doctrinæ præcepta docerent, & imbuerent ſalutaribus documentis, omnemque hæreſim & perfidiam de eorum mentibus extirparent: ſicut patuit ſucceſſive per operis evidentiam, quod infideles ejuſdem loci, ſplendore ſupernæ gratiæ illuſtrati paulatim ad fidem Catholicam ſunt converſi.

Locus idem munitur.

§. IV. Poſtmodum vero cum Rex, & Banus præfati, ac ſucceſſores eorum videntes in dicto loco *Pontaſtagni* fidem Chriſti conſurgere, & fideles converti, de conceſſione hujuſmodi condolentes, locum ipſum impugnare & recuperare molirentur, præfati Rector, Conſilium, & Univerſitas ibidem mœnia, & murorum ædificia cum neceſſariis fortalitiis, pro dicti loci tutela & cuſtodia contra infideles eoſdem fundarunt & conſtruxerunt, gravibus quamvis laboribus & expenſis; quas etiam pro hujuſmodi cuſtodia eos ſedulo oportet de neceſſitate ſubire, ne forte infideles ipſi navali adjuti præſidio ex inſidiis prodeuntes, ac locum ipſum carentem cuſtodibus occupantes, quos inibi ex fidelibus invenirent, immaniter trucidarent. Verum, ſicut eadem petitio ſubjungebat, quia poſt acquiſitionem dicti loci *Pontaſtagni* per eoſdem Rectorem, Conſilium, & Univerſitatem tantis laboribus, & expenſis pro pace fidelium, & augmento fidei, ut præfertur, factam, venerabilis frater noſter Nicolaus, & alii prædeceſſores ſui, qui fuerunt pro tempore Epiſcopi Curzolen. alias Stagnen. aſſerentes ratione juriſdictionis Epiſcopalis Sedis Curzolen. decimas, quarum fructus, reditus & proventus pro ma-

Epiſcopus Curzolen. decimas ſibi ſolvi prætendit.

majori parte in navalibus operibus, quæ per Raguſin. cives ibidem fiunt, pro tempore, conſiſtere dignoſcuntur, ex dicto loco ſibi deberi, licet locus ipſe, qui jam per trecentos annos extra obedientiam & devotionem Romanæ Eccleſiæ permanſit, nulla Epiſcopi & prædeceſſorum ſuorum præfatorum induſtria, opere, diligentia, vel labore ad fidem redierit Orthodoxam, ab eiſdem Rectore, Conſilio, & Univerſitate hujuſmodi decimas poſtulabat.

§. V. Tamdem ipſi veluti obedientiæ filii, volentes Eccleſiæ parere monitis & mandatis, de dictæ Sedis beneplacito, una cum præfatorum onerum ſupportatione, pro hujuſmodi decimis condecentem reſponſionem impendere, ratione decimarum hujuſmodi, cenſum centum ducatorum auri annuatim eidem Epiſcopo in recognitionem juriſdictionis hujuſmodi hactenus perſolverint, prout de præſenti perſolvunt: & nihilominus hujuſmodi Fratribus & Presbyteris, ſive Rectoribus parochialium Eccleſiarum in dicto loco pro tempore divinis obſequiis mancipatis, alimenta & alia vitæ neceſſaria de bonis eis a Deo collatis ſedulo tribuunt, & miniſtrant. Quare pro parte Rectoris, Conſilii, & Univerſitatis præfatorum, aſſerentium ſe pro acquiſitione ejuſdem loci, defenſione quoque, & augmento fidei magna expenſarum onera, & quamplurima gravamina ſubiiſſe, & continuo, ut præfertur, pro illius cuſtodia, & tuitione ſubire, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis, quod futuris temporibus ad ſolvendum ratione dictarum decimarum præfato Epiſcopo, aut Adminiſtratori, ſeu Commendatario dictæ Curzolen. alias Stagnen. Eccleſiæ pro tempore exiſtenti, vel cuicumque alteri perſonæ majorem cenſum dictorum centum ducatorum annis ſingulis minime teneantur, nec ad id inviti valeant coarctari, indulgere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Congrua aſſignatur.

§. VI. Nos igitur de præmiſſis certam notitiam non habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, atque committimus, quatenus de præmiſſis omnibus & ſingulis, auctoritate noſtra te diligenter informes, & ſi per informationem hujuſmodi ea inveneris veritate fulciri, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, præfatis Rectori, Conſilio, & Univerſitati, poſtquam ipſi præfatis Nicolao, vel ſucceſſoribus ſuis Epiſcopis Curzolen. qui erunt pro tempore, decimam, ſive cenſum hujuſmodi centum ducatorum auri in terminis, & locis, de quibus tibi, & eidem Epiſcopo videbitur, anno quolibet efficaciter perſolvuntur, quod ad aliquid ultra dictos centum ducatos, ratione hujuſmodi decimarum, dictis Epiſcopo, ſeu Adminiſtratori, vel Commendatario, aut cuicumque alteri perſonæ, vicem Epiſcopi inibi gerenti, quomodolibet perſolvendum, minime teneantur, nec ad id a quoquam inviti directe, vel indirecte valeant compelli, aut quomodolibet coarctari, auctoritate præfata concedas: ſtatuens & decernens eoſdem Rectorem, Conſilium, & Univerſitatem, quod perpetuis futuris temporibus, quando hujuſmodi cenſum centum ducatorum eiſdem Nicolao, vel ſucceſſoribus, aut cuicumque alteri perſonæ, vicem inibi Epiſcopi gerenti, realiter & pacifice perſolverint annuatim, ut præfertur, a cujuſcumque alterius majoris cenſus ſolutione, ſeu præſtatione, ratione hujuſmodi decimarum, ut præfertur, in poſterum faciendа, eſſe, & exiſtere debere liberos pariter, & immunes. Nos enim ex nunc irritum &c. Commiſſio facta Abbati de informatione recipienda.

Datum Florentiæ, vi. Idus Maii, anno III.

XLVII.

Eremitorium ſancti Jacobi Ceptæ erigitur in Monaſterium. Ex lib. 1. de Regularib. anno 3. fol. 197.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

§. I. IN eminenti ſpecula militantis Eccleſiæ Romanus Pontifex beati Petri, cæleſtis regni clavigeri, ſucceſſor, & Vicarius Jeſu Chriſti, habens ſuper orbis Eccleſias, & Monaſteria univerſa, aliaque loca religioſa plenitudinem poteſtatis, pervigilis more Paſtoris, ſuæ providentiæ oculis univerſum Orbem terrarum, & nationum in illo degentium, qualitates paterna conſideratione diſcutiens, & examinans diligenter, ex injuncto ſibi Apoſtolatus officio ſingulorum ſalutem appetens & exquirens, quædam ex locis hujuſmodi pro reductione infidelium ad ovile Dominicum, ad faſtigia Eccleſiaſticæ dignitatis attollit, & tamquam munificus diſpenſator donis ſpiritualibus, ac allectivis muneribus erga devotos ſuos ſuum aperit Apoſtolicæ largitatis theſaurum, præſertim verſus ea loca, in quibus in agro militantis Eccleſiæ novellæ plantationis in odorem ſuavitatis, & exaltationem Chriſtianæ fidei fructus in ubertate ſuccedit, Catholici populi profectus acquiritur, animarum ſalus procuratur, & divini cultus quæritur augmentum: unde quædam ex illis interdum pro incremento fidei orthodoxæ attollit per erectionis miniſterium, ac titulo decoris, & gradus amplioris illuſtrat, prout perſonarum & temporum qualitate penſata, id conſpicit in Domino ſalubriter expedire.

Joannes Rex Luſitanus Pontificem rogat, ut Eremitorium in Cœnobium conſtruat.

§. II. Nuper ſiquidem pro parte dilecti filii nobilis viri Petri, cariſſimi in Chriſto filii noſtri Joannis Portugalliæ, & Algarbii Regis illuſtris, ſecundogeniti, Ducis Colimbrien. nobis fuit expoſitum, quod cum idem Rex ſuorum præſidiis, & potentia ſuffultus, terraque, marique contra infidelium nationes ſuis regnis conterminas, bella movens, noviſſime civitatem Ceptæ, quæ per ipſos infideles tenebatur, multa potentia expugnaverit, atque devicerit; in qua, ſicut accepimus, quoddam Eremitorium in honorem, & ſub vocabulo *ſancti Jacobi* fundatum exiſtit, ac cupiat idem Dux, ſicut aſſerit, pro defenſione & augmento Catholicæ fidei, ac reductione infidelium, & aberrantium circumjacentium populorum, ipſum Eremitorium in Monaſterium, & Conventum Fratrum Ordinis Minorum erigi, & *Monaſterii* titulo decorari, in quo Guardianus & Fratres dicti Ordinis profeſſores, pro tempore virtutum Domino famulantes, ad divinæ Majeſtatis obſequia, quandoque per prædicationis miniſterium, quandoque ob ſingularem, & laudabilem vitam ſuam trahant alios per exemplum: pro parte dicti Ducis nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut dictum Eremitorium in Monaſterium erigere, ac in illo degentibus pro tempore de opportuno remedio providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Hujuſmodi petitioni annuere fidei Catholicæ proficit.

§. III. Nos igitur attendentes ex præmiſſis maximum Catholicæ fidei profectum veriſimiliter proventurum, ac debita illis gravitate diſcuſſis, matura prius cum venerabilibus Fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus ſuper hoc deliberatione præhabita, ac de ipſorum Fratrum conſilio & aſſenſu, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ad laudem & honorem Omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, ac beati Jacobi, ſub cujus vocabulo dictum Eremitorium eſt conſtructum, beatorum quoque Apoſtolorum Petri & Pauli, ac beati Franciſci, totiuſque cæleſtis Curiæ gloriam, ac exaltationem militantis Eccleſiæ, ipſorumque divini cultus, & fidei

fidei incrementum, fideliumque ſalutem, præfatum Eremitorium in Monaſterium Fratrum Ordinis præfati, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium erigimus, ac Monaſterium Fratrum ejuſdem Ordinis, dignitatis, & honoris titulo decoramus, & etiam inſignimus, ipſumque Eremitorium Monaſterium dicti Ordinis in memoriam indelebilem eorum, quæ in hac parte geruntur, perpetuis futuris temporibus volumus ab omnibus appellari. Statuentes, eadem auctoritate, & etiam decernentes, quod tam Prior & Guardianus, quam ceteri Fratres dicti Ordinis, qui in dicto Monaſterio pro tempore reſidebunt, omnibus & ſingulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, gratiis, & indultis eidem Ordini per Sedem Apoſtolicam conceſſis hactenus, & in poſterum concedendis, & quibus Miniſtri, Priores, & Guardiani, & Fratres ejuſdem Ordinis profeſſores ubilibet conſtituti de conſuetudine, vel de jure gaudent, & gaudebunt quomodolibet in futurum, uti valeant & etiam gaudere. Sancimus etiam, quod nullus ipſius prius Eremitorii Rector, vel Adminiſtrator illius poſſeſſiones auferre, aut ablatas retinere, ſeu minuere, aut ipſos Guardianum & Fratres, qui ibi pro tempore reſidebunt, aliquibus moleſtiis fatigare, ſeu temere perturbare præſumant, ſed omnia eis integra, & illibata ſerventur, eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnibus profutura, Sedis præfatæ reverentia in omnibus ſalva. Nos enim ex nunc irritum decernimus &c. Nulli ergo &c. noſtræ erectionis, decorationis, inſignitionis, ſtatuti, voluntatis, ſanctionis, & conſtitutionis infringere &c. *Licentia conceditur.*

Datum Florentiæ, IV. Nonas Junii, anno III.

XLVIII.

Monaſterium Monialium Mazarien. unitur Monaſterio Trapani. Ibidem, fol. 130.

Dilecto filio Decano Eccleſiæ Mazarien.

§. I. Digna reddimur attentione ſolliciti &c. Sane pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ, & Conventus ſanctæ Claræ terræ Trapani, Ordinis ejuſdem Sanctæ, Mazarien. diœceſis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum etiam ante quadraginta annos proxime præteritos, Monaſterium ejuſdem Sanctæ Mazarien. dicti Ordinis, propter guerrarum in illis partibus vigentium turbines, deſtitutionis opprimeretur incommodis, illius fere paſſim omnimoda ſuccedente ruina, Moniales, quæ tunc erant præfati Monaſterii Mazarien. in illo propter guerras eaſdem remanere commode non valentes, ſive major pars earum, ſuper hoc obtenta Superioris licentia, ad Monaſterium terræ hujuſmodi ſe tranſtulerunt, de illius inibi refectæ bonis, quamdiu agerent in humanis. *Ut in Reg. Tomi 9. fol. 541.*

§. II. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, Monaſterium Mazarien. præfatum, cujus Monialis aliqua non ſupereſt ad præſens, cujuſque quamplures poſſeſſiones, & bona per nonnullos laicos detinentur indebite occupata, & ſuper cujus fructibus, reditibus, & proventibus Abbatiſſæ & Conventui præfatis, pro refectionis hujuſmodi recompenſa, triginta florenorum auri ſumma annis ſingulis, auctoritate regia extitit aſſignata, illius etiam ſtructuris, & ædificiis collapſu proſtratis, deſolationis omnimodæ ſubjaceret opprobrio, ac Monaſterii terræ hujuſmodi facultates, & reditus adeo tenues ſint & exiles, quod de illis Abbatiſſa & Conventus præfatæ nequeant commode ſuſtentari pro tempore, ac eis incumbentia onera debite ſupportare: pro parte dictarum Abbatiſſæ & Conventus nobis fuit humili-

ter ſupplicatum, ut Monaſterium Mazarien. præfatum, cujus etiam poſſeſſionibus, & bonis occupatis, ut præfertur, adjunctis hujuſmodi ſeptuaginta cum omnibus ſuis juribus, & pertinentiis eidem Monaſterio dictæ terræ, cujus ducentorum florenorum ſimilium fructus, reditus, & proventus ſecundum communem &c. non excedunt, perpetuo unire, annectere, & incorporare, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. III. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ per &c. mandamus, quatenus, ſi vocatis, qui fuerint evocandi, ita eſſe inveneris, Monaſterium Mazarien. præfatum cum eiſdem juribus & pertinentiis Monaſterio terræ hujuſmodi, auctoritate noſtra in perpetuum incorpores, unias, & annectas. Ita quod liceat Abbatiſſæ & Conventui præfatis per ſe, vel alium, ſeu alios, corporalem Monaſterii Mazarien. juriumque & pertinentiarum præfatarum poſſeſſionem, auctoritate propria, libere apprehendere, ac hujuſmodi illius fructus, reditus, & proventus in ſuos, ac Monaſterii terræ ejuſdem uſus perpetuo convertere pariter, & retinere: Diœceſani loci & alterius cujuſvis ſuper hoc licentia minime requiſita: non obſtan. conſtitutionibus &c. contrariis. Proviſo, quod Eccleſia præfata ad profanos uſus velut hæreditas minime redigatur. Nos enim ex nunc irritum &c.

Datum Florentiæ, xv. Kalendas Julii, anno III.

XLIX.

Confirmatur unio facta Monaſterio ſanctæ Claræ Avenionen. de perpetua Capellania in Eccleſia dicti Monaſterii. Ibidem fol. 76.

Dilecto filio Decano Eccleſiæ ſancti Petri Avenionen.

§. I. ILla devotarum præſertim religioſarum perſonarum, quæ videlicet illecebris mundanis, & mortalis viri thoro propulſo, illi, qui ſpecioſus eſt præ filiis hominum, ſub regulari habitu continuum exhibent famulatum, vota, quæ ex devotionis fervore prodire, & divini cultus augmentum concernere conſpicimus, libenter ad exauditionis gratiam admittimus, & ut illibata perſiſtant, cum a nobis petitur, Apoſtolico munimine ſolidamus. Sane petitio pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii ſanctæ Claræ Avenionen. Ordinis ejuſdem Sanctæ, nobis nuper exhibita continebat, quod olim venerabilis frater noſter Guido Epiſcopus Avenionen. proſpiciens exacte, quod Monaſterium ipſum in ſuis fructibus, reditibus, & proventibus adeo diminutum exiſteret, quod de illis Abbatiſſa & Conventus præfatæ in Eccleſia ejuſdem Monaſterii ultra tres Miſſas per hebdomadam quamlibet celebrari facere non valebant, ad hoc, ut Monaſterium ipſum in facultatibus, & dicto cultu incrementum ſuſciperet, & in Eccleſia ipſa quotidie una Miſſa celebrari valeret, perpetuam Capellaniam in Eccleſia præfata, quam quondam Ludovica de Barateriis uxor, dum viveret, dilecti filii nobilis viri Andreæ Rapondi de Luca, civis Avenionen. fundaverat, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis Monaſterio præfato, ordinaria auctoritate, per ſuas litteras incorporavit, annexuit, & univit; ita quod Capellano ipſius Capellaniæ cedente, vel decedente, aut Capellaniam ipſam alias quomodolibet dimittente, liceret ex tunc eiſdem Abbatiſſæ & Conventui, per ſe, vel alium, ſeu alios, Capellaniæ, juriumque, & pertinentiarum præfatarum corporalem poſſeſſionem, auctoritate propria, libere apprehendere, ipſiuſque fructus, reditus, & proventus hujuſmodi in ſuos, & dicti Monaſterii, necnon trium aliarum per eas inſtituendarum, & ſingulis hebdomadis futuris tempori-

poribus in Eccleſia præfata celebrandarum Miſſarum, uſus convertere pariter & retinere, prout in dictis litteris dicitur plenius contineri. Quare pro parte Abbatiſſæ, & Conventus præfatarum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut incorporationi, annexioni, & unioni præfatis de dicta Capellania, cujus viginti quatuor, eidem Monaſterio, cujus ducentorum florenorum auri de Camera fructus, reditus &c. ſecundum comunem æſtimationem, ut eædem Abbatiſſa, & Conventus aſſerunt, non excedunt, ut præfertur, factis, pro eorum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ &c. dignaremur.

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ per &c. mandamus, quatenus, ſi eſt ita, incorporationem &c. auctoritate noſtra approbes pariter, & confirmes. Non obſtan. fundatione, ac conſtitutionibus &c. Apoſtolicis &c. ceteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quod eædem Abbatiſſa, & Conventus Capellaniam in uſus tenendo hujuſmodi, illius ratione, quæ illi forſitan juxta eamdem fundationem incumbunt, onera teneantur, & debeant ſupportare.

Datum Florentiæ, iv. Nonas Julii, anno iii.

L.

Ut quatuor principalia Terræ ſanctæ Cœnobia Minoribus confirment. Ex originaria Bulla.

Venerabilibus Fratribus Patriarchæ Graden. & Nicoſien. ac Colocen. Archiepiſcopis.

Ad aſſiduum Chriſti ſervitium deputatos &c. Cum itaque, ſicut accepimus, Montis-Sion, necnon Bethlehem, ac Sepulcri Dominici in Hieruſalem, & beatæ Virginis in Valle Joſaphat loca, dilectis filiis Guardiano, & Conventui Fratrum Ordinis Minorum dicti loci Montis-Sion, ceteriſque ipſius Ordinis Fratribus in prædictis locis degentibus, qui etiam loca ipſa per multa tempora poſſediſſe aſſerunt, pro eorum uſu & habitatione valde accomoda eſſe noſcantur. Nos attendentes pia opera, quæ dicti Fratres pro Catholicæ fidei incremento, per prædicationis miniſterium, ac alias in illis partibus jugiter exercent, volenteſque propterea Fratres ipſos favoribus proſequi gratioſis, Fraternitatibus veſtris &c. per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum, loca prædicta, quorum confinia præſentibus alias haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, Fratribus ipſis, dummodo ab eis per quinquaginta annorum ſpatium poſſeſſa fuerint, pro ſuis uſu & habitatione hujuſmodi in perpetuum, auctoritate noſtra concedatis, deputetis, & aſſignetis, facientes eos dictorum locorum pacifica poſſeſſione gaudere. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Et nihilominus Fratribus ipſis oblationes, quæ inibi pia largitione fidelium pro tempore erogabuntur, in eorumdem Guardiani & Fratrum, pro vitæ ſuæ ſuſtentatione uſus convertendas, per eorum Procuratores, ſeu Commiſſarios, quos Fratres ipſi, & eorum ſucceſſores ad hoc duxerint deputandos, colligi faciendi, eadem auctoritate licentiam largiamini, conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis & conſuetudinibus Ordinis prædicti, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque alia firmitate roboratis, ceteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque.

Datum Florentiæ, vii. Idus Julii, anno iii.

LI. *Ut*

LI.

Ut celebrare poſſint ante Auroram. Ex ipſo originali.

Dilectis filiis Guardiano, & Conventui Fratrum Ordinis Minorum Montis Sion, necnon ceteris in Bethlehem, ac Sepulcro Dominico in Hieruſalem degentibus ipſius Ordinis Fratribus.

Ut in Regeſt. Tomi 9. fol. 474.

SInceræ devotionis affectus &c. Veſtris itaque ſupplicationibus inclinati, ut Miſſam, antequam eluceſcat dies, circa tamen diurnam lucem, cum qualitas negotiorum id exegerit, liceat cuilibet veſtrum in Sacerdotio conſtituto celebrare, ac per alios Sacerdotes idoneos facere celebrari; ita quod id, nec vobis, nec Sacerdotibus taliter celebrantibus ad culpam valeat reputari, devotionibus veſtris, ac ſucceſſoribus veſtris, tenore præſentium, indulgemus: proviſo quod vos, & ſucceſſores ipſi hujus conceſſione parce utamini. Quare, cum in altaris officio immoletur Dominus noſter Dei filius, Jeſus Chriſtus, qui candor eſt lucis æternæ; hoc non in noctis tenebris fieri, ſed in luce congruit. Nulli ergo &c.

Datum Florentiæ, VII. Idus Julii, anno III.

LII.

Ut abſolvi poſſint in articulo mortis auctoritate Pontificia. Ex ipſo Autographo.

EISDEM.

PRovenit ex veſtræ devotionis effectu &c. Hinc eſt, quod nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut Confeſſor, quem veſtrum quilibet duxerit eligendum, omnium peccatorum veſtrorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fueritis, ſemel tantum in mortis articulo, plenam remiſſionem vobis in ſinceritate fidei, unitate ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac obedientia & devotione noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium, perſiſtentibus, auctoritate Apoſtolica concedere valeat, devotionibus veſtris, & ſucceſſorum veſtrorum, tenore præſentium, indulgemus. Sed ne, quod abſit, vos, & ſucceſſores ipſi propter hujuſmodi gratiam reddamini procliviores ad illicita in poſterum committenda, volumus, quod ſi ex confidentia remiſſionis hujuſmodi aliqua forte committeretis, quod illa prædicta remiſſio talia committentibus nullatenus ſuffragetur. Nulli ergo &c.

Datum Florentiæ, VII. Idus Julii, anno III.

LIII.

Eorum privilegia confirmantur. Ex Bulla originali.

EISDEM.

Vide in Regeſto Tom. 9. fol. 549.

CUm a nobis petitur, quod juſtum eſt &c. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates, gratias, indulgentias, & immunitates a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſive per privilegia, ſeu alias indulgentias, vobis & Ordini veſtro conceſſas, necnon libertates & exemptiones ſecularium exactionum a Regibus & Principibus, ac aliis Chriſtifidelibus ratio-

na-

nabiliter vobis, & Ordini prædicto indultas, ſicut eas juſte & pacifice obtinetis, quas præſentibus pro ſufficienter expreſſis haberi volumus, vobis & per vos eidem Ordini, auctoritate Apoſtolica, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c.

Datum Florentiæ, VII. Idus Julii, anno III.

LIV.

Ut deputent Fratrem, qui abſolvat excommunicationis ſententia irretitos. Ex ipſo originali.

EISDEM.

Votis veſtris &c. Cum itaque, ſicut accepimus, nonnullæ perſonæ utriuſque ſexus de diverſis mundi partibus, zelo devotionis accenſæ, vel debito voti aſtrictæ, Oratoria, & alia ſacra loca Terræ ſanctæ, abſque licentia Sedis Apoſtolicæ, ad quam pro ea impetranda perſonæ ipſæ, tum propter ignorantiam, tum propter viarum diſcrimina, locorumque diſtantiam venire omittunt, peregre viſitare conſueverint annuatim: Nos, qui ſingulorum Chriſtifidelium animarum ſalutem quærimus, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut aliquos ex Fratribus veſtri Ordinis in illis partibus degentes, ad hoc idoneos, & in Sacerdotio conſtitutos, qui annis ſingulis centum ex perſonis hujuſmodi, dummodo perſonæ ipſæ in contemptum præfatæ Sedis illuc non venerint, nec aliqua ſecum detulerint, quæ in profectum, vel utilitatem hoſtium fidei Chriſtianæ redundare valeant, ab excommunicationis ſententia, aliiſque ſententiis, cenſuris, & pœnis, quas propterea incurrerint, ſi hoc humiliter petierint, in forma Eccleſiæ conſueta, auctoritate Apoſtolica, abſolvere poſſint, injuncta tamen eis inde pro modo culpæ pœnitentia ſalutari, & aliis, quæ de jure fuerint injungenda, deputare valeatis, vobis, & ſucceſſoribus veſtris, eadem auctoritate, tenore præſentium, indulgemus. Nulli ergo &c.

Datum Florentiæ, IV. Idus Julii, anno III.

LV.

Ut abſolvere poſſint euntes in Terram ſanctam abſque licentia. Ex ipſo Autographo.

EISDEM.

Exigit veſtræ devotionis ſinceritas &c. Cum itaque &c. Nonnulli mercatores Veneti, & Januenſes, ac Cathalani, necnon aliarum Chriſtianitatis partium, aliique Chriſticolæ, qui in terris infidelium, ac inter ſchiſmaticos pro ſuis mercimoniis, & aliis inibi exercendis moram trahunt, & a quibus non modica percipitis ſubſidia, loca Terræ ſanctæ, veluti veri Catholici, in Nativitatis, & Reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti feſtivitatibus, ac alias annis ſingulis, abſque tamen licentia Sedis Apoſtolicæ, ad quam pro ea obtinenda, propter locorum diſtantiam commode venire non poſſunt, conſueverint viſitare: Nos &c. veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut veſtrum ſinguli in Sacerdotio tamen conſtituti mercatorum, & Chriſticolarum hujuſmodi, qui loca prædicta devotionis cauſa, ut præmittitur, viſitaverint, necnon uxorum, liberorum, ac familiarium ipſorum confeſſionibus diligenter auditis, ipſos de commiſſis, necnon ab excommunicationis ſententia, aliiſque cenſuris & pœnis, quas propter non pe-

petitionem, ſeu non obtentam licentiam hujuſmodi, quomodolibet incurrerint, ſi hoc humiliter petierint, in forma Eccleſiæ conſueta, auctoritate Apoſtolica abſolvere, ac eis Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare valeatis, injunctis tamen eis &c. quæ de jure fuerint injungenda, vobis, & veſtrum ſingulis, ac ſucceſſoribus veſtris, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, indulgemus. Nulli ergo &c.

Datum Florentiæ, IV. Idus Julii, anno III.

LVI.

Confirmatur aſſignatio domus ſancti Laurentii de Sala, in terra Bibienæ, Fratribus Alvernæ Montis facta. Ex lib. 1. de Regul. an. 3. fol. 96.

Dilecto filio Mariotto Angeli, Canonico Aretin.

Ut in Reg. Tomi 9. fol. 469.

§. I. SAcræ Religionis, ſub qua dilecti filii Guardianus, & Fratres domus Ordinis Minorum *de Obſervantia* nuncupatorum, loci de Alverna, Aretin. diœc. &c. Sane pro parte ipſorum Guardiani & Fratrum nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dudum bonæ memoriæ Boſus Epiſcopus Aretin. provide conſiderans quod in terra Bibienæ dictæ diœceſis excreverat populi multitudo, & propter raritatem parochialium Eccleſiarum, animarum ſaluti per prædicationis miniſterium, prout expediens erat, commode non providebatur, attendenſque, quod univerſitas dictæ terræ ad Fratres loci, & Ordinis prædictorum præcipuum gerebat devotionis affectum, ad ipſorum popularium, inſtantiam, parochialem Eccleſiam ſancti Laurentii de Sala in præfata terra conſiſtentem, quæ tunc tenues & exiles habere dicebatur proventus, cum omnibus domibus, habitationibus, juribus, & pertinentiis ſuis Guardiano, qui tunc erat, & Fratribus dicti loci per eos tenendam, gubernandam, & poſſidendam, auctoritate ordinaria conceſſit, applicavit, atque donavit &c. Cura tamen parochianorum dictæ Eccleſiæ, ac fructus, reditus, & proventus ejuſdem Eccleſiæ, Plebano pro tempore exiſtenti plebis ſancti .... dictæ terræ ſpecialiter reſervatis, prout in litteris dicti Epiſcopi deſuper confectis, ejuſque ſigillo in pendenti munitis, dicitur plenius contineri.

§. II. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, licet Guardianus & Fratres præfati Eccleſiam, domos, & habitationes eaſdem, hujuſmodi conceſſionis, applicationis, & donationis vigore fuerint aſſecuti, illaſque per annos octoginta, vel circa poſſederint, prout poſſident pacifice de præſenti: quia tamen dubitant, ſuper his per aliquos moleſtari poſſe, tempore procedente, pro parte Guardiani & Fratrum præfatorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut conceſſioni, applicationi &c. robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere &c. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ per &c. mandamus, quatenus, ſi eſt ita, conceſſionem &c. præfatas auctoritate noſtra approbes, & confirmes. Volumus autem, quod ſi ullo unquam tempore in dicta Eccleſia Rectorem, alias tamen canonice inſtitui contigerit, qui eamdem curam habeat exercere, ex tunc Guardianus & Fratres præfati Eccleſiam, domos, & habitationes eaſdem dicto Rectori libere dimittere, ac hujuſmodi ceſſioni cedere teneantur.

Datum Florentiæ, Kalendis Auguſti, anno III.

LVII.

LVII.

Ut omnes Hiſpanos ad Terræ ſanctæ loca profectos abſque Sedis Apoſtolicæ licentia, poſſint abſolvere. Ex originaria Bulla.

Dilectis filiis Guardiano, & Conventui Fratrum Ordinis Minorum Montis-Sion, necnon ceteris in Bethlehem, & Sepulcro Dominico in Hieruſalem &c.

Votis veſtris, præſertim per quæ animarum ſalus procuratur, libenter annuimus &c. Cum itaque, ſicut accepimus, nonnullæ perſonæ utriuſque ſexus de regionibus, & natione Hiſpaniarum, zelo devotionis accenſæ, vel debito voti aſtrictæ, Sepulcrum Dominicum, aliaque Oratoria, & loca ſacra Terræ ſanctæ, abſque licentia Sedis Apoſtolicæ, ad quam pro ea impetranda perſonæ ipſæ, tum propter ignorantiam, tum etiam propter viarum &c. Nos &c. noſtri Alphonſi tituli S. Euſtachii Diaconi Cardinalis, qui pro dicta natione nobis ſuper hoc humiliter ſupplicavit, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ut aliquos ex Fratribus veſtri Ordinis in illis partibus reſidentes, adhoc idoneos, in Sacerdotio conſtitutos, qui annis ſingulis perſonas hujuſmodi nationis, dummodo perſonæ ipſæ in contemptum &c. ipſorum confeſſionibus &c. injuncta tamen pro modo culpæ &c. injungenda, deputare, alioſque &c. indulgemus. Nulli ergo &c. *Ut in Regeſto Tom. 8. fol. 469.*

Datum Florentiæ xiv. Kalend. Septembris, anno iii.

LVIII.

Ut abſolvant Fratres ad Terræ ſanctæ loca profectos abſque facultate Apoſtolica. Ex originali.

Eisdem.

Votis veſtris &c. Cum itaque, ſicut accepimus, nonnulli Fratres Ordinis Minorum ex diverſis mundi partibus zelo devotionis accenſi, vel debito voti aſtricti, Sepulcrum Dominicum, aliaque Oratoria, & loca ſancta Terræ ſanctæ abſque licentia Sedis &c. Nos &c. veſtris in hac &c. inclinati, ut aliquos ex vobis ad hoc idoneos, & in Sacerdotio &c. qui Fratres ipſos, quotieſcumque occurrerit, dummodo tamen ipſi abſque eorum Superiorum licentia, & in contemptum præfatæ Sedis illuc non iverint &c. ab excommunicationis ſententia, aliiſque &c. abſolvere poſſint, injuncta eis &c. alioſque loco eorum ſubſtituere, libere, & licite valeatis, vobis, & ſucceſſoribus veſtris, eadem auctoritate, tenore præſentium indulgemus. Nulli ergo &c. *Ut ſupra.*

Datum Florentiæ, vii. Kalendas Septembris, anno iii.

LIX.

Confirmat fundationem Conventus Muris veteris. Ex lib. 1. de diverſis formis, an. 3. Martini, fol. 161.

Dilecto filio Officiali Valentin. Diœceſis ſalutem &c.

ADDITIO ALIORUM *Vide Conſtit. 26 hujus Pontif.*

„ §. I. Humilibus & honeſtis ſupplicum votis, illis, præſertim quæ
„ divini cultus augmentum, & religionis perſeverantiam re-
„ ſpiciunt, libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis.
„ §. II. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filii nobilis

„ viri Friderici Comitis de Luna petitio continebat, quod olim per claræ
„ memoriæ Mariam Reginam Aragonum, cujus ipſe nepos exiſtit, Petro
„ de Luna olim in ſua obedientia, de qua partes illæ ſuerunt, tunc Benedi-
„ cto XIII. nuncupato, expoſito, quod ipſa Maria Regina, propter ſpecia-
„ lem devotionis ardorem, quem ad Ordinem Fratrum Minorum geſſerat
„ hactenus, pro ut etiam tunc gerebat, quamdam domum cum Eccleſia,
„ & ſub vocabulo ſancti Spiritus, inſra deſerta territorii muri veteris, Va-
„ lentin. Diœceſis, conſtrui ſecerat, idem Petrus de Luna tunc Benedi-
„ ctus XIII. obedientia prædicta durante, venerabili Fratri noſtro Epiſco-
„ po Valentin. ejus proprio nomine non expreſſo, ſuis dedit litteris in
„ mandatis, ut ſi ita eſſet, auctoritate ipſius Petri, tunc Benedicti XIII.
„ ſtatueret & ordinaret, quod Guardianus & Vicarius prima vice in ea-
„ dem domo deputandi per bonæ memoriæ Franciſcum Patriarcham Hiero-
„ ſolymitanum, tunc domus Valentin. vel alium per eamdem Reginam di-
„ cti Ordinis profeſſorem in Theologia Magiſtrum, de voluntate, & con-
„ ſenſu ejuſdem Reginæ; ſucceſſores vero Guardiani, & Vicarii prædicto-
„ rum per Fratres dictæ domus, vel ipſorum majorem partem de triennio
„ in triennium, qui eorum officia poſſent, juxta Inſtituta prædicti Ordinis,
„ abſque alicujus confirmationis miniſterio exercere, quodque ipſe Guar-
„ dianus, & Fratres haberent ſacultatem recipiendi in Fratres ejuſdem do-
„ mus illos, qui in ea vellent prædictum Ordiuem pro tempore profiteri,
„ & ab eis profeſſionem hujuſmodi emittendam recipere, ipſeque Guardia-
„ nus, & in ejus abſentia Vicarius prædictus duobus Fratribus dictæ domus
„ de conſilio aliorum poſſet committere caſus retentos per Conſtitutiones
„ dicti Ordinis approbatas, necnon Fratres dictæ domus unum, vel plures
„ per totam Provinciam Aragoniæ, legitima de cauſa mittere ſecundum
„ prædicti Ordinis morem, & alios Fratres ejuſdem Provinciæ voluntarios
„ ad dictam domum adducere, qui in ea, de conſilio Fratrum Diſcretorum,
„ & antiquorum dictæ domus haberent reſidere, necnon ipſius domus Fra-
„ tres ratione delicti & ſcandali, de ſimili conſilio Diſcretorum & anti-
„ quorum, ſtatutis ejuſdem Ordinis laudabilibus obſervatis corrigere, &
„ etiam viſitare, punire, expellere, & incarcerare, & quod Guardianus,
„ Vicarius, & Fratres prædictæ domus eorumque familiares ab omni exa-
„ ctione, ſolutione, & ſatisfactione quarumcumque pecuniarum, ratione
„ expenſarum Prælatorum dicti Ordinis, cujuſcumque ſtatus, & ordinis fo-
„ rent, liberi eſſent penitus & immunes, quodque Miniſter prædicti Ordi-
„ nis in dicta Provincia pro tempore exiſtens non poſſet Fratres dictæ do-
„ mus ab ea removere, vel alibi mittere, ſine voluntate Guardiani, di-
„ ſcretorum, & antiquorum hujuſmodi, neque Guardianum ipſum viſitare,
„ corrigere, & punire, niſi ſolum & dumtaxat ratione ſcandali, vel deli-
„ cti, & de conſilio quatuor aut ſex Fratrum antiquorum, & diſcretorum
„ prædictæ domus, ac ſtatutis prædictis, ut præmittitur, obſervatis: & quod
„ venerabilis frater noſter Hugo Epiſcopus Valentin. ad executionem litte-
„ rarum prædictarum procedens, legitima ſtatuta, & ordinationes hujuſ-
„ modi, prædictarum litterarum vigore edidit, prout in eorumdem Petri
„ tunc Benedicti XIII. & Hugonis Epiſcopi, exinde confectis litteris,
„ plenius dicitur contineri. Quare pro parte dicti Comitis nobis fuit hu-
„ militer ſupplicatum, ut ſtatutis & ordinationibus hujuſmodi, pro eorum
„ ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere de beni-
„ gnitate Apoſtolica dignaremur.

„ §. III. Nos igitur de præmiſſis certam notitiam non habentes, hu-
„ juſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta

„ com-

,, committimus, & mandamus, quatenus ſi præmiſſa fore vera reperies,
,, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, ſtatuta & ordinationes prædi-
,, ctas, & alia inde ſecuta, auctoritate noſtra ratifices, approbes, & con-
,, firmes, non permittens eoſdem Guardianum, Vicarium, & Fratres di-
,, ctæ domus ſuper his per quoſcumque, contra tenorem litterarum, ac ſta-
,, tutorum, & ordinationum hujuſmodi indebite moleſtari, contradictores
,, per cenſuram &c. Non obſtantibus ſtatutis, & conſuetudinibus dicti Or-
,, dinis etiam juramento roboratis, necnon litteris Apoſtolicis generalibus,
,, vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus &c.
,, mentionem.
,, Datum Florentiæ, VIII. Idus Decembris, anno III.

Anno Christi 1420. Martini V. anno 4.

LX.

Ut erigi poſſint quatuor domus pro Obſervantibus, & tria Monaſteria pro Monialibus ſanctæ Claræ. Ex lib. 1. de diverſis formis, ann. 4. fol. 45.

Venerabili Fratri Epiſcopo Mantuan.

§. I. Piis votis fidelium &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectæ in Chriſto filiæ, nobilis mulieris Paulæ, dilecti filii nobilis viri Joannis Franciſci Militis, in civitate Mantuan. Imperialis Vicarii uxoris, petitio continebat, quod ipſa de propria ſalute recogitans &c. Mantuan. Mediolanen. & Placentin. civitatum, & Diœceſum vel alibi, ſicut ei videbitur, & placuerit, tria videlicet Monaſteria pro Sororibus, ſive Monialibus vivere debentibus ſecundum Ordinem, & Regulam ſanctæ Claræ, ab ejus primordiis inſtitutam, necnon quatuor loca Ordinis Fratrum Minorum *de Obſervantia* nuncupatorum cum Eccleſiis, capellis, altaribus, domibus, campanilibus &c. & aliis neceſſariis officinis, tam de propriis ſibi a Deo collatis, quam aliis bonis, quæ ad hoc a Chriſtifidelibus impendentur, & erogabuntur, fundari, erigi, & conſtrui facere proponit, ſi ad hoc Apoſtolicæ Sedis accedat aſſenſus. Quare pro parte dictæ Paulæ nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. *Ut in Reg. Tomi 9. fol. 421.*

§. II. Nos igitur, &c. hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ &c. mandamus, quatenus eidem Paulæ Monaſteria pro Sororibus, & loca præfata pro Fratribus hujuſmodi, proponentibus inibi mundanis abjectis illecebris in humilitatis ſpiritu, ſub Regulari Obſervantia dicti Ordinis, virtutum Domino famulari, cum Eccleſiis &c. & aliis officinis in eiſdem locis fundari, erigi, conſtrui, & ædificari faciendi, ac dotandi Monaſteria prælibata, ipſiſque Fratribus ad hoc voluntariis ad hujuſmodi loca, poſtquam, ut præfertur, fundata fuerint & conſtructa, declinandi, eaque pro eorum uſu & habitatione perpetuis recipiendi & habitandi, & in eorum Eccleſiis Miſſas, & alia divina Officia celebrandi, auctoritate noſtra licentiam largiaris. Nos enim, ſi per te eidem Paulæ, vigore præſentium, hujuſmodi licentiam indulgeri contingat, Sororibus in Monaſteriis, & Fratribus præfatis in locis hujuſmodi fundatis, & conſtructis, divinis obſequiis mancipatis, pro tempore reſidentibus, ut omnibus & ſingulis privilegiis, immunitatibus &c. eidem Ordini a dicta Sede conceſſis, & in poſterum concedendis uti, & gaudere libere, & licite valeant &c. indulgemus, non obſtan. tam fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. quam aliis conſtitutionibus &c. con-

contrariis quibuſcumque. Jure tamen Ordinariorum, ac parochialium Eccleſiarum, & aliorum quorumlibet in omnibus ſemper ſalvo.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, vi. Kalendas Decembris, an. iv.

LXI.

Confirmatur fundatio Monaſterii Corporis Chriſti Mantuan. Ex lib. de Regularibus, an. 4. fol. 72.

Eidem.

Ut in Regeſt. Tom. 7. fol. 429. INter univerſa opera divinæ placita voluntati fundare &c. Sane pro parte dilectæ in Chriſto filiæ, nobilis mulieris Paulæ, dilecti filii nobilis viri Joannis Franciſci Militis, in civitate Mantuan. Imperialis Vicarii uxoris, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipſa cupiens &c. in certo loco dictæ civitatis, ad id congruo & honeſto, quoddam Monaſterium Sororum, ſive Monialium Ordinis ſanctæ Claræ, quæ inibi, ſub obſervantia regulari ejuſdem Sanctæ, ab ipſius primordiis inſtituta, Domino opitulante, vivere proponunt, ſub vocabuloglorioſiſſimi Corporis Chriſti fundavit, & pro majori ejus parte ædificari fecit. Quare pro parte dictæ Paulæ nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. Nos igitur &c. hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ &c. mandamus, quatenus, ſi eſt ita, fundationem & ædificationem ejuſdem Monaſterii, aliaque circa præmiſſa per ipſam Paulam geſta, auctoritate noſtra approbes & confirmes, ac ſuppleas illos defectus, qui forſan ob ſolemnitates omiſſas, quæ a jure in talibus requiruntur, interveniſſent quomodolibet in eiſdem. Et nibilominus pro ipſius Monaſterii augmento eidem Paulæ, ut illius Eccleſiam & ædificia cum altari, campanili &c. & aliis neceſſariis officinis ampliari facere valeat, eadem auctoritate concedas, conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis &c. ceteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque, jure tamen parochialis Eccleſiæ, & cujuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvo.

Datum Romæ, apud ſanctum Petrum, v. Kal. Decembris, anno iv.

LXII.

Ut Franciſchinam de Gluxiano præficiat in Abbatiſſam Monaſterii Corporis Chriſti Mantuan. Ibidem, fol. 73.

Eidem.

Ut in Regeſto Tomi 6. fol. 466. §. I. INter ſollicitudines varias &c. Hodie ſiquidem pro parte dilectæ in Chriſto filiæ, nobilis mulieris Paulæ, dilecti filii nobilis viri Franciſci Militis, in civitate Mantuan. Imperialis Vicarii uxoris, nobis expoſito, quod ipſa de bonis ſibi a Deo collatis, in certo loco dictæ civitatis, & ad id congruo & honeſto, quoddam Monaſterium Sororum, ſive Monialium Ordinis ſanctæ Claræ, quæ inibi, ſub obſervantia regulari ejuſdem Sanctæ, ab ipſius primordiis inſtituta, vivere proponebant, ſub vocabulo glorioſiſſimi Corporis Chriſti fundaverat, & pro majori parte ejus ædificari fecerat. Nos tibi per alias noſtras litteras dedimus in mandatis, ut fundationem & ædificationem ejuſdem Monaſterii, auctoritate noſtra approbares & confirmares, ac ſuppleres illos defectus, qui ob ſolemnitates omiſſas, quæ a jure in talibus requiruntur, interveniſſent in eiſdem. Et nihilominus pro ipſius Monaſterii augmento eidem Paulæ, quod illius Eccleſiam & ædificia cum altari, campanili &c. & aliis neceſſariis officinis ampliare valeret, eadem

dem auctoritate concederes, prout in eiſdem litteris plenius continetur.

§. II. Cupientes igitur præfato Monaſterio, poſtquam conſtructum & perfectum fuerit, ut præfertur, ne longæ vacationis exponatur incommodis, utilem & idoneam, per quam Monaſterium ipſum circumſpecte regi, & ſalubriter dirigi valeat, per Apoſtolicæ Sedis providentiam præeſſe perſonam, ac de meritis, & idoneitate dilectæ in Chriſto filiæ Franciſchinæ de Gluxiano, Monaſterii ſanctæ Urſulæ Mediolanen. Ordinis ejuſdem Sanctæ, quæ, ut aſſeritur, Ordinem ipſum expræſſe profeſſa, & in ætate legitima conſtituta, ac de legitimo matrimonio procreata, ac alias ad ipſius Monaſterii regimen utilis & idonea exiſtit, certam notitiam non habentes, Fraternitati tuæ, de qua in his, & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica &c. & mandamus, quatenus de ſufficientia, & idoneitate dictæ Franciſchinæ, auctoritate noſtra te diligenter informes, & ſi per informationem hujuſmodi ipſam ad hoc utilem & idoneam eſſe inveneris, ſuper quo tuam conſcientiam&c. eidem Monaſterio de perſona ejuſdem Franciſchinæ, eadem auctoritate provideas, ipſamque illi præficias in Abbatiſſam, curam & adminiſtrationem ſibi in &c. committendo, ſibique facias a ſuis ſubditis obedientiam, & reverentiam debitas exhiberi. Et nihilominus eidem Franciſchinæ, ſi per te de perſona ſua præfato Monaſterio provideri contigerit, ut præfertur, munus benedictionis impendas, vel per alium Catholicum Antiſtitem gratiam, & communionem dictæ Sedis habentem, impendi facias & procures. Volumus autem, quod tu, ſeu idem Antiſtes qui eidem Franciſchinæ præfatum munus impendes, ſeu impendet, poſtquam illud impenderis, ſeu impenderit, ab ipſa, noſtro & Romanæ Eccleſiæ nomine, fidelitatis debitæ ſolitum recipias, ſeu recipiat juramentum, juxta formam, quam ſub Bulla noſtra mittimus intercluſam: formam autem juramenti, quod dicta Franciſchina præſtabit, nobis de verbo ad verbum tu, vel dictus Antiſtes per tuas, vel ejus patentes litteras, tuo, vel ſuo ſigillo ſignatas, per proprium nuncium quantocyus deſtinare procures, ſeu procuret, quodque per hoc Epiſcopo Mantuan. pro tempore exiſtenti, cui dictum Monaſterium ordinario jure ſubeſſe dignoſcitur, nullum in poſterum præjudicium generetur.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, VI. Kal. Decembris, anno IV.

LXIII.

Prohibetur aditus ad dictum Monaſterium. Ibidem fol. 72.

Ad futuram rei memoriam.

§. I. UT inter æternæ beatitudinis amatrices, quæ, habitu Religionis aſſumpto, uni Viro, Chriſto videlicet ſe voto celebri deſponſarunt, flores honoris, & honeſtatis fructus in ubertate concreſcant, & ne, dum divinis officiis harum ſedulitas officioſa verſatur, aliquid obrepat, quod fructum ſalutis impediat, oculoſque divinæ Majeſtatis offendat, illis petitionibus libenter annuimus, per quas ad vitam, ſcilicet viam mandatorum Domini, amatricibus hujuſmodi amplam ſemitam præparari videmus.

§. II. Hodie ſiquidem pro parte dilectæ in Chriſto filiæ, nobilis mulieris Paulæ, dilecti in Chriſto filii nobilis viri Joannis Franciſci Militis, in civitate Mantuan. Imperialis Vicarii uxoris, nobis expoſito, quod ipſa de bonis ſibi a Deo collatis, in certo loco ad id congruo & honeſto dictæ civitatis, quoddam Monaſterium Sororum, ſive Monialium Ordinis ſanctæ Claræ, quæ inibi, ſub obſervantia regulari ejuſdem Sanctæ, ab ipſius primordiis inſti-

ſtituta, vivere proponebant, ſub vocabulo glorioſiſſimi Corporis Chriſti fundaverat, & pro majori ejus parte ædificari fecerat, nos venerabili fratri noſtro Epiſcopo Mantuan. per alias noſtras dedimus in mandatis, ut fundationem & ædificationem hujuſmodi, auctoritate noſtra confirmaret, & approbaret, ac ſuppleret illos defectus, qui ob ſolemnitates omiſſas, quæ a jure in talibus requiruntur, interveniſſent quomodolibet in eiſdem, ac nihilominus pro ipſius Monaſterii augmento eidem Paulæ, quod illius Eccleſiam & ædificia cum altari, campanili &c. ac aliis neceſſariis officinis ampliare valeret, licentiam, eadem auctoritate concederet, prout in eiſdem litteris plenius continetur. Nos igitur attendentes, quod mulierum ſexus fragilis, lubrica pudicitia, & tenera fama eſt, ipſius Paulæ in hac parte ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica, præſenti, perpetua, & irrefragabili conſtitutione ſtatuimus & etiam ordinamus, quod de cetero nullus Clericus ſecularis, vel Religioſus, aut laicus, ſeu alia perſona quæcumque, cujuſcumque ſtatus, gradus, Ordinis, vel conditionis fuerit, ſepta dicti Monaſterii, ſub excommunicationis pœna, quam contra facientes incurrere volumus ipſo facto, abſque expreſſis licentia, & conſenſu Abbatiſſæ pro tempore exiſtentis, & ſeniorum Monialium dicti Monaſterii, niſi in infirmitatis, vel viſitationis caſibus, aut aliis evidentis utilitatis ejuſdem Monaſterii neceſſitatibus pro tempore ingruentibus, prout ipſius Abbatiſſæ & ſeniorum conſcientias oneramus, ingredi quoquo modo præſumant, abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, faciente plenam & expreſſam &c. Nulli ergo &c.

Datum Romæ, apud ſanctum Petrum, vi. Kal. Decembris, anno iv.

LXIV.

Ut ſe conforment Ordini, & Regulæ ſanctæ Claræ. Ibidem, fol. 176.

Dilectis in Chriſto filiabus, Sororibus Monaſterii Corporis Chriſti Mantuan.

Vide in Regeſto tom. 8. Conſt. 49. Innoc. VI.

SAcræ Religionis Obſervantia &c. Cum itaque, ſicut exhibita nobis pro parte veſtra petitio continebat, dilecta in Chriſto filia, nobilis mulier Paula &c. (*ut ſupra*) quoddam Monaſterium, ſub vocabulo Corporis Chriſti, pro uſu & habitatione unius Abbbtiſſæ & Monialium Ordinis ſanctæ Claræ, in illo pro tempore Domino deſervire volentium fundaverit, ac propterea cupiatis, ſub Regula, & Ordine dictæ Sanctæ de Apoſtolicæ Sedis licentia, inibi immorari, nos prædictæ Domicellæ, ac veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut tam vos in præſentiarum, quam Abbatiſſa, & reliquæ Sorores in illo divinis obſequiis mancipatæ, ſecundum Ordinem & Regulam dictæ Sanctæ ab ejus primordiis inſtituta, vivere, regularemque profeſſionem per alias ejuſdem Ordinis Sorores emitti conſuetam, emittere, voſque illius regularibus Inſtitutis per omnia coaptare, ac conformare libere & licite valeatis, devotioni veſtræ &c. indulgemus. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, vi. Kal. Decembris, anno iv.

LXV.

Ut poſſint eligere pro arbitrio Presbyterum in ſuum Confeſſorem. Ibidem fol. 36.

Eisdem.

Ut ſupra.

SAcræ Religionis Obſervantia &c. Hinc eſt, quod nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis, auctoritate Apoſtolica indulgemus,

mus, ut quotieſcumque contigerit, vos aliquorum ex Fratribus Ordinis Minorum, ſub quorum cura degitis, pro confeſſionibus audiendis, miniſtrandis Eccleſiaſticis Sacramentis, Miſſis quoque, & aliis divinis Officiis audiendis, in caſibus neceſſariis præſentiam commode habere non poſſe, aliquem Presbyterum ſecularem, ſeu Religioſum Ordinis cujuſcumque alias idoneum, ac laudabilis converſationis & famæ, Abbatiſſæ tamen, quæ pro tempore fuerit & duarum partium ex tribus Monialium veſtri Monaſterii ad id accedente conſenſu, in hujuſmodi caſibus, in veſtrum poſſitis eligere Confeſſorem, qui quoties vobis, aut veſtrum alicui fuerit opportunum, confeſſionibus veſtris diligenter auditis, vos & veſtrum quamlibet ab omnibus peccatis, de quibus corde contritæ, & ore confeſſæ fueritis, in caſibus etiam, in quibus Rectores parochialium Eccleſiarum parochianos ſuos abſolvere poſſunt, abſolvere, vobiſque hujuſmodi Sacramenta in eiſdem caſibus miniſtrare, libere & licite valeat, ac etiam pro commiſſis debitam vobis abſolutionem impendere, & injungere pœnitentiam ſalutarem, niſi forſan talia fuerint, propter quæ Sedes Apoſtolica ſit merito conſulenda. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, VI. Kal. Decembris, anno IV.

ANNO CHRISTI 1421. MARTINI V. ANNO 4.

LXVI.

Conceditur eis Eccleſia ſancti Salvatoris in Baruto. Ibibem fol. 62.

Dilectis filiis Guardiano & Conventui Fratrum Ordinis Minorum Montis Sion.

Salutare ſtudium, & ſincerus veſtræ caritatis zelus ad conſervationem, dilatationemque fidei Catholicæ, ac Chriſtianæ Religionis honeſtas, ſub qua devotum exhibetis Altiſſimo famulatum, promerentur, ut petitionibus veſtris, præſertim in his quæ ad fomentum piæ devotionis fidelium, ac ejuſdem fidei ſemper recolenda miniſteria ſubſerviunt & conferunt, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Cum itaque locus Fratrum Ordinis Minorum Eccleſiæ ſancti Salvatoris in Baruto, quem vos, & Fratres ipſi per longa temporum ſpatia, ſicut fuimus fide dignorum relatione ſufficienter informati, poſſediſtis aſſidue, ac etiam poſſidetis de præſenti, pro veſtrorum, & aliorum Fratrum in eiſdem partibus Ultramarinis degentium, uſu & habitatione non parum accommodus eſſe noſcatur. Nos attendentes laudabilia piæ devotionis & caritatis opera, quæ vos & Fratres hujuſmodi, tam per aſſiduæ prædicationis miniſterium, ad ipſius ædificationem & incrementa Fidei, quam pias Chriſtifidelium illuc in dies peregrinantium recollectionem, diverſionem & conſolationem, ac alias multipliciter in illis partibus exercetis jugiter. Volenteſque propterea vos favoribus proſequi gratioſis, etiam veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, locum præfatum, cujus confinia, quantitatem, & qualitatem præſentibus haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, oblationibus & emolumentis ad illum pertinentibus, ſeu provenientibus, in veſtram, & ipſorum Fratrum inibi degentium ſuſtentationem, ac dicti loci, ædificiorumque ejus reparationem, & utilitatem convertendis, vobis, & Fratribus ipſis, & ſucceſſoribus veſtris per vos, & ipſos in perpetuum tenendum, regendum, & etiam poſſidendum &c. Donamus, concedimus, deputamus, & aſſignamus, necnon oblationes, & emolumenta

ta præfata per aliquem procuratorem, ſeu commiſſarium ad hoc per vos deputandum, & pro ſola voluntate veſtra, quoties vobis videbitur, amovendum, & ejus loco alium ſubſtituendum, colligi & recipi faciendi, eadem, auctoritate &c. licentiam elargimur, conſtitutionibus &c. ac ſtatutis & conſuetudinibus dicti Ordinis &c. contrariis non obſtantibus quibuſcumque &c. Nulli ergo &c. noſtræ donationis, conceſſionis, deputationis, aſſignationis, & conſtitutionis infringere &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, xvi. Kal. Martii, anno iv.

In eumdem modum venerabilibus Fratribus Creten. & Nicoſien. ac Colocen. Archiepiſcopis, ut eos facerent pacifica dictæ Eccleſiæ poſſeſſione perfrui.

LXVII.

Ut ipſi, & Sacerdotes ſeculares poſſint celebrare duabus horis ante auroram. Ibidem fol.69. & ex ipſo autographo.

Dilectis filiis Guardiano & Conventui Fratrum Ordinis Minorum Montis Sion, necnon ceteris in Bethleem, ac ſepulcro Dominico degentibus ipſius Ordinis Fratribus.

Ut in Regeſto Tom.9. fol.469. SInceritas veſtræ devotionis, & ſacræ Religionis, ſub qua &c. Hinc eſt, quod nos veſtris devotis precibus inclinati, ut Miſſam priuſquam illuceſcat dies, etiam per duas horas ante diurnam lucem, cum qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exegerit, vobis & veſtrum ſingulariter, ac ſucceſſoribus veſtris Ordinis Minorum Fratribus, in Monte Sion, ſive in Bethlehem, aut ſepulcro Dominico in Hieruſalem pro tempore reſidentibus, in Presbyteratus tamen ordine conſtitutis, necnon omnibus & ſingulis Catholicis Sacerdotibus cujuſcumque ſtatus, dignitatis, gradus, ordinis, & conditionis extiterint, ad ipſa loca Terræ ſanctæ cauſa piæ devotionis profectis, ad ſpiritualem eorumdem peregrinorum fructum & conſolationem, ac celeriorem opportunam ipſorum expeditionem, præſertim ob grave Sarracenorum, aliorumque infidelium, illuc die luceſcente interdum diſcurrentium, vitandum impedimentum, atque periculum, in præfatis & aliis Terræ ſanctæ devotis oratoriorum locis celebrare &c. devotioni veſtræ, auctoritate Apoſtolica &c. indulgemus. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, iv. Idus Martii anno iv.

LXVIII.

Ut Fratres poſſint admittere quatuor loca in partibus Italiæ. Ex lib.1. de Regularibus, ann.4. fol.70.

Venerabili fratri Epiſcopo Aſten.

§. I. PIis ſupplicum votis, illis præſertim, quæ Religionis propagationem & divini cultus augmentum reſpiciunt, libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis.

§. II. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Vincentii de Coriis, profeſſoris Ordinis Fratrum Minorum *de Obſervantia* nuncupati, petitio continebat, quod, cum nonnulli Chriſtifideles in diverſis mundi partibus exiſtentes &c. nonnulla loca juſtis titulis acquiſita &c. pro uſu & habitatione perpetuis dictorum Fratrum pia largitione dare & aſſignare proponant, in quibus idem Vincentius eorumdem fidelium adjutus caritativis ſuf-

ſuffragiis, domos cum Eccleſiis &c. & aliis neceſſariis officinis &c. conſtruere & ædificare, ac conſtrui & ædificari facere intendit &c. pro parte dicti Vicentii nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſibi quatuor ex hujuſmodi locis in partibus Italiæ conſiſtentibus, & ab eiſdem fidelibus largitione ſimili condonandis, recipiendi, & præmiſſa alia faciendi, licentiam concedere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur &c. fraternitati tuæ per &c. mandamus, quatenus vocatis dilectis filiis locorum Ordinariis, in quorum diœceſi hujuſmodi loca fuerint ſituata, ac Generali Miniſtro dicti Ordinis, ſi in hoc evocati ipſi conſenſerint &c. præfato Vincentio hujuſmodi quatuor loca, ſi illa ſibi ab eiſdem fidelibus donari & aſſignari contigerit, ut præfertur, pro ſuo, & Fratrum eorumdem uſu & habitatione recipiendi &c. auctoritate noſtra, hac vice dumtaxat licentiam elargiaris. Et nihilominus Fratribus ejuſdem domus, quos in eiſdem locis, ſive conſtruendis domibus, pro tempore morari, ſeu reſidere contigerit, ut præfertur, omnibus & ſingulis privilegiis &c. gaudere libere &c. auctoritate concedas. Non obſtan. tam fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. quam aliis Apoſtolicis &c. contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, IV. Nonas Aprilis anno IV.

LXIX.

Ut poſſint Confeſſorem eligere. Ibidem fol. 161.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii Corporis Chriſti Mantuan. Ordinis ſanctæ Claræ.

SAcræ Religionis obſervantia &c. Hinc eſt, quod nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis &c. indulgemus, ut Generalis Miniſter pro tempore exiſtens, Ordinis Fratrum Minorum, ſub cujus cura, & protectione degitis, quoties eum duxeritis requirendum, pro confeſſionibus & Miſſis audiendis, & miniſtrandis eccleſiaſticis Sacramentis, de aliquibus Fratribus laudabilis converſationis, & vitæ profeſſoribus dicti Ordinis *de Obſervantia* nuncupati, pro tempore providere poſſit & debeat, qui veſtris confeſſionibus diligenter auditis, pro commiſſis vobis debitam abſolutionem impendant, & injungant pœnitentiam ſalutarem, etiam in caſibus, in quibus Provinciales Miniſtri dicti Ordinis pro tempore exiſtentes, abſolvendi habent poteſtatem, juxta præfati Ordinis inſtituta. Et nihilominus in eventum ſi eorumdem Fratrum præſentiam habere commode nequeatis, Abbatiſſæ tamen ejuſdem, & duarum partium ex tribus Monialium ſeniorum ejuſdem Monaſterii ad id accedente conſenſu, quemcumque alium ſecularem, vel religioſum Presbyterum, cujuſcumque Religionis, vel conditionis extiterit, qui trigeſimum ſuæ ætatis annum peregit, in veſtrum poſſitis eligere Confeſſorem, qui etiam confeſſionibus hujuſmodi diligenter auditis, pro commiſſis vobis debitam abſolutionem impendat modo præmiſſo, & injungat pœnitentiam ſalutarem, niſi forſan talia fuerint, propter quæ Sedes Apoſtolica ſit merito conſulenda. Nulli ergo noſtræ conceſſionis infringere &c. ſi quis &c.

Vide in Regeſto Tom. 8. Conſtit. 49. Innoc. VI.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, IV. Nonas Maii anno IV.

LXX.

Ut fruantur iiſdem privilegiis, ac Fratres domus Montis Sion. Ibidem fol. 196.

Dilectis filiis Guardiano, & Fratribus domus Fratrum Ordinis Minorum de Obſervantia nuncupatorum, in civitate Cepten. conſtitutis.

Vide ut ſupra. SAcræ Religionis obſervantia &c. Cum itaque, ſicut exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, dilectus filius nobilis vir Petrus Dux Colimbrien. cariſſimi in Chriſto filii noſtri Joannis Portugalliæ, & Algarbii Regis illuſtris, ſecundo genitus, quamdam domum in civitate Cepten. pro uſu & habitatione unius Guardiani, & Fratrum Ordinis Minorum *de Obſervantia* nuncupati, in illa pro tempore Domino deſervire volentium, in qua ad præſens in humilitatis ſpiritu virtutum Domino laudabilem impenditis famulatum, de bonis ſibi a Deo collatis noviter fundavit, atque erexit, vosque propterea proponatis inibi, juxta præfati Ordinis inſtituta regularia, de Apoſtolicæ Sedis licentia de cetero commorari. Nos pium veſtrum in hac parte propoſitum condignis in Domino laudibus extollentes, veſtriſque, & ejuſdem Ducis ſupplicationibus inclinati, ut tam vos, quam Guardianus, & reliqui Fratres in domo præfata &c. omnibus & ſingulis privilegiis &c. Fratribus aliis domus de Sion Hieroſolymitan. dicti Ordinis &c. conceſſis, & quibus Fratres ipſius domus de Sion utuntur & gaudent, uti & gaudere libere, & licite valeatis, devotioni veſtræ &c. indulgemus. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, IV. Idus Junii anno IV.

LXXI.

Inſtituitur Commendatarius bonorum ad menſam Epiſcopalem Bethlehemitan. ſpectantium in Legionis & Caſtellæ Regnis. Ibidem.

Dilecto filio Joanni de ſancto Jacobo, Ordinis Fratrum Minorum profeſſori, Magiſtro in Theologia.

§. I. RElігionis zelus, litterarum ſcientia, vitæ ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, ſuper quibus apud nos fide digno commendaris teſtimonio, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales.

§. II. Hodie ſiquidem omnes conceſſiones, donationes & alienationes, diſtractiones, & arrendationes poſt exordium peſtiferi ſchiſmatis, quod (proh dolor) ſatore zizaniæ procurante, quadraginta fere annis in Dei viguit Eccleſia, jam per nonnullos in ſuis obedientiis pro Romanis Pontificibus ſe gerentes, quod etiam per nos, poſt extirpationem ipſius ſchiſmatis, & reintegrationem ipſius Eccleſiæ importuna devictos inſtantia, ſive per ſe gerentes pro Epiſcopis Bethlehemitan. habentes tamen in ipſa Eccleſia Bethlehemitan. occaſione præfati ſchiſmatis competitores, ſeu aliquem ipſorum, aut quoſvis de quibuſcumque bonis, juribus, juriſdictionibus, domibus, molendinis, pratis, paſcuis, cenſibus, fructibus, reditibus & proventibus in Caſtellæ & Legionis regnis, et ſignanter in villa *de Carrione*, ejuſque territorio, ac loco *de Quintavela de la Cueza*, Palentin. diœceſis conſiſtentibus, & ad menſam Epiſcopalem Bethlehemitan. pertinentibus, & ſpectan-

ſtantibus, quibuſvis tam Eccleſiaſticis Secularibus & Regularibus, quam Laicalibus perſonis, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſterent, ſub quacumque verborum forma factas, ſeu conceſſas per noſtras certi tenoris litteras, quarum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, ex certis cauſis revocavimus, caſſavimus, & annullavimus, ac pro Infectis haberi voluimus, prout in eiſdem litteris plenius continetur. Nos attendentes, quod tu, qui, ut aſſeris, pro nonnullis Ordinis negotiis unionem univerſalis Eccleſiæ tangentibus, de finibus Hiſpanorum ad concilium Conſtantien. acceſſiſti, ac ibidem, & etiam alibi in ipſorum negotiorum proſecutione magnis laboribus te expoſuiſti, expenſaſque magnas feciſti, & propterea, necnon præmiſſorum meritorum tuorum intuitu, tibi, qui dilecti filii Henrici Magiſtri Militiæ ſancti Jacobi *de Spata*, ut aſſeris, Confeſſor exiſtis, & per cujus medium, induſtriam, labores, ſumptus, & favores, quibus in illis partibus etiam apud Principes diceris abundare, jura, juriſdictiones, fructus, reditus, proventus &c. hujuſmodi recuperari ſperantur, & tamdem ad ipſam redire Bethlehemitan. Eccleſiam, quæ non eſt in præfatorum plenaria poſſeſſione bonorum, de alicujus ſubventionis auxilio providere, gratiamque ſpecialem facere volentes, omnia hujuſmodi bona, jura, juriſdictiones, domos, molendina &c. cenſus &c. in præfatis villa *de Carrione*, ejuſque territorio ac loco *de Quintavela de la Cueza*, Palentin. diœceſis, & quibuſcumque aliis locis ipſorum Caſtellæ & Legionis regnorum conſiſtentia, quæ, & quot ſint, præſentibus haberi volumus pro expreſſis, quorumque omnium fructus, reditus, & proventus centum librarum Turonen. parvorum, ſecundum communem æſtimationem, valorem annuum, ut aſſeris, non excedunt, tibi, donec aliam æqualis, vel melioris fructus, & valoris proviſionem pacifice aſſecutus fueris, per te tenenda, regenda, & etiam gubernanda, cum omnibus juribus & pertinentiis commendamus: ita quod liceat tibi, hujuſmodi commenda durante, fructus, reditus, & proventus dictorum bonorum, jurium, juriſdictionum, domorum, molendinorum &c. & cenſuum libere percipere, & habere, eoſque in tuos, & illorum uſus convertere, necnon alias de illis diſponere & ordinare, prout præfata bona, jura &c. & proventus pro tempore obtinentes de illis diſponere & ordinare potuerunt, ſeu etiam debuerunt; alienatione tamen quorumcumque bonorum immobilium, & pretioſorum mobilium eorumdem tibi penitus interdicta: non obſtante quod Ordinis Fratrum Minorum profeſſor exiſtas, ac conſtitutionibus &c. contrariis quibuſcumque.

§. III. Volumus autem, quod quamprimum aliam æqualis, vel majoris valoris, & commoditatis proviſionem fueris pacifice aſſecutus, præfata Commenda ceſſet penitus & expiret, ac præſentes litteræ nullius ſint roboris, vel momenti, dictaque bona, jura &c. & proventus ad dictam menſam ex tunc libere revertantur, liceatque venerabili fratri noſtro Epiſcopo Bethlehemitan. ipſorum corporalem poſſeſſionem apprehendere, & libere percipere & habere, eoſque in ſuos & menſæ præfatæ uſus convertere. Nulli ergo noſtræ commendationis, & voluntatis infringere &c.

Datum Tybure XIV. Kal. Julii anno IV.

In eumdem modum, venerabili fratri Epiſcopo Civitaten. & dilectis filiis Abbati Monaſterii de la Vega, Palentin. diœceſis, ac Priori Prioratus ſancti Seilli de Carrione, ejuſdem Palentin. diœceſis, ut eum in poſſeſſionem dictorum bonorum inducerent.

LXXII.

Ut Fratres Daciæ, Swetiæ, & Norvergiæ recipiant quatuor loca. Ibidem fol. 284.

Venerabili fratri Epiſcopo Slewicen.

§. I. INter cetera deſiderabilia cordis noſtri, illud intenſis deſideramus affectibus, ut ubique majeſtas Altiſſimi in gratiarum benedictionibus collaudetur, ſuique cultus glorioſi nominis amplietur, & ad eorum promotionem, necnon ſacræ Religionis propagationem libenter, cum a nobis petitur, opem et operam, quantum cum Deo poſſumus, impendimus efficaces.

§. II. Sane, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Miniſtri Provincialis, et Fratrum Ordinis Fratrum Minorum Daciæ, Swetiæ, et Norwegiæ regnorum petitio continebat, quod ipſi &c. in dictis regnis in vinea Domini Sabaoth fructus ſeminant uberrimos, quatuor loca in eiſdem locis, ſi eis pro eorum mora, Regia, aut aliorum fidelium largitione concedantur, aut ipſi illa ex eleemoſynis eis dandis acquirere poſſint, recipiendi licentiam eis concedi deſiderant & affectant. Quare pro parte ipſorum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. III. Nos igitur &c. hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per &c. mandamus, quatenus ſi ad eamdem exaltationem Fidei, Chriſtique fidelium regnorum præfatorum in ea inſtructionem proficuum tibi videatur &c. præfatis Miniſtro et Fratribus, ut ipſi pro mora ipſorum, et aliorum Fratrum dicti Ordinis præſentium, et futurorum in dictis regnis quatuor loca, ſi eis hujuſmodi Regia, vel aliorum fidelium largitione concedantur, aut ipſi illa ex eleemoſynis eis erogatis et erogandis acquirere poſſint, libere, ſucceſſive tamen, recipere, et in eorum quolibet Eccleſiam, ſive oratorium cum humili campanili, campana &c. & aliis neceſſariis officinis etiam conſtrui ſucceſſive, et ædificari facere, ac in eis perpetuo morari valeant. Ita tamen quod quamprimum in aliquo dictorum locorum ædificari facere inceperint, in aliquo reliquorum ædificari facere non debeant, donec locus primitus inceptus ædificari, ſit in toto, vel pro majori parte pro ipſorum mora competenter ædificatus: Diœceſani loci, et cujuſcumque &c. minime requiſita, ac juribus parochialium &c. ſemper ſalvis, felicis recordationis Bonifacii VIII. &c. et quibuslibet aliis &c. nequaquam obſtantibus, auctoritate Apoſtolica, licentiam largiaris. Nos enim præfatis Miniſtro et Fratribus, ſi hujuſmodi licentiam per te eis concedi contingat, ut loca hujuſmodi omnibus & ſingulis privilegiis &c. auctoritate præfata, concedimus de gratia ſpeciali.

Datum Tybure XIII. Kal. Julii anno IV.

LXXIII.

Inſtituitur Conſervator & Defenſor Fratrum peregrinantium in Ruſſiæ, Walachiæ &c. partibus. Ibidem fol. 286.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Gueznen.

Vide in Reg. Tomi 9. fol. 476.

§. I. JUſtis ſupplicum votis &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Marci Sclavi, dilecti filii Angeli Generalis Miniſtri Ordinis Fratrum Minorum in partibus Ruſsiæ, Walachiæ, & Podoliæ

Vi-

Vicarii, & aliorum Fratrum ipſius Ordinis, Societatis peregrinantium ad prædicandum fidelibus, & infidelibus verbum Dei, ſecundum Evangelicam veritatem, & Apoſtolicam, aliaque dictæ fidei ſalutaria documenta, per Sedem Apoſtolicam deſtinatorum, in eiſdem partibus commorantium petitio continebat, quod licet Vicarius & Fratres ſocietatis, & Ordinis præfatorum, in ipſis, & certis aliis partibus ſchiſmaticorum, & infidelium pro tempore commorantes, baptizandi, & alia Eccleſiaſtica Sacramenta conferendi, ligandi & abſolvendi, & nonnulla alia ſpiritualia faciendi, habeant a Sede præfata, etiam per illius litteras plenariam poteſtatem, cujus vigore nonnullas perſonas utriuſque ſexus partium præfatarum, in quibus longe plures numero ſchiſmatici, & infideles, quam Chriſticolæ reſident, & morantur, per eos ad Catholicam fidem, & ad obedientiam, & devotionem ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, cunctorum Chriſtifidelium matris, & magiſtræ, redactas baptizaverant, eiſque hujuſmodi, & alia Eccleſiaſtica Sacramenta contulerant, & ipſas a peccatis eorum abſolverant, & alia fecerant, ſecundum traditam eis facultatem, ipſique Vicarius & Fratres, poſtquam Eccleſia Moldavien. in partibus Walachiæ-minoris præfatæ de novo erecta fuerat, quod Venerabilis frater noſter Joannes Epiſcopus Moldavien. illi in Epiſcopum, & Paſtorem præfectus extiterit, efficaciter procuraverint, & fecerint, dictuſque Epiſcopus poſt præfectionem ſuam hujuſmodi præfatis Vicariis & Fratribus, quod eos in ipſis partibus pro ampliori dictæ fidei ſolidatione & incremento, præfatis eis conceſſis facultatibus libere & quiete uti fineret, promiſerit, ſeque etiam ad hoc eis corporali ad ſancta Dei Evangelia præſtito juramento, efficaciter obligaverit: tamen idem Epiſcopus poſtmodum contra hujuſmodi juramentum ſuum temere veniens, ac in Vicarium & Fratres invidiæ concitans ſtimulos, & malignitatis gladium nequiter exerens, ipſos in partibus illis publice coram fidelibus, necnon ſchiſmaticis, & infidelibus hæreticos eſſe, eoſque baptizandi, & alia præmiſſa faciendi non habere facultatem; quodque baptizati per ipſos ſint rebaptizandi, & abſoluti iterum abſolvendi, cum geſta per eos, ut neſarie aſtruit, efficaciam non haberent, pernicioſe prædicavit, & prædicare præſumit, ac mala malis accumulando, ut ſic forſan Vicarium & Fratres præfatos, ac eorum doctrinam ſalutiferam in illis partibus penitus extirpare valeat, ipſos, prætextu quarumdam per nos ſibi, ut aſſerit, ad certos Judices ſuper conſervationem jurium, & bonorum Eccleſiæ, & menſæ Epiſcopalis Moldavien. conceſſarum litterarum, in quibus tamen de præmiſſis eiſdem Vicario & Fratribus conceſſis facultatibus nulla prorſus fit mentio, omiſſo eorumdem judicum officio, per ſeipſum, propter eadem præmiſſa de facto excommunicare, & excommunicatos publice denuntiare prætendit. Propter quæ multi ex eiſdem converſis ad infidelitatis errorem redire incipiunt; multi vero etiam infidelium Principes, qui eorumdem Fratrum jam inceperant eſſe zelatores, a converſione ſalutifera retrahuntur, in Epiſcopi, & multorum aliorum, quos in æternæ mortis præcipitium ſecum trahit, animarum periculum, ac plurimorum Chriſtifidelium earumdem partium graviſſimum ſcandalum, dictorumque Vicarii & Fratrum non modicum præjudicium, opprobrium, & pudorem. Quare pro parte eorumdem Vicarii & Fratrum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis ſuper his de opportuno remedio providere, paterna diligentia dignaremur.

Petitionis tenor.

Fratres in terris infidelium multas habent facultates.

Epiſcopus ipſis moleſtus.

Multi per hoc a converſione retrahuntur.

§. II. Nos igitur de præmiſſis certam notitiam non habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ &c. mandamus, quatenus de præmiſſis omnibus, auctoritate noſtra, te diligenter informes, & ſi per informationem hujuſmodi ea vera eſſe repereris, præfatam excommunicationis

Remedium a Pontifice adhibitum.

nis ſententiam denunties penitus non teneri; necnon Vicario & Fratribus ipſis ſuper illis ex præfatis, & quibuſvis aliis conceſſis eis a dicta Sede privilegiis contentis, facultatibus, quibus iidem Vicarii & Fratres hactenus libere & licite uſi ſunt, & quas pro augmento & robore dictæ fidei in eiſdem partibus utiles eſſe cognoveris, contra præfatum Epiſcopum, & alios quoſcumque, qui ſua intereſſe crediderint, efficacis defenſionis aſſiſtens auxilio, non permittas eos, quominus illas, juxta litterarum & privilegiorum hujuſmodi ſeriem & tenorem, ubi, & quandocumque, ac quotieſcumque in dictis partibus expedierit, &, ut præfertur, pro ejuſdem fidei corroboratione & augmento utile fuerit, libere & licite facere, gerere, & exercere valeant per eumdem Epiſcopum, aut quoslibet alios quomodolibet impediri, vel moleſtari, præfatum Epiſcopum & alios, ſi forte ſimilia attentarent, ut ab hujuſmodi Fratrum excommunicatione, necnon falſis aſſertionibus, perturbationibus, & impedimentis præfatis omnino deſiſtant. Ac etiam contradictores quoslibet, auctoritate noſtra, & ſub aliis convenientibus pœnis & opportunis remediis, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtan.tam fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. &c. quam aliis conſtitutionibus a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus &c.

Datum Tybure v. Nonas Julii, anno IV.

LXXIV.

Ut confirmet donationem a Miniſtro Generali Fratribus Vicariæ Boſnæ factam: Ibidem fol. 10.

Venerabili fratri Epiſcopo Diacen.

Vide Conſt. 28. hujus Pontificis.

HUmilibus ſupplicum votis &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Fratrum Vicariæ Boſnæ, Ordinis Fratrum Minorum petitio continebat, quod nuper dilectus filius Angelus de Senis, Miniſter Generalis dicti Ordinis, provide perpendens, Fratres dictæ Vicariæ pleriſque temporibus ab infidelibus in partibus illis perturbari, & effugari, ipſique Fratres ad nonnulla loca, & domos Fratrum dicti Ordinis in confinibus regnorum Hungariæ, & Dalmatiæ conſiſtentia, pro eorum tranquillitate famulandi Altiſſimo, turbationum hujuſmodi temporibus, confugere conſueverunt, dictaque loca, & domos a ſexaginta duobus annis, vel circa, tenuerunt, & poſſederunt pacifice & quiete; præfatis Fratribus loca & domos hujuſmodi abſque contradictione cujuſcumque ſibi inferioris, eiſdem Fratribus in dicto Ordine tenenda, & poſſidenda abſolute conceſſit, prout in litteris authenticis inde confectis, ipſius Miniſtri ſigillo munitis, dicitur plenius contineri. Quare pro parte dictorum Fratrum Vicariæ Boſnæ fuit nobis humiliter ſupplicatum &c. Nos igitur &c. hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ &c. mandamus &c. conceſsionem præfatam &c. auctoritate noſtra approbes, & confirmes.

Datum Tybure IV. Nonas Julii, anno IV.

LXXV.

Ut fratrem Scolarium a Monte Ilcino habeat commendatum. Ex lib. 7. fol. 9.

Dilecto filio fratri Antonio Salvetto, ſacræ Theologiæ Magiſtro, Ordinis Minorum Miniſtro Generali.

AD noſtram venit præſentiam dilectus filius frater Scolarius de Monte Ilcino, ſacræ Theologiæ Magiſter, nobiſque repræſentavit, quæ illi com-

commiſiſti negotia. Ea audivimus libenter, quatenus ſpectant ad majorem fidei exaltationem, & benignius dedimus reſponſum, quod ad te perferat. Ceterum ipſum Scolarium tibi commendamus; videtur enim oobis vir religioſus & doctus, volumuſque ut eum tamquam ſtrenuum fidei zelatorem, Inquiſitorem ioſtituas in partibus Senarum.

Datum Tybure Idibus Julii, anoo IV.

LXXVI.

Ut fratri Joanni de Toleto licentiam largiatur eremitorium recipiendi prope Ocaniam. Ex lib. 1. de litteris Cardinal. ann. 4. ſol. 269.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Toletan.

§. I. Piis devotorum precibus libenter annuimus, & his, quæ divini cultus, ac Religionis augmentum reſpiciunt, favorem benevolum impertimur. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Joannis de Toleto, Ordinis Fratrum Minorum profeſſoris, petitio continebat, quod ipſe, ut a tumultibus &c. valeat ſeparari, & Deo quietius ſervire, cœpit in quodam oratorio, Eremita *ſancti Barnabæ* nuncupato, ſito extra muros villæ *de Ocania*, tuæ Diœceſis, quod, ut idem Joannes aſſerit, nullis poſſeſſionibus, aut aliis bonis temporalibus dotatum exiſtit, ſi ſibi pia largitione illorum, ad qoos pertinet, concedatur, cum quinque aliis Fratribus de Obſervantia Regulari, ſecundum primariam ejuſdem Ordinis inſtitutionem, virtutum Domino famulari. Quare pro parte dicti Joannis nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. aſſenſu dilecti filii Miniſtri Generalis ejuſdem Ordinis recipiendi, & ad illud de domo Toletan. dicti Ordinis, cum quinque aliis Fratribus ejuſdem Ordinis tranſeundi, & in eo perpetuo commorandi, ac unum ex eiſdem Fratribus in eorum præſidentem eligendi, cujus electio per dilectum filium Miniſtrum Provincialem provincia Caſtellæ, ſecundum morem, & conſuetudinem dicti Ordinis confirmetur, licentiam concedere &c. dignaremur.

§. II. Nos igitur &c. hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ &c. committimus, & mandamus, quatenus eidem Joauni, qui Presbyter, & in Decretis Baccalaureus exiſtit, &, ut aſſerit, in dicta provincia, ſecundum eumdem morem, tam in clauſtro, quam in vita communi per decem annos & ultra, juxta humanam poſſibilitatem, gratum Deo exhibuit famulatum, præfatum oratorium recipiendi, & ad illud cum præfatis quinque aliis Fratribus ejuſdem Ordinis & Obſervantiæ, ſi ad hoc tuus, & ejuſdem Miniſtri Generalis, & illorum, quorum intereſt, accedat conſenſus, libere tranſeundi, & ibidem perpetuo remanendi, ac unum ex dictis Fratribus in præſidentem eorum, ut præmittitur, eligendi, cujus electio, ut præfertur, confirmetur: fel. record. Boniſacii Papæ VIII. &c. & quibuſcumque aliis &c. nequaquam obſtan. dummodo id in alterius præjudicium noo redundet, licentiam, auctoritate Apoſtolica largiaris. Et nihilominus præfatis Joanni & Fratribus, qui in dicto oratorio pro tempore morabuntur, eadem auctoritate concedas, quod omnibus privilegiis, &c. gaudeant, & utantur, quibus aliæ domus ejuſdem Ordinis gaudent, ſeu etiam potiuntur.

Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem, IV. Idus Septembris, anno IV.

LXXVII.

Confirmantur eorum privilegia. Ibidem fol. 316.

Dilectis filiis Miniſtro, & Fratribus domus, ſeu Eremitorii Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia beati Franciſci nuncupatorum beatæ Mariæ de Caſtagnar, Toletanæ Diœceſis.

CUm a nobis petitur quod juſtum &c. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates & immunitates olim a Petro de Luna, tunc Benedicto XIII. in ſua obedientia nuncupato, ſive per privilegia, ſive per alias indulgentias vobis, & Ordini veſtro conceſſas, necnon libertates & exemptiones ſecularium exactionum a Regibus & Principibus, ac aliis Chriſtifidelibus rationabiliter vobis, & Ordini veſtro præfato indultas, ſicut eas juſte & pacifice obtinetis, vobis & per vos eidem Ordini veſtro, auctoritate Apoſtolica, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem, xv. Kalend. Octobris, anno iv.

LXXVIII.

Ut liceat Obſervantibus mendicare in diœceſi Toletana. Ibidem.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Toletan.

Ut in Reg. Tomi 9. fol. 469. SAcræ Religionis ſub qua &c. dilecti filii Miniſter & Fratres domus, ſeu eremitorii Ordinis Fratrum Minorum *de Obſervantia* nuncupatorum beatæ Mariæ de Caſtagnar, Toletan. diœceſis devotum & ſedulum &c. Hinc eſt quod nos ipſorum Miniſtri, & Fratrum ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per &c. mandamus, quatenus eiſdem Miniſtro & Fratribus, ut liceat eis pro eorum vitæ ſuſtentatione eleemoſynas a quibuſvis Chriſtifidelibus per civitatem, & univerſa loca diœceſis Toletan. cujuſcumque licentia minime petita, ſeu obtenta, quærere & recipere, dummodo ex hoc ſcandalum non reſultet, auctoritate noſtra indulgere procures, non permittens eos contra indultum hujuſmodi ab aliquibus indebite moleſtari, ſeu etiam impediri: Contradictores per &c.

Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem, xv. Kalendas Octobris, anno iv.

Anno Christi 1422. Martini V. anno 5.

LXXIX.

Fit Epiſcopus Cumuchen. Ex lib. 1. de Proviſionib. an. 5. &c. fol. 78.

Dilecto filio Ambroſio Scipionis electo Cumuchen.

EX ſuſcepti cura regiminis, quæ univerſis Chriſtifidelibus nos conſtituit debitores, inter cetera deſiderabilia cordis noſtri animarum ſalutem, incrementum veræ fidei, ac quietem & pacem fidelibus ipſis adeſſe permaxime affectamus, & licet ſingulis Religionibus Deo, & Apoſtolicæ Sedi devotis favorem Apoſtolicum impendere debeamus, & ad eas noſtræ conſiderationis aciem diffundamus, levando in circuitu, more Paſtoris vigilis ocu-

oculos noſtræ mentis, viſuri quid gregi Dominico expediat, & quid operationis impendi debeat circa illum: ad ſalutem tamen Chriſticolarum nonnullas partes circa montes Caſpios ſub dominio Tartarorum inhabitantium, ipſorumque, qui tam infidelibus, quam hæreticis, & ſchiſmaticis undique circumdati, ut vera fide relicta, ad idololatriam, ſive ad hæreſim ſubvertantur, continuo infeſtantur, conſervationem & augmentum eo propenſius, quo Chriſticolæ hujuſmodi eorum viduati Epiſcopo & Paſtore, majus periculum animarum poſſunt incurrere, vigilamus. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Joanne Epiſcopo Cumuchen. regimini Cumuchen. Eccleſiæ præſidente. Nos cupientes eidem Eccleſiæ, cum vacaret &c. Et deinde dicta Eccleſia, per obitum dicti Joannis Epiſcopi, qui extra &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. direximus oculos noſtræ mentis &c. præfatæ Eccleſiæ providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, VIII. Kalendas Decembris, anno V.

LXXX.

Ut poſſit redire ad Ordinem. Ex lib. I. de diverſis formis, anno 5. fol. 207.

Venerabili fratri Antonio in Eccleſia univerſali Epiſcopo.

SInceræ devotionis affectus &c. Cum itaque, ſicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, tu qui, ut aſſeris, Ordinem Fratrum Minorum, Profeſſor, & ſacræ Theologiæ Magiſter exiſtis, ac dudum ex proviſione, & præfectione Sedis Apoſtolicæ Cumarum Eccleſiæ laudabiliter præfuiſti, quique illius regimini, certis ex cauſis præeſſe deſiiſti, ac nullius Eccleſiæ Epiſcopus permanſiſti, deſideres in Ordine tuo præfato Domino famulari, ac gratiis &c. quibus alii &c. gaudere, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut &c. providere dignaremur. Nos igitur &c. indulgemus &c. *Ut in Reg. Tomi 9. fol. 474.*

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, XI. Kalendas Januarii, anno V.

LXXXI.

Ut confirmet donationem Fratribus Ferrarien. factam. Ex lib.... de Regularibus, anno 5. fol. 181.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Ravennaten. Ferrariæ commoranti.

HUmilibus ſupplicum votis &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Fratrum domus ſancti Franciſci Ferrarien. Tertii Ordinis ejuſdem Sancti, de Pœnitentia nuncupati petitio continebat, quod olim quondam Florentia Bartholotti de Roboavis, relicta quondam Jacobi de Matis de Ferraria, mulier Ferrarien. de ſuæ, & parentum ſuorum animarum ſalute recogitans, ac cupiens terrena &c. commutare, in præſentia venerabilis fratris noſtri Petri Epiſcopi Ferrarien. duas domos in civitate Ferrarien. conſiſtentes, tunc per earum confines, & vocabula expreſſius deſignatas, & ad eam legitime pertinentes, eiſdem Fratribus illas tunc acceptantibus, & infraſcriptæ conditioni ſe ſponte ſubmittentibus, donationis titulo, cauſa mortis, pure, ſimpliciter & libere perpetuo conceſſit pariter & aſſignavit, ea videlicet conditione, quod ipſi Fratres in altera dictarum domorum unum Hoſpitale pro receptione pauperum & miſerabilium perſonarum, quæ in paupertatis anguſtia, ſiniſtra fortuna, vel ſenio, aut quo- *Ut in Reg. Tomo 9. fol. 497.*

vis alio inopinato caſu devenerunt, & præſertim ſenum & debilium perſonarum dictæ domus ſancti Franciſci, cum tot cameris & manſionibus diſtinctis, quot in eodem Hoſpitali commode conſtrui &c. Et inſuper unum decens & honorabile oratorium,juxta idem Hoſpitale in honorem & ſub vocabulo dicti ſancti Franciſci, ex tunc infra triennium proxime ſecuturum, ſuis expenſis conſtruere & ædificare, ac etiam perpetuo conſervare, necnon in eodem oratorio perpetuis futuris temporibus, ſingulis ultimis diebus Dominicis ſingulorum menſium anni, unam Miſſam pro ipſius Florentiæ, & eorumdem parentum ſuorum animarum ſalute celebrare ſeu celebrari facere; dictoſque pauperes & perſonas in hoſpitali & cameris præfatis, ſecundum numerum camerarum & manſionum eorumdem pro tempore recipere, & qnoties aliquos in eis deficere contingeret, eorum loco tot alios ſubſtituere, & inibi de ſuis, & ejuſdem domus ſancti Franciſci introitibus, & bonis alias in eleemoſynam commutandis, perpetuo tenere, reficere & ſuſtentare, & etiam certa alia facere deberent & tenerentur. Volens quod dilecti filii Archipresbyter & Præpoſitus Ferrarien. Eccleſiæ, qui eſſent pro tempore, quos etiam quoad hoc in ſuos fidei commiſſarios conſtituit & elegit, eoſdem Fratres, quoties opus eſſet, ad ſatisfaciendum præmiſſis legitime compelli facere poſſent, prout in quodam inſtrumento publico deſuper confecto dicitur plenius contineri. Quare pro parte dictorum Fratrum aſſerentium, quod ipſi jam hoſpitale & oratorium præfata ex ſpeciali commiſſione dicti Epiſcopi, uni ex eis deſuper facta conſtruxerunt, & fere omnia alia ſupradicta, juxta voluntatem dictæ Florentiæ perfecerunt, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut donationi, conceſſioni & aſſignationi præfatis, & aliis in eodem inſtrumento contentis, & inde ſecutis, pro eorum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos de præmiſſis certam notitiam non habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ &c. mandamus, quatenus, ſi eſt ita, donationem, conceſſionem & aſſignationem, ac alia præmiſſa, & in dicto inſtrumento contenta, eadem præmiſſa concernentia, & inde ſecuta, hujuſmodi auctoritate noſtra approbes & confirmes. Jure tamen parochialis Eccleſiæ, & cujuſcumque alterius in omnibus ſemper ſalvo.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, xix. Kal. Februarii, anno v.

LXXXII.

Præficitur Eccleſiæ Myrren. Ex lib. 5. de Proviſionibus &c. anno 5. fol. 89.

Dilecto filio Stephano Chailleti Electo Myrren.

Ut in Reg. Tomi 9. fol. 164.

Apoſtolatus officium &c. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Stephano Epiſcopo Myrren. regimini &c. Poſtmodum vero præfata Eccleſia per obitum ejuſdem Stephani Epiſcopi, qui extra &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, Ordinem ipſum expreſſe profeſſum, & in ſacerdotio conſtitutum &c. direximus oculos noſtræ mentis &c. de perſona tua &c. ob tuorum exigentiam meritorum &c. ipſi Eccleſiæ &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c. Volumus autem, quod quamprimum præſentes litteras habueris expeditas, ad præfatam Eccleſiam accedas & reſideas perſonaliter in eadem: quodque extra civitatem & diœceſim Myrren. Pontificalia officia nequeas exercere. Jugum igitur Domini tuis &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, II. Nonas Februarii, anno v.

LXXXIII.

Ut verbum Dei ubique poſſit proponere. Ex lib.... de Regularibus, anno 5. fol. 134.

Dilecto filio Antonio de Maſſa Ordinis Minorum profeſſori, Magiſtro in Theologia.

§. I. EXimiæ devotionis tuæ ſinceritas, qua ſuccenſus mundana reſpuis, & cœleſtia quæris, promeretur, ut in his, per quæ non ſolum tibi, ſed aliis etiam prodeſſe valeas ad ſalutem, benignum tibi præbeamus aſſenſum.

§. II. Hinc eſt quod nos tuis in hac parte devotis precibus inclinati, ut tu, qui Presbyter, ac de religionis zelo, litterarum ſcientia, & potiſſimum ſacræ paginæ doctrina ſana & eruditione ſalutari quamplurimum apud nos commendatus exiſtis, in Cathedralibus & aliis Eccleſiis, ac plateis & aliis locis congruis & honeſtis ubicumque, temporibus & horis decentibus, & quibus Epiſcopus loci non prædicabit, vel per alium faciet prædicari, ut devotos, divina largiente gratia, devotiores efficias, & indevotos ad devotionem inducas, ac fidelium procures ſalutem animarum, prout totis deſideriis affectamus, verbum Dei populo exponere, & prædicationis officium, prout Altiſſimus tibi, Spiritus ſancti gratia, miniſtraverit, exercere: non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon privilegiis, indulgentiis &c. Ordinis Minorum, etiam per Sedem Apoſtolicam confirmatis, alterius quam Diœceſani loci, ubi de jure requiri debet, licentia minime requiſita, libere & licite valeas, devotioni tuæ, de ſpeciali gratia, tenore præſentium indulgemus. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, XIII. Kalendas Aprilis, anno V.

LXXXIV.

Moniales Monaſterii ſanctæ Mariæ Annuntiatæ Papien. eximuntur a ſolutione decimarum. Ex lib. I. de diverſis formis &c. anno 5. fol. 179.

Venerabili fratri Epiſcopo Novarien.

§. I. FRuctus præcipuæ honeſtatis &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii ſanctæ Mariæ Annuntiatæ Papien. dicti Ordinis petitio continebat, quod olim quondam Blanca de Sabaudia, avia dilecti filii nobilis viri Philippi Mariæ Ducis Mediolanen. volens animæ ſuæ ſaluti providere &c. de bonis ſibi a Deo collatis Monaſterium præfatum de novo conſtrui & ædificari fecit, ac illi pro Abbatiſſa & Conventu præfatis, inibi Domino perpetuo ſervituris, competentem dotem aſſignavit: & inter alia nonnulla poſſeſſiones, proprietates & bona ſita in loco *de Choazano*, Mediolanen. diœceſ. liberaliter donavit. *Ut in Reg. Tomi 9. fol. 539.*

§. II. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, licet Abbatiſſa & Conventus præfatæ, poſſeſſiones, proprietates & bona hujuſmodi per triginta annos & ultra, pacifice tenuerint & poſſederint, ac etiam teneant & poſſideant pacifice & quiete, abſque eo quod ex illis decimam ſeu decimalem aliquam præſtationem perſolverint. Tamen dilectus filius Joannes de Nava, qui ſe gerit pro Præpoſito Eccleſiæ ſancti Stephani *de Roſate*, dictæ diœceſis, falſo aſſerens, decimam fructuum excreſcentium in poſſeſſionibus, pro-

proprietatibus, & bonis hujuſmodi ad ſe ſpectare, non attendens quod Monaſteria & loca dicti Ordinis, eorumque poſſeſſiones & bona ab omni onere & præſtatione decimarum generaliter ſunt exempta, collationes illarum diverſimode vexare ac perturbare nititur, ſuper hoc petendo ipſas condemnari & compelli ad dandum & ſolvendum ſibi decimam hujuſmodi, coram dilecto filio N. Vicario in ſpiritualibus generali venerabilis fratris noſtri Bartholomæi Archiepiſcopi Mediolanenſis, traxit in cauſam, in non modicum ipſarum Abbatiſſæ & Conventus præjudicium & gravamen. Quare pro parte Abbatiſſæ & Conventus præfatarum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. III. Nos igitur attendentes, quod eædem Abbatiſſa & Conventus ad proſequendam hujuſmodi cauſam impotentes exiſtant, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ac cauſam ipſam ad nos, teoore præſentium, advocantes, necnon litem hujuſmodi penitus extinguentes, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, ſi tibi conſtiterit, Monaſteria & loca Ordinis prædicti, eorumque poſſeſſiones & bona ab onere & præſtatione decimarum exempta fore, ipſaſque Abbatiſſam & Conventum, poſſeſſiones, proprietates & bona hujuſmodi, abſque ſolutione decimæ ſeu decimalis præſtationis hujuſmodi tenuiſſe inveneris, ut præfertur, eiſdem Abbatiſſæ & Conventui, quod ad ſolvendum aliquid &c. minime teneantur, nec ad id a quoquam compelli poſſint invitæ, eadem auctoritate noſtra concedas. Nos enim ex nunc omnes proceſſus, necnon excommunicationum &c. ſententias, quos & quas, necnon etiam totum, & quidquid contra præſentium tenorem forſan haberi ſeu attentari contigerit, ſeu etiam promulgari, irritos & irritas, ac inanes decernimus, nulliuſque exiſtere roboris vel momenti.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, XII. Kalendas Junii, anno V.

LXXXV.

Præficitur Eccleſiæ Duracen. Ex lib. 1. de litteris &c. anno 5. fol. 61.

Dilecto filio Nicolao Coſinæ Electo Duracen.

Ut in Reg. Tomi 9. fol. 144. Apoſtolatus officium &c. Dudum ſiquidem bon. mem. Joanne Archiepiſcopo Duracen. regimini Duracen. Eccleſiæ præſidente, nos cupientes eidem Eccleſiæ, cum vacaret &c. Poſtmodum vero præfata Eccleſia per obitum ipſius Joannis Archiepiſcopi, qui extra &c. debitum naturæ perſolvit, Paſtoris ſolatio deſtituta, dilecti filii Capitulum ejuſdem Eccleſiæ, reſervationis & decreti prædictorum forſan ignari, te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. in eorum, & dictæ Duracen. Eccleſiæ Archiepiſcopum concorditer elegerunt, licet de facto, tuque reſervationis & decreti eorumdem ſimiliter inſcius, electioni hujuſmodi, illius tibi præſentato decreto, conſenſiſti etiam de facto: ac demum reſervatione & decreto prædictis ad tuam deductis notitiam, electionis hujuſmodi negotium proponi feciſti in conſiſtorio coram nobis. Nos igitur electionem ipſam, & quæcumque inde ſecuta, utpote poſt, & contra reſervationem & decretum prædicta de facto, ut præmittitur, attentata, irrita, prout erant, & inania reputantes; & ad proviſionem ipſius Eccleſiæ &c. Demum ad te, cui de religionis, litterarum ſcientia, vitæ munditia &c. direximus oculos noſtræ mentis. De perſona tua, nobis, & eiſdem Fratribus noſtris, ob dictorum tuorum exigentiam meritorum, accepta, eidem Eccleſiæ, de ipſorum Fratrum noſtrorum con-

Digitized by Google

conſilio, auctoritate Apoſtolica providemus, teque illi præficimus in Archiepiſcopum & Paſtorem &c.

Datum Romæ, apud ſanctam Mariam Majorem, 11. Nonas Julii, anno v.

LXXXVI.

Confirmatur donatio facta Tertiariis domus ſanctæ Catarinæ de Montefaro. Ex lib.... de Regularibus, an. 5. fol. 20.

Dilecto filio Abbati Monaſterii beatæ Mariæ Montisfari, Compoſtellan. Diœceſ.

§. I. Apoſtolicæ nobis injunctæ deſuper ſervitutis officium, mentem noſtram excitat & inducit, ut circa ea, quæ pro ſtatu proſpero piorum locorum, ac perſonarum in illis ſub Religionis obſervantia vacantium aſſiduo ſtudio piæ vitæ, opportuna fore conſpicimus, & per quæ earum neceſſitatibus conſulitur, operoſis ſtudiis intendamus, necnon ea, quæ propter ea rite facta fuere, ut illibata perſiſtant, Apoſtolici ſavoris munimine roboremus. Sane pro parte dilectorum filiorum Miniſtri & Fratrum domus ſanctæ Catarinæ de Montefaro, Tertii Ordinis ſancti Franciſci *de Pœnitentia* nuncupati, Compoſtellan. diœceſis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim venerabilis frater noſter Lupus Archiepiſcopus Compoſtellan. tunc Epiſcopus Mindonien. propter evidentem neceſſitatem dictæ domus, & ut Miniſter & Fratres præfati ibidem congruentius ſuſtentari poſſent, parochialem Eccleſiam beatæ Mariæ *de Mino*, ejuſdem Diœceſis, tunc certo modo vacantem, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, dilectorum filiorum Capituli Eccleſiæ Mindonien. prout eos contingebat, & quondam Fernandi Petri de Andrade Militis, tunc veri patroni dictæ parochialis Eccleſiæ, & exiſtentis in pacifica poſſeſſione, vel quaſi juris præſentandi perſonam idoneam, ad eamdem, dum vacat, ad id accedente conſenſu, præfatis Miniſtro & Fratribus ibidem Altiſſimo pro tempore famulantibus, per Miniſtrum pro tempore exiſtentem ipſius domus perpetuo regendam, ac etiam gubernandam, pro ipſorum ſuſtentatione, in puram eleemoſynam, auctoritate ordinaria per ſuas conceſſit, atque donavit, & ſubſequenter Petrus de Luna in ſua obedientia Benedictus XIII. nuncupatus, conceſſionem, & donationem præfatas ratas habens, & gratas, per ſuas litteras confirmavit, & ſui ſcripti patrocinio communivit, ſupplens omnes defectus, ſi qui forſan intervenerint in præmiſſis, prout in ipſis litteris dicitur plenius contineri.

§. II. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, poſtea præfati Miniſter & Fratres, vigore donationis & conceſſionis præfatarum, quinque portionum, ſive partium ipſius parochialis Eccleſiæ, quæ tunc in ſex portiones, ſeu partes diviſa extitit, præter illius ſextæ portionis, ſeu partis, quam dilectus filius Andreas Petri Presbyter dictæ Diœceſis, tunc obtinebat, tunc certis modis vacantium, necnon jurium, & pertinentiarum earumdem corporalem poſſeſſionem apprehendentes, illas ex tunc tenuerunt, & poſſederunt, prout tenent & poſſident in uſus proprios eorumdem, pro parte ipſorum Miniſtri & Fratrum aſſerentium, quod fructus, reditus & proventus dictæ parochialis Eccleſiæ ducentorum Florenorum auri de Camera, ſecundum communem æſtimationem valorem annuum non excedunt, fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut conceſſioni & donationi præfatis &c.

§. III. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ per &c. mandamus, quatenus ſi vocatis dicto Andrea, & aliis, qui fuerint evocandi, ita eſſe inveneris &c. conceſſionem & donationem præfatas, & quæcumque inde ſecuta, auctori-

tate

tate noſtra approbes pariter & confirmes. Et nihilominus eamdem ſextam partem, ſeu portionem per eumdem Miniſtrum regendam, & gubernandam, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſupradictis eidem domui, eadem auctoritate in perpetuum incorpores, unias, & annectas; ita quod cedente, vel decedente Rectore dictæ ſextæ portionis, vel eam alias quomodolibet dimittente, liceat ex tunc eiſdem Miniſtro & Fratribus per ſe, vel alium, ſeu alios ſextæ partis, juriumque & pertinentiarum præfatorum corporalem poſſeſſionem, auctoritate propria, libere apprehendere; necnon ipſius fructus, reditus & proventus in ſuos, & earumdem parochialis Eccleſiæ, & domus perpetuo convertere, & etiam retinere, Diœceſani loci, & cujuslibet &c. ſuper hoc licentia minime requiſita. Non obſtan. tam bon. mem. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quam quibuſcumque aliis conſtitutionibus &c. necnon ſtatutis &c. domus & Ordinis præfatorum contrariis &c. Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel generales Apoſtolicæ Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum: quas quidem litteras ac proceſſus habitos per eaſdem, & quæcumque &c. quoad dictam ſextam partem, ſeu portionem, volumus non extendi: ſed nullum per hoc eis, quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum, præjudicium generari, & quibuslibet privilegiis, indulgentiis, & litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel &c. effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri. Et de quibus quorumque totis &c. Proviſo quod dicta ſexta portio debitis propterea non fraudetur obſequiis, & animarum cura in ea nullatenus negligatur. Nos enim ex nunc irritum &c.

Datum Tybure, Idibus Julii, anno v.

LXXXVII.

Ut Obſervantes admittant domum in loco Padulæ. Ex lib. 2. de diverſis formis, anno 5. fol. 243.

Venerabili fratri Epiſcopo Caputaquen.

Vt in Tomo 9. fol. 474. §. I. Sinceræ devotionis affectus, quem dilectus filius nobilis vir Thomas de ſancto Severino, Domus loci Padulæ, Caputaquen. Diœceſis, ad nos &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dicti Thomæ petitio continebat, quod ipſe ex ſingularis devotionis fervore, quem ad Ordinem Fratrum Minorum *de Obſervantia* nuncupatorum gerere comprobatur &c. unam domum pro uſu & habitatione eorumdem Fratrum, cum Eccleſia, campanili &c. & aliis neceſſariis officinis in loco Padulæ prædicto, per manus dilecti filii Juliani de Lauro dicti Ordinis profeſſoris, fundare, ac conſtrui & ædificari facere proponit, atque intendit. Quare pro parte dicti Thomæ nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſibi dictam domum cum Eccleſia, & aliis ſupradictis fundandi, & conſtrui faciendi, prædictiſque Fratribus domum ipſam recipiendi, & in illa moram trahendi, licentiam concedere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. II. Nos igitur, qui divinum cultum affectamus, hujuſmodi ipſius Thomæ propoſitum in Domino plurimum commendantes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati &c. mandamus, quatenus, ſi eſt ita, prædicto Thomæ domum hujuſmodi, cum Eccleſia &c. in dicto loco fundandi, ac conſtrui, & ædificari faciendi, eiſdemque Fratribus domum ipſam,

poſt-

poſtquam cum Eccleſia &c. fundata, conſtructa, & ædificata fuerit, pro ipſorum uſu & habitatione recipiendi, ac in ea moram trahendi, & perpetuo remanendi, cujuſcumque ſuper hoc licentia minime requiſita, auctoritate noſtra licentiam largiaris, fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri prohibente &c. mentionem, & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Volumus autem quod prædicti Fratres, qui in eadem domo, poſtquam illa conſtructa & ædificata fuerit, ut præfertur, pro tempore reſidebunt, omnibus & ſingulis privilegiis &c. gaudeant, quibus ceteri &c. gaudent, ſeu potiuntur, jure tamen &c. ſalvo.

Datum Tybure, II. Kalendas Auguſti, anno V.

LXXXVIII.

Aſſumitur ad Eccleſiam Ebronenſem. Ex lib. I. de Proviſionibus &c. an. 5. fol. 145.

Dilecto filio Bartholomæo de Peregrinis Electo Ebronen.

APoſtolatus officium &c. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Ludovico Epiſcopo Ebronen. regimini Ebronen. Eccleſiæ præſidente &c. Poſtmodum vero præfata Eccleſia per obitum dicti Ludovici, qui extra &c. ſolatio deſtituta &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. direximus oculos noſtræ mentis &c. de perſona tua &c. auctoritate Apoſtolica providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c. *Ut in Reg. Tomi 9. fol. 564.*

Datum Tybure, III. Nonas Auguſti, anno V.

LXXXIX.

Eorum privilegia confirmantur. Ex lib. I. de diverſis formis &c. anno 5. fol. 139.

Dilectis filiis Vicario & Fratribus Ordinis Minorum, Vicariæ Boſnæ, ſecundum morem dicti Ordinis, præſentibus & futuris.

DUm uberes fructus, quos in propagationem religionis, & fidei Catholicorum uberrime produxiſtis hactenus, & producitis aſſidue, diligenter attendimus, dignum cenſemus & congruum, ut circa ea quæ Chriſtifidelium, ac veſtrarum animarum ſalutem reſpiciunt, paternis & ſalutaribus ſtudiis intendamus. Sane, ſicut pro veſtra parte fuit nobis nuper expoſitum, vos qui in Boſnæ, Ruſſiæ, Bulgariæ, & Valachiæ partibus, in quibus hæretici & ſchiſmatici, & alii infideles habitant, pro fide Catholica laboratis, per noſtras, ac fel. rec. Joannis Papæ XXII. & quorumdam aliorum, tam prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, quam aliorum, qui in eorum obedientia pro Romanis Pontificibus reputati fuerunt, litteras in certis caſibus excommunicatos abſolvendi, & ſuper irregularitate diſpenſandi, ac Eccleſiis per vos fundatis de Rectoribus idoneis providendi, & nonnulla quoad converſos ad fidem Catholicam, & quædam alia quoad fidem hujuſmodi convertendos, faciendi, ſpeciales conceſſiones & facultates habetis. Nos fide dignorum crebris relatibus informati, quod vos vitam ducentes cælibem, divinisque laudibus jugiter inſiſtentes, ſanctæ prædicationis exercendo miniſterium, ad divinæ majeſtatis obſequium, partium earumdem habitatores & incolas ſchiſmaticos, & alios præfatæ fidei inimicos flectere non tepeſcitis, ut ipſius fidei negotium uberius proſequi valeatis, etiam veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis, ut omnibus & ſingulis gratiis, conceſſionibus,

nibus, & facultatibus,in præmiſſis, in favorem fidei memoratæ hactenus vobis conceſſis, contentis, quibus vobis uti licet, quoad nativos, & incolas præfatsrum Boſnæ, Ruſſiæ, Bulgariæ, & Valachiæ, & aliarum ſub eiſdem Apoſtolicis litteris contentarum partium, etiam quoad vos ipſos, necnon in regni Hungariæ partibus, in quibus ſchiſmatici conſiſtunt, ac Catholici Epiſcopi, vel Archiepiſcopi, ſeu alii eorum Prælati, ac Eccleſiaſticæ perſonæ ab illis ad hæc deputatæ non reſident, ſed expulſi, aut alias partes ipſas abſque eorum Vicariis deſeruerint, quoad hujuſmodi ſchiſmaticos, ſive ad unitatem ejuſdem fidei jam per vos reductos, ſive reducendos, Prælatis eorum abſentibus, vel expulſis exiſtentibus, ut præfertur; aut etiam ipſis præſentibus, vel reſidentibus, de ipſorum beneplacito, vel conſenſu, & alias juxta limitationes Apoſtolicas ſuper præmiſſis hactenus habitas, uti & fungi. Et nihilominus tam populis per vos ad fidem eamdem converſis, ac reducendis, quam aliis, quorum confeſſiones ex conceſſionibus & facultatibus prælibatis, vobis in eiſdem partibus audire licet, omnia Eccleſiaſtica ſacramenta, abſentia, vel expulſione, aut conſenſu vel beneplacito hujuſmodi, & alias juxta pacta & conventiones inter Prælatos hujuſmodi, & vos legitime facienda, miniſtrare; necnon cum eiſdem ſchiſmaticis & excommunicatis, quibus vobis alias licet proponere verbum Dei, alias in loquela, cibo & potu, aliiſque honeſtis converſationibus participare, ac in eorum præſentia, alias tamen rite, divina Officia celebrare valeatis, conſtitutionibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium indulgemus. Per hoc autem quin in aliis partibus ad fidem Catholicam per vos converſis, in quibus Prælati aut Plebani, ut præmittitur, non exiſtunt, ſeu de novo acquirendis & convertendis conceſſionibus & indultis, ac facultatibus ipſis, juxta earumdem litterarum Apoſtolicarum continentiam & tenorem, libere uti poſſitis, non intendimus vobis, & facultatibus antedictis in aliquo derogare. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere. Si quis &c.

Datum Vicovarii, Tyburtin. Diœceſis, IV. Kal. Septembris, anno V.

XC.

Ut Fratres Boſnæ admittant domum in villa Caſal. Ex lib. I. de diverſis, & exhibitis, anno 5. fol. 4.

Venerabili fratri Epiſcopo Tranſilvan.

§. I. Piis fidelium votis gratum nos decet preſtare conſenſum, & ea, quæ Religionis propagationem, Divini cultus augmentum, & animarum ſalutem reſpiciunt, ut votivum conſequantur effectum, favoribus convenit proſequi gratioſis.

§. II. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum Joannis, Ladiſlai, Dionyſii, & Michaelis, Georgii, ac Michaelis, & Ladiſlai Stephani *de Chuſal* nuncupatorum, fratrum de Baronum genere procreatorum, Domicellorum, tuæ diœceſis,petitio continebat, quod pridem ipſi zelo devotionis accenſi &c. quamdam domum ad uſum & habitationem unius Guardiani, & nonnullorum Fratrum Ordinis Minorum de Vicaria Boſnæ, cum Eccleſia &c. & aliis neceſſariis officinis, ſub vocabulo, & ad honorem ſancti Spiritus, in quadam eorumdem nobilium villa, *Chuſal* nuncupata, dictæ Diœceſis, in confinibus & metis ſchiſmaticorum ſituata, unde plures infidelium animas, ob ſpem & frugem bonæ eorumdem Fratrum vitæ, ſperatur Domino poſſe lucrifieri, & ad Catholicam fidem adduci, in loco

loco ad hoc congruo & honeſto, cui territorium adjacet, per quod Guardianus & Fratres ipſius domus pro tempore victum quærere, & ex eo commode vivere poterunt, pia devotione fundarunt. Quare pro parte ipſorum nobilium nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. Nos igitur &c. fraternitati &c. mandamus, quatenus ſi eſt ita, fundationem hujuſmodi, auctoritate noſtra approbes & confirmes, necnon prædictis Guardiano & Fratribus domum eamdem cum Eccleſia, cœmeterio &c. recipiendi, ac inibi perpetuo commorandi, auctoritate prædicta licentiam largiaris. Non obſtan. fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. ac qualibet alia conſtitutione Apoſtolica, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Et inſuper Guardiano & Fratribus &c. quod omnibus & ſingulis privilegiis &c. gaudeant & utantur, quibus alii Fratres &c.

Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem, IV. Idus Octobris, anno V.

XCI.

Ut poſſit recipere Doctoratus & Magiſterii inſignia &c. Ex lib. 1. de exhibitis, & diverſis formis &c. fol. 303.

Dilecto filio Ariæ de Euzmas Guardiano domus Ordinis Fratrum Minorum Toletan. Magiſtro in Theologia, ſalutem &c.

„ §. I. Religionis zelus, litterarum ſcientia, vitæ ac morum honeſtas, aliaque laudabilia, probitatis & virtutum merita, ſuper quibus apud nos fide digno commendaris teſtimonio, nos inducunt, ut te ſpecialibus favoribus & gratiis proſequamur. — ADDITIO ALIORUM.

„ §. II. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte tua petitio continebat, quod olim tecum ſuper defectu natalium, quem pateris, de ſoluto genitus, & ſoluta, ut eo non obſtante, in omnibus per te tunc ſuſceptis aliis Ordinibus miniſtrare, & ad omnes adminiſtrationes ac officia, citra tamen Miniſteriatum Provincialem Ordinis Fratrum Minorum, cujus profeſſor exiſtis, licite elegi, & aſſumi valeres, fuit auctoritate Apoſtolica diſpenſatum; poſt quam quidem diſpenſationem in Guardianum domus Toletan. dicti Ordinis præfectus fuiſti, ac in Theologia per nonnulla tempora ſtuduiſti, & inibi bachalaureatus gradum ſuſcepiſti, noſque poſtmodum te aſſerente, quod deſiderares per amplius in eadem Theologia proficere, & ad ſuperiores gradus promoveri, ut in eadem Theologia in ſtudiis, & in locis ubi illud vigeret generale ſtudere, eamque audire, & legere, ac in ea quoſcumque actus ſcholaſticos exercere; necnon licentiæ gradum, ac Magiſterii ſeu Doctoratus inſignia, cum ſolemnitatibus debitis, & conſuetis recipere valeres, duximus diſpenſandum.

„ Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem, XIV. Kal. Novembris, anno V.

XCII.

Ut det licentiam Amadeo Sabaudiæ Duci Monaſterium Monialium ſanctæ Claræ conſtruendi. Ex lib. 1. de diverſis, & exhibitis, anno 5. fol. 182.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Tarantaſien.

§. I. Injunctum nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officium &c. Sane pro parte dilecti filii nobilis viri Amadei Ducis Sabaudiæ, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipſe ad Ordinem Monialium ſanctæ Claræ — *Ut in Conſtit. 15. hujus Pontif.*

Claræ ſpecialem gerens devotionis affectum &c. in aliquo loco apto & idoneo, infra terras ſuo dominio temporali ſubjectas, in quo ſibi videbitur expedire, conſiſtente, unum Monaſterium, ſeu Cœnobium Monialium incluſarum, Ordinis ejuſdem ſanctæ Claræ, cupientium in eo ſub voto, & obſervantia arctiſſimæ paupertatis virtutum Domino famulari, conſtruere & ædificare, ſeu conſtrui & ædificari facere, de conſenſu loci Ordinarii deſiderat, ſi ei Apoſtolicæ Sedis patrocinium & auctoritas ſuffragentur. Quare pro parte ipſius Ducis nobis fuit humiliter ſupplicatum, ſibi dictum Monaſterium cum Eccleſia, campana &c. aliiſque neceſſariis officinis fundandi & ædificandi, ac conſtrui &c. licentiam, quodque præfato Monaſterio, poſtquam fundatum & inſtitutum fuerit, ac perſonis ipſius, ut omnibus & ſingulis privilegiis, indulgentiis & gratiis, aliis ſimilibus Monaſteriis ab Apoſtolica Sede conceſſis, uti & gaudere perpetuo valeant, concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. II. Nos igitur, qui continuum cultus & religionis eorumdem optamus incrementum, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per &c. mandamus & committimus, quatenus, ſi eſt ita, Duci præfato fundandi & conſtruendi & ædificandi, ſeu conſtrui &c. Monaſterium hujuſmodi de conſenſu prædicto, & abſque juris præjudicio alieni, cum Eccleſia, campanili &c. & aliis &c. ut præfertur, pro uſu & habitatione Monialium dicti Ordinis ſanctæ Claræ, ſub voto & obſervantia hujuſmodi viventium; necnon præfatis Monialibus locum prædictum cum eiſdem Eccleſia &c. plenam & liberam, auctoritate &c. licentiam largiaris. Et inſuper quod Monaſterium ipſum, poſtquam fundatum & inſtitutum fuerit, ac perſonæ in eo degentes, omnibus & ſingulis privilegiis &c. aliis Monaſteriis ejuſdem Ordinis ſub obſervantia prædicta fundatis, ab Apoſtolica &c. conceſſis, ut præfertur, gaudere & uti valeant, libere & licite, eadem auctoritate concedas. Jure parochialis &c. ſemper ſalvo.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, xı. Kal. Novembris, anno v.

ANNO CHRISTI 1422. MARTINI V. ANNO 6.

XCIII.

Ut Fratres & Sorores nullas admittant domos ſine licentia Superioris. Ex lib. de Regularibus, ann. 6. fol. 224.

Dilectis filiis Miniſtro Provinciali, & Fratribus Ordinis Minorum provinciæ Burgundiæ, ſecundum ejuſdem Ordinis morem.

Ut in Regeſto Tomi 7. fol. 360.

§. I. AD Ordinem veſtrum &c. Sane pro parte veſtra nobis nuper exhibita petitio continebat, quod nonnulli tam Fratres, quam Sorores ſancti Damiani, & ſanctæ Claræ Ordinum in Provincia Burgundiæ, ſub cura, & ſecundum inſtituta dicti veſtri Ordinis ſecundum ejuſdem Ordinis morem viventes, quemdam regularem vivendi modum, ſub quadam animi ſimplicitate aſſumentes, & prætendentes ſe ad hoc per litteras Apoſtolicæ Sedis poteſtatem habere, abſque Superiorum ſuorum licentia, ſeu conſenſu, nonnullas veſtri Ordinis, in quibus illius Fratres conſueverunt impendere Altiſſimo famulatum, uſurpare conantur; necnon etiam alias de novo, quarum multiplicatio in confuſionem veſtram & indevotionem populi redundare conſpicitur, conſtruere, ſeu ædificare domos contendunt, etiam in veſtri, & aliorum Fratrum ejuſdem veſtri Ordinis præjudicium & gravamen. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II.

§. II. Nos igitur &c. hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ut nulli Fratrum, aut Sororum Ordinum præfatorum de cetero, etiam prætextu quarumvis litterarum, facultatum, ſeu indultorum a Sede præfata obtentorum, abſque dilecti filii Generalis dicti Ordinis, ſeu tua, fili Miniſter, licentia, vel conſenſu hujuſmodi veſtri Ordinis Fratrum uſurpare ſeu recipere, aut quaſvis alias de novo conſtrui, ſeu ædificari facere, vel inhabitare domos præſumant, auctoritate &c. tenore &c. diſtrictius inhibemus. Decernentes ex nunc irritum &c. Non obſtan. conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac litteris, facultatibus, & indultis præfatis, eujuſcumque etiam tenoris exiſtant: necnon ſtatutis & conſuetudinibus Ordinum præfatorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c. noſtræ inhibitionis, & conſtitutionis infringere &c.

Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem, III. Nonas Decembris anno VI.

XCIV.

Ut recipiat plures ad Ordinem in oratorio de la Rabida, quam erat præſcriptum. Ibidem fol. 189.

Dilecto filio Joanni de la Rabida, Ordinis Fratrum Minorum profeſſori.

§. I. Sinceræ devotionis affectus &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte tua petitio continebat, quod olim Petrus de Luna in ejus obedientia, de qua partes illæ erant, tunc Benedictus XIII. nuncupatus, tibi duodecim Fratres Ordinis præfati in oratorio loci *de la Rabida*, Hiſpalen. diœceſis, in quo tunc degebas, prout degis de præſenti, inibi volentes Domino famulari, recipiendi conceſſit facultatem. *Ut in Reg. Tom. 9. fol. 474.*

§. II. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, præfatus numerus, Domino benedicente, in eodem oratorio jam completus exiſtat, ac ad ipſum oratorium plures ejuſdem Ordinis, ac aliæ perſonæ devotionis cauſa confluant, quarum aliqui cupiant inibi ſub regulari habitu dicti Ordinis virtutum Domino famulari. Et quia plures ibi recipi non poſſunt, abſque Sedis Apoſtolicæ gratia uberiore, ſine conſolatione recedunt, & a ſuo laudabili propoſito retrahuntur: pro parte tua fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut tibi in eodem oratorio duodecim alias perſonas, tam dicti Ordinis profeſſas, quam ſeculares, Clericos, ſive laicos, recipiendi licentiam concedere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. III. Nos igitur perſonas eaſdem in hujuſmodi ſuo laudabili propoſito confovere volentes, diſcretioni tuæ duodecim ex perſonis eiſdem, quas ad hoc duxeris eligendas, & Ordinem ipſum expreſſe profeſſas, aut alios Clericos ſeculares, vel laicos, in dicto oratorio recipiendi, & recipi faciendi in Fratres, ipſiſque ſecularibus, Clericis, vel laicis regularem habitum, juxta ipſius Ordinis conſuetudinem, exhibendi, ac ibidem ſincera in Domino caritate tractandi, necnon regularem profeſſionem, per Fratres dicti Ordinis emitti conſuetam, a perſonis eiſdem, ſi illam in tuis manibus ſponte & libere emittere voluerint, recipiendi & admittendi &c. Contradictores per cenſuram &c. poſtpoſita compeſcendi. Non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis, & &c. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c. ſi quis autem &c.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, XV. Kal. Januari anno VI.

XCV.

Ut Moniales ſanctæ Claræ admittant Monaſterium in civitate Parmen. Ibidem fol. 108.

Dilecto filio Præpoſito Eccleſiæ ſancti Joannis Baptiſtæ Parmen.

§. I. EX injuncto nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officio ad ea libenter intendimus, & paterna diligentia vigilamus, quæ perſonarum Eccleſiaſticarum, præſertim Religioſarum, quæ mundanis abjectis illecebris, in humilitatis ſpiritu devotum reddunt Domino famulatum, proſperum ſtatum reſpiciunt, & ſalutem. Sane pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii ſanctæ Claræ extra muros Parmen. Ordinis ejuſdem Sanctæ, ſecundum regularia Inſtituta Ordinis Fratrum Minorum viventium, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum earum Monaſterium ſit extra muros, ut præmittitur, ſituatum, & multoties propter guerrarum turbines, aliaſque paſſim emerſas calamitates, quæ partes illas diutius afflixerunt, armigerarumque diſcurſus gentium, Abbatiſſa & Conventus præfatæ, ne ad manus hoſtium devenirent, coactæ fuerint ipſum Monaſterium derelinquere, ſeque pro earum ſecuritate, & ſalute infra mœnia Parmen. civitatis reducere, in qua, cum inibi commune domicilium, vel habitaculum non haberent, in quo inſimul cohabitare & vivere poſſent, ſe ad ipſarum parentum, affinium, & amicorum domos ſingulariter reducebant: quidam civis Parmen. tunc præmiſſa provide conſiderans & condens de bonis ſuis in ejus voluntate ultima teſtamentum, cupienſque terrena &c. pro animæ ſuæ remedio, quamdam ipſius domum, in loco congruo & honeſto civitatis ejuſdem conſiſtentem, & ad teſtatorem præfatum legitime pertinentem, pro refugio dictarum Abbatiſſæ & Conventus, neceſſitatum temporibus, eiſdem Abbatiſſæ & Conventui pia largitione reliquit atque legavit; ac voluit, & ordinavit idem teſtator, quod in dicta domo continuo ad minus quatuor ex Monialibus dicti Ordinis ſanctæ Claræ, pro divino inibi celebrando officio habitare, & duas Miſſas pro ſalute animæ dicti teſtatoris ſingulis ſeptimanis celebrari facere tenerentur; & in caſu, quo ipſæ a præfatis, vel eorum aliquo deficerent, ex tunc ipſo facto dicto legato privatæ exiſterent, ipſumque legatum ad Sorores Monaſterii ſancti Dominici Parmen. Ordinis ſancti Auguſtini, ſub cura Fratrum Prædicatorum viventes devolveretur, prout in dicto teſtamento dicitur plenius contineri.

Petitionis tenor

Domus quædam Monialibus teſtamento relicta.

§. II. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, licet Abbatiſſa & Conventus præfatæ, voluntatem & diſpoſitionem teſtatoris ejuſdem a quadraginta annis & ultra, quamvis cum earum maximo incommodo adimpleverint, cum duæ dumtaxat Moniales in dicto Monaſterio extra eoſdem muros inhabitent de præſenti; quia tamen ſatis abſonum & indecens eis videtur, quod ipſæ, quæ octo ſunt numero Moniales, in diverſis locis debeant reſidere. Et propterea, quamvis propter varia ſtatum, honeſtatem, & honorem dicti Ordinis concernentia in provinciali Capitulo Ordinis Minorum, in provincia Lombardiæ noviſſime celebrato, deliberatum fuerit & decretum, quod tam præfatum, quam alia ejuſdem Ordinis Monaſteria extra muros cujuſvis civitatis, terræ, vel loci dictæ provinciæ conſtituta, infra civitates, terras, & loca hujuſmodi reædificari debeant & reduci, prout juxta deliberationem & ordinationem præfatas plurima, quæ extra muros fuerant, ſunt reducta; venerabilis frater noſter Bernardus Epiſcopus Par-

Monaſterium intra civitatis mœnia reædificandum.

men.

men. præmiſſa provide conſiderans, ac precibus, & piis poſtulationibus Abbatiſſæ & Conventus earumdem annuens, eis pro hujuſmodi Monaſterio ædificando, fundando, & conſtruendo infra civitatem præfatam, Eccleſiam ſine cura ſancti Quiriti Parmen. ad ejus collationem, & omnimodam diſpoſitionem pertinentem, tunc certo modo vacantem, pia largitione conceſſit, atque donavit. Quare pro parte Abbatiſſæ & Conventus præfatarum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. III. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus vocatis qui fuerint evocandi, de præmiſſis omnibus & ſingulis, auctoritate noſtra te diligenter informes: & ſi per informationem hujuſmodi vera eſſe repereris, ſuper quibus tuam conſcientiam oneramus, eiſdem Abbatiſſæ & Conventui præfatum Monaſterium extra muros demoliendi, ſola illius Eccleſia inibi illæſa & libera reſervata, ac hujuſmodi Monaſterium in loco dictæ Eccleſiæ ſancti Quiriti, pro uſu & habitatione præfatis, de novo fundandi & conſtruendi, cum campanili, campana, cœmeterio, & aliis neceſſariis officinis, ac ſe ad illud, poſtquam, ut præmittitur, conſtructum & fundatum fuerit, transferendi, auctoritate præfata licentiam largiaris. Non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis & conſuetudinibus Ordinis præfati, & aliis contrariis quibuſcumque. Proviſo quod Eccleſia dicti Monaſterii debitis propterea non fraudetur obſequiis, ſed etiam ei ferviatur laudabiliter in divinis; ac locus dicti Monaſterii demoliendi ad profanos uſus nullatenus redigatur. *Licentia conceditur.*

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, IV. Kal. Januarii anno VI.

Anno Christi 1423. Martini V. anno 6.

XCVI.

Ut uniat Monaſterio Zamoren. parochialem Eccleſiam, & alios reditus. Ibid. fol. 311.

Venerabili fratri Epiſcopo Electen.

§. I. PRudentes virgines, quæ mundanis abdicatis illecebris, virginitatem ſuam Virginis filio devoventes, parant accenſis lampadibus, obviam ire Chriſto ſponſo, tanto propenſius proſſequimur ſtudio caritatis, quanto majori pro fragilitate ſexus ſuffragio indigere noſcuntur. *Exordium.*

§. II. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ, & conventus Monaſterii ſanctæ Claræ Ordinis ejuſdem Sanctæ, extra muros Zamoren. petitio continebat, quod licet olim earum Monaſterium pulchris, & ſumptuoſis ædificiis conſtructum, ac ornamentis Eccleſiaſticis pro divino cultu opportunis decenter munitum foret, & quamplurium Monialium, ſub regulari habitu præfati Ordinis inibi Domino famulantium numero abundaret, tamen propter gentium armigerarum diſcurſus, & guerras, quæ inter duos Caſtellæ Reges dudum in illis partibus viguerunt, præfatum Monaſterium fuit quaſi dirutum, & deſtructum, ac ornamentis hujuſmodi, ac aliis bonis, depauperatum, quodque Abbatiſſa & Moniales ejuſdem Monaſterii, quæ poſtmodum cum eleemoſynis, & caritativis ſubſidiis Chriſtifidelium, Monaſterium hujuſmodi extra muros præfatos, in loco aliquantulum a civitate Zamoren. remoto fundare, & reædificare cœperunt, propter exilitatem fructuum, redituum, & proventuum ejuſdem Monaſterii, qui triginta librarum Turonen. parvorum ſecundum communem &c. valorem annuum, ut Abbatiſſa & Conventus præfatæ aſſerunt, non excedunt, nedum Monaſterium ipſum in ædificiis, & ornamentis præfatis reparare, quinimo ex hujuſmodi triginta libris, cum eis ſolo pane re- *Monaſterium a belligeris incurſibus fere dirutum.*

reſciantur annuatim, earum vitam ſuſtentare, & alia eis, ac dicto Monaſterio prò tempore incumbentia onera ſupportare non valent. Quare pro parte Abbatiſſæ & Conventus præfatarum fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut pro ædificiorum & ornamentorum præfatorum reparatione & refectione, ac Monialium inibi degentium pro tempore ſuſtentatione, & hujuſmodi onerum ſupportatione, Eccleſiam ſanctæ Mariæ antiquæ, *Eremitagium* nuncupatum, extra muros præfatos, & prope dictum Monaſterium ſitum, quæ olim parochialis fuiſſe, ac fontes baptiſmales, & alia inſignia parochialia, necnon parochianos habuiſſe dicitur, licet ea modo non habeat, & cujus viginti, necnon ſancti Joannis *de Collinas*, & ſancti Jacobi præſtimonia prope villam de *Benavento*, Aſtoricen. Diœceſ. conſiſtentia, per ſeculares Clericos gubernari conſueta, quorum quinquaginta librarum Turonen. ſimilium ſecundum æſtimationem præfatam, fructus, reditus & proventus, valorem annuum, ut Abbatiſſa & Conventus præfatæ etiam aſſerunt, non excedunt, eidem Monaſterio in perpetuum incorporare, annectere & unire, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Petunt ei Eccleſiam parochialem uniri.

§. III. Nos igitur &c. non habentes, ac eiſdem Abbatiſſæ, & Monialibus, ac Monaſterio in præmiſſis pio & paterno compatientes affectu, hujuſmodi &c. inclinati, fraternitati tuæ, cum eædem Abbatiſſa & Moniales præmiſſa per eas nobis expoſita infra Romanam curiam ſe aſſerunt poſſe probare, per Apoſtolica &c. mandamus, quatenus ſuper præmiſſis nobis, ut præfertur, expoſitis, te auctoritate noſtra informes, & ſi per &c. ita repereris eſſe, ſuper quo tuam &c. Eccleſiam & præſtimonia præfata, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis præfato Monaſterio, eadem auctoritate noſtra, in perpetuum incorporare, annectere, & unire procures, ita quod perſonis Eccleſiam, & præſtimonia ipſa obtinentibus, etiamſi Apoſtolicæ Sedis Officiales, ac propterea Eccleſia, & præſtimonia ipſa diſpoſitioni Apoſtolicæ generaliter, vel ſpecialiter alias reſervata exiſtant, ſimul, vel ſucceſſive cedentibus, vel decedentibus, aut Eccleſiam & præſtimonia ipſa alias quomodolibet dimittentibus, liceat eiſdem Abbatiſſæ & Conventui per ſe, vel alium, ſeu alios Eccleſiæ, & præſtimoniorum, juriumque & pertinentiarum præfatorum corporalem poſſeſſionem apprehendere, & perpetuo retinere, ipſorumque fructus, reditus, & proventus, ac jura & obventiones quæcumque in reparationem, ac refectionem, necnon hujuſmodi onerum ſupportationem, & aliis in earum, & dicti Monaſterii uſus, & utilitates convertere, Diœceſani loci & alterius &c. minime requiſita. Et nihilominus ſi unionem, annexionem, & incorporationem hujuſmodi per te, vigore præſentium, fieri contingat, ac perſonæ ipſæ Eccleſiam & præſtimonia præfata obtinentes ad effectum, ut unio, incorporatio, & annexio præfatæ ſuum citius ſortiantur effectum, in manibus tuis ſponte, & libere cedere voluerint, tu ceſſiones hujuſmodi a perſonis eiſdem, vel earum procuratoribus, ad hoc ab eis ſpecialiter conſtitutis, ſimul, vel ſucceſſive, hac vice dumtaxat, auctoritate noſtra recipias, & admittas, eiſque per te receptis & admiſſis, liceat Abbatiſſæ & Conventui præfatis, Eccleſiæ & præſtimoniorum præfatorum corporalem poſſeſſionem, ut præmittitur, recipere, & etiam retinere, non obſtantibus &c. contrariis quibuſcumque &c. quas quidem litteras, & proceſſus habitos per eaſdem, & quæcumque inde ſecuta ad Eccleſiam & præſtimonia præfata volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis, quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum, præjudicium generari, & quibuſcumque aliis &c. Volumus autem quod præfatæ Abbatiſſa & Conventus de fructibus, reditibus, & proventibus dictæ Eccleſiæ per idoneum Presbyterum in eadem Eccleſia in divinis faciant laudabiliter deſerviri. Et ſi forſan in fu-

Epiſcopo commiſſa informatio.

Et gratiæ conceſſæ executio.

tu-

turum illam parochianos habere contigerit, perpetuus Vicarius in ea canonice inſtituatur, qui curam animarum ipſorum parochianorum habeat exercere, cuique de fructibus, reditibus, & proventibus ipſius Eccleſiæ congrua portio aſſignetur, ex qua idem Vicarius congrue ſuſtentari valeat, ac Epiſcopalia jura ſolvere, & alia ſibi incumbentia onera ſupportare. Nos enim, ſi unionem, annexionem, & incorporationem præfatas per te, vigore præſentium, fieri contigerit, ut præfertur, ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter &c. contigerit attentari.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, vi. Kalendas Martii, anno vi.

XCVII.

Ut Sorores Tertii Ordinis domum recipiant in Urbe. Ibidem, ſol. 145.

Dilecto filio Vicario ſanctæ Mariæ de Populo de Urbe.

§. I. Humilibus ſupplicum votis &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Margaritæ, & Catarinæ, ac Agnetis, ſecundum Inſtituta Ordinis Minorum, *tertiam regulam* nuncupata, in alma Urbe degentium petitio continebat, quod olim dilecta in Chriſto filia Stephana Ciocti de Caſtro Campagnani, diſtrictus ipſius urbis, pro ſuæ, ſuorumque ſalutis remedio, quamdam domum in dicto Caſtro poſitam, & nonnulla ſupellectilia in eadem, ad dictam Stephanam tunc legitime ſpectantia, pro uſu & habitatione mulierum honeſtarum, ſecundum inſtituta præfata viventium, ac Hoſpitalitate in eadem domo propterea ſervanda, dilectis in Chriſto filiabus Cecchæ, & Margaritæ de Tuderto in regione Campi Martis, in loco *Mons acceptabilis* nuncupato, de dicta Urbe, pro ſe & aliis mulieribus ſecundum eadem Inſtituta degentibus perpetuo, libere dedit, atque donavit, prout in quodam publico inſtrumento deſuper confecto dicitur plenius contineri, cujus, necnon donationis hujuſmodi vigore, mulieres ipſæ domum eamdem aſſecutæ, illam ex tunc pro uſu & habitatione hujuſmodi tenuerunt, & poſſederunt, prout adhuc tenent, & poſſident pacifice de præſenti. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, quia dicta domus, in qua jam ex mulieribus antedictis nulla reſidet, nec Hoſpitalitas aliqua ſecundum donantis inſtitutionem obſervatur, propter nimiam ejus ab Urbe præfata diſtantiam, eis quodammodo inutilis reddatur, quodque ſi domus ipſa venderetur, & ex pretio venditionis hujuſmodi, alia juxta præfatum earum in Urbe locum emeretur, ipſarum commoditati, & utilitati ſalubrius conſuleretur. Quare pro parte dictarum Margaritæ, Catarinæ, & Agnetis nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. *Ut in Conſt. 16. hujus Pontificis.*

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus de præmiſſis &c. informes &c. præfatis mulieribus earum, & aliarum nomine domum de dicto Caſtro præfatam libere vendendi eam emere volentibus, necnon pretio ipſius venditæ domus domum aliam hujuſmodi pro ſimilibus uſu, & habitatione, ac hoſpitalitate, juxta præfatum locum eiſdem mulieribus licite emendi, eadem auctoritate licentiam largiaris. Non obſtantibus præmiſſis &c. ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Kalendis Martii, anno vi.

XCVIII.

Digitized by Google

XCVIII.

Datur ei facultas duo Cœnobia admittendi. Ibidem, fol. 172.

Dilecto filio .... Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia *nuncupatorum, in Provincia Terræ-laboris, ſecundum morem dicti Ordinis, Vicario Generali*.

Ut in Reg. Tomi 9. fol. 462.

§. I. His quæ divini cultus augmentum &c. Dudum ſiquidem quondam Jacobo de Salerno Ordinis Fratrum Minorum profeſſori, quatuor loca pro uſu & habitatione nonnullorum Fratrum dicti Ordinis, ſibi pia largitione fidelium in Italia concedenda, dummodo ad id locorum Ordinariorum, ac Miniſtri Generalis dicti Ordinis conſenſus accederet, recipiendi, & in eis domos cum Eccleſiis, oratoriis, campanili &c. & aliis neceſſariis officinis conſtruendi, & ædificandi, licentiam, necnon Fratribus dicti Ordinis, quos in hujuſmodi domibus pro tempore reſidere contingeret, ut omnibus privilegiis &c. Ordini præfato, & aliis illius domibus conceſſis uti, & gaudere libere poſſent, conceſſimus, prout in noſtris ſuperinde confectis litteris plenius continetur. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, dictus Jacobus, qui in vim conceſſionis hujuſmodi duo tantum loca recepit, & antequam dictæ litteræ ulteriorem ſortirentur effectum, extra Romanam Curiam extiterit vita functus, ac hujuſmodi conceſſionis gratia, quoad alia duo loca non recepta, in cultus & propagationis præfatorum detrimentum, cenſeantur propterea expiraſſe, pro parte tua fuit nobis humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos itaque &c. tibi juxta formam dictarum litterarum, recipiendi hujuſmodi duo ex ipſis quatuor loca, non recepta, ut præfertur, licentiam, necnon Fratribus in illorum domibus, ſi per te illas erigi contigerit, pro tempore moraturis, ut privilegiis, gratiis &c. in ipſis litteris annotatis uti, & gaudere, juxta earumdem litterarum continentiam & tenorem, libere & licite valeant, auctoritate &c. indulgemus. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, VII. Idus Martii, anno VI.

XCIX.

Ut in terris infidelium duo loca recipiat. Ibidem, fol. 186.

Dilecto filio Jacobo Scalionis de Neapoli, Ordinis Fratrum Minorum profeſſori.

Ut in Reg. Tom. 9. fol. 457.

§. I. Sacræ Religionis &c. Sane pro parte tua nobis nuper exhibita petitio continebat, quod in terris infidelium pauca loca tui Ordinis exiſtunt, & cum ſæpe contingat Fratres ejuſdem Ordinis ad illas partes tranſire, ex defectu locorum hujuſmodi, oporteat eos ſæpius apud ſeculares perſonas hoſpitari, & ſic hoſpitando nequeant Regularem obſervantiam & ſtatuta dicti Ordinis, prout decet, commode obſervare, pro parte tua fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut tibi ad præfatas terras tranſeundi &c.

§. II. Nos igitur &c. tibi, ut in dictis terris, & alibi etiam inter Chriſtifideles hujuſmodi duo loca conſtructa, & conſtruenda, ſi tibi pia largitione fidelium concedantur, vel alias juſtis modis poteris adipiſci, libere recipiendi, & in quolibet locorum eorumdem, prout neceſſarium fuerit, Eccleſiam, ſeu oratorium cum campanili &c. & aliis ſupradictis pro uſu, & habitatione hujuſmodi Fratrum conſtruendi & ædificandi, & in eis perpetuo com-

commorandi, fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. &c. & qualibet alia conſtitutione Apoſtolica contraria nequaquam obſtantibus, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, licentiam elargimur. Jure tamen parochialis &c. ſemper ſalvo. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, VI. Idus Martii, anno VI.

C.

Ut Fratres admittant domum in Caſtro Duglanc. Ex lib. I. de diverſis formis &c. anno 6. fol. 195.

Venerabili Fratri Epiſcopo Alben.

§. I. SInceræ devotionis affectus, quem dilectus filius nobilis vir Arcellus ex Marchionibus Salutiarum Miles, Alben. Diœceſ. ad nos &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dicti Militis petitio continebat, quod ipſe zelo devotionis accenſus &c. ad Dei omnipotentis laudem & gloriam, ac ob reverentiam beati Franciſci Confeſſoris, de bonis ſibi deſuper collatis, quamdam domum cum Eccleſia &c. & aliis neceſſariis officinis, in caſtro Duglanc, dictæ Diœceſ. ſuæ temporali ditioni ſubjecto, a quo etiam quædam alia domus dicti Ordinis decem milliarium ſpatio non remota exiſtit, in loco ad hoc apto & convenienti, pro uſu & habitatione aliquorum Fratrum, inibi ſub regulari Obſervantia dicti Ordinis fructus ſalutares Domino impendentium, conſtruere & erigere, ac conſtrui & erigi facere proponit &c. pro parte ipſius Militis nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. *Ut in Regeſt. Tomi 9. fol. 474.*

§. II. Nos itaque &c. fraternitati tuæ &c. mandamus, quatenus eidem Militi præmiſſa faciendi, ac Fratribus præfatis domum eamdem cum Eccleſia &c. & aliis prænominatis recipiendi, illamque pro uſu & habitatione præfatis retinendi & in ea perpetuo commorandi, fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. &c. contraria nequaquam obſtante, auctoritate noſtra licentiam largiaris. Et nihilominus Fratribus Ordinis præfati, quos in eadem domo pro tempore reſidere contigerit, ut quibuſvis privilegiis &c. quomodolibet conceſſis uti & gaudere poſſint & debeant, eadem auctoritate concedas, jure tamen parochialis &c. ſemper ſalvo.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, XIII. Kalendas Aprilis, anno VI.

CI.

Joannes de Baeza inſtituitur Vicarius generalis in Canariis inſulis, & Fratribus in eis degentibus multa privilegia conceduntur. Ex lib. de Regularibus, anno 6. fol. 208.

Ad futuram rei memoriam.

§. I. AD ea quæ pro Catholicæ fidei augmento cedere dignoſcuntur, prout ex debito cogimur officii paſtoralis, libenter intendimus, & ad extirpandum de cordibus infidelium errores quibus irretiti ſunt, eoſdemque infideles ad fidei præfatæ notitiam admittendum, partes noſtræ ſollicitudinis adhibemus. Exordium.

§. II. Hodie ſiquidem pro parte dilecti filii Joannis de Baeza, Ordinis Fratrum Minorum profeſſoris, nobis expoſito, quod olim ipſe de licentia Petri de Luna in ſua obedientia, de qua partes illæ tunc erant, Benedicti XIII. nuncupati, necnon quondam Joannis Ordinis præfati Generalis Miniſtri, ad inſulas Canariæ, Rubicen. Diœceſ. in quibus aliqui utriuſque Joannes de Baeza ad Inſulas Canarias ſe tráſfert.

ſexus a paucis temporibus citra, infidelitate relicta, ad fidem præfatam converſi fuerant, ſe transferens, ibidem verbum Dei fidelibus, & nonnullis infidelibus ad eamdem fidem converti cupientibus, prædicaverat, quodque idem Petrus, tunc Benedictus XIII. eidem Joanni de Baeza fundandi & conſtruendi, ſeu conſtrui & fundari faciendi, in qualibet ex quatuor ex præfatis inſulis, unum locum dicti Ordinis, licentiam & facultatem conceſſerat, ac nobis humiliter ſupplicato, ut cum ipſe Joannes de Baeza opus hujuſmodi continuare deſideraret, ut illud eo libentius perficere valeret, quo majori foret auctoritate munitus, licentiam & facultatem hujuſmodi confirmare, necnon eumdem Joannem in ipſis inſulis Vicarium Generalem conſtituere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Ibi Vicarius Generalis inſtituitur.

§. III. Nos hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ac licentiam & facultatem hujuſmodi confirmantes, præfatum Joannem in inſulis Vicarium Generalem, ſecundum morem dicti Ordinis, cum ſimili poteſtate, quam Miniſter Generalis habet, & prout in Corſicæ, & Sardiniæ inſulis Vicarii ejuſdem Ordinis deputati, habere conſueverunt, & habent, per alias noſtras litteras fecimus, conſtituimus, & etiam deputavimus, eidem Joanni & cuilibet Vicario inibi pro tempore exiſtenti, quoſcumque Fratres idoneos ipſius Ordinis ad eaſdem inſulas tranſire, & inibi moram trahere volentes, recipiendi, eoſque ad partes Chriſtifidelium eleemoſynas pro neceſſariis ſuis, & aliorum Fratrum, in eiſdem inſulis pro tempore commorantium, petituros deſtinandi; præfatiſque Fratribus, quos ad præmiſſa deſtinaret, hujuſmodi eleemoſynas, cujuſcumque Ordinarii, ſeu Prælati, aut alicujus alterius ſuper hoc licentia petita, licet non obtenta, petendi; necnon Fratribus ejuſdem Ordinis ibidem, ut præmittitur, commorantibus, quod ipſi Chriſtifidelibus in eiſdem inſulis exiſtentibus, & in futurum ad eamdem fidem convertendis, ſi Clerici ſeculares, ad quos pertinet, non forent. Eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare valerent, licentiam & facultatem conceſſimus, prout in eiſdem litteris plenius continetur.

§. IV. Nos igitur eorumdem Fratrum in dictis inſulis pro tempore commorantium, ne propter hoc cogantur ad Romanam Curiam veniendo perſonaliter laborare, volentes parcere laboribus, & expenſis, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium ſtatuimus, & etiam ordinamus, quod cedente, vel decedente præfato Joanne, vel alio in eiſdem inſulis Vicario pro tempore exiſtente, liceat præfatis Fratribus, qui fuerint, & erunt pro tempore, alium Vicarium in eiſdem inſulis eligere, qui ſic electus per dilectum filium Miniſtrum Provincialem in provincia Caſtellæ, ſecundum morem dicti Ordinis, ad quem confirmatio electionis hujuſmodi per Miniſtrum Generalem ſupradictum eidem Provinciali Miniſtro conceſſa perpetuo pertineat, confirmetur, & officium Vicariatus hujuſmodi valeat licite gerere, & exercere in inſulis memoratis. Et nihilominus Vicario & Fratribus hujuſmodi pro tempore exiſtentibus in inſulis prælibatis, omnibus privilegiis eidem Ordini per Apoſtolicam Sedem conceſſis gaudere, & uti valeant; quibus alii Fratres in aliis domibus ubique commorantes gaudent, ſeu quomodolibet potiuntur, eadem auctoritate concedimus. Quodque Epiſcopi, ſeu Prælati in eiſdem inſulis pro tempore exiſtentes nullatenus plus juriſdictionis in Vicarium, & Fratres hujuſmodi habere poſſint, nec valeant, quam habent alii Prælati, ſeu Epiſcopi in aliis mundi partibus in Fratres ejuſdem Ordinis, ſive habere conſueverunt. Et inſuper Vicario præfato, & qui pro tempore erit, deputandi unam, vel plures, perſonam, vel perſonas, idoneam, ſeu idoneas, ſecularem, vel ſeculares, & per ipſam, aut ipſas, ea quæ pro tempore eidem Vicario exiſtenti, & dictis Fratribus a Chri-

Privilegia Fratribus conceſſa.

Chriſtifidelibus erogabuntur, & donabuntur, recipi, & pro neceſſitatibus, utilitatibus, & commodo Eccleſiarum ædificandarum in eiſdem inſulis, ac Vicarii, & Fratrum præfatorum diſtribui faciendi: conſtitutionibus Apoſtolicis, & ejuſdem Ordinis, ceteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, auctoritate præfata, tenore præſentium licentiam & facultatem plenariam elargimur. Nulli ergo &c. noſtrorum ſtatuti, ordinationis, & elargitionis infringere &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, v. Idus Aprilis anno VI.

CII.

Ut Fratres Tertii Ordinis recipiant domum in civitate, vel diæceſi Hiſpal.
Ibidem fol. 87.

Dilecto filio Theſaurario Eccleſiæ Hiſpalen.

§. I. Sinceræ devotionis affectus, quem dilecti filii univerſi Fratres Tertii Ordinis ſancti Franciſci *de Pœnitentia*, nuncupati, domus ſancti Joannis extra muros Hiſpal. &c. Sane pro parte dictorum Fratrum nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipſi in domo præfata, quæ cum Eccleſia, campanili &c. & aliis neceſſariis officinis conſtructa exiſtit, & quæ ad conſervandam ipſorum Fratrum ſanitatem minus apta, & indiſpoſita fore dignoſcitur, diutius immorari nequeant. Quare pro parte dictorum Fratrum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis quamdam aliam domum ſimiliter cum Eccleſia, clauſtro, campanili &c. & aliis neceſſariis officinis hujuſmodi, in qua ſub perpetua clauſura Domino vivant, in aliquo alio ad hoc congruo & honeſto loco, in civitate, vel diœceſi Hiſpal. ſub nomine & vocabulo ſancti Sebaſtiani fundandi conſtruendi &c. *Vide ut ſupra.*

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus vocatis qui &c. præfatis Fratribus aliam domum hujuſmodi, cum Eccleſia, clauſtro &c. & officinis præfatis, in qua ſub clauſura perpetua vivere teneantur, in loco ad hoc congruo &c. honeſto, in civitate, vel diœceſi præfatis per eos licite acquirendo, ſub nomine & vocabulo ſancti Sebaſtiani præfatis fundandi, conſtruendi, & ædificandi, ac ſe cum bonis, necnon ornamentis præfatis ad eamdem fundandam domum transferendi, illamque recipiendi, & perpetuo retinendi, Diœceſani loci, & cujuslibet &c. minime requiſitis. Non obſtantibus fel. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. quibuſcumque contrariis, jure tamen parochialis &c. ſemper ſalvo, plenam & liberam, auctoritate noſtra, licentiam largiaris. Nos enim ſi per te dictis Fratribus &c. elargiri contigerit, ut præfertur, illis qui in dicta domo fundanda pro tempore morabuntur, ut omnibus privilegiis &c. quibus alii Fratres ejuſdem Ordinis in eorum domibus pro tempore exiſtentes gaudent, ſeu quomodolibet potiuntur, libere & licite uti & gaudere: illis vero hujuſmodi Ordinis Fratribus, qui in præſentiarum exiſtunt, & ad eamdem fundandam domum ſe transferent, ac etiam illis, quos eamdem fundandam domum, poſtquam, ut præmittitur, fuerit fundata, & constructa, infra triennium ingredi contigerit, & inibi, donec in humanis egerint, ſub hujuſmodi clauſura permanſerint, ut confeſſor idoneus, quem ex Fratribus ejuſdem fundandæ domus duxerint eligendum, omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, ſemel tantum in mortis articulo, plenam remiſſionem eiſdem Fratribus in ſinceritate fidei, unitate ſanctæ Romanæ, Eccleſiæ, ac obedientia, & devotione noſtra, vel ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium, perſiſtentibus, auctori-

tate Apoſtolica concedere valeat, tenore præſentium indulgemus.

§. III. Volumus autem quod idem confeſſor de his, de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda, eam eiſdem Fratribus per eos, ſi ſupervixerint, vel per alios, ſi tunc forte tranſierint, juxta ipſius Ordinis inſtituta, faciendam injungat, quam iidem Fratres facere teneantur, ut præfertur. Et ne, quod abſit, propter hujuſmodi gratiam Fratres ipſi procliviores reddantur ad illicita in poſterum committenda, volumus quod, ſi ex confidentia remiſſionis aliqua forte committerent, quoad illa, præfata remiſſio Fratribus nullatenus ſuffragetur: quodque Frarres ipſi per unum annum a tempore, quo præſens ultima noſtra conceſſio ad eorum notitiam pervenerit, computandum, ſingulis ſextis feriis, impedimento legitimo ceſſante, jejunent: quod ſi præfatis feriis ex præcepto Eccleſiæ, regulari obſervantia, injuncta pœnitentia, voto, vel alias jejunare teneantur, una alia die ſingularum ſeptimanarum ejuſdem anni, qua ad jejunandum, ut præmittitur, non ſunt aſtricti, jejunent. Et ſi in dicto anno, vel aliqua ejus parte eſſent legitime impediti, anno ſequenti, vel alias, quamprimum commode poterunt, modo ſimili ſupplere hujuſmodi jejunium teneantur, alioquin eadem noſtra conceſſio quoad jejunium hujuſmodi non obſervantes dumtaxat, nullius ſit roboris, vel momenti.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, VI. Idus Maii, anno VI.

CIII.

Ut Viſitatorem inſtituat Fratrum & Sororum Tertii Ordinis provinciæ Hiſpalen. fratrem Fernandum Gundiſalvi. Ibidem fol. 84.

Dilecto filio Bernardo de Rupe Ordinis Fratrum Minorum profeſſori, Magiſtro in Theologia, in Romana Curia reſidenti.

§. I. Religioſorum exceſſus, quos antiquus hoſtis eo ſollicitius ſuſcitat, quo eorum vitæ meritoriæ ardentius æmulatur, tanto amplius deteſtantes, quanto ex illis majora ſcandala in mentibus fidelium oriuntur, ad illos reprimendum, & caſtigatione debita coercendum congruum nos decet remedium adhibere.

§. II. Cum itaque, ſicut accepimus, nonnulli ex Fratribus & Sororibus Tertii Ordinis ſancti Franciſci *de Pœnitentia* nuncupati, provinciæ Hiſpalen. regulari relicta modeſtia, ad nonnullos exceſſus proſiliant, & de his propter ſuorum Superiorum abſentiam, vel negligentiam remanentes impunes, plurimis ad ſimilia proſiliendi ſe præbeant pernicioſum exemplum. Nos tam in præmiſſis ſalubriter providere, quam etiam Fratrum, & Sororum eorumdem nobis humiliter ſupplicantium ſuper hoc, qui dilectum filium Fernandum Gundiſalvi de Alcazar dicti Ordinis profeſſorem, omnium domorum, & locorum, ac perſonarum, Ordinis, & Provinciæ præfatorum deputari, ipſiſque Fratribus, ut præfato Fernando cedente vel decedente, ad hujuſmodi viſitationis officium, ex tunc in antea pro tempore Viſitatore carere contigerit, alium dicti Ordinis profeſſorem, ad hoc idoneum, in eorum, ac locorum, & domorum præfatorum Viſitatorem eligendi, facultatem concedi cupiunt &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus de præmiſſis omnibus, ac dicti Fernandi, qui Presbyter, & ut aſſeritur, in Decretis Baccalaureus exiſtit, ſufficientia &c. te diligenter informes &c. ſi tibi videatur pro bono ſtatu, & reformatione Fratrum & Sororum, ac domorum & locorum præfatorum in melius reformando, quod præmiſſa eis concedenda exiſtant, tu in præmiſſis, & circa ea, eadem auctoritate noſtra facias &c. dicti Tertii Ordinis ab bonum ſtatum ipſorum &c. & utilia fore videris &c. Con-

tra-

tradictores per cenſuram &c. non obſt. privilegiis &c. ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, VI. Idus Maii, anno VI.

CIV.

Ut Fratres Tertii Ordinis in provincia Hiſpalen. poſſint deferre ſcapulare. Ibid. fol. 142.

EIDEM.

HUmilibus & honeſtis ſupplicum votis libenter annuimus &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Fratrum Tertii Ordinis S. Franciſci *de Pœnitentia* nuncupatorum, provinciæ Hiſpalen. petitio continebat, quod licet ipſi ſub Regulari profeſſione dicti Ordinis Deo jugibus degunt obſequiis, & ad certum per eos geſtandum habitum, juxta præfati Ordinis inſtituta minime ſunt aſtricti: nihilominus quemdam habitum per nonnullos Eremitas, *de paupere vita* nuncupatos, deportari ſolitum deferre conſueverint, pro parte eorumdem Fratrum Tertii Ordinis nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut pro decore dicti Ordinis, & ut inter eos & dictos Eremitas, qui nullius Obſervantiæ Regularis exiſtunt, in hujuſmodi habitu aliqualis diverſitas appareat, ipſis Fratribus Tertii Ordinis, tam præſentibus, quam futuris, quoddam ſcapulare decentis longitudinis, dicto per eos geſtato habitui in colore conforme, per eos deferendum concedere, & aſſignare, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus, ſi diligenti &c. eiſdem Fratribus Tertii Ordinis. dummodo in Sacerdotio, aut ſacris Ordinibus conſtituti exiſtant, præſentibus & futuris ſcapulare hujuſmodi coloris, & formæ, ac longitudinis congruentis, per eos, ut præfertur, geſtandum, auctoritate noſtra concedas pariter, & aſſignes: conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque. *Ut in Conſtit. 26. hujus Pontif.*

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, VI. Idus Maii, anno VI.

CV.

Confirmatur in regimine Hoſpitalis ſancti Stephani de Urbe. Ibidem fol. 250.

Dilecto filio Georgio Henrici Tertii Ordinis ſancti Franciſci profeſſori, & dicti Ordinis Procuratori Generali.

AD ea, quæ ex injuncto nobis Apoſtolatus officio incumbunt, libenter intendimus, quæ Hoſpitalium, & piorum locorum utilitatem reſpiciunt, & ut ea, quæ ad ipſorum proſperitatem, ac divini cultus augmentum ſunt ſalubriter ordinata, illibata conſiſtant, libenter adjicimus Apoſtolici muniminis firmitatem. Exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, quod cariſſimus in Chriſto filius noſter Sigiſmundus Romanorum, & Hungariæ Rex illuſtris, ad quem proviſio Hoſpitalis ſancti Stephani Protomartyris de Urbe pro tempore pertinere dignoſcitur, pie conſiderans quod Hoſpitale præfatum, quod per beatum Stephanum Hungariæ nationis Regem fundatum extitit, & dotatum, propter guerrarum turbines, & calamitates multiplices, quæ præfatam Urbem diutius miſerabiliter afflixerunt, in ſuis ſtructuris & ædificiis eſt totaliter collapſum, ac deſiderans, ut Hoſpitale ipſum in ſuis ædificiis, & rebus aliis reparetur, curam, regimen, & adminiſtrationem ejuſdem Hoſpitalis tibi per ſuas litteras commiſit. Et dein-

deinde dilecti filii Capitulum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de dicta Urbe, commiſſionem ratam habentes, approbarunt, atque etiam confirmarunt, prout in litteris Regis, & Capituli præfatorum, ipſorum ſigillis munitis plenius continetur. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. Nos hujuſmodi &c. inclinati, commiſſionem & confirmationem præfatas, ac omnia & ſingula in dictis litteris contenta, & quæcumque &c. rata habentes &c. ea auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis, & communitionis infringere &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, XVI. Kalendas Junii, anno VI.

CVI.

Donatio Conventus Janeri facta Fratribus Boſnæ confirmatur. Ex lib. I. de diverſis formis, anno 6. fol. 319.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. I. Pia fidelium vota illa potiſſime, per quæ fœcundi fructus, quos in agro militantis Eccleſiæ ſacra Fratrum Minorum Religio, in propagationem Divini cultus, & fidei orthodoxæ producit aſſidue, uberius pullulent & ſuccreſcant, libenter, cum a nobis petitur, exaudimus.

§. II. Hinc eſt, quod nos dilecti filii nobilis viri Sigiſmundi de Loſont, Militis, Strigonien. Diœceſ. ſupplicationibus inclinati, locum in oppido Janero, Agrienſ. Diœceſ. per quondam Ladiſlaum Banum, ejuſdem Militis genitorem, de bonis ſibi a Deo collatis &c. fundatum, atque conſtructum, & Fratribus Ordinis Minorum Vicariæ Boſnæ, ſecundum morem dicti Ordinis, pro eorum uſu & habitatione perpetuis, cum ejus Eccleſia in honorem, & ſub vocabulo beatæ Mariæ Virginis, necnon domibus, clauſtris &c. & aliis neceſſariis officinis, pia largitione donatum, ac dudum per eoſdem Fratres de Apoſtolicæ Sedis, ut aſſeritur, licentia ſpeciali, pro uſu & habitatione præfatis receptum cum Eccleſia, in qua nonnulli ex eiſdem Fratribus divino ſunt obſequio mancipati, necnon clauſtris dormitoriis &c. & officinis hujuſmodi, ceteriſque juribus, & pertinentiis ſuis præfatis Fratribus, ſicut ipſi illa rationabiliter ſunt adepti, & in præſentiarum juſte, & pacifice habent & poſſident, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Eis nihilominus de uberiori gratia concedentes, quod ipſi, eorumque ſucceſſores & poſteri, inibi pro tempore moraturi, omnibus & ſingulis exemptionibus &c. quibus ceteri Ordinis, & Vicariæ præfatorum Fratres quomodolibet potiuntur & gaudent, uti valeant & gaudere. Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis, communitionis, & conceſſionis infringere &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, XV. Kalendas Junii, anno VI.

CVII.

Ut Jolanda Ducis Gandiæ nata poſſit ædificare Monaſterium in regno Aragoniæ. Ex lib. de Regularibus, an. 6. fol. 197.

Dilecto filio Abbati Monaſterii Vallis-dignæ, Valentin. Diœceſ.

Ut in Conſtit. 90. hujus Pontif.

§. I. Piis fidelium votis &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectæ in Chriſto filiæ Jolandæ Abbatiſſæ Monaſterii ſanctæ Claræ Valentin. Ordinis ejuſdem Sanctæ, quondam Alphonſi Ducis Gandiæ natæ, pe-

petitio continebat, quod ipſa ad laudem &c. infra regnum, diſtrictum, ſeu terras ſubjecta temporali dominio cariſſimi in Chriſto filii Alphonſi Regis Aragonum illuſtris, de cujus ſtirpe dicta Abbatiſſa, ſicut aſſerit, etiam in propinquo conſanguinitatis gradu traxit originem, unum Monaſterium pro uſu & habitatione unius Abbatiſſæ, & pro competenti numero Sororum dicti Ordinis, quæ ſub cura, & ſecundum Inſtituta Ordinis Fratrum Minorum vivere, & mundanæ converſationis illecebris, & ſeculi vanitatibus abjectis, inibi ſub clauſura perpetuo Domino famulari debeant, de novo fundari deſideret, & etiam ſufficienter dotari. Quare pro parte dictæ Abbatiſſæ nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. de bonis ad eam, ratione perſonæ ſuæ ſpectantibus, aut ad ipſam piis ad hoc ſpecialiter faciendis fidelium largitionibus, ſeu conceſſionibus proventuris, infra regnum, diſtrictum, ſeu terras hujuſmodi, de novo fundari & conſtrui, ac dotari faciendi licentiam, necnon in illo, poſtquam fundatum, & dotatum fuerit, hac prima vice duntaxat, Abbatiſſam inſtituendi, dilecto filio Rectori, ſeu Viſitatori Monaſterii de Tordeſillis dicti Ordinis ſanctæ Claræ, Palentin Diœceſ. aut uni, vel duobus aliis ejuſdem Ordinis Fratrum Minorum profeſſoribus, quem, vel quos, ipſa Jolanda Abbatiſſa ad hoc duceret eligendum, vel eligendos, facultatem concedere, dictumque fundandum Monaſterium, & in eo collocandas Abbatiſſam & Sorores, omnibus & ſingulis, ac ſimilibus privilegiis, gratiis, exemptionibus, indulgentiis, libertatibus, & immunitatibus, quibus præfatum Monaſterium de Tordeſillis ipſi a Sede Apoſtolica conceſſis, quomodolibet gaudet, vel potitur, communire, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. II. Nos igitur ipſius Jolandæ hujuſmodi pium & laudabile deſiderium plurimum in Domino commendantes, illudque, quantum nobis ex alto permittitur, plurimis favoribus proſequi volentes, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſufficienti dote, de qua præfata Abbatiſſa, & Sorores in ipſo fundando Monaſterio, pro tempore degentes commode ſuſtentari, & alia quævis eis pro tempore incumbentia onera ſupportare, dictumque fundandum Monaſterium in ſuis ædificiis, atque ſtructuris conſervari valeant, primitus aſſignata, eidem Jolandæ Abbatiſſæ Monaſterium hujuſmodi cum Eccleſia &c. & aliis officinis præfatis &c. auctoritate Apoſtolica, alias ſecundum morem, & regularia Inſtituta dicti Ordinis ſanctæ Claræ inſtituendi, & illi præficiendi &c. facultatem, auctoritate noſtra largiaris. Jure tamen parochialis &c. ſemper ſalvo. Volentes inſuper & eiſdem Abbatiſſæ, & Sororibus, quæ in dicto fundando Monaſterio pro tempore reſidebunt, auctoritate præfata concedentes, quod ipſæ & præfatum fundandum Monaſterium, omnibus & ſingulis ac ſimilibus privilegiis, gratiis, exemptionibus, indulgentiis, libertatibus, & immunitatibus Monaſterio de Tordeſillis, ac illius Abbatiſſæ & Sororibus præfatis ab eadem Sede quomodolibet conceſſis, perpetuo uti valeant, pariter & gaudere. Non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis &c. ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem, v. Idus Junii anno vi.

CVIII.

CVIII.

Ut eleemoſynas erogantes pro reparatione Conventus Acmatzan. poſſint ſpeciali privilegio a peccatis abſolvi. Ex eodem libro fol. 110.

Dilecto filio Archidiacono de Aeza in Eccleſia Oxomen. ſalutem.

ADDITIO ALIORUM. „ §. I. Eccleſiarum fabricis manum porrigere adjutricem, pium apud
„ Deum, & meritorium reputantes frequenter Chriſtifideles
„ ad impendendum Eccleſiis ipſis auxilium noſtris litteris exhortamur, &
„ ut ad id eo fortius animentur, quo magis ex hoc animarum commodum
„ ſe ſperaverint adipiſci, nonnumquam pro his temporalibus ſuffragiis ſpiri-
„ tualia eis munera elargimur.
„ §. II. Cum itaque, ſicut ex ſupplicatione pro parte dilecti filii nobi-
„ lis Viri Mendoze militis, Leguntin. diœceſis facta nobis accepimus, Ec-
„ cleſia & Clauſtrum Conventus ſancti Franciſci domus Ordinis Fratrum
„ Minorum de Caſtro Acmatzan. dictæ diœceſis, ejuſdem militis temporali
„ dominio fabricata, ad quem idem miles ſingularem gerit devotionis
„ affectum, in ſuis ædificiis & ſtructuris pro ejus majori parte collapſa ſint;
„ & licet ipſe miles quamplurimas pias eleemoſynas pro dictæ Eccleſiæ
„ reparatione, qua non modica indiget, erogaverit, ad debitam tamen
„ perfectionem Eccleſiæ & Clauſtris ipſorum minime ſufficere dignoſcun-
„ tur: nos cupientes ut Eccleſia & Clauſtrum hujuſmodi in ſuis ædificiis &
„ ſtructuris reparentur, & etiam conſerventur, ac ut Chriſtifideles eo
„ promptius ad reparationem & conſervationem hujuſmodi manus porri-
„ gant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono cœleſtis gratiæ uberius conſpe-
„ xerint ſe refectos, diſcretioni tuæ ..... perſonis utriuſque ſexus dum-
„ taxat, quæ ad reparationem & conſtructionem Eccleſiæ & clauſtri ipſo-
„ rum de bonis eis a Deo collatis, juxta facultates eorum aliqua, juxta
„ tuam diſcretionem erogaverint, & manus porrexerint adjutrices, in ſin-
„ ceritate fidei, & unitate Romanæ Eccleſiæ, & fidelitate, obedientia, &
„ devotione noſtra, vel ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum
„ canonice intrantium perſiſtentibus, auctoritate Apoſtolica, concedendi,
„ ut confeſſor quem quælibet perſonarum hujuſmodi ſibi duxerint eligen-
„ dum, omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti & ore‿
„ confeſſi fuerint, ſemel tantum in mortis articulo plenam remiſſionem
„ perſonis eiſdem ſingulis, eadem auctoritate concedere valeat, plenam
„ & liberam, tenoɪe præſentium, concedimus facultatem. Sic tamen quod
„ idem Confeſſor de his, de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda,
„ eam dictis perſonis, ſi ſupervixerint per ſe, vel hæredes ſuos, aut alios,
„ ſi tunc forte tranſierint, faciendam injungat, quam ipſæ perſonæ, vel hæ-
„ redes aut alii, ut permiſſum eſt, facere teneantur. Et ne quod abſit,
„ eædem perſonæ propter hujuſmodi gratiam reddantur procliviores ad
„ illicita in poſterum committenda, volumus quod ſi ex confidentia re-
„ miſſionis hujuſmodi aliqua fortaſſe committerent, quo ad illa præfata
„ remiſſio eiſdem perſonis nullatenus ſuffragetur.
„ §. III. Et inſuper quod per unum annum, a tempore quo præfata
„ noſtra conceſſio ad earum perſonarum notitiam pervenerit computan-
„ dum, ſingulis ſextis feriis, impedimento legitimo ceſſante, jejunent:
„ quod ſi ipſis feriis ex præcepto Eccleſiæ, regulari Obſervantia, injuncta
„ pœnitentia, voto, vel alias jejunare teneantur, una alia die ſingularum
„ ſeptimanarum ejuſdem anni, qua ad jejunandum, ut præmittitur, non ſint

aſtri-

„ aſtricti jejunent, & ſi dicto anno, vel aliqua ejus parte eſſent legitime
„ impediti, anno ſequenti, vel alias quamprius poterunt modo ſimili ſup-
„ plere hujuſmodi jejunium teneantur; porro ei ...... præfatum jeju-
„ nium in toto, vel in parte quandocumque ædem perſonæ adimplere
„ commode nequiverint, eo caſu Confeſſor idoneus quem ad hoc elegerint,
„ jejunium ipſum in alia pietatis opera, prout animarum earumdem perſona-
„ rum ſaluti expedire viderit, commutare valeat; quæ ipſæ perſonæ pari
„ modo debeant adimplere. Alioquin hujuſmodi noſtra præſens conceſſio
„ quo ad non obſervantes præmiſſa nullius ſit roboris vel momenti.
„ Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem, IV. Idus Junii, an-
„ no VI.

CIX.

Ut Fratres recipiant domum in villa Burenvalten. Ex lib. 2. de diverſis formis anno 4. fol. 290:

Venerabili fratri Friderico Epiſcopo Trajecten.

HUmilibus & honeſtis ſupplicum votis &c. Sane petitio dilecti filii nobilis viri Willelmi Baronis Baroniarum in Baeren. & Boeſnichen. Trajecten. diœceſis nobis nuper exhibita continebat, quod olim ipſe de propria ſalute recogitans &c. prope villam Burenvalten. dictæ diœceſis ad eumdem Baronem pertinentem, de tui, & dilecti filii Bertrandi Miniſtri Provincialis, provinciæ Colonienſ. Ordinis Fratrum Minorum, ſecundum morem dicti Ordinis, licentia & conſenſu, quamdam domum cum Eccleſia, campanili &c. & aliis neceſſariis officinis, pro perpetuis uſu & habitatione unius Guardiani, & aliquorum Fratrum ejuſdem Ordinis, ædificare, & fundare incepit. Quare &c. Nos &c. fraternitati &c. mandamus, quatenus &c. eidem Baroni domum cum Eccleſia, humili campanili &c. prædictis perficiendi & perfici, necnon Eccleſiam ipſam conſecrari faciendi, ac dictis Fratribus prædictam domum &c. fel. record. Bonifacii Papæ VIII. & qualibet alia conſtitutione Apoſtolica contraria non obſtant. jure &c. ſalvo, auctoritate noſtra licentiam largiaris. Et inſuper Guardiano, & Fratribus, qui in dicta domo pro tempore reſidebunt, ut omnibus & ſingulis privilegiis &c. uti & gaudere valeant, quibus alii Fratres &c. eadem auctoritate concedas. *Ut in Conſtit. 26. hujus Pontificis.*

Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem, x. Kal. Julii, anno VI.

CX.

Ut prope oppidum Brugen. conſtruant domum. Ibidem fol. 52.

Dilectis filiis Guillelmo de Koc, & Petro Baldowin. laicis, Tornacenſ. diœceſis.

§. I. PIa vota fidelium &c. Sane petitio pro parte veſtra nobis nuper exhibita continebat, quod cum olim tu, fili Guillelme, de tua & progenitorum tuorum ſalute recogitans &c. quoddam prædium extra muros oppidi Brugen. Tornacenſ. diœceſis conſiſtens, & ad te legitime pertinens, pro uſu & habitatione aliquorum Fratrum Tertii Ordinis beati Franciſci, pia largitione donaveris, & etiam deputaveris, ac ad præſens tam tu, quam etiam tu, fili Petre, deſideretis in eodem prædio unam domum, cum oratorio, ſive capella, ac campanili &c. & aliis neceſſariis offi- *Ut in Conſt. 106. hujus Pontificis.*

cinis pro hujuſmodi uſu, & habitatione ſeptem Fratrum Ordinis Fratrum Minorum, de bonis vobis a Deo collatis decenter fundare &c. pro parte veſtra, nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos igitur &c. vobis ut in dicto prædio domum, cum oratorio, campanili &c. officinis hujuſmodi, pro uſu & habitatione dictorum Fratrum ſine tamen juris alieni præjudicio, fundandi, conſtruendi &c. necnon Provinciali Miniſtro provinciæ Franciæ, ſecundum morem &c. in qua hujuſmodi prædium conſiſtere dignoſcitur, domum ipſam, per ſe, vel alium, ſeu alios cum prædictis, & aliis omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, pro uſu & habitatione hujuſmodi Fratrum recipiendi, ac ipſis Fratribus illam inhabitandi &c. licentiam elargimur; eiſdem etiam Fratribus, de uberiori gratia concedentes, quod ipſi, eorumque ſucceſſores, & poſteri dicti Ordinis Fratres, qui inibi pro tempore reſidebunt, omnibus & ſingulis privilegiis &c. conceſſis et concedendis uti valeant et gaudere, Apoſtolicis, necnon Provincialibus et Synodalibus conſtitutionibus, ac aliis contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergo &c. noſtræ elargitionis et conceſſionis infringere &c.

Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem, Idibus Julii anno VI.

CXI.

Ut Fratres recipiant domum in civitate Biterren. Ex lib... de Regularibus ann. 6. fol. 15.

Dilecto filio Officiali Biterren.

Ut in Tomo 9. Conſtit. 44. Bonifacii IX.

§. I. SAcræ Religionis, ſub qua dilecti filii Guardianus, et Fratres domus Ordinis Fratrum Minorum Biturren. mundanis abjectis &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dictorum Guardiani et Fratrum petio continebat, quod olim vigentibus guerris, et aliis calamitatibus, partium illarum Commune, et populus civitatis Biterren. ne civitas ipſa armigerarum gentium incurſibus opprimeretur, vel nimium pateretur diſpendium, domum ipſam ſitam prope, et extra muros præfatæ civitatis, in qua erant divino mancipati obſequio, funditus, licet de facto, demoliri et extirpari fecerunt.

§. II. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, præfati Commune et populus, quemdam alium locum ſitum infra civitatem præfatam, ad eos legitime pertinentem, Guardiano et Fratribus ipſis, pro eorum uſu et habitatione perpetuis aſſignare ſint parati, ſi ad id Apoſtolicæ Sedis accedat aſſenſus; pro parte dictorum Guardiani et Fratrum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ipſis recipiendi locum præfatum infra civitatem eamdem, ac inibi Eccleſiam, cum campanili &c. ac aliis neceſſariis officinis, conſtrui & ædificari faciendi, ibique perpetuo remanendi, licentiam concedere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui divinum cultum noſtris temporibus augeri intenſis deſideriis affectamus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ, per &c. mandamus, quatenus ſi eſt ita, Guardiano et Fratribus ipſis recipiendi locum præfatum, ac inibi Eccleſiam cum campanili &c. & aliis neceſſariis officinis conſtrui &c. cum omnibus privilegiis &c. domui demolitæ conceſſis, auctoritate noſtra, licentiam largiaris: jure tamen parochialis &c. ſemper ſalvo. Non obſtant. fel. recordat. Bonifacii Papæ VIII. & quibuslibet aliis conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem, XVII. Kal. Sep tembris anno VI.

CXII.

CXII.

Ut vendantur aliqua bona legata pro reparatione domus de Tauro. Ex lib. 1. de exhibitis & regularibus ann. 6. fol. 251.

Venerabili fratri Epiſcopo Zamoren.

Ut in Tomo 9. Conſtit. 6. Joann. XXIII.

§. I. PAſtoralis officii &c. Sane pro parte dilectorum filiorum Guardiani & Fratrum domus loci de Tauro, Ordinis Minorum, tuæ diœceſis, necnon nonnullorum habitatorum &c. nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum olim præfata domus ignis incendio caſualiter combuſta, & penitus conſumpta fuerit, prout ad præſens jacet miſerabiliter deſolata, prædicti Fratres pro ipſorum habitaculo illam reparari & reædificari cupientes, ædificia aliqua ibidem erigere inceperunt; ſed ipſorum egeſtate cauſante, opus hujuſmodi ſic inceptum, abſque aliorum fidelium piis ſuffragiis & donis nequeunt adimplere; quodque Chriſtifideles, qui dictam domum viſitare, ac Fratres inibi degentes ſuis eleemoſynis & largitionibus ibidem Fratribus ſubtractis antedictis .... & propterea nonnullæ utriuſque ſexus perſonæ, quæ viam univerſæ carnis ſunt ingreſſæ, reparationi & perfectioni domus hujuſmodi, ob Dei laudem & gloriam, ac ejuſdem ſancti Franciſci, in ſuis teſtamentis & aliis, dictis habitatoribus, & incolis certos reditus, terras, vineas, domos, apothecas, & alia bona immobilia legarunt, atque dederunt: adjicientes, quod præfati habitatores, & incolæ ſuper dictis bonis ipſis ſic legatis, eiſdem Fratribus, pro reparatione & reſtauratione domus hujuſmodi, uſque ad illius perfectionem & complementum, ſummam ſexaginta florenorum auri de Aragonia, anno quolibet ſolvere, dare, & aſſignare deberent & tenerentur.

Conventus igne conſumptus.

Pia pro hac domo legata relicta.

§. II. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, Guardianus & Fratres, necnon habitatores & incolæ prædicti inter ſe tractarunt & concordarunt, quod bona & legata hujuſmodi, ſeu aliqua pars eorumdem, quæ pro reparatione, & præſertim perfectione dormitorii dictæ domus ſufficere poſſent, venderentur & alienarentur, ipſique Fratres pro Capellanis, quibus ut in illis, & in Eccleſia dictæ domus pro animabus legantium eorumdem certæ Miſſæ dicerentur, hujuſmodi bona legata fuerunt, deſervire, ac Miſſas hujuſmodi, & alia divina Officia in dictis Capellaniis celebrare & peragere perpetuo tenerentur, & eſſent aſtricti, quod etiam iidem Guardianus, & Fratres acceptare & facere ſunt parati, ſi Sedis Apoſtolicæ licentia ſuper hoc exiſterent communiti, prout in inſtrumento publico inde confecto plenius dicitur contineri; pro parte Guardiani & Fratrum, necnon habitatorum &c. nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut habitatoribus & incolis bona, ſeu illorum partem hujuſmodi pro reparatione prædicta perſonis, & pretiis, de quibus eis viſum fuerit, vendendi & alienandi, ac Guardiano & Fratribus prædictis Capellaniis præfatis perpetuo deſerviendi, et in illis Miſſas, et alia divina officia hujuſmodi celebrandi et peragendi, et ad hæc debite facienda ſe obligandi; eiſdem quoque habitatoribus et incolis, ne in præmiſſis aliquis pro tempore per dictos Guardianum, et Fratres committatur defectus: ſed ut Miſſæ et Officia hujuſmodi rite celebrentur, illos coram te, et ſucceſſoribus tuis, qui fuerint pro tempore, Epiſcopis Zamoren. ſuper hoc trahendi, tibique Guardianum et Fratres prædictos ad Miſſas hujuſmodi celebrandas compellendi, licentiam et poteſtatem concedere, et alias eis in præmiſſis opportune conſulere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Licentia poſtulatur ut hæc bona poſſint alienari.

Commiſſio Epiſcopo demandata.

§. III. Nos igitur &c. fraternitati tuæ, de qua in his &c. committimus & mandamus, quatenus vocatis qui fuerint evocandi, de præmiſſis omnibus & ſingulis, & eorum circumſtantiis univerſis, auctoritate noſtra te diligenter informes, & ſi per &c. ita eſſe &c. ſuper quo tuam &c. habitatoribus & incolis, quod ipſi de bonis & legatis partem prædictam, & ſi pro reparatione domus, & præſertim complemento dormitorii hujuſmodi neceſſarium tibi viſum fuerit, omnia bona ipſa perſonis & pretiis eiſdem vendere & alienare; necnon Guardiano & Fratribus præfatis, quod capellaniis eiſdem per ſeipſos deſervire, & in illis Miſſas & Officia hujuſmodi perpetuo celebrare & peragere, & ad hæc facienda ſe obligare; eiſdem quoque habitatoribus & incolis, quod Guardianum & Fratres prædictos pro celebrandis & peragendis debite Miſſis & Officiis hujuſmodi coram te, & ſucceſſoribus prædictis, alicujus licentia ſuper hoc minime requiſita, ut præmittitur, trahere libere & licite valeant, auctoritate noſtra licentiam largiaris. Et inſuper tibi, ac eiſdem ſucceſſoribus, ut Guardianum & Fratres prædictos ad deſerviendum capellaniis, necnon celebrandum Miſſas & Officia hujuſmodi, ſi, & poſtquam ad præmiſſa ſe coram te obligaverint, peragendum, ut præfertur, per cenſuram Eccleſiaſticam, ac alia juris remedia compellere & coercere poſſis, auctoritate Apoſtolica concedimus per præſentes. Non obſtant. voluntatibus & ordinationibus teſtatorum, bona hujuſmodi relinquentium, ac conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis &c. quibuſcumque, ſeu ſi dicto Ordini a Sede Apoſtolica indultum exiſtat, quod perſonæ ipſius Ordinis ad judicium &c. vel excommunicari &c.

Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem, Kalendis Septembris, anno VI.

CXIII.

Ut conſtruere poſſit domum Minoribus. Ex lib. 2. de diverſis formis, anno 7. fol. 228.

Dilecto filio nobili viro Ludovico de Sabaudia Domino Raconiſii, Militi, Taurinen. Diœceſ.

Vt in Tomo 9. Conſtit. 56. Bonif. IX.

SIncerae devotionis affectus &c. Exhibita &c. continebat, quod tu ex ſingularis devotionis ardore, quem ad Ordinem Fratrum Minorum gerere comprobaris, in aliqua, vel aliquo, ex terris, caſtris aut villis tuo temporali dominio ſubjectis &c. domum, cum Eccleſia, campanili &c. & aliis neceſſariis officinis pro uſu &c. aliquorum Fratrum Ordinis Minorum, qui inibi deſerviant laudabiliter in divinis, fundare &c. deſideras &c. Quare proſparte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. Nos igitur &c. tibi in aliqua, vel aliquo, ex terris, caſtris &c. Conventum cum Eccleſia &c. & aliis neceſſariis officinis pro uſu & habitatione perpetuis quorumcumque Fratrum Minorum, qui inibi deſerviant in divinis, juxta formam conſtitutionis fel. rec. Clementis Papæ VI. prædeceſſoris noſtri ſuper hoc editæ, fundandi &c. illumque de bonis hujuſmodi, Eccleſiaſticis ornamentis dotandi & decorandi, plenam &c. licentiam elargimur. Jure tamen parochialis &c. ſemper ſalvo. Nos enim præfatis Fratribus, qui in loco, ut præfertur, per te fundando &c. ut omnibus & ſingulis privilegiis &c. uti valeant &c. concedimus per præſentes &c. Non obſtantibus piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. &c. ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem, VIII. Idus Octobris, anno VI.

CXIV.

CXIV.

Confirmatur fundatio domus ſancti Franciſci de Wembribe. Ex lib. 1. de Beneficiis vacant. &c. fol. 102.

Dilecto filio Archidiacono de Valderes, in Eccleſia Legionen.

HIs, quæ pro Divini cultus augmento &c. Sane pro parte dilecti filii Gometii Didaci de Ysla Canonici Aſtoricen. necnon Fratrum domus Tertii Ordinis ſancti Franciſci &c. de Wembribe, Aſtoricen. Diœceſ. nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim prædictus Gometius de ſalute animæ ſuæ recogitans &c. prædictam domum cum Eccleſia, campanili, campana, hortis, hortalitiis, & aliis neceſſariis officinis, de bonis a Deo ſibi collatis in territorio de Wembribe, in Eccleſia parochiali de Lanavego, dictæ Diœceſis, nulla ſibi ad hoc alias expreſſa Superioris licentia ſuffragante, fundavit ac conſtrui & ædificari fecit, quodque deinde venerabilis frater noſter Gundiſalvus Epiſcopus Aſtoricen. pro dote & conſervatione ac ſuſtentatione domus prædictæ, ac Fratrum inibi pro tempore degentium præſtimonium ſancti Fructuoſi, & ſanctæ Agnetis infra parochiam prædictam, necnon limites Archidiaconatus de Ribadeſil in Eccleſia Aſtoricen. conſiſten. cujus fructus, reditus & proventus duodecim Florenorum auri de Camera, ſecundum æſtimationem valorem annuum, ut iidem Gometius & Fratres aſſerunt, non excedunt, per liberam reſignationem dilecti filii Alfonſi Gundiſalvi Canonici Aſtoricen. per eum de illo, quod tunc temporis obtinebat, in manibus dilecti filii Petri Fernandi Decani dictæ Eccleſiæ Aſtoricen. factam, & per eumdem Decanum habentem, ut dicebat, ſuper hoc ſpecialem ab eodem Epiſcopo poteſtatem, hujuſmodi poteſtatis vigore admiſſam, vacans cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, ad id prædicti Decani, & dilectorum filiorum Capituli Aſtoricen. necnon Petri Fernandi Rectoris parochialis Eccleſiæ de Lanavego accedente conſenſu, eiſdem Fratribus donavit & conceſſit, prout in quibuſdam inſtrumentis publicis inde confectis dicitur plenius contineri. Quare pro parte dicti Gometii ac Fratrum domus prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. diſcretioni &c. mandamus, quatenus de præmiſſis &c. informes, & ſi &c. fundationem &c. approbes & confirmes: & nihilominus ſi hoc per te approbari & confirmari contigerit, eiſdem Fratribus, ut omnibus ac ſingulis privilegiis &c. concedas. Non obſtantibus Apoſtolicis &c. necnon ſtatutis & conſuetudinibus Eccleſiæ Aſtoricen. ac domus & Ordinis prædictorum juramento &c. roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Vt in Tomo 9. Conſtit. 44. Boniſ. IX.

Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem, VI. Kalendas Novembris, anno VI.

CXV.

Ut recipiant Eremitorium in parochia ſanctæ Mariæ, Aſtoricen. Diœceſ. Ibidem, fol. 99.

Dilectis filiis Joanni de Villar, & Lupo de ſancto Spiritu, Fratribus Tertii Ordinis ſancti Franciſci &c.

§. I. DEvotionis veſtræ ſinceritas, quam ad Nos, & Romanam geritis Eccleſiam, promeretur, ut illa vobis liberaliter concedamus, per quæ vos poſſitis aliis reddere gratioſos. Exhibita ſiquidem nobis nuper

pro

pro parte veſtra petitio continebat, quod vos poſt obitum quondam Joannis de Scalciado Fratris Tertii Ordinis beati Franciſci &c. qui Eremitagium ſancti Spiritus ſitum infra parochiam parochialis Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, Aſtoricen. Diœc. de dilecti filii Petri Alphonſi ipſius Eccleſiæ Rectoris expreſſo conſenſu, tenuerat & poſſederat, dum vixit, pacifice & quiete, Eremitagium prædictum per quadraginta annos & ultra, nemine contradicente, ſucceſſive poſſidentes, illud reparaſtis, & apud ipſum domos conſtruxiſtis & ædificaſtis, necnon hortalitia & vineas plantaſtis, alia ædificia fabricando, & plurima bona etiam faciendo ibidem. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§.II. Nos itaque &c. vobis in Preſbyteratus Ordine conſtitutis, & utrique veſtrum Eremitagium prædictum cum omnibus hortis, vineis, pratis, & ædificiis ibidem exiſtentibus, ac aliis juribus & pertinentiis ſuis, quæ, ut præfertur, pacifice poſſediſtis, & in præſentiarum poſſidetis, auctoritate noſtra recipiendi, & apud ipſum, domum cum Eccleſia, & aliis officinis prædictis pro uſu & habitatione veſtra, & aliquorum Fratrum prædictorum, qui ibidem pro tempore morari valeant, conſtruendi & ædificandi, jure &c. ſalvo, eadem auctoritate, præſentium tenore, licentiam elargimur. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem, Nonis Novembris, anno VI.

Anno Christi 1423. Martini V. anno 7.

CXVI.

Præficitur Eccleſiæ Fortiſventuræ. Ex lib. I. de Proviſionibus &c. anno 7. fol. 77.

Dilecto filio Martino de Domibus Electo Fortiſventuræ.

§.I. Cum univerſis orbis Eccleſiis ſimus ex injuncto nobis a Deo, quamvis inſufficientibus meritis, Apoſtolatus officio quorumque Eccleſiarum omnium regimini præſidemus, debitores, nos officium ipſum utiliter exequi, coadjuvante Domino ſolliciti corde reddimur & ſolertes, ut per noſtram providentiam circumſpectam ſingulis Eccleſiis paſtor accedat idoneus, & rector providus deputetur, qui populum ſibi commiſſum doctrina verbi, & exemplo bonorum operum ſalubriter dirigat, & informet, ac Eccleſiis ipſis proſperitatis votiva proveniant incrementa. Sane ad Apoſtolatus noſtri auditum, fama publica perferente, multorum quoque fide dignorum relatione deducto, quod in inſulis Fortunatis in partibus meridianis conſiſtentibus, *de Canaria* nuncupatis, in quibus inter ceteras una *Lanceloti*, alia *Fortiſventuræ*, alia *Grandis-Canariæ*, alia *Inferni*, alia *Gomeræ*, alia *Palmæ*, & alia *Ferri* nuncupatæ inſulæ, ab olim populis Deum minime agnoſcentibus populatæ habebantur, per dilecti filii nobilis viri Joannis de Betenturia Militis, & aliorum multorum Chriſtifidelium potentiam & induſtriam, ac religioſorum virorum prædicationis doctrinam, & diligentiam indefeſſam, Lanceloti, ac Fortiſventuræ, & Ferri inſulæ præfatæ totaliter Chriſtianæ fidei cultoribus ſubditæ, ipſarumque omnes, necnon Grandis-Canariæ, & Gomeræ inſularum prædictarum, pro certis earum duntaxat partibus, populi ad fidem Catholicam erant converſi; & in Lanceloti quædam in honore, & ſub vocabulo ſancti Martialis etiam in Cathedralem erecta, *Rubicen.* nuncupata, illi quoque de Paſtore proviſum; ac in

in Fortiſventuræ alia ſub ſanctæ Mariæ de Betenturia, & reliqua ſub de Lolma Eccleſiæ; in Gomeræ vero inſulis antedictis quædam capella ſub ejuſdem ſanctæ Mariæ de Palma vocabulis conſtructæ fuerant: & quod ſi in præfata inſula Fortiſventuræ, quæ ad alias, videlicet Grandis-Canariæ, & Inſerni, Gomeræ, Ferri, ac Palmæ inſulas, in quibus etiam, converſionis hujuſmodi novitate cauſante, Clericorum, & perſonarum Eccleſiaſticarum ad hæc operam dantium raritas habetur, pro hujuſmodi converſionis negotio feliciter proſequendo propinquior, & magis opportuna exiſtit, Paſtor proprius deputaretur, qui converſos fideles in fide prædicta inſtrueret, & etiam roboraret, ac de converſione infidelium populorum hujuſmodi ſpecialem, ac fidelem & ſollicitam curam gereret, nedum in Grandis-Canariæ, & Gomeræ quoad reſiduas partes earum, ſed in Inſerni, & Palmæ inſulis antedictis poſſet, inſpirante Domino, magna converſionis populorum hujuſmodi, & animarum utilitas provenire. Nos per alias noſtras litteras Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Betenturia prædictam ad Omnipotentis Dei, ac ejuſdem ſanctæ Mariæ laudem, & gloriam, & honorem, divini quoque cultus augmentum, & animarum ſalutem, de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, in Cathedralem ereximus, & etiam conſtituimus, ac Eccleſiæ Cathedralis titulo, & honore, ac inſigniis decoravimus, eamque ad memoriam indelebilem voluimus, & cenſuimus Eccleſiam Fortiſventuræ perpetuis futuris temporibus nuncupari, ſponſum idoneum cum officii Pontificalis plenitudine, Deo auctore, per Apoſtolicæ diligentiæ miniſterium habituram, cui ſponſus ipſe præeſſet pariter, & prodeſſet. Et voluimus, Apoſtolica quoque auctoritate decrevimus, quod Epiſcopus Fortiſventuræ, qui pro tempore foret, Grandis-Canariæ, Inſerni, Gomeræ, Ferri, ac Palmæ inſularum prædictarum, & incolarum, ac habitatorum ipſarum Epiſcopalem in ſpiritualibus & temporalibus curam gereret: quodque Eccleſia Fortiſventuræ prædicta Eccleſiæ Hiſpalen. cui præfata Rubicen. Eccleſia ſubjicitur, jure metropolitico eſſet ſubjecta, quouſque omnes hujuſmodi habitatores & incolæ forent ad prædictam fidem converſi, & ex tunc donec per Sedem Apoſtolicam ſuper his foret aliter ordinatum, prout in eiſdem litteris plenius continetur.

§. II. Nos igitur ad proviſionem ipſius Eccleſiæ Fortiſventuræ &c. celerem &c. intendentes &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. direximus &c. de perſona tua &c. eidem Eccleſiæ Fortiſventuræ providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam &c. ipſius Eccleſiæ Fortiſventuræ, necnon Grandis-Canariæ, Inſerni, Gomeræ, Ferri, & Palmæ inſularum prædictarum, ut præfertur, tibi in ſpiritualibus &c. committendo &c. Volumus inſuper quod infra unum annum, poſtquam præſentes litteras habueris expeditas, aut alias quamprimum commode poteris, te ad præfatam Eccleſiam Fortiſventuræ perſonaliter transferas. Alioquin propter proviſionem ac perfectionem noſtras hujuſmodi a ſubjectione tuorum Superiorum prædicti Ordinis Fratrum Minorum minime cenſearis exemptus: quodque extra Fortiſventuræ, Grandis-Canariæ, Inſerni, Palmæ, Ferri, ac Gomeræ inſulas antedictas nequeas Pontificalia exercere.

Datum Romæ, apud ſanctos Apoſtolos, XII. Kal. Decembris, anno VII.

CXVII.

CXVII.

Ut Fratres recipiant domum in villa Caniſſæ. Ex lib. 2. de diverſis formis, anno 7. fol. 68.

Ad perpetuam rei memoriam.

Vt in Conſt. 102. hujus Pontif.

AD ea quæ Divini cultus augmentum &c. Sane pro parte dilecti filii nobilis viri Joannis Nicolai de Caniſſa Domicelli, Weſprimien. Diœceſ. exhibita nobis nuper petitio continebat, quod ipſe olim de propria ſalute recogitans &c. unam domum cum Eccleſia, campanili &c. & aliis neceſſariis officinis ad honorem Dei, & ſub vocabulo beatæ Virginis glorioſæ, pro Guardiano & aliquibus Fratribus Ordinis Fratrum Minorum, in eadem domo ſub obſervantia regulari dicti Ordinis perpetuo moraturis, in villa Caniſſæ, dictæ Diœceſ. in ſundo ſuo proprio, loco utique decenti, congruo & honeſto, de bonis ſibi a Deo collatis fundari & ædificari fecit. Quare pro parte dicti nobilis nobis ſuit humiliter &c. ſundationem & ædificationem præſatas ratas habentes & gratas, illas auctoritate &c. confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; Guardiano & Fratribus præſatis hujuſmodi domum pro ſe, & aliis ejuſdem Ordinis Fratribus in eadem pro tempore moraturis recipiendi & retinendi: fel. rec. Boniſacii Papæ VIII. &c. Et quibuſcumque aliis &c. contrariis nequaquam obſtantibus, auctoritate præfata, per præſentes licentiam elargimur. Jure tamen parochialis &c. ſalvo. Eiſdem Guardiano & Fratribus, de uberiori dono gratiæ nihilominus concedentes, ut ipſi & alii Fratres, qui in eadem domo pro tempore &c. omnibus privilegiis &c. utantur & gaudere valeant, quibus alii &c. utuntur. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, VII. Kal. Januarii, anno VII.

Anno Christi 1424. Martini V. anno 7.

CXVIII.

Confirmatur inſtitutio ſtudiorum in villa de Majorica in domo Fratrum Minorum, cui unitur præſtimonium de Malilles. Ibidem, ſol. 311.

Dilecto filio Archidiacono Eccleſiæ Zamoren.

§. I. HIs, quæ pro litterarum ſtudiis, provide facta ſunt, ut illibata perſiſtant, libenter, cum a nobis requiritur, Apoſtolici muniminis firmitatem adjicimns, ac cupientibus hujuſmodi litterarum inſiſtere ſtudiis, ut in eis jugiter proficere valeant, providemus de ſubventionis auxilio congruenti. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte venerabilis fratris noſtri Didaci Epiſcopi Carthaginen. & dilectorum filiorum Cleri, ac univerſitatis villæ de Majorica, Legionen. Diœceſ. petitio continebat, quod olim venerabilis frater noſter Joannes Epiſcopus Legionen. votis Didaci Epiſcopi, ac Cleri & univerſitatis præfatorum annuens, ſtudium artium liberalium apud dictam villam, in quibuſdam domibus infra ambitum domus Ordinis Fratrum Minorum dictæ villæ ſitis, & per dictum Didacum Epiſcopum propriis ſumptibus conſtructis, dilectorum filiorum Petri Guardiani, & Fratrum dictæ domus Ordinis Minorum conſenſu, ac Cleri & Univerſitatis præfatornm conſilio ad id accedentibus, inſtituit, necnon ordinavit quod in eiſdem domibus ſtudii duo portalia, videlicet unum ad publicam viam, per

per quod volentes in Grammatica, Logica, & aliis ſcientiis ſtudere, & aliud verſus dictam domum Fratrum Ordinis Minorum, per quod ſolummodo Religioſi domus Minorum, & Ordinis præfatorum intrare & exire poſſent, exiſterent: ac quod in hujuſmodi domibus conſtructis eſſent ſcholæ communes in perpetuum, ad uſum ſtudii hujuſmodi dumtaxat, & in eis unus Magiſter vel Baccalaureus in Artibus ad legendum, & unus repetitor morari deberent, certis aliis modis & conditionibus appoſitis. Et inſuper præfati Clerus, & certi alii tunc expreſſi, de ipſius Epicopi Legionen. conſenſu, ad uſum & conſervationem dicti ſtudii, certam partem quorumdam anniverſariorum redituum & jurium, domorum, vinearum & hortorum, ac de obventionibus, diſtributionibus, funeralibus, & aliis emolumentis tunc expreſſis, in perpetuum donarunt, & etiam aſſignarunt. Quas quidem donationem & aſſignationem idem Epiſcopus Legionen. auctoritate ordinaria etiam approbavit; prout in diverſis litteris ipſius Epiſcopi Legionen. ſigillo munitis dicitur plenius contineri. Quare pro parte Didaci Epiſcopi, Cleri, & Univerſitatis præfatorum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. inſtitutionem, ordinationem, donationes & aſſignationes hujuſmodi confirmare, necnon præſtimonium de Malilles nominatum, dictæ Diœceſ. quod dilectus filius Gometius Gonſalvi, Apoſtolicæ Cameræ Clericus obtinet, præfato ſtudio in perpetuum unire, annectere & incorporare, de ſpeciali gratia dignaremur.

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus de præmiſſis omnibus & ſingulis, ac eorum circumſtantiis univerſis, auctoritate noſtra te diligenter informes &c. inſtitutionem, ordinationem, donationes, aſſignationes & confirmationem hujuſmodi, eadem auctoritate approbes & confirmes; necnon præſtimonium præfatum, cujus ſexaginta præfato ſtudio, cujus quadraginta florenorum auri de Camera fructus, reditus & proventus ſecundum communem æſtimationem valorem annuum, ut aſſeritur, non excedunt, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, auctoritate præfata unire, annectere & incorporare procures: ita quod cedente, vel decedente præfato Gometio, vel præſtimonium ipſum alias quomodolibet dimittente, liceat dilectis filiis ejuſdem ſtudii Rectoribus ſeu Gubernatoribus præfati præſtimonii, ſive per hujuſmodi dimiſſionem, vel alias quovis modo, aut ex alterius cujuſcumque perſona vacet: etiamſi præſtimonium hujuſmodi diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel alias generaliter reſervatum exiſtat, & ſuper eo inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, in Romana Curia, vel extra eam pendeat indeciſa, cum omnibus juribus & pertinentiis ſupradictis, corporalem poſſeſſionem, propria auctoritate apprehendere & perpetuo retinere, ac fructus, reditus & proventus hujuſmodi, in ſtudii & ſtudentium præfatorum utilitatem, prout eiſdem Rectoribus & gubernatoribus utilius, & melius viſum fuerit, committere libere & licite valeant: Diœceſani loci, & alterius cujuſcumque licentia ſuper hoc minime requiſita. Contradictores per cenſuram &c. Non obſtan. fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. &c. contrariis quibuſcumque &c. Volumus autem, quod præſtimonium præfatum debitis non fraudetur obſequiis, ſed ejus debite ſupportentur onera conſueta; quodque ad prophanos uſus, velut hæreditas, nullatenus transferatur.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, xv. Kal. Februarii, anno vii.

CXIX.

Aſſumitur ad Epiſcopatum Gallipolitan. Ex lib. 1. de Proviſionibus &c. anno 7. fol. 17.

Dilecto filio Donato de Brunduſio Electo Gallipolitan.

Vide Conſtit. 28. hujus Pontif.

DIvina diſponente clementia &c. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Angelo Epiſcopo Gallipolitan. regimini &c. Nos cupientes eidem cum vacaret &c. Poſtmodum vero præfata Eccleſia per ipſius Angeli Epiſcopi obitum, qui extra &c. Paſtoris ſolatio &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus debita &c. de perſona tua &c. eidem Eccleſiæ &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, II. Nonas Februarii, anno VII.

CXX.

Ut non alienentur libri, calices, aut alia ornamenta domus ſanctæ Mariæ de Gratia extra muros Mantuan. Ex lib. 2. de diverſis formis, anno 7. fol. 50.

Ad futuram rei memoriam.

Ut in Reg. Tomi 6. fol. 489.

§. I. ROmanus Pontifex, in quo poteſtatis plenitudo conſiſtit &c. Cum itaque, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii nobilis viri Joannis Franciſci de Gonzaga, Militis in civitate Mantuan. Imperialis Vicarii petitio continebat, quod ipſe & nonnulli cives ejuſdem civitatis zelo devotionis accenſi, domum Conventus Ordinis Fratrum Minorum *de Obſervantia* nuncupatorum, beatæ Mariæ de Gratia extra muros Mantuan. ad quam ſingularem gerunt devotionis affectum, in libris, calicibus, & aliis pretioſis ornamentis Eccleſiaſticis abundanter & ſumptuoſe dotaverint & ornaverint, timeantque ne ſucceſſu temporis libri, calices, & alia ornamenta hujuſmodi per Superiores domus Fratrum, & Ordinis præfatorum pro tempore exiſtentes, aut aliquos alios iniquitatis filios, Deum præ oculis non habentes, vendantur, diſtrahantur & alienentur in ejuſdem domus præjudicium & jacturam, pro parte dicti Militis nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos igitur &c. ſtatuimus etiam & ordinamus, quod nullus de cetero, cujuſcumque ſtatus, gradus, Religionis, Ordinis, vel conditionis exiſtat, ſub quovis quæſito colore, abſque expreſſo conſenſu Fratrum dictæ domus, vel de licentia Sedis Apoſtolicæ ſpeciali, audeat vel præſumat libros, calices & alia ornamenta hujuſmodi ad præfatam domum pertinentia, per ſe, vel alium ſeu alios deportare, ſubtrahere, vendere, aut alias quovis modo alienare, ſeu deportari &c. facere: quod ſi quis contra noſtrorum ſtatuti & ordinationis formam & tenorem quovis modo venire, ſeu attentare præſumpſerit, excommunicationis ſententiam ſe noverit incurriſſe, a qua, niſi mortis caſu dumtaxat excepto, abſolutionis beneficium nequeat obtinere. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, XVII. Kal. Aprilis, anno VII.

CXXI.

CXXI.

Fit Epiſcopus Polignianen. Ex lib. 1. de Proviſionibus, anno 7. fol. 136.

Dilecto filio Raoni de Licio Electo Polignianen.

APoſtolatus officium &c. Dudum ſiquidem proviſiones Eccleſiarum Cathedralium omnium tunc vacantium &c. Poſtmodum vero Eccleſia Polignianen. ex eo &c. deſtituta, quod nos nuper venerabilem fratrem noſtrum Paulum Bitontin. tunc Polignianen. Epiſcopum, licet abſentem, a vinculo &c. abſolventes, ipſum ad Eccleſiam Bitontin. tunc Paſtore carentem, duximus &c. transferendum, præficiendo eum illi in Epiſcopum & Paſtorem. Nos ad proviſionem ipſius Eccleſiæ Polignianen. &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus attenta &c. de perſona tua nobis, & eiſdem Fratribus noſtris &c. accepta, eidem Eccleſiæ Polignianen. de dictorum &c. auctoritate &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c.

Ut in Regeſt. Tomi 9. Conſtit. 1. hujus Pont. ſ.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, II. Idus Aprilis, anno VII.

CXXII.

Eligitur Epiſcopus Cavallicen. Ibidem, fol. 73.

Dilecto filio Bernardo de Rappe Electo Cavallicen.

APoſtolatus officium &c. Sane Eccleſia Cavallicen. ex eo Paſtoris ſolatio &c. quod nos hodie, venerabilem fratrem noſtrum Guillelmum Lucionen. tunc Cavallicen. Epiſcopum apud Sedem Apoſtolicam conſtitutum &c. tenebatur &c. auctoritate &c. transferendum, præficiendo ipſum eidem Eccleſiæ Lucionen. &c. Nos ad proviſionem ipſius Cavallicen. &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in Theologia Magiſtrum &c. direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus attenta &c. de perſona tua nobis & eiſdem Fratribus noſtris &c. accepta, eidem Cavallicen. Eccleſiæ &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c.

Vide ut ſupra.

Datum Gallicani, Præneſtinæ Diœceſis, IV. Kal. Julii, anno VII.

CXXIII.

Promovetur ad Eccleſiam Aquinaten. Ibidem, fol. 113.

Dilecto filio Franciſco de Tedallinis de Urbe Electo Aquinaten.

PAſtoralis officii &c. Sane Eccleſia Aquinaten. ex eo vacante, quod nos hodie venerabilem fratrem noſtrum Jacobum Spoletan. tunc Aquinaten. Epiſcopum licet abſentem, a vinculo, quo dictæ &c. abſolventes, ipſum ad Eccleſiam Spoletan. tunc vacantem duximus auctoritate &c. transferendum, præficiendo eum eidem &c. Nos ad proviſionem ejuſdem Aquinaten. &c. habuimus diligentem. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. direximus oculos noſtræ mentis &c. de perſona tua &c. eidem Aquinaten. Eccleſiæ &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c.

Ut in Regeſt. Tomi 9. Conſtit. 6. Joann. XXIII.

Datum Gallicani, Præneſtin. Diœceſ. Nonis Julii, anno VII.

CXXIV.

Ut quinque Conventus regul. Obſerv. in unam coeant Cuſtodiam. Ex lib. 2. de diverſis formis, anno 7. fol. 206.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium. §. I. AD ea ex Apoſtolicæ ſervitutis officio libenter intendimus, & paterna diligentia vigilamus, per quæ Eccleſiæ & Monaſteria quælibet, quorum cura nobis imminet generalis, ac perſonæ Religioſæ deditæ ſtudio piæ vitæ, auctore Domino, proſperis perficere valeant incrementis.

§. II. Sane pro parte venerabilis fratris noſtri Joannis Epiſcopi, & dilectorum filiorum Decani, & Capituli Eccleſiæ Segobricen. necnon nobilis viri Friderici de Aragona, Comitis de Luna, ac Juratorum civitatis Segobricen. nobis nuper exhibita petitio continebat, quod a paucis annis citra, in provincia Aragoniæ extra muros Segobricen. ſub *ſancti Blaſii*, ſeu *ſanctæ Mariæ de Angelis*, & in Diœc. Valentin. ſub *ſancti Spiritus in Eremo* aliud, ac in de Chelua, ſub *ſancti Franciſci* aliud, & in Manſanera, Cæſarauguſtan. Diœceſ. ſub *beatæ Mariæ de la Vega* vocabulis aliud, Monaſteria ſive domus Fratrum Minorum ſecundum morem dicti Ordinis dictorum Fratrum, in locis utique ad hoc congruis & honeſtis, per nonnullos Chriſtifideles pia devotione motos, de bonis eis a Deo collatis canonice fundata fuerunt pariter &c. (Conventus in Provinc. Aragon. fundati.)

§. III. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, Illuſtris Comes, Epiſcopus, Decanus, Capitulum, & Jurati præfati, qui ad Religionem dicti Ordinis gerunt ſingularis devotionis affectum, cupiant ipſa Monaſteria pro felici ipſorum conſervatione ſub uno Cuſtode & Guardianis dumtaxat regi & gubernari; pro parte Epiſcopi, Decani, Capituli, Comitis, & Juratorum præfatorum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. (Cuſtos pro illis regendis petitur.)

Pontifex annuit. §. IV. Nos igitur &c. ſtatuimus & etiam ordinamus, quod Fratres dicti Ordinis, qui in ipſis Monaſteriis pro tempore reſidebunt de cetero, perpetuis futuris temporibus aliquem Fratrem idoneum ejuſdem Ordinis profeſſorem, laudabilis converſationis & vitæ in Cuſtodem dictorum Monaſteriorum, & eorumdem Guardianos, Lectores & Vicarios, ac Fratres alios officiales eligere poſſint: qui Cuſtos Segobricen. & ſancti Spiritus in poſterum a Generali, ac aliis Miniſtris Provincialibus, Cuſtodibus, Guardianis & Fratribus aliis dicti Ordinis nominetur, qui poſt electionem ſuam, & aliorum præfatorum, abſque alicujus alterius converſationis præſidio, præfata Monaſteria & Fratres degentes in illis pro tempore ſub regulari Obſervantia dicti Ordinis, juxta conceſſam ſibi a Domino prudentiam & virtutem, ſalubriter regat & dirigat, ac gubernet. Quodque ordinatio dicti Cuſtodis, ac Guardianorum & Fratrum diſcretorum ejuſdem Cuſtodiæ præſentetur Capitulo provinciali, & legatur in tabula diffinitionis ejuſdem; in qua quidem ordinatione nequeat aliquid immutari, abſque conſenſu & expreſſa voluntate Cuſtodis & Guardianorum præfatorum. Quodque dicta Cuſtodia ſit de corpore Provinciæ, & ſub obedientia & cura Miniſtri, modo, formaque præfatis.

§. V. Præterea, ut Fratres præfati non ſolum devotionis ſtudio piæ vitæ, ſed etiam regulari diſciplina, & ſtudio ſacræ paginæ, ac prædicationi verbi Dei diligentius vacare & intendere poſſint, & ſibi, & aliis animarum proficere ad ſalutem, volumus & etiam ordinamus, quod in domibus, ſive Conventibus Segobricen. & ſancti Spiritus ſupradictis legantur Biblia, & fiat (Scientiarũ præcipiuntur exercitia.)

fiat exercitinm ſcientiæ ſalutaris. Mandantes & injungentes eiſdem Fratribus in virtute ſanctæ obedientiæ, quatenus poſtpoſita quacumque eorum privata commoditate, in victu, veſtitu et calceamentis vivere debeant uniformiter in communi, ad hoc ut dicta Monaſteria perpetuo conſerventur, ſublatis quibuſcumque contentionum et diſſenſionum fomentis, in ſalutari concordia, et obſervantia regulari. Non obſtantibus conſtitutionibus, ac privilegiis et litteris Apoſtolicis eiſdem Monaſteriis,et eorum Conventibus, aut eorum alicui per Sedem Apoſtolicam, vel alias ſub quacumque verborum forma conceſſis; etiamſi de illis, eorumque totis &c. foret mentio ſpecialis: ſtatutis quoque & conſuetudinibus Monaſteriorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia vallatis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo noſtræ conſtitutionis, ordinationis et voluntatis infringere &c. Si quis autem &c.

Datum Gallicani, Præneſtin. Diœceſis, vii. Kal. Auguſti, anno vii.

CXXV.

Reformatur Conventus Heydelbergen. Ex lib. 1. de diverſis formis, anno 9. fol. 78.

Dilectis filiis Joanni de Albomonte, & Joanni de Vico Ordinis Fratrum Minorum profeſſoribus.

§. I. Admonet nos ſuſcepti cura regiminis &c. Sane ad audientiam noſtram fide dignorum relatione pervenit, quod in oppido Heydelbergen. Wormatien. Diœceſis, et aliis locis, dominio, ſeu ditioni temporali dilecti filii nobilis viri Ludovici, Comitis Palatini Rheni et Electoris Imperii ſubjectis, in diverſis domibus Ordinis Fratrum Minorum, regulari ipſius Ordinis abjecta obſervantia, nonnulli Fratres lubrice viventes, fræno pudicitiæ laxato, multa exceſſus,vitia & ſcandala, quæ pudor eſt effari, committere non verentur, ipſique domus & Fratres propterea reformationis officio multipliciter indigere noſcuntur &c. *Ut in Regeſto To. 9. fol. 558.*

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni veſtræ &c. mandamus, quatenus ad ipſas domos perſonaliter accedentes, et ſolum Deum præ oculis habentes, duobus, ſeu pluribus ejuſdem Ordinis profeſſoribus, vita et moribus comprobatis, vobis adjunctis infra ſex menſes, a die inchoationis viſitationis hujuſmodi computandos, viſitationis earumdem domorum Rectoribus, Guardianis et immediatis Superioribus debitæ in Fratribus officium, auctoritate noſtra inſtituere procuretis, dictoſque Fratres, Guardianos et Superiores, prout expedire videritis, etiam in exceſſibus hujuſmodi, juxta regularia inſtituta et conſtitutiones, necnon diſciplinam et regularem obſervantiam ipſius Ordinis, exceſſuum qualitate penſata, puniendo, et pœnis condignis corrigendo, et ab eornm officiis, exigentibus cauſis, removendo et deſtituendo, ac alios Fratres ad hoc utiles, et idoneos in ipſis officiis inſtituendo et præficiendo, ipſiſque præfectis ab eorum Fratribus obedientiam et reverentiam debitas exhiberi faciendo, ac illis, ut Fratres rebelles, et eorum regulam non ſervantes, ad regularem obſervantiam pœnis condignis, abſque lethali moleſtia, perſtringere, ac Fratres quarumcumque domorum dicti Ordinis, eidem Obſervantiæ ſubmittere ſe volentes, ad illam, aliorum Superiorum ſuorum licentia nec habita, ſeu petita, recipere valeant, eadem auctoritate liberam poteſtatem tribuendo reformetis: et alia in præmiſſis, et circa ea quomodolibet neceſſaria ſeu opportuna ordinetis et diſponatis, prout ipſi officio videritis indigere. Contradictores

per

per cenſuram &c. invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtan. tam fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. &c. quam aliis &c. privilegiis, exemptionibus, indulgentiis & litteris Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus, ſub quacumque verborum forma conceſſis, quæ contra præmiſſa cuiquam ſuffragari nolumus, necnon ſtatutis & conſuetudinibus ipſius Ordinis contrariis quibuſcumque &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, III. Idus Novembris, anno VIII.

CXXVI.

Ut tria Cœnobia admittere, vel conſtruere poſſit. Ex ipſo autographo.

Dilecto filio Matthæo de Sicilia Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia *nuncupatorum profeſſori.*

Ut in Regeſt. Tomi 9. fol. 469.

SAcræ Religionis &c. Hinc eſt quod nos tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, tibi in quibuſvis partibus tria dumtaxat loca, ſi tibi alias juſte & canonice concedantur, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis recipiendi, & ibidem tres dumtaxat domus pro uſu, & habitatione perpetuis Fratrum Ordinis Minorum *de Obſervantia* nuncupatorum, cujus profeſſor exiſtis, cum Eccleſiis, campanilibus, campanis, hortis, hortalitiis, & aliis neceſſariis officinis conſtruendi & ædificandi, ſeu conſtrui & ædificari faciendi, Diœceſanorum &c. minime requiſita, jure &c. ſalvo, fel. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. & quibuſcumque aliis conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis nequaquam obſtantibus, plenam &c. licentiam elargimur. Eadem nihilominus auctoritate ſtatuentes, quod domus, & Eccleſiæ hujuſmodi &c. necnon Guardiani & Fratres, quos in ipſis domibus pro tempore degere contigerit, ut omnibus & ſingulis privilegiis &c. gaudeant, & utantur. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, IX. Kalendas Maii, anno VIII.

CXXVII.

Ut uniat Monaſterio ſancti Apollinaris Mediolanen. aliud ſancti Nazarii de Oppremo. Ex lib. 2. de Regularibus &c. anno 8. fol. 132.

Dilecto filio Archipresbytero Eccleſiæ ſancti Georgii de Liſchato, Mediolan. Diœceſis.

Monaſterii egeſtas exponitur Pontifici.

§. I. ETſi ex debito ſollicitudinis paſtoralis quibuslibet perſonis divinis laudibus deditis nos eſſe deceat favorabiles & benignos, mulieribus tamen, quæ ſub ſacra Religione Domino famulantur, tanto propenſiori nos convenit auxilio ſubvenire, quanto pro fragilitate ſexus fœminei, majoribus dignoſcuntur auxiliis indigere. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii ſancti Apollinaris extra muros Mediolanen. Ordinis ſanctæ Claræ, petitio continebat, quod pro ipſius Abbatiſſæ, necnon Monialium, quæ inibi plures numero ſub arctæ Religionis norma virtutum Domino famulantur, ſuſtentatione, ac onerum eidem Monaſterio dietim incumbentium deductione pariter, & ſupportatione, dicti Monaſterii fructus, reditus, & proventus eiſdem Abbatiſſæ & Conventui nequaquam ſufficiunt; quinimo cauſantibus guerrarum turbinibus &c. hujuſmodi fructus, reditus, & proventus adeo

adeo decreverunt, quod per hoc divinus cultus, regulariſque Obſervantiæ vigor in eodem Monaſterio veriſimiliter minui formidant in brevi; ſitque ibidem Monaſterium ſancti Nazarii de Oppremo, Ordinis ſancti Auguſtini, Mediolanen. diœceſis, quod ob hujuſmodi guerrarum, aliaſque earumdem partium calamitates, in ſuis ſtructuris & ædificiis in magna parte collapſum, necnon illius terris, & poſſeſſionibus incultis remanentibus, alias ad tantæ deſolationis devenit opprobria, ut ejus Conventu prorſus derelicto, ſola inibi Miniſtra ad præſens gerere noſcatur, nec ſperetur aliquam aliam in eo Monialem morari velle, aut etiam recipi poſſe tempore ſuccedente.

§. II. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, pro eo quod Monaſteria ipſa habeant aliqua bona vicina, & invicem contigua, ſi hujuſmodi terræ, & poſſeſſiones ad præfatum Monaſterium ſancti Nazarii pertinentes, priuſquam totali committantur deſolationi, eidem Monaſterio ſancti Apollinaris perpetuo applicarentur; præfatæ Abbatiſſa, & Conventus terras, & poſſeſſiones eaſdem facilius excoli, necnon onera hujuſmodi aliqualiter perferre, ac etiam commodius ſuſtentari poſſent; pro parte earumdem Abbatiſſæ & Conventus aſſerentium, quod dictæ Miniſtræ ad id expreſſus accedit aſſenſus, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ne bona, ac poſſeſſiones, & terræ præfati Monaſterii ſancti Nazarii penitus deſolentur, Monaſterium ſancti Nazarii præfatum cum omnibus ejus fructibus, reditibus, proventibus, ac hujuſmodi poſſeſſionibus & bonis, ac juribus, & pertinentiis, Abbatiſſali dignitate, ac dicto Ordine ſancti Auguſtini in eo penitus ſuppreſſis, cujus viginti quinque, eidem Monaſterio ſancti Apollinaris, cujus ducentorum florenorum auri, fructus, reditus, & proventus ſecundum communem æſtimationem, valorem annuum, ut ipſa Abbatiſſa & Conventus aſſerunt, non excedunt, in perpetuum incorporare, & annectere &c. dignaremur.

Et petitur Monaſteriorum unio.

§. III. Nos itaque &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus &c. Monaſterium ſancti Nazarii præfatum, in eo Ordine ſancti Auguſtini, & Abbatiſſali dignitate per te prorſus & omnino ſuppreſſis pariter & extinctis, cum omnibus ſuis juribus, & pertinentiis præfato Monaſterio ſancti Apollinaris, auctoritate præfata, perpetuo incorpores, unias, & annectas; ita quod cedente, vel decedente Miniſtra ipſius Monaſterii ſancti Nazarii, ſeu illi alias præeſſe deſiſtente, liceat Abbatiſſæ, quæ erit pro tempore, & Conventui ejuſdem Monaſterii ſancti Apollinaris per ſe, vel alium, ſeu alios illius poſſeſſionem, auctoritate propria libere apprehendere, hujuſmodique ejus fructus, reditus, & proventus libere percipere & habere, ac in ſuos, & dicti Monaſterii ſancti Apollinaris uſus convertere, & perpetuo retinere, Diœceſani loci, & cujuslibet alterius licentia ſuper hoc minime requiſita. Non obſtantibus conſtitutionibus &c. contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quod eadem Abbatiſſa, quæ erit pro tempore, & Conventus dicti Monaſterii ſancti Apollinaris, ſi incorporationem, annexionem, & unionem hujuſmodi effectum ſortiri contingat, ex tunc perpetuis futuris temporibus Epiſcopalia jura ſolvere, ac in Eccleſia dicti Monaſterii ſancti Nazarii per aliquem idoneum Presbyterum in divinis deſerviri facere, & quævis alia ipſius Monaſterii ſancti Nazarii debita, & conſueta pro tempore incumbentia onera ſupportare integraliter teneatur. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus &c. contigerit attentari.

Gratia conceditur, & Archipresbytero pro executione demandarut commiſſio.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, XVIII. Kalendas Maii, anno VIII.

CXXVIII.

CXXVIII.

Ut conſtruat domum prope Capellam Regiam ſancti Georgii in oppido Vicegraden. pro Obſervantibus. Ex lib. 2. de diverſis formis, anno 8. fol. 135.

Cariſſimo in Chriſto filio Sigiſmundo Romanorum, Hungariæ, & Bœmiæ Regi Illuſtri.

§. I. Cum ſecularium Principum mentes ad ea, quæ divini cultus, et Religionis augmentum, ac animarum ſalutem reſpiciunt, ex devotionis fervore moveri percipimus, eo libentius ipſorum circa illa votis annuimus, eoque amplioribus favoribus ipſa vota proſequimur, quo latius ipſa Principum exempla, ob dignitatis et meritorum ſuorum excellentiam in alios diffundi, uberiorque exinde fructus Chriſticolis provenire ſperatur. Sane pro parte tua nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dudum tu piæ devotionis, et ſinceritatis fervore accenſus &c. prope Capellam ſine cura ſancti Georgii oppidi Vicegraden. Stringonien. diœceſis, in qua nonnulli claræ memoriæ Reges Hungariæ prædeceſſores tui, qui fuerunt olim antiquitus, interdum in dicto oppido moram trahentes, Miſſam, et alia divina Officia in eorum præſentia celebrari faciebant, tamquam ad eos illius fundatores legitime pertinente, et quæ nemini in beneficium Eccleſiaſticum etiam a tanto tempore, cujus contrarii memoria non exiſtit, aſſignari conſuevit, ſed ſemper pro Capella Regia ab omnibus tenta, habita, et reputata fuit: unam domum ad opus et uſum Fratrum præfatorum, qui &c. Regulam per beatum Franciſcum, dicti Ordinis fundatorem, Fratribus hujuſmodi relictam, juxta declarationes et traditiones Apoſtolicas, quæ ex tunc ſuper ipſius Regulæ obſervatione emanarunt, ad litteram obſervare perpetuo ſint aſtricti, ideoque *Fratres de Obſervantia* nuncupentur, de bonis a Deo tibi collatis &c. conſtrui et ædificari, dictamque Capellam ipſam etiam ad opus et uſum Fratrum *de Obſervantia* præfatorum, ut ibidem divinis perpetuo inſiſtant laudibus, ampliari, et in Eccleſiam cum campanili &c. et aliis neceſſariis officinis cum decentibus ſtructuris, et ædificiis erigi, ſeu conſtrui, et ædificari facere deſideras, et proponis. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. necnon quod Guardianus et ipſi Fratres, qui in dicta domo degent, Regulam hujuſmodi, juxta declarationes, et traditiones præfatas ad litteram obſervent &c. in præmiſſis opportune providere &c. dignaremur.

§. II. Nos igitur &c. conſtructionem et ædificationem domus hujuſmodi canonice factas fore auctoritate &c. decernentes, et alias eas ratificantes et approbantes, devotioni tuæ Capellam præfatam, ad opus et uſum hujuſmodi ampliari &c. ædificari faciendi, ac eiſdem Fratribus de Obſervantia domum præfatam recipiendi; diœceſani loci &c. minime requiſita: jure tamen parochialis &c. ſalvo, plenam et liberam &c. licentiam &c. elargimur. Eadem nihilominus auctoritate ſtatuentes et ordinantes, quod Guardianus, et qui in dicta domo degent, Fratres præfati, regulam juxta declarationes et traditiones antedictas ad litteram, ut præmittitur, obſervare teneantur: et quod domus, ac Capella, ſeu poſt ejus in Eccleſiam erectionem, ſive conſtructionem et ædificationem, Eccleſia, necnon Guardianus, et qui in domo ipſa degent, Fratres hujuſmodi omnibus et ſingulis &c. & gratiis præfatis plene gaudeant & utantur: ipſique Guardianus, et Fratres, ut eo quietius Domino famulari poſſint, quo liberius inibi permanſerint, nullis aliis quibuſcumque dignitate, vel officio fungentibus dicti Ordinis perſonis,

quam

quam ſolum, & dumtaxat Generali Miniſtro, ſeu Vicario præfatis ſubeſſe debeant quoquomodo: necnon quod tu tamquam domus fundator, & Capellæ reparator et ampliator, ac poſtquam erecta &c. Eccleſiæ præfatarum erector, ſeu conſtructor et ædificator, tuique hæredes, necnon ſucceſſores, qui erunt pro tempore, Reges Hungariæ, Miſſarum, orationum, jejuniorum, ſuffragiorum, et aliorum bonorum operum, quæ per eoſdem Fratres de Obſervantia in domo, et Capella, ſeu poſt ejus in Eccleſiam erectionem &c. participes efficiamini, pariter concedentes. Non obſtant. felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. &c. & aliis &c. conſuetudinibus dicti Ordinis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c. noſtræ conſtitutionis, ratificationis, approbationis, conceſſionis, ſtatuti, et ordinationis infringere &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, v. Kal. Julii, anno VIII.

CXXIX.

Ut Fratres admittant domum in terra Maroſticæ. Ex lib. 3. de diverſis formis, anno 8. fol. 39.

Dilecto filio Archipresbytero Eccleſiæ Vicentin.

Pia fidelium vota &c. Sane petitio dilectorum filiorum Communis, et hominum terræ Maroſticæ, Paduan. diœceſis nobis nuper exhibita continebat, quod cum in dicta terra, quæ inter alia ejuſdem diœceſis terras et loca, ſatis inſignis et populoſa exiſtit, dumtaxat una Eccleſia, quæ eorum parochialis eſt, et una Capella ſine cura, ſub vocabulo ***beati Antonii Abbatis*** exiſtant, quæ per unicum tantum Rectorem, cui etiam ex ejuſdem capellæ dotatione in illa deſerviendi, ſeu deſerviri faciendi, onus incumbit: quique propterea ipſius Capellæ fructus, reditus, et proventus percipit, gubernantur; præfati commune, et homines tam in eiſdem divinis, quam etiam in prædicationibus, et aliis ſpiritualibus fomentis penuriam patiuntur: et propterea unam Ordinis Fratrum Minorum inibi domum habere deſiderent; pro parte eorumdem Communis, et hominum nobis fuit &c. ſupplicatum, ut dictam capellam cum ejus fructibus, reditibus, proventibus, juribus, pertinentiis, ac obventionibus univerſis dicto Ordini, pro aliquorum illius Fratrum uſu, et habitatione perpetuis, itaut Fratres ipſi illam in eorum Eccleſiam, ſeu oratorium cum campanili &c. & aliis neceſſariis officinis erigere poſſint &c. Nos itaque &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus &c. capellam eamdem cum hujuſmodi ejus fructibus &c. qui quinquaginta librarum monetæ in partibus illis currentis valorem annuum, ut iidem Commune, et homines aſſerunt, non excedunt, juribuſque et obventionibus, ac pertinentiis univerſis dicto Ordini pro aliquibus illius Fratribus, inibi perpetuo Deo ſervituris, itaut illam in eorum Eccleſiam, ſive oratorium, cum hujuſmodi campanili &c. & aliis neceſſariis officinis erigere libere et licite valeant, jure tamen dictæ parochialis &c. ſalvo, Apoſtolica auctoritate, concedas. Nos enim ſi dictam capellam Ordini præfato per te concedi, ac in hujuſmodi domum erigi contingat, ut præfertur, hujuſmodi Fratribus in ea &c. quod omnibus et ſingulis &c. dicto Ordini per Sedem &c. conceſſis uti valeant &c. indulgemus, felicis recordationis Bonifacii VIII. &c. ceteriſque contrariis, non obſtantibus quibuſcumque.

Ut in Conſt. 106. hujus Pontificis.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, v. Idus Julii anno VIII.

CXXX.

Ut Fratres domus Lucen. admittant annuos reditus. Ex lib. 2. de diverſis formis, anno 8. fol. 213.

Dilecto filio Abbati Monaſterii ſancti Vincentii de Monteforti, Lucenſ. diœceſis.

Vt in Regeſto Tomi 9. fol. 474.

§. I. Sinceræ devotionis affectus, quem dilectus filius nobilis vir Fridericus Dux Arionæ, et Comes Comitatus Traſtamare ad nos &c. Sane pro parte dicti Ducis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod pridem ipſe conſiderans quod in Eccleſia domus Fratrum Minorum Lucen. utriuſque parentis, ac nonnullorum fratrum et ſororum carnalium ſuorum, ac aliorum de proſapia ipſius corpora, nondum tamen ſub terra poſita, requieſcunt, et habens ad Ordinem prædictum ſpecialis devotionis affectum, intendenſque in eadem Eccleſia ſepeliri, ac prædicta corpora, juxta eorum proſapiam facere honorifice tumulari, pro nonnullis capellis ibidem ædificandis, et in eis prædictis corporibus tumulandis, et perpetuis capellaniis ibidem celebrandis, necnon pro reparatione dictæ domus et ornamentorum ipſius, ac aliis neceſſitatibus ſupportandis, annuos reditus duodecim millium Morabetinorum monetæ novæ in partibus illis currentis, qui centum et ſexaginta florenorum auri de Camera valorem annuum non excedunt, ſuper juribus, et reditibus prædicti Comitatus, cujus diſpoſitio ad Regem Caſtellæ et Legionis, pro tempore exiſtentem pertinet, ac certis ipſius Comitatus, videlicet ſuper de Sarera trium, et de Triacaſtella mille et quingentorum, et de provincia ſancti Juliani etiam mille et quingentorum, et de provincia de Neyra etiam mille et quingentorum, et de provincia de Adrien. etiam mille et quingentorum, et de provincia de Otero de Rey etiam mille et quingentorum, ac de provincia de Caſtro de Rey, Lucen. et Mindonien. diœceſis, villis, et terris etiam mille et quingentorum Morabetinorum hujuſmodi prædictæ domui, necnon Guardiano, et Fratribus inibi pro tempore degentibus in perpetuum conceſſit pariter et aſſignavit: quodque cariſſimus in Chriſto filius noſter Joannes Rex Caſtellæ et Legionis illuſtris, conceſſionem et donationem hujuſmodi, auctoritate Regia confirmavit. Quare pro parte dicti Ducis nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut conceſſioni &c.

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni &c. mandamus, quatenus, ſi eſt ita, conceſſionem & donationem prædictas, & alia inde ſecuta, auctoritate noſtra approbes & confirmes, ac omnes defectus ſuppleas, ſi qui &c. in eiſdem, non obſtant. conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis et conſuetudinibus prædicti Ordinis, etiam juramento &c. roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, v. Idus Julii anno VIII.

CXXXI.

Ut duas Eccleſias Parochiales de novo incorporet Monaſterio in Ribbenitze. Ex libro 2. mixto, anno 8. fol. 12.

Dilecto filio Archidiacono Roſtorcen. in Eccleſia Zwernien. &c.

Vide Conſt. 124 hujus Pontif.

§. I. Apoſtolicæ nobis injunctæ deſuper ſervitutis officium &c. Sane petitio dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ & Conventus Mo-

Monaſterii in Ribbenitze Ordinis ſanctæ Claræ, Zwernien. diœceſis nobis nuper exhibita continebat, quod olim bonæ memoriæ Rodulphus Epiſcopus Zwernien. ad hoc dilectorum filiorum Capituli Eccleſiæ Zwernien. accedente conſenſu, ex his et aliis certis rationabilibus cauſis motus, inter alia in Ribbenitze, et Marlowe parochiales Eccleſias, dictæ diœceſis de jure patronatus dicti Monaſterii exiſtentes, ſub certis modo et forma tunc expreſſis, eidem Monaſterio, auctoritate Ordinaria incorporavit, annexuit, & univit, ac ſubſequenter quondam Bonifacius IX. in ſua obedientia, de qua partes ipſæ tunc erant, nuncupatus hujuſmodi incorporationem, annexionem et unionem confirmavit, ſupplens omnes defectus, ſi qui &c. in eiſdem, prout in diverſis litteris deſuper confectis dicitur plenius contineri.

§. II. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, prædictæ Abbatiſſa, et Conventus dubitent, propter diverſas revocationes unionum ipſius Bonifacii, ac etiam alias, auctoritate Apoſtolica factas, incorporationem, annexionem, et unionem prædictas viribus non ſubſiſtere, pro parte earumdem Abbatiſſæ, et Conventus Monaſterii, nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. III. Nos itaque &c. diſcretioni &c. mandamus, quatenus vocatis qui fuerint evocandi &c. eaſdem parochiales Eccleſias, quarum quindecim dicto Monaſterio, cujus quinquaginta marcarum argenti puri fructus, reditus, et proventus ſecundum communem æſtimationem valorem annuum, ut ipſæ Abbatiſſa et Conventus aſſerunt, non excedunt, auctoritate noſtra incorpores, annectas et unias, ita quod cedentibus, vel decedentibus earumdem Eccleſiarum Rectoribus, aut eas quomodolibet dimittentibus, liceat eiſdem Abbatiſſæ et Conventui corporalem poſſeſſionem ipſarum Eccleſiarum, auctoritate propria apprehendere, ac fructus, reditus et proventus inde percipere, illoſque in ipſarum, et dicti Monaſterii uſus convertere, alicujus ſuper hoc licentia minime requiſita: reſervatis tamen de ipſarum Eccleſiarum, fructibus, reditibus, et proventibus pro perpetuis Vicariis inibi inſtituendis, congruis portionibus, unde illi decenter vivere, Apoſtolica jura ſolvere, et alia ſibi incumbentia onera commode valeant ſupportare. Non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis &c. ſed nullum per hoc eis, quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum, præjudicium generari, et quibuslibet indulgentiis, privilegiis &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, VII. Kal. Auguſti anno VIII.

CXXXII.

Monaſterium Averſan. transfertur a Monialibus ſancti Benedicti ad Sorores ſanctæ Claræ. Ex lib. 2. de Regularibus &c. anno 8. fol. 139.

Venerabili Fratri Archiepiſcopo Neapolitan.

Ut in Conſt. 124. hujus Pontif.

§. I. Dea ex injunctæ deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officio libenter intendimus &c. Sane pro parte cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Joannæ Hieruſalem & Siciliæ Reginæ illuſtris, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim tam in Monaſterio ſancti Blaſii Averſan. Ordinis ſancti Benedicti, ex eo præſertim, quod illius Moniales, utpote ex earum Inſtitutis regularibus non recluſæ, inde exiverunt & exeunt pro tempore ad earum libitum voluntatis, quam etiam in civitate Averſan. gravia & enormia ſcandala ſæpius evenerunt, ac Monaſterium ipſum, licet ex ejus fundatione ſolemne & ſufficienter etiam cum caſtrorum, feudorum & vaſſallorum ju-

Scandala ex non ſervata clauſura exorta.

juriſdictione temporali dotatum ſit, in reditibus ſuis adeo diminutum exiſtit, quod Moniales, quæ inibi præſentialiter degunt, licet pauciſſimæ ſint, congrue ſuſtentari, ac onera eis pro tempore incumbentia debite ſupportare non poſſunt, illudque ab honeſtate & obſervantia regularibus tam graviter decidit, quod Chriſtifidelium inibi pene periit devotio, propter quæ Monaſterium ipſum, cujus etiam ſtructuræ & ædificia paſſim collabuntur, manifeſto deſolationis opprobrio noſcitur ſubjacere.

Monaſterii egeſtas.

§. II. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, ſi dictum Monaſterium ad Ordinem Sororum ſanctæ Claræ, ſub cura Fratrum Minorum & Regulari Obſervantia, ac arcta & perpetua clauſura viventium, transferretur & Rector Eccleſiæ dicti Monaſterii, quæ parochialis eſt, & cui tam Monialium Monaſterii, quam prope illud habitantium ipſius Eccleſiæ parochianorum animarum cura imminet, ad nutum ejuſdem Reginæ, & ſucceſſorum ſuorum Hieruſalem & Siciliæ Regum, qui erunt pro tempore, revocabilis foret, ut non niſi pudicus & honeſtus ſacrarum illic virginum cœtus aliquo tempore poneretur, Monaſterium ipſum, concurrentibus piis ſubſidiis & ſuffragiis, quæ dicta Regina, ſub cujus temporali dominio conſiſtit, ad id elargiri proponit, in ſtructuris & ædificiis reparari, in reditibus reſtaurari, & ad obſervantiam hujuſmodi reduci, reformarique debite, ac commode poſſet, pro parte ipſius Reginæ fuit nobis humiliter ſupplicatum &c.

Reformationi datur opera.

§. III. Nos igitur &c. fraternitati tuæ &c. mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, ſi per diligentem informationem per te ſuper præmiſſis, auctoritate noſtra recipiendam, inveneris ita eſſe, poſtquam dicta Regina ad receptionem, reſtaurationem & reformationem hujuſmodi faciendas ſubſidia contulerit, quæ proponit, in præfato Monaſterio dictum Ordinem ſancti Benedicti, auctoritate præfata omnino ſupprimas et extinguas, ipſumque Monaſterium a quocumque alio Monaſterio, ſive regulari loco, a quo forſan illud dependeat, penitus ſubtrahas et ſepares, illudque eum omnibus juribus, et pertinentiis ſuis ad Ordinem ſanctæ Claræ hujuſmodi, eadem auctoritate transferas, et reducas, ita quod Monaſterium ſancti Blaſii deinceps in perpetuum non ſancti Benedicti, ſed ſanctæ Claræ hujuſmodi Ordinis exiſtat et etiam nuncupetur, ac illius Abbatiſſa et Religioſæ pro tempore exiſtentes, non Moniales, ſed juxta morem ipſius Ordinis ſanctæ Claræ Sorores de cetero appellentur, necnon regularem habitum juxta ejuſdem Ordinis ſanctæ Claræ conſuetudinem geſtent, ipſiuſque Ordinis ſanctæ Claræ Inſtitutis regularibus ſe conforment. Quodque Monaſterium ſancti Blaſii, ac Abbatiſſa et Religioſæ hujuſmodi omnibus et ſingulis privilegiis &c. quibus alia ipſius Ordinis ſanctæ Claræ Monaſteria, ſive loca quæcumque, et Religioſæ in eis degentes pro tempore utuntur et gaudent, pariter gaudeant et utantur. Et nihilominus ſi translationem et alia præmiſſa per te vigore præſentium fieri contingat, ut præfertur, eiſdem Reginæ, et ſucceſſoribus ratione Miſſarum, et aliorum divinorum Officiorum celebrandorum, ac Sacramentorum Eccleſiaſticorum miniſtrandorum Abbatiſſæ, et Religioſis præfatis, ac alias exercendæ curæ animarum earumdem jus patronatus dictæ Eccleſiæ, ac præſentandi ad illam, quoties ipſis Reginæ, et ſucceſſoribus expedire videbitur, perſonam idoneam loci Ordinario, per eum ad præſentationem hujuſmodi inſtituendam in Rectorem Eccleſiæ memoratæ, auctoritate præfata concedas.

Facultates Archiepiſcopo ſuper hoc factæ.

Conditiones in unione Monaſteriorum a Pontifice præſcriptæ.

§. IV. Præterea conſideratione ejuſdem Reginæ, quæ nobis ſuper hoc ſimiliter ſupplicavit, Monaſterium ſancti Blaſii, necnon illius Abbatiſſam et Conventum, ac Religioſas hujuſmodi, perſonaſque alias ibidem pro tempore degentes, cum poſſeſſionibus, reditibus et bonis ſuis quibuſcumque,

quæ

quæ tempore translationis hujuſmodi, et ex tunc in antea rationabiliter poſſidebunt, et in futurum juſtis modis, præſtante Domino, poterunt adipiſci, ab omni juriſdictione, ſuperioritate, dominio et poteſtate Epiſcopi Averſan. necnon Generalis Miniſtri pro tempore exiſtentium, et reliquorum Officialium Ordinis Fratrum Minorum hujuſmodi, ac quorumcumque aliorum Judicum ordinariorum et Superiorum ſuorum, quamdiu dumtaxat eadem Regina vitam duxerit in humanis, ut eædem Abbatiſſa, et Religioſæ interim tranquillitate et quiete fruentes, inibi ſecurius, et devotius Altiſſimo famulari valeant, auctoritate præfata, prorſus eximas et liberes, illaque ab eis libera et exempta eſſe, ac nobis et Apoſtolicæ Sedi dumtaxat ſubjacere decernas. Ita quod Epiſcopus, Miniſter, Officiales, Judices, Ordinarii et Superiores præfati, ac alii quicumque, ratione contractus, criminis, vel delicti aut rei, de qua ageretur, ubicumque committatur delictum, iniatur contractus, aut res ipſa conſiſtat, excommunicationis in perſonas, in Conventum ſuſpenſionis, et in Monaſterium ſancti Blaſii hujuſmodi interdicti ſententias promulgare, aut alias poteſtatem, dominium, ſuperioritatem ſeu juriſdictionem aliquam, durante exceptione hujuſmodi, nequeant exercere, fel. rec. Innocentii Papæ IV. &c. circa exemptos edita, quæ incipit, *Volentes*, ac aliis &c. necnon ſtatutis &c. ſancti Blaſii et illius, a quo forſan dependet, ut præfertur, Monaſteriorum ſive loci, ac ſancti Benedicti et Fratrum Minorum Ordinum præfatorum juramento &c. ceteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Nos enim, ſi exemptionem hujuſmodi feceris, ut præfertur, ex nunc quoſcumque excommunicationis, ſuſpenſionis &c. contra Abbatiſſam, Conventum, Religioſas et perſonas Monaſterii ſancti Blaſii hujuſmodi, ac formam exemptionis ejuſdem illa, ut præmittitur, durante, promulgari contigerit, irritos et irritas decernimus &c.

Moniales ab auctoritate Ordinaria eximûtur.

Immediate Monaſterium declaratur Sedi Apoſtolicæ ſubjectû.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, III. Kal. Auguſti, anno VIII.

CXXXIII.

Ut Fratres recipiant domum in oppido Mithaniæ. Ex lib. 2. de diverſis formis, anno 8. fol. 230.

Venerabili Fratri Archiepiſcopo Brunduſin.

§. I.Inceræ devotionis affectus, quem dilectus filius nobilis vir Aymonettus de ſancto Georgio Miles, Brunduſin. Diœceſ. ad nos & Romanam &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dicti Militis petitio continebat, quod ipſe gerens ad Ordinem Fratrum Minorum ſancti Franciſci ſpecialis devotionis affectum &c. quamdam domum, ſub vocabulo *beatæ Mariæ de Nazareth* cum Eccleſia &c. aliiſque neceſſariis officinis pro uſu, & habitatione Fratrum dicti Ordinis, in terra Mithaniæ, dictæ Diœceſ. &c. conſtruere &c. Quare pro parte dicti Militis nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

Ut in Regeſto Tom. 9. fol. 474.

§. II. Nos igitur &c. fraternitati tuæ &c. mandamus, quatenus ſi eſt ita, & dictus locus in eadem terra ad hoc aptus, congruuſque exiſtat, ut præfertur, ſine alterius præjudicio, pro uſu & habitatione Fratrum conſtruendi & ædificandi, ſeu conſtrui &c. & Fratribus præfatis præfatam domum recipiendi & ibidem habitandi, cujuſcumque licentia ſuper hoc minime requiſita, liberam, auctoritate noſtra licentiam largiaris. Et inſuper ſi per te, vigore præſentium eidem Militi licentia hujuſmodi domum &c. concedi contingat, Fratribus in hujuſmodi domo pro tempore commorantibus,

ea-

eadem auctoritate concedas, quod tam ipſi, quam domus, ac Eccleſia hujuſmodi omnibus & ſingulis privilegiis &c. quibus aliæ domus, & Eccleſiæ Fratrum ejuſdem &c. gaudent & utuntur, uti valeant & gaudere. Jure tamen parochialis &c. ſemper ſalvo.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, Kalendis Auguſti, anno VIII.

CXXXIV.

Ut Fratres Provinciæ Aragoniæ vivant ſecundum Decreta Conſtantien. Concilii. Ex libro 2. Mixto, anno 8. fol.2.

Ad futuram rei memoriam.

§. I. IN Apoſtolicæ Sedis ſpecula &c. Sane pro parte dilectorum filiorum Segobricen. & Tiraſonen. necnon de Xelva, de Muroveteri, de la Mantanera, de Carmyeva, & de la Alumna, Segobric. ac Valentin. & Cæſarauguſtan. Diœceſ. domorum Ordinis Minorum Guardianorum & Fratrum *de Obſervantia* nuncupatorum, Provinciæ Aragoniæ, ſecundum ipſius Ordinis morem nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipſi, qui in ſtricta Obſervantia dicti Ordinis proponunt Domino deſervire, pro eorum quieto ſtatu & animarum ſalute, cupiunt etiam ſecundum conceſſiones & indulta, ac ſtatuta & decreta dudum per generale Conſtantienſe Concilium, & ejus litteras Fratribus ejuſdem Ordinis de Obſervantia ſupradicta in Franciæ, Burgundiæ, ac Turoniæ Provinciis, ſecundum morem prædictum, ſub ipſa Obſervantia degentibus conceſſa, vivere, ac regi & etiam gubernari. Quare pro parte Guardianorum & Fratrum domorum prædictarum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut tenorem litterarum prædictarum præſentibus inſeri, ac eis quod omnibus & ſingulis conceſſionibus, ſtatutis, indultis, ordinationibus, & decretis in illis contentis uti, & ſecundum ea vivere, ac regi & etiam gubernari valeant, indulgere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. II. Nos igitur &c. eiſdem Guardianis & Fratribus domorum prædictarum &c. aliis ſecundum prædictum morem, ſub hujuſmodi Obſervantia in dicta Provincia Aragoniæ pro tempore degentibus, quod conceſſionibus ac indultis, necnon ſtatutis, ordinationibus, & decretis hujuſmodi in prædictis litteris Burgundiæ, Franciæ, & Turoniæ Provinciarum prædictarum Fratribus conceſſis, prout in eiſdem litteris continetur, uti &c. valeant, auctoritate &c. indulgemus. Tenor vero dictarum litterarum in quodam libro, in quo nonnulla acta ejuſdem Concilii ex ipſius ordinatione conſcripta fuerunt, repertus, quem præſentibus de verbo ad verbum inſeri fecimus, talis eſt: *Sacroſancta univerſalis Synodus Conſtantien. in ſpiritu Sancto legitime congregata. Dilectis filiis Eccleſiæ, Generali & Provincialibus Miniſtris, Cuſtodibus, ceteriſque Ordinis Fratrum Minorum profeſſoribus &c. Supplicationibus perſonarum, quæ voto Religionis &c.* ut in Tomo nono, anno MCCCCXV. num.7. uſque ad *ſe noverit incurſurum. Datum & actum Conſtantiæ, in Eccleſia Cathedrali in noſtra ſeſſione publica, nono Kalend. Octobr. anno a Nativitate Domini* MCCCCXV. *Apoſtolica Sede vacante*.

§. III. Ceterum ut prædictarum litterarum tenor ſic inſertus omnem rei, ſeu facti certitudinem habeat, volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod idem tenor ſic inſertus plenam vim, plenumque robur & vigorem per omnia habeat, & ad ea probanda hæ litteræ noſtræ ubilibet plene ſufficiant, quandocumque, & ubicumque eas in judicio, vel alibi exhiberi contigerit, vel oſtendi. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, XIX. Kal.Septembris, an.VIII.

CXXXV.

Digitized by Google

CXXXV.

Ut Moniales ſanctæ Claræ recipiant Monaſterium in civitate Anicien. Ex lib. 1. de diverſis formis, anno 8. fol. 128.

Venerabili Fratri Epiſcopo Anicien.

§. I. Illis fidelium votis quæ de ſinceræ devotionis proficiſcuntur affectu, libenter annuimus, eaque favore proſſequimur opportuno. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Claudiæ de Rouſſillon, Vicecomitiſſæ Podoniaci, tuæ Diœceſ. petitio continebat, quod ipſa zelo devotionis accenſa &c. ad laudem Dei, & incrementum Religionis ſanctæ Claræ &c. unum Monaſterium cum Eccleſia, cœmeterio, clauſtro &c. & aliis neceſſariis officinis pro uſu & habitatione Monialium Ordinis ejuſdem Sanctæ, intra muros civitatis Anicien. de bonis a Deo ſibi collatis, ac etiam cum nonnullarum aliarum nobilium mulierum adjutorio, fundare pariter & dotare proponit, quampluresque nobiles, & probæ mulieres illarum partium veluti hujuſmodi propoſiti conſortes, in eodem Monaſterio, poſtquam fundatum et dotatum, ut præfertur, extiterit, deſiderant perpetuum, ſub Regulari Obſervantia dicti Ordinis virtutum Domino reddere famulatum.

§. II. Ceterum quia locus, in quo Monaſterium hujuſmodi fundari intenditur, cenſualis, et de dominio dilecti filii Præpoſiti Eccleſiæ Anicien. ratione ſuæ præpoſituræ dictæ Eccleſiæ exiſtit, præfata Vicecomitiſſa congruentem recompenſationem pro indemnitate dicti Præpoſiti protinus eſt exhibere parata. Quare pro parte dictæ Vicecomitiſſæ nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. III. Nos igitur præfatæ Vicecomitiſſæ pium, et devotum propoſitum hujuſmodi in Domino plurimum commendantes fraternitati tuæ &c. mandamus, quatenus, ſi vocatis præfato Præpoſito &c. repereris ita eſſe, tu eidem Vicecomitiſſæ, congrua tamen per eam dicto Præpoſito recompenſatione exhibita, ex qua Præpoſituræ ſuæ conditionem meliorari dubium non exiſtat, doteque ſufficienti pro fundatione dicti Monaſterii primitus aſſignata, Monaſterium hujuſmodi cum Eccleſia, campana &c. fundandi &c. licentiam auctoritate noſtra concedas. Jure tamen parochialis &c. ſemper ſalvo. Nos enim tibi Moniales ſub dicti Ordinis habitu in præfato Monaſterio hac primaria vice dumtaxat ponendi & inſtituendi, eiſque, & aliis earum poſteris, ut in eodem Monaſterio omnibus & ſingulis privilegiis &c. quibus ceteræ Moniales dicti Ordinis in aliis ejus Monaſteriis degentes gaudent, uti pariter & gaudere valeant, eadem auctoritate concedendi, ceteraque in præmiſſis opportuna faciendi & exequendi plenam & liberam, tenore præſentium, concedimus facultatem.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, VIII. Kal. Septembris, anno VIII.

CXXXVI.

Ut Fratres celebrent, & Sacramenta miniſtrent infirmis in Hoſpitali villæ de Victoria. Ex lib. 2. de diverſis formis, anno 8. fol. 117.

Dilecto filio Priori Monaſterii ſanctæ Mariæ de Nagara per Priorem ſoliti gubernari, Calaguritan. Diœceſ.

§. I. Ad illa, quæ divini cultus augmentum et animarum ſalutem, necnon Hoſpitalium, et aliorum piorum locorum utilitatem reſpiciunt,

ciunt, libenter intendimus, eaque favoribus proſequimur opportunis. Sane pro parte dilecti filii nobilis viri Fernandi Petri de Ayala Militis, Calaguritan. Diœceſ. nobis nuper exhibita &c. continebat, quod ipſe, qui olim &c. de bonis a Deo ſibi collatis, quoddam Hoſpitale in villa *de Victoria*, dictæ Diœceſis fundavit et dotavit, ac ædificari fecit, pro divini cultus augmento, et pro bona ejuſdem Hoſpitalis directione cupit, ut per Guardianum et Fratres domus Ordinis Minorum dictæ villæ, cui quidem domui Hoſpitale ipſum confine exiſtit, inibi divina Officia celebrentur, ac pauperibus et infirmis, et aliis in ipſo Hoſpitali pro tempore degentibus omnia Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrentur. Quare pro parte ipſius Militis aſſerentis præmiſſa ab initio fundationis hujuſmodi in ſuo firmo propoſito extitiſſe, fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut ſibi in dicto Hoſpitali altare, ſuper quo hujuſmodi officia valeant celebrari, erigendi, ac Guardiano &c.

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus ſi eſt ita, eidem Militi in præfato Hoſpitali altare præfatum, ſuper quo divina Officia celebrari valeant, erigendi, necnon Guardiano et Fratribus antedictis in eodem Hoſpitali Officia hujuſmodi celebrandi, ac pauperibus et infirmis, ac aliis ibidem degentibus Sacramenta præfata miniſtrandi, licentiam et poteſtatem, ſine juris præjudicio alieni, auctoritate noſtra concedas. Non obſtantibus conſtitutionibus domus et Ordinis præfatorum &c. ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, III. Kal. Septembris, an. VIII.

CXXXVII.

Confirmatur aſſignatio domus Averſan. Fratribus facta. Ex libro 2. de Regularibus &c. anno VIII. fol. 118.

Venerabili fratri Epiſcopo Calven.

Vt in Regeſto Tom. 8. Conſt. 24. Clem. VI.

§. I. SAcræ Religionis, ſub qua dilecti filii Jacobus Scalionis de Neapoli, & alii Fratres Ordinis Minorum *de Obſervantia* nuncupati &c. Dudum ſiquidem pro parte dicti Jacobi nobis expoſito, quod in terris infidelium pauca loca dicti Ordinis exiſterent; & cum ſæpe contingeret Fratres ejuſdem Ordinis ad illas partes tranſire, ex defectu locorum hujuſmodi, oporteret eos ſæpius apud ſeculares perſonas hoſpitari, & ſic hoſpitando nequirent regularem obſervantiam, & ſtatuta dicti Ordinis, prout deceret, commode obſervare. Ac pro parte ipſius Jacobi nobis ſupplicato, ut ſibi ad præfatas terras tranſeundi, & ibidem, ſeu alibi, etiam inter Chriſtifideles duo loca conſtructa & conſtruenda, pro Jacobi & Fratrum præfatorum uſu & habitatione, ſi ſibi & illis pia largitione fidelium concederentur, recipiendi, & in quolibet locorum ipſorum Eccleſiam, ſeu oratorium, cum campanili &c. & aliis neceſſariis officinis conſtruendi & ædificandi, ac in eis perpetuo commorandi, licentiam concedere dignaremur. Nos tunc per alias noſtras litteras ipſi Jacobo, ut in dictis terris & alibi etiam inter Chriſtifideles, hujuſmodi duo loca conſtructa & conſtruenda, ſi ſibi pia largitione fidelium concederentur, ut præfertur, aut alias juſtis modis poſſet adipiſci, libere recipiendi, & in quolibet eorumdem locorum, prout neceſſarium foret, Eccleſiam, ſeu oratorium, cum campanili &c. licentiam conceſſimus & largiti fuimus, prout in ipſis litteris plenius continetur.

§. II. Et deinde, ſicut exhibita nobis pro parte ipſius Jacobi petitio continebat, cariſſima in Chriſto filia Joanna II. Regina Hieruſalem & Siciliæ

liæ illuſtris, Eccleſiam ſanctæ Mariæ Magdalenæ extra muros Averſan. cum ceteris ædificiis diruptis penes illam exiſtentibus, & ad eam tamquam regale beneficium de jure, & antiqua conſuetudine pertinentibus, eidem Jacobo pro præmiſſis uſu & habitatione, ac ex ſimili largitione dedit, conceſſit & aſſignavit. Idemque Jacobus præfatam Eccleſiam, tam in vim litterarum præfatarum, quam conceſſionis & aſſignationis hujuſmodi, recepit & acceptavit; ac poſtmodum, cooperantibus piis Chriſticolarum partium illarum obventionibus & ſuffragiis, aliqua ex ædificiis ſic, ut præmittitur, diruptis hujuſmodi, pro ſuis, ac aliorum Fratrum Ordinis ejuſdem uſu & habitatione, ſucceſſu temporis reparari, atque reſtaurari procuravit. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, poſtmodum ad ejuſdem Jacobi, necnon aliorum Fratrum apud dictam Eccleſiam tunc degentium deductum fuerit notitiam, quod Eccleſia & ædificia præfata pro receptatione & collectione pauperum, leproſorum & miſerabilium perſonarum, ad illa declinare volentium, eſſent deputata, & ad diſpoſitionem Generalis Magiſtri Ordinis ſancti Lazari in regno Siciliæ pro tempore exiſtentis, omnimode ſpectarent: licet revera hoſpitalitas aliqua per quadraginta fere annorum circulum ibidem tenta non extiterit; nec Eccleſia & ædificia hujuſmodi interim per Magiſtrum Ordinis ſancti Lazari præfati, ſed per Reges & Reginas Hieruſalem & Siciliæ, qui fuerint pro tempore continue pacifice & quiete concedi; ac etiam dum pauperes, & perſonæ ipſæ exiſtebant ibidem, Presbyteri & Capellani, qui illis divina Officia celebrarent, & Eccleſiaſtica eis Sacramenta miniſtrarent, ſine contradictione aliqua poni & inſtitui conſueverunt. Ac propterea ex aliis certis cauſis dubitent Jacobus & Fratres præfati, conceſſionem & aſſignationem hujuſmodi viribus non ſubſiſtere, ſeque ſuper his per aliquem moleſtari poſſe tempore procedente, pro parte Reginæ, necnon Jacobi & Fratrum præfatorum fuit nobis humiliter ſupplicatum &c.

§. III. Nos igitur &c. fraternitati tuæ &c. mandamus, quatenus de præmiſſis auctoritate noſtra te diligenter informes, & ſi præfata inveneris ita eſſe, conceſſionem & aſſignationem præfatas &c. approbes pariter & confirmes, ipſiſque Jacobo & Fratribus, ut in Eccleſia, & domo præfatis perpetuo remanere libere & licite poſſint & valeant, eadem auctoritate concedas &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, VIII. Idus Septembris, anno VIII.

CXXXVIII.

Ut vendantur aliqua bona, ad domum ſanctæ Mariæ Novæ ad Obſervantes translatam, ſpectantia. Ex lib. 3. de diverſis formis, anno 8. fol. 86.

Eidem.

§. I. AD hæc circa Regularis obſervantiæ profeſſores, eo diligentius debemus ſollicitudinis noſtræ partes interponere, quo ferventius illorum Religio fructum in eis afferat ſalutarem, & in Domino laudabilibus proficere valeant incrementis. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Joannæ II. Hieruſalem & Siciliæ Reginæ illuſtris, petitio continebat, quod dudum paucis annis elapſis, tempore videlicet, quo civitas Neapolitan. tam propter partialitatem in ea, quam etiam guerrarum turbines, in partibus illis plus ſolito vigentes, tunc in magna ejus parte miſerabiliter deſtructa & annihilata, & Caſtrum novum, & Caſtrum ovi, partium earumdem in manibus inimicorum dictæ Reginæ conſtitu-

ſtituta, & per illos detenta fuerant, oportebat Fratres Ordinis Minorum *de Obſervantia* nuncupatos, qui tunc in loco ſanctæ Trinitatis inter dicta Caſtra exiſtebant, ipſum locum, qui tunc etiam præmiſſis officientibus, quaſi totalis deſtructionis deſolationi expoſitus erat, relinquere, ac exire, & ad præfatam civitatem ſe transferre, ac eis inibi exiſtentibus, & non habentibus locum aptum, in quo normam obſervantiæ Regularis exercere poſſent, dilectus filius Joannes Miniſter Provincialis Terræ-laboris, ſecundum morem dicti Ordinis, tunc exiſtens, ad preces & inſtantiam dictæ Reginæ præfatis Fratribus domum, ſive Conventum beatæ Mariæ Novæ Neapolitan. pro uſu & habitatione ipſorum conceſſit pariter & aſſignavit: ipſique Fratres, domo, ſive Conventu hujuſmodi per eos aſſumpta, apud illam juxta hujuſmodi Regularis obſervantiæ normam cohabitantes, ex tunc Altiſſimo inibi in divinis debitum continue impenderunt famulatum, quemadmodum impendere non deſiſtunt ad præſens.

§. II. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, domus ſanctæ Mariæ præfata, nonnullas poſſeſſiones, domos & bona perantea habuerit, & adhuc habere noſcatur, quæ ipſi Fratres vendere, cum ea juxta Regulam dicti Ordinis habere non poſſint, & pretium inde proveniens in reparationem domus ejuſdem, necnon emptionem librorum, ornamentorum, & aliorum divino cultui neceſſariorum exponere cupiant, proponant & intendant, ſi ad id Apoſtolicæ Sedis licentia intervenerit, pro parte dictæ Reginæ nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. Nos igitur &c. fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi eſt ita, conceſſionem & aſſignationem ſupradictas, & quæcumque inde ſecuta, auctoritate noſtra approbes & confirmes. Et nihilominus Fratribus præfatis, Generalis ſive Provincialis Miniſtri dicti Ordinis ſuper hoc licentia ſeu conſenſu minime requiſitis, poſſeſſiones, domos & bona hujuſmodi vendendi, ac pretium ex eis proveniens in reparationem & emptionem præmiſſorum, ut præmittitur, exponendi: necnon pro cautelæ potioris ſuffragio, antedictis Fratribus domum ſanctæ Mariæ præfatam pro uſu & habitatione præfatis de novo recipiendi & acceptandi, apud illamque perpetuo commorandi & reſidendi licentiam, eadem auctoritate largiaris. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. &c. necnon aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, VIII. Idus Septembris, anno VIII.

CXXXIX.

Ut fruantur iiſdem privilegiis, ac Moniales Monaſterii Corporis Chriſti Mantuan. Ex lib. I. de Exhibitis, & Regularibus, anno 8. fol. 304.

Dilectis in Chriſto filiabus Monialibus, & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ Veronen. Ordinis ejuſdem Sanctæ.

Ut in Reg. Tomi 9. fol. 471.

SAcræ Religionis, ſub qua &c. Hinc eſt quod porrectis nobis pro parte dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Paulæ Domicellæ, dilecti filii nobilis viri Joannis Franciſci de Gonzaga Militis Mantuan. uxoris, quæ ad vos &c. devotis ſupplicationibus annuentes, ut vos & Monaſterium veſtrum præfatum, dummodo ſit canonice inſtitutum, omnibus & ſingulis privilegiis &c. quibus Monaſterium Corporis Chriſti Mantuan. ab Apoſtolica Sede conceſſis utitur, ſive gaudet, gaudere & uti perpetuo libere valeatis, auctoritate &c. vobis, tenore præſentium indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, VII. Idus Septembris, anno VIII.

CXL.

CXL.

Ut Sorores Monaſterii de Oterdeſillas eligere poſſint Viſitatorem. Ex lib. 2. mixto, anno 7. fol. 93.

Venerabili fratri Epiſcopo Abulen.

§. I. Spretis mundi vanitatibus, cum dilectæ in Chriſto filiæ Abbatiſſa & Conventus Monaſterii ſanctæ Claræ de Oterdeſillas Ordinis ejuſdem Sanctæ, Palentin. Diœceſ. ſacræ Religionis devotum & ſedulum exhibeant Altiſſimo famulatum &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte earumdem Abbatiſſæ & Conventus petitio continebat, quod dudum eis auctoritate Apoſtolica, ſub certis modo & forma tunc expreſſis, conceſſum extitit, ut ipſæ aliquem Religioſum Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, vitæ ac moribus approbatum, in ſuum & dicti Monaſterii Viſitatorem habere re poſſent & deberent, quodque hujuſmodi Viſitator, qui pro tempore eſſet, ſemper unum alium ſimilem Religioſum dicti Ordinis profeſſorem, qui ei in officio Viſitationis hujuſmodi ſuccederet, eligere, ſeu deputare poſſet, & valeret. Et ſicut eadem petitio ſubjungebat, ſi Viſitatorem ejuſdem Monaſterii pro tempore exiſtentem, antequam hujuſmodi alium Viſitatorem eligeret, ab hac luce migrare contingeret, Abbatiſſa & Conventus prædictæ Viſitatore deſtitutæ remanerent. Quare pro parte, Abbatiſſæ & Conventus prædictarum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis quoties Viſitatorem ipſius Monaſterii pro tempore exiſtentem, alio Viſitatore per eum, ut præfertur, non electo, cedere, vel decedere contingat, Abbatiſſa, quæ nunc eſt, & pro tempore erit Monaſterii prædicti, una cum quatuor ex antiquioribus, & diſcretioribus Sororibus dicti Monaſterii, necnon duobus ex Confeſſoribus ſuis, ad confeſſiones Sororum dicti Monaſterii audiendas deputatis, aliquem probum, & diſcretum dicti Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, de quo eis videbitur, in earum, & ipſius Monaſterii Viſitatorem eligere valeant, concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. II. Nos igitur &c. fraternitati &c. mandamus, quatenus de præmiſſis &c. informes, & ſi per informationem hujuſmodi ita eſſe inveneris, eiſdem Abbatiſſæ, & Conventui, ut quotieſcumque Viſitatorem dicti Monaſterii pro tempore exiſtentem, alio per eum Viſitatore, ut præfertur, non electo, cedere, vel decedere contingerit, Abbatiſſa dicti Monaſterii pro tempore exiſtens, una cum quatuor ex antiquioribus, & magis idoneis Sororibus, ac duobus ex Confeſſoribus, per Conventum hujuſmodi, ſeu illius majorem partem eligendis, aliquem idoneum & diſcretum dicti Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, vita & moribus approbatum, de quo eis videbitur, in ipſarum, & ejuſdem Monaſterii Viſitatorem, qui ſimilem habeat poteſtatem, eligere valeat, auctoritate prædicta concedas; conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis & conſuetudinibus Monaſterii &c. ceteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, v. Nonas Octobris, anno VIII.

Digitized by Google

CXLI.

Inſtituitur Pœnitentiarius Pontificius. Ex eodem libro fol. 97.

Dilecto filio Henrico Ghele Ordinis Fratrum Minorum profeſſori, in Eccleſia ſanctæ Mariæ Majoris de Urbe Pœnitentiario noſtro ſalutem &c.

ADDITIO ALIORUM.

„ §. I. Religionis zelus, vitæ ac morum honeſtas, prudentia, & alia
„ multiplicia probitatis ac virtutum tuarum merita, quibus per-
„ ſonam tuam fide dignis fore perſpicimus inſignitam teſtimoniis, prome-
„ retur ut te condignis favoribus & gratiis honoremus.
„ §. II. Hinc eſt quod nos de tua perſona præfata, præmiſſorum intuitu
„ plenam in Domino fiduciam obtinentes, ac volentes te favore proſequi
„ gratioſo, te minorem Pœnitentiarium noſtrum conſtituimus, & etiam or-
„ dinamus; tibi tenore præſentium committentes, ut hujuſmodi officium
„ pœnitentiariæ in Eccleſia ſanctæ Mariæ Majoris de Urbe, ſolum nobis
„ apud ipſam Eccleſiam morantibus, ſicut alii noſtri Pœnitentiarii illud
„ ibidem gerere & exercere conſueverant, diligenter, ac fideliter exequa-
„ ris. Volumus autem quod tu, priuſquam ipſum officium incipias exer-
„ cere, in manibus venerabilis fratris noſtri Jordani Epiſcopi Albanen.
„ majoris Pœnitentiarii noſtri, de hujuſmodi officio fideliter exercendo
„ præſtes corporaliter juramentum, juxta formam præſentibus annotatam,
„ quæ talis eſt: *Ego Henricus &c.*
„ Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem, VIII. Kalendas De-
„ cembris, anno VIII.

CXLII.

Ut Fratres recipiant domum erigendam a Joanna Domina de la Valle &c. Ex lib. 1. de diverſis formis &c. fol. 25.

Dilecto filio Abbati Monaſterii de Fonte Danielis, Cenomanen. Diœceſ.

Ut in Reg. Tomi 9. fol. 474.

§. I. Sinceræ devotionis affectus, quem dilecta in Chriſto filia nobilis mulier Joanna relicta quondam Guidonis de la Valle Baronis vidua, Domina de la Valle, Vitreyo, ac de Caſtillione locorum, Cenomanen. ac Redonen. Diœceſ. ad nos &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dictæ Joannæ petitio continebat, quod olim ipſa gerens, prout adhuc gerere non deſinit ad Ordinem Fratrum Minorum ſpecialis devotionis affectum, unam domum cum Eccleſia, clauſtro &c. & aliis officinis, de licentia Sedis Apoſtolicæ, pro uſu & habitatione dictorum Fratrum in præfato loco de la Valle fundavit, ſed prout ipſa rei evidentia demonſtrat, ædificia tam Eccleſiæ, quam domus & officinarum præfatarum adeo magna & ſumptuoſa exiſtunt, quod veriſimiliter Fratres ipſi, utpote nihil habentes, illa poſt dictæ fundatricis deceſſum manutenere non poſſent. Propter quod ipſa Joanna volens ſuper hoc diebus ſuis proſpicere, de bonis a Deo ſibi collatis, pro æternæ remunerationis intuitu aliam convenientiorem domum, cum Eccleſia &c. & aliis neceſſariis officinis pro uſu & habitatione dictorum Fratrum, in præfato de la Valle, ſeu alio infra ipſius Joannæ territorium loco ad hoc per eam eligendo conſtrui, & erigi facere; necnon dictam priorem domum aliis Eccleſiaſticis viris, de quibus ſibi Apoſtolica permiſerit licentia, pro

ſuæ

ſuæ & ſuorum animarum ſalute deputare deſiderat & proponit. Quare pro parte dictæ Joannæ nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus de præmiſſis omnibus & ſingulis, auctoritate noſtra te diligenter informes &c. & ad id dilecti filii Miniſtri Provinciæ, infra quam dicta domus conſiſtit, ſecundum morem dicti Ordinis, ac etiam eorumdem Fratrum in dicta domo degentium conſenſus interveniat; tu eidem Joannæ aliam domum cum Eccleſia &c. & aliis neceſſariis & convenientibus officinis hujuſmodi, pro uſu & habitatione dictorum Fratrum in de la Valle, aut alio ad hoc per eam eligendo loco hujuſmodi conſtrui &c. necnon eiſdem Fratribus dictam novam domum, poſtquam conſtructa fuerit, recipiendi & inhabitandi, licentiam; & quod ipſi nihilominus in dicta nova domo omnibus & ſingulis privilegiis &c. quibus alii ſimiles Fratres in ceteris domibus dicti Ordinis pro tempore degentes gaudent & utuntur, uti & gaudere valeant, eadem auctoritate concedas. Jure tamen parochialis &c. ſalvo. Non obſtantibus conſtitutionibus &c. ceteriſque contrariis quibuſcunque.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, IX. Kalendas Julii, anno VIII.

Anno Christi 1425. Martini V. anno 9.

CXLIII.

Ut conſtruantur duæ capellæ in Eccleſia domus Fratrum Caſtri Vulſeni, & annui reditus ei applicentur. Ex lib. 1. de diverſis formis, anno 9. folio 107.

Dilecto filio Præpoſito Eccleſiæ ſanctæ Chriſtinæ de Vulſeno, Urbevetan. Diœceſ.

§. I. Piis ſupplicum votis &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filii nobilis viri Lucæ de Monaldenſibus, Domicelli Urbevetan. ac dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Joannæ ejus uxoris, petitio continebat, quod ipſi, & nonnulli habitatores & incolæ caſtri noſtri Vulſeni, Urbevetan. Diœceſ. zelo devotionis accenſi &c. de bonis ſibi a Deo collatis in Eccleſia Conventus Fratrum Minorum de dicto caſtro, ſub beatæ Mariæ Virginis unam, ac ſub ſancti Antonii vocabulis aliam fundaverunt & conſtruxerunt, necnon duas alias capellas cum altaribus, in quibus per Fratres ejuſdem Conventus divina celebreotur officia, & aliis neceſſariis officinis de novo conſtruere & fundare, ſeu conſtrui & fundari facere; necnon pro reparatione, fabrica & conſervatione Eccleſiæ, quæ in ſuis ædificiis & ſtructuris ruinoſa exiſtit, ac ſuſtentatione Conventus præfatorum, tot poſſeſſiones & bona immobilia, quot ex illorum fructibus, reditibus & proventibus per certos Syndicos ſeu Procuratores ad hoc per Lucam, Joannam, habitatores & incolas præfatos deputandos, annis ſingulis exigendos, & pro reparatione, fabrica & conſervatione hujuſmodi exponendos, ad quinquaginta florenos auri aſcendant annuatim, coſignare, conſtituere, & etiam deputare proponant & intendant, ſi ſuper hoc eis Apoſtolicæ Sedis licentia concedatur. Quare pro parte Lucæ & Joannæ, ac habitatorum & incolarum præfatorum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. *Ut in Conſtit. 42. hujus Pontif.*

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eiſdem Lucæ, Joannæ, habitatoribus & incolis conſtructas & fundatas in ſuis ædificiis continuandi, ac alias capellas hujuſmodi cum altaribus, & aliis neceſſariis officinis fundandi & conſtruendi, ſeu fundari & conſtrui, illaſ-

illaſque per aliquem Catholicum Antiſtitem, gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habentem, conſecrari faciendi: necnon poſſeſſiones & bona hujuſmodi, quæ ipſis in eleemoſynam pia largitione fidelium largientur, ex quorum fructibus quinquaginta floreni percipi valeant annuatim; & qui per Syndicos ſeu Procuratores præfatos dumtaxat, ſingulis annis colligantur & exigantur, ac pro reparatione, fabrica &c. Eccleſiæ & ſuſtentatione Conventus præfatorum, realiter exponantur, in eleemoſynam deputandi conſtituendi & aſſignandi plenam & liberam, auctoritate noſtra licentiam largiaris: conſtitutionibus Apoſtolicis & aliis contrariis non obſtantibus quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, vii. Kal. Decembris, anno ix.

CXLIV.

Ut Fratres recipiant quemdam locum in civitate Sueſſionen. Ex lib. 1. de Regularibus, anno 9. fol. 158.

Dilecto filio Abbati ſancti Joannis in Vineis extra muros Sueſſionen.

Vide ut ſupra. §. I. Piis & humilibus ſupplicum votis &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Miniſtri Ordinis Fratrum Minorum provinciæ Franciæ, ſecundum morem dicti Ordinis, ac Fratrum domus Sueſſionen. Ordinis ejuſdem petitio continebat, quod cum in gravi guerrarum, quibus Sueſſionen. civitas nuper uſque pene ad totalem ejus deſtructionem incubuit, voragine, domus ipſorum Fratrum, tunc in ſuburbiis civitatis ejuſdem conſiſtens, funditus everſa fuiſſet, dilectus filius nobilis vir Joannes de Brumis Domicellus Sueſſionen. pia ſuper hoc compaſſione commotus, ac cupiens partem creditorum ſibi a Deo bonorum in theſauros congerere cœleſtes, quemdam locum infra muros dictæ civitatis ſitum, cum quadam domo, & aliis pertinentiis ſuis, a dilectis filiis Decano, & Capitulo Eccleſiæ Sueſſionen. ad quos tunc locus ipſe pertinebat, ſub certis compoſitionibus, tractatibus, pactis, atque modis inter Domicellum & Fratres domus, necnon Decanum, & Capitulum præfatos, ſuper hoc intervenientibus, pro uſu & habitatione dictorum Fratrum acquiſivit, & illum eis in eleemoſynam pro ſuæ, & ſuorum animarum ſalute in perpetuum conceſſit, & etiam aſſignavit, prout in quibuſdam authenticis ſuper his confectis litteris, & inſtrumentis publicis dicitur plenius contineri. Quare pro parte dictorum Miniſtri, & Fratrum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut acquiſitioni, compoſitionibus, pactis, conceſſioni, & aſſignationi hujuſmodi robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, necnon Fratribus eiſdem, ut ſe ad dictum acquiſitum locum mutare, & illum pro ſuis uſu & habitatione recipere valeant, licentiam concedere, ac alias eis in præmiſſis paterna pietate providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus vocatis Decano, & Capitulo præfatis, ac aliis, qui fuerint evocandi, de præmiſſis omnibus & ſingulis, auctoritate noſtra te diligenter informes, & ſi per informationem hujuſmodi ea vera fore, & acquiſitionem in detrimentum, vel læſionem dictæ Eccleſiæ minime redundare, compoſitioneſque, ac pacta rationabilia & honeſta eſſe repereris antedicta, ſuper quo tuam &c. oneramus, acquiſitionem, compoſitiones &c. & in litteris, ac inſtrumentis eiſdem contenta, prout ea rationabilia eſſe conſpexeris, eadem auctoritate approbes pariter & confirmes. Et nihilominus ſi approbationem & confirmationem per te, vigore præſentium, ut præmittitur, fieri contingat, eiſdem Fratribus,

bus, ſe ad acquiſitum locum hujuſmodi mutandi, & illum pro ſuis uſu & habitatione recipiendi & perpetuo retinendi, in eoque Eccleſiam cum campanili &c. & aliis neceſſariis officinis conſtruendi & erigendi, ſeu conſtrui &c. faciendi, licentiam: necnon etiam, quod deinceps Fratres ipſi in eodem novo loco pro tempore degentes, omnibus & ſingulis privilegiis &c. quibus in priori domo præfata gaudere & uti conſueverant, gaudeant & lætentur, eadem auctoritate concedas. Jure tamen parochiali, & quolibet alieno in omnibus ſemper ſalvo. Non obſtantibus felic. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, II. Idus Decembris, anno IX.

CXLV.

Ut erigatur Monaſterium Ordinis ſanctæ Claræ in civitate Lucan. Ibidem, ſolio 207.

Venerabili fratri Epiſcopo Lucan.

§. I. Piis ſupplicum &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Miniſtri provinciæ Tuſciæ, ac Fratrum domus Lucan. Ordinis Fratrum Minorum petitio continebat, quod in civitate Lucan. ſunt nonnullæ mulieres &c. de bonis eis a Deo collatis unum Monaſterium Monialium Ordinis ſanctæ Claræ, cum Eccleſia &c. ac aliis neceſſariis officinis, in dicta civitate fundare & conſtruere, ac in eo ſub regulari obſervantia dicti Ordinis perpetuo Altiſſimo famulari proponunt. Quare pro parte dicti Miniſtri & Fratrum præfatorum fuit nobis &c. ſupplicatum, ut eis aliquam Eccleſiam ſine cura, ſi auctoritate ordinaria pro hujuſmodi Monaſterio fundando & conſtruendo aſſignari contingat, eiſdem recipiendi, & inibi Monaſterium hujuſmodi fundandi &c. licentiam concedere &c. dignaremur. *Vide ut ſupra.*

§. II. Nos igitur &c. fraternitati tuæ &c. mandamus, quatenus ſi eſt ita, poſtquam hujuſmodi mulieres dotem ſufficientem pro fundatione, ac dote hujuſmodi Monaſterii coram te realiter aſſignaverint, eiſdem Miniſtro & Fratribus hujuſmodi Monaſterium in loco ad hoc congruo & honeſto, cum Eccleſia &c. & aliis neceſſariis officinis erigendi, fundandi & conſtruendi, ac Eccleſiam hujuſmodi, ſi eis auctoritate ordinaria concedatur, recipiendi, & in hujuſmodi Monaſterium ſimiliter erigendi &c. jure tamen parochialis &c. ſalvo, liberam, auctoritate noſtra, licentiam largiaris. Et inſuper ſi Monaſterium hujuſmodi fundari & dotari contingat, ut præfertur, Monialibus, quæ pro tempore in eo reſidebunt, ut omnibus & ſingulis privilegiis &c. aliis Monialibus & Monaſteriis dicti Ordinis ſanctæ Claræ per Sedem Apoſtolicam conceſſis, uti &c. valeant, eadem auctoritate concedas. Proviſo quod Eccleſia hujuſmodi, ſi qua Miniſtro & Fratribus præfatis ad hoc aſſignetur, debitis propterea non fraudetur obſequiis, ſed ſupportentur debite ipſius onera conſueta, & deſerviatur inibi laudabiliter in divinis: non obſtan. conſtitutionibus Apoſtolicis, ceteriſque contraris quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, II. Kalendas Januarii, anno IX.

CXLVI.

CXLVI.

Ut Moniales Monaſterii Averſan. vendant quædam bona. Ex lib. 1. de diverſis formis, anno 9. folio 265.

Dilecto filio Vicario Eccleſiæ Averſan. in ſpiritualibus deputato, per dilectum filium Reynaldum ſancti Viti in Macello Diaconum Cardinalem, Adminiſtratorem dictæ Eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus auctoritate Apoſtolica deputatum.

Ut in Conſt. 114. hujus Pontif. §. I. AD ea ex Apoſtolicæ ſervitutis officio &c. Sane pro parte cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Joannæ II. Siciliæ Reginæ Illuſtris, ac dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii ſancti Blaſii, Averſan. Ordinis ſanctæ Claræ, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod Monaſterium ipſum in ſuis ædificiis & ſtructuris, in quibus pro majori illorum parte adeo etiam collapſum & dirutum exiſtit, quod Abbatiſſa & Conventus prædictæ in illo nequeant reſidere, reparatione indiget non modicum ſumptuoſa, & ſi Abbatiſſæ & Conventus prædictæ, quæ rerum non affluunt ubertate, quædam ex poſſeſſionibus, terris, aut domibus, vel aliis bonis ſtabilibus ad dictum Monaſterium pertinentibus, ac illi minus utilibus vendendi, aut aliqua ex bonis eiſdem, ſuper quibus certos annuos reditus ſive cenſus percipere conſueverunt, liberandi, ac pretium, quod ex venditione ſeu liberatione hujuſmodi perceperint, in reparationem prædicti Monaſterii, ac earum uſum convertendi, licentia concederetur, ædificia hujuſmodi reparari, ipſæque Abbatiſſa & Conventus ſuis neceſſitatibus facilius providere valerent. Quare pro parte Abbatiſſæ & Conventus prædictarum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ipſius Monaſterii ſtatui &c. conſulere &c. dignaremur.

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni &c. mandamus, quatenus de præmiſſis &c. eiſdem Abbatiſſæ & Conventui tot ex poſſeſſionibus, terris, domibus, aut aliis immobilibus, ſeu cenſualibus bonis hujuſmodi, quod eorum pretium, ſive valor ſecundum communem æſtimationem ad centum florenos auri de Camera dumtaxat aſcendere cenſeatur, vendendi &c. ipſumque pretium pro reparatione ædificiorum hujuſmodi dumtaxat convertendi &c. licentiam largiaris. Non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis &c. ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, Kalendis Januarii, anno IX.

CXLVII.

Transfertur Monaſterium Camerinen. Ibidem fol. 281.

Venerabili fratri Epiſcopo Camerinen.

Ut in Reg. Tom. 9. fol. 474. §. I. SInceræ devotionis affectus, quem dilectus filius nobilis vir Bernardus Rodulphi de Varano Domicellus Camerinen. ad nos & Romanam &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dicti Bernardi petitio continebat, quod prope civitatem noſtram Camerinen. quidam locus, in quo Monaſterium Monialium ſancti Gregorii, Ordinis ſanctæ Claræ conſiſtit, qui eminens eſt ex ſui diſpoſitione, et cum aliquali apparatu inexpugnabilis redderetur, ſitus eſt, et per quem tempore guerrarum, ſi ad manus inimicorum deveniret, eidem civitati, ac civibus, et habitatoribus ejus multa detrimenta, damna, et pericula, ac diſcrimina poſſent veriſimiliter pro-

provenire, ipſeque Bernardus Monaſterium & locum præfata cum poſſeſſionibus, bonis, territoriis, juribus, et pertinentiis ſuis recipere, et in eis unum fortalitium pro tutela dictæ civitatis conſtruere, & de illo, prout ſibi videbitur, diſponere; necnon quemdam locum *Collis-bonus* nuncupatum, infra dictam civitatem conſiſtentem, & ad dilectas in Chriſto filias Abbatiſſam & Conventum, Moniales & Monaſterium præfatos ſpectantem, in quo Eccleſia, & domus ruinam minantes exiſtunt reficere, & ſufficienter reparare, & ad quem, poſtquam refectus, & ſufficienter reparatus fuerit, Abbatiſſa & Conventus, ac Moniales præfatæ transferri poterunt &c. vel unum Monaſterium, ſub vocabulo dicti Sancti ejuſdem Ordinis cum Eccleſia &c. et aliis neceſſariis officinis &c. infra civitatem eamdem de novo conſtruere et ædificare, ac illud præfatis Abbatiſſæ et Conventui, ac Monialibus cum tot territoriis, poſſeſſionibus, cultis et fertilibus, et ad culturam reducendis, ſeu ipſorum parte, de qua Bernardus, Abbatiſſa et Conveutus, ac Moniales præfatæ inſimul concordabunt, dare et aſſignare deſiderat; ita quod ipſorem fructus, reditus, et proventus valorem, et ſummam fructuum redituum, et proventuum ex poſſeſſionibus, et bonis, ac juribus dicti Monaſterii in ſupradicto loco, et circa illum conſiſtentibus, ſeu ipſorum partem hujuſmodi annuatim excedant, et adeo quod conditio dicti Monaſterii efficietur melior evidenter. Quare pro parte dicti Bernardi nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos itaque &c. fraternitati tuæ &c. mandamus, quatenus, poſtquam præfatus Bernardus dictum locum *Collis-boni* ſufficienter refecerit &c. ſeu conſtrui ſecerit, et tot territoria, et poſſeſſiones, et bona in recompenſam territoriorum et poſſeſſioum, ac bonorum in loco præfato, et circa illud conſiſtentium, ſeu ipſorum partis præfatæ, quod ex eis conditio hujuſmodi de novo conſtruendi Monaſterii efficietur melior evidenter, realiterque aſſignaverit, Abbatiſſam et Conventum, ac Moniales præfatas ad illud, quod in dicto loco *Collis-boni*, vel ad novum Monaſterium hujuſmodi cum Abbatiſſali dignitate, Eccleſia, vocabulo, & ordine, ac bonis mobilibus, & immobilibus præter bona, quæ ab ipſo Bernardo aſſignari continget; necnon privilegiis &c. ipſius demoliendi Monaſterii, eadem auctoritate transferas &c. jure tamen parochialis &c. ſemper ſalvo, præfatoque Bernardo Monaſterium antiquum, & locum hujuſmodi cum territoriis, poſſeſſionibus, & bonis in dicto loco, & circa illum conſiſtentibus, ſeu ipſorum parte hujuſmodi recipiendi, & illud demoliendi, ſeu demoliri faciendi, & apud illud unum fortalitium faciendi, ſeu fieri faciendi, & ædificari, & de illo, prout ſibi videbitur, diſponendi, licentiam, auctoritate præfata concedas; Apoſtolicis, & provinciæ noſtræ Marchiæ Anconitanæ conſtitutionibus &c. ceteriſque contrariis, non obſtantibus quibuſcumque. Proviſo, quod Eccleſia & cœmeterium dicti Monaſterii demoliendi ad prophanos uſus, velut hæreditas, nullatenus transferantur.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, III. Nonas Januarii, anno IX.

CXLVIII.

Ut Obſervantes admittant domum prope villam de Lerena. Ex lib. I. de Regularibus, anno 9. fol. 122.

Dilecto filio Theſaurario Eccleſiæ Cordubem.

§. I. APoſtolatus officium &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Ludovici de Reyna Ordinis Fratrum Minorum profeſſoris petitio continebat, quod cum prope villam de *Lerena* Militiæ ſan- *Ut in Regeſto Tomi 9. fol. 164.*

cti Jacobi de Spata, Parcen. diœceſis pleno jure ſubjectum quoddam Eremitorium ſitum exiſtat, quod per certos Fratres dicti Ordinis Minorum profeſſores, inibi ſub regulari Obſervantia Altiſſimo famulantes, ex quadam conceſſione per quondam Petrum de Luna, Benedictum XIII. in ſua obedientia, de qua partes illæ erant, tunc nuncupatum, eiſdem Fratribus de dicto Eremitorio facta a diu inhabitatum fuit, prout eſt etiam de præſenti, per Fratres ipſos incolitur & habitatur; ſitque Eremitorium ipſum adeo ſemotum, & diſtans ab aliis locis, & domibus Fratrum dicti Ordinis, quod Fratres oriundi, & nativi de partibus convicinis nequeunt, cauſante diſtantia hujuſmodi, populis illarum partium prædicare verbum Dei, & alia pia opera ad ædificationem animarum Chriſtifidelium exercere, quodque locus ipſe in uberrimo ſolo, & fertili patria ſitus propter ubertatem & fertilitatem hujuſmodi ad recipiendum, & ſuſtentandum multo majorem numerum Fratrum Ordinis ejuſdem, ſine alicujus incommodo, vel jactura congruus, & capax exiſtat, dictuſque exponens cupiat pro cultus hujuſmodi incremento &c. in ejuſdem Eremitorii loco domum congruam Fratribus ædificare, & numerum Religioſorum Ordinis antedicti &c. adaugere. Pro parte ipſius Luduvici nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut cum ipſe ad hoc a dilecto filio Antonio de Maſſa, præfati Ordinis Generali Miniſtro, per ſuas litteras conceſſionem habuerit, prout in eiſdem litteris, quarum tenorem hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſo, plenius continetur, ut, præfata conceſſione dicti Petri de Luna non obſtante, dictum Eremitorium recipiendi, & perpetuo retinendi, ac in eo fundandi &c. licentiam concedere &c. dignaremur.

§. II. Nos itaque &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus de præmiſſis omnibus & ſingulis, auctoritate noſtra te diligenter informes &c. eidem Ludovico faciendi præmiſſa, fel. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. & aliis conſtitutionibus Apoſtolicis non obſtantibus quibuſcumque. Jure tamen parochialis Eccleſiæ, & cujuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvo, auctoritate noſtra licentiam largiaris. Et nihilominus eidem Ludovico eadem auctoritate concedas, quod ipſe, & Fratres dicti Ordinis in hujuſmodi domo conſtruenda pro tempore moraturi, gaudeant omnibus gratiis &c. quibus Fratres dicti Ordinis in domo Collocenſi dicti Ordinis, Segobrien. diœceſis pro tempore commorantes, ex conceſſione Apoſtolica gaudent, ſeu etiam potiuntur.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, xi. Kal. Februarii anno ix.

CXLIX.

Ut Fratres provinciæ Poloniæ recipiant domum in oppido Sizem. Ibidem fol. 170.

Venerabili fratri Epiſcopo Poznanien.

§. I. Sacroſanctæ Eccleſiæ, quam Dei filius Jeſus Chriſtus auctor ipſe pietatis inſtituit, regimini præſidentes, ſalubria fidelium vota, per quæ etiam animarum propagata ſalute, divinorum cultus, ſacræque Religionis ſperatur augmentum, pii patris affectione proſequimur, ac plenis favoribus confovemus, & ut optatum ſortiantur effectum, opem & operam impertimur efficacem. Sane pro parte cariſſimi in Chriſto filii noſtri Wladiſlai Poloniæ Regis illuſtris, ac dilectorum filiorum Provincialis Miniſtri, & Fratrum Ordinis Minorum provinciæ ejuſdem regni, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim Rex ipſe &c. ob ſingularem, quem ad

ad dictos Fratres, & eorum Religionem gerit devotionis affectum, ad divini nominis laudem &c. quemdam locum in oppido de Sizem, Poznanien. diœceſis conſiſtentem, pro uſu & habitatione aliquorum dicti Ordinis Fratrum, qui piæ vitæ ſtudio plures illarum partium perſonas lucrifacere, ut earum ſaluti fructuoſius conſulere poſſent, Miniſtro & Fratribus eiſdem donavit & aſſignavit. Quare pro parte Regis, Miniſtri, & Fratrum præfatorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut &c.

§. II. Nos igitur &c. fraternitati tuæ &c. mandamus, quatenus vocatis quorum intereſt, ſi illorum accedat aſſenſus, Miniſtro & Fratribus eiſdem locum præfatum recipiendi, & reparandi, ac in illo domum cum Eccleſia &c. conſtruendi &c. auctoritate noſtra licentiam largiaris: non obſtantibus tam fel. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. quam aliis &c. contrariis quibuſcumque. Jure parochialis &c. ſalvo. Volumus autem, & Apoſtolica auctoritate concedimus, quod Fratres dicti Ordinis, qui in hujuſmodi novis domibus morabuntur, omnibus privilegiis &c. gaudeant & utantur, quibus alii Fratres dicti Ordinis &c. gaudent &c.

Datum Romæ apud SS. Apoſtolos, III. Kal. Martii anno IX.

CL.

Ut iidem aliam recipiant in oppido Nieſſevia. Ibidem.

Venerabili fratri Epiſcopo Wladiſlavien.

§. I. Piis & honeſtis ſupplicum &c. Sane pro parte dilectorum filiorum Provincialis Miniſtri, & Fratrum domorum ejuſdem Ordinis, provinciæ regni Poloniæ, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim cariſſimus in Chriſto filius noſter Wladiſlaus Poloniæ Rex illuſtris &c. quemdam locum in oppido Nieſſevia, Wladiſlavien. diœceſis conſiſtentem, pro uſu & habitatione aliquorum dicti Ordinis Fratrum &c. Provinciali Miniſtro, & Fratribus eiſdem donavit & aſſignavit. Quare pro parte Provincialis Miniſtri, & Fratrum præfatorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut &c. *Ut in Conſt. 68. hujus Pontificis.*

§. II. Nos igitur &c. fraternitati tuæ &c. mandamus, quatenus vocatis quorum intereſt, ſi illorum ad id accedat aſſenſus, Provinciali Miniſtro, & Fratribus eiſdem locum præfatum, recipiendi & reparandi, ac in illo domum cum Eccleſia &c. ac officinis hujuſmodi conſtruendi &c. licentiam largiaris: non obſtantibus fel. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. quam aliis &c. quibuſcumque. Jure parochialis &c. ſalvo. Volumus autem, & Apoſtolica auctoritate concedimus, quod Fratres dicti Ordinis, qui in hujuſmodi novis domibus morabuntur, omnibus privilegiis &c. gaudeant & utantur, quibus alii Fratres dicti Ordinis in aliis &c. gaudent &c.

Datum Romæ apud SS. Apoſtolos, III. Kal. Martii anno IX.

CLI.

Ut Obſervantes admittant Cœnobium in terra Mardæ. Ex lib. I. de diverſis formis, anno 9. fol. 37.

Venerabili fratri Epiſcopo Squillacen.

§. I. Sinceræ devotionis affectus, quem dilecti filii, Univerſitas, & homines terræ Mardæ, Neucaſtren. diœceſis, ad nos & Romanam &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dictorum Univerſitatis, & ho- *Ut in Reg. Tomi 9. fol. 474.*

& hominum petitio continebat, quod ipſi cupientes terrena &c. commutare, quamdam domum cum Eccleſia, campanili &c. & aliis neceſſariis officinis, pro uſu & habitatione unius Guardiani, & nonnullorum Fratrum Ordinis Minorum, ſub regulari Obſervantia dicti Ordinis viventium, in fundo eorum proprio, loco ad hoc utique congruo & honeſto, extra ambitum murorum ipſius terræ, ſi ad id Apoſtolicæ Sedis accedat aſſenſus, eorum propriis ſumptibus, & expenſis conſtruere & ædificare proponunt. Quare pro parte Univerſitatis, & hominum præfatorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos igitur &c. fraternitati tuæ &c. mandamus, quatenus ſi eſt ita, eiſdem Univerſitati & hominibus, domum hujuſmodi cum Eccleſia, campanili &c. & aliis officinis hujuſmodi, pro Guardiano, & Fratribus præfatis ibidem ſub regulari Obſervantia dicti Ordinis, ut præfertur, Domino perpetuo ſervituris, conſtruendi &c. licentiam largiaris. Jure tamen parochialis &c. ſalvo. Nos enim ſi hujuſmodi licentiam per te concedi contigerit, ut præfertur, Guardiano & Fratribus præfatis, qui in hujuſmodi domo pro tempore morabuntur, ut omnibus privilegiis &c. gaudeant & utantur, quibus Fratres in aliis domibus ejuſdem Ordinis commorantes gaudent & utuntur, ex uberiori dono gratiæ, auctoritate Apoſtolica præfata concedimus per præſentes.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, IV. Nonas Martii anno IX.

CLII.

Uniuntur Monaſteria ſancti Nicolai, & ſancti Eliæ Racanaten. Ex lib. 1. de Regularibus anno 9. fol. 291.

Venerabili fratri Epiſcopo Racanaten.

Ut in Conſlit. 26. hujus Pontif.

§. I. Humilibus ſupplicum votis &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ & Monialium Monaſterii ſancti Eliæ, Ordinis ſanctæ Claræ, Racanaten. diœceſis petitio continebat, quod dudum dilectus filius noſter Gabriel tituli ſancti Clementis Presbyter Cardinalis, in provincia Anconitan. & nonnullis &c. pro nobis &c. in temporalibus Vicarius, provide conſiderans, Monaſterium ſancti Nicolai præfato Monaſterio ſancti Eliæ cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis univit, annexuit & incorporavit, ac quaſdam Moniales ipſius Monaſterii ſancti Nicolai ad ſancti Eliæ præfatum, de earum expreſſo conſenſu, tranſtulit, prout in litteris dicti Cardinalis inde confectis &c. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, Abbatiſſa & Moniales præfatæ dubitent unionem & tranſlationem præfatas, ex certis cauſis viribus non ſubſiſtere; pro parte ipſarum Abbatiſſæ & Monialium nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos igitur &c. Fraternitati tuæ &c. mandamus, quatenus de omnibus & ſingulis, auctoritate noſtra te diligenter informes &c. prædictum Monaſterium ſancti Nicolai, cujus viginti quinque cum omnibus juribus & pertinentiis ſupradicto Monaſterio ſancti Eliæ, cujus etiam vigintiquinque florenorum auri fructus, reditus & proventus, ſecundum communem æſtimationem valorem annuum, ut ipſæ Abbatiſſa, & Moniales aſſerunt, non excedunt, auctoritate noſtra in perpetuum unias, incorpores & annectas, ita quod liceat Abbatiſſæ & Monialibus prædictis corporalem poſſeſſionem dicti Monaſterii ſancti Nicolai, juriumque & pertinentiarum prædictorum per ſe, vel alium libere apprehendere, & perpetuo retinere, necnon in

in ſuos, & Monaſterii ſancti Eliæ uſus & utilitatem convertere, & etiam retinere, eiſdemque Monialibus Monaſterii ſancti Nicolai in prædicto Monaſterio ſancti Eliæ cum Abbatiſſa, & Monialibus ſupradictis perpetuo remanere, cujuſcumque licentia minime requiſita. Non obſtan. conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis &c. ceteriſque quibuſcumque. Nos enim ex tunc irritum decernimus &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, VII. Idus Aprilis, anno IX.

CLIII.

Ut recipiant Eccleſiam ſancti Blaſii Præneſtin. Ex ipſo originali.

Dilectis filiis Laurentio, & Paulo de Roma Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia *nuncupatorum Profeſſoribus*.

§. I. Sacræ veſtræ Religionis &c. Sane pro parte venerabilis fratris noſtri Angeli Epiſcopi Præneſtin. & dilecti filii nobilis viri Jacobi de Columna Domicelli Romani, nobis expoſito quod in civitate Præneſtina, cujus Epiſcopus in ſpiritualibus, & Domicellus prædicti in temporalibus regimen habent, nonnulli hæretici Fratricelli *de la opinione* vulgariter nominati, moram trahunt, ſuis falſis ſuggeſtionibus ſimplices ipſius civitatis perſonas a Catholica fide, errore devio ſeducunt, & continuo ſeducere moliuntur, in maximum animarum periculum, & jacturam: ad quorum hæreticorum converſionem, ſeu extirpationem vos, & alii Fratres ejuſdem veſtri Ordinis, qui pabulo verbi Dei oves errantes ad viam veritatis reduceretis, plurimum in dicta civitate proficere poſſetis. Quare pro parte Epiſcopi, & Domicelli prædictorum, atque veſtra, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut cum in civitate prædicta Eccleſia quædam ſub vocabulo ſancti Blaſii exiſtat, quæ, ſi piis fidelium ſuffragiis in ſtructuris reparetur, pro uſu & habitatione veſtris, & eorumdem Fratrum ſatis eſſet accomoda, vobis & ipſis Fratribus dictam Eccleſiam recipiendi, ac apud eam domum cum neceſſariis officinis pro uſu & habitatione prædictis, necnon campanili &c. conſtruendi & conſtrui faciendi, licentiam, auctoritate Apoſtolica concedere dignaremur. *Ut in Regeſto Tomi 9. fol. 469.*

§. II. Nos igitur &c. vobis & Fratribus antedictis dictam Eccleſiam libere & licite recipiendi &c. cum officinis, domum, necnon campanili, campana, & cœmeterio &c. ſi pia vobis fidelium ſuffragia opportune miniſtrentur, conſtruendi &c. felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. &c. & quibuslibet aliis conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis nequaquam obſtantibus, &c. licentiam elargimur. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, VII. Idus Aprilis, anno IX.

CLIV.

Ut Obſervantes admittant domum in loco de Antenna. Ex lib. I. de Beneficiis vacant. &c. anno 9. fol. 216.

Dilecto filio Abbati Monaſterii de Tolemondo, Lucionen. diœceſis.

§. I. Sinceræ devotionis affectus, quem dilectus filius nobilis vir Petrus Royzandi, dominus loci *de la Bondeyere*, Lucionen. diœceſis ad nos, & Romanam &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dicti Petri petitio continebat, quod olim Petro de Luna tunc in ejus obedientia, de qua partes illæ tunc erant, Benedicto XIII. nuncupato, pro parte ſua expo- *Ut in Reg. Tomi 9. fol. 474.*

polito, quod ipſe devotionis, & ſinceritatis fervore ſuccenſus &c. unam domum cum campanili &c. & aliis officinis neceſſariis ad opus, & uſum Fratrum præfatorum, & in qua Fratres, qui ibidem pro tempore degerent, Altiſſimo debitum exhiberent famulatum, & Regulam per beatum Franciſcum dicti Ordinis fundatorem, Fratribus præfatis relictam, juxta traditiones, & declarationes Apoſtolicas, quæ ex tunc ſuper illius Regulæ obſervatione emanarunt, ad litteram & unguem obſervare eſſent aſtricti, de bonis a Deo ſibi collatis in loco de *Antonna*, dictæ diœceſis conſtrui &c. deſideraret, & proponeret. Idem Petrus, tunc Benedictus XIII. precibus dicti nobilis annuens, tibi dictam domum cum Eccleſia, campanili &c. & aliis officinis neceſſariis hujuſmodi conſtrui &c. ac eiſdem Fratribus illam recipiendi, ita quod poſtquam eadem domus conſtructa & ædificata foret, Guardianus & Fratres, qui in dicta domo degere vellent, Regulam hujuſmodi, juxta traditiones & declarationes præfatas obſervarent, ac omnibus & ſingulis privilegiis &c. gaudere valerent, et uti, per ſuas litteras gratioſe duxit indulgendum, prout in illis dicitur plenius contineri.

§. II. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, dicti nobilis, & aliqui Fratres dicti Ordinis dubitantes de juribus conceſſionis, et litterarum hujuſmodi, domum præfatam conſtrui et ædificari facere diſtulerint, cupiantque deſiderium eorum ſuper hoc adimplere, ſi novus in præmiſſis Sedis Apoſtolicæ conſenſus accedat: pro parte ipſorum nobilis, et Fratrum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. III. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus de eiſdem omnibus et ſingulis auctoritate noſtra te diligenter informes, et ſi per &c. ita eſſe inveneris &c. dictis nobili, et Fratribus conceſſionem, ac litteras præfatas, auctoritate noſtra approbes pariter, et confirmes, ſupplendo omnes defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, VI. Kalendas Junii, anno IX.

CLV.

Ut poſſint celebrare in locis ſuis interdicto ſuppoſitis. Ibid. fol. 231.

Dilectis filiis, & in Chriſto filiabus, univerſis Fratribus, & Sororibus Tertii Ordinis ſancti Franciſci de Pœnitentia *nuncupati, in Hibernia pro tempore conſtitutis*.

Devotionis veſtræ ſinceritas promeretur, ut votis veſtris in his præſertim, quæ ad veſtrarum ſalutem animarum cedere valeant, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus: veſtris itaque ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica &c. indulgemus, ut ſi forſan ad loca interdicto Eccleſiaſtico ſuppoſita vos eſſe, aut declinare contigerit, liceat vobis, et cuilibet veſtrum in veſtris Ordinis domibus, et Monaſteriis, ſeu Eccleſiis, clauſis januis, excommunicatis, ac interdictis excluſis, non pulſatis campanis, & ſubmiſſa voce, in veſtra, & familiarium veſtrorum domeſticorum præſentia, Miſſam, et alia divina Officia facere celebrari, necnon, ut quilibet Sacerdos idoneus ſecularis, vel religioſus, quem ad hoc duxeritis eligendum, vobis, et cuilibet veſtrum, quoties expedierit, miniſtrare valeat Eccleſiaſtica Sacramenta, etiam tempore interdicti; dummodo vos, et illi cauſam non dederitis interdicto, nec id vobis, vel illis contigerit ſpecialiter interdici: fel. record. Clementis Papæ V. &c. et alia qualibet conſtitutione contrariis, nequaquam obſtantibus. Jure parochialis &c. ſemper ſalvo,

vo, uſque ad Sedis Apoſtolicæ beneplacitum, vobis ſimiliter concedimus per præſentes. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, II. Nonas Junii, anno IX.

CLVI.

Ut Petrus Farto ad inſulam ſancti Michaelis de Coolleyra profectus, ibidem remaneat. Ex lib. I. de Regularibus, anno 9. fol. 56.

Dilecto filio Roderico Alphonſi de Sequeyro Cantori Eccleſiæ Mindonien. in Romana Curia reſidenti.

§. I. Religionis dilecti filii Petri Farto Presbyteri Ordinis Fratrum Minorum profeſſoris, ſuadet honeſtas &c. Exhibita ſiquidem nuper pro parte dicti Petri petitio continebat, quod cum olim plures utriuſque ſexus, etiam magni ſtatus homines, & præſertim laici, armorum exercitiis implicati, cauſa videndi ipſum Petrum, domum de Vivario præfati Ordinis, Mindon. diœceſis quam ipſe Petrus tunc laicus, & dicto armorum exercitio deditus, ob frugem melioris vitæ ingreſſus fuerat, & in qua profeſſionem per Fratres dicti Ordinis emitti conſuetam emiſerat, ac ſub regulari habitu dictorum Fratrum aliquandiu laudabiliter converſatus fuerat, frequentarent, & ibidem plerumque ad tempus manerent, ipſorumque præſentia Fratres ipſius Ordinis in eadem domo exiſtentes, necnon eumdem Petrum, in eorum devotione multipliciter impedirent, dictus Petrus, qui propterea, necnon aliis certis de cauſis cum quiete animi ſui in eadem domo de commiſſis per eum in ſeculo delictis fructuoſam pœnitentiam agere, & profeſſioni ſuæ ſatisfacere commode non poterat, inſulam ſancti Michaelis *de Coolleyra*, ejuſdem diœceſis, in qua viri contemplativi morantur, & ad quam nullus hominum, niſi certis temporibus anni accedere poteſt, de ſui Superioris licentia intraverit, ibique ſub habitu ex tunc & Regulari obſervantia dicti Ordinis per biennium moram traxerit, prout trahit de præſenti, cupiatque pro hujuſmodi animi ſui quiete, & ut ſemotus a ſecularium concurſu valeat devotius Altiſſimo famulari, in inſula præfata perpetuo remanere; pro parte dicti Petri aſſerentis ſe ad probandum præmiſſa in eadem Curia ſufficientes probationes habere, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſibi in eadem inſula ſub habitu, & obſervantia præfatis, quoad vixerit, remanendi licentiam elargiri, de benignitate &c. *Vide Conſtit. 71. hujus Pontif.*

§. II. Nos itaque &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus ſi eſt ita, præfato Petro, ut in inſula eadem ſub habitu, & obſervantia præfatis, quoad vixerit, remanere poſſit, ſuper quo tuam &c. oneramus, auctoritate noſtra licentiam largiaris; conſtitutionibus &c. ceteriſque contrariis non obſtantibuſ quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, VI. Idus Junii, anno IX.

CLVII.

Ut poſſint Conventus conſtruere in Provincia Bononienſi. Ex lib. I. de Regibus anno IX. fol. 17.

Dilectis filiis Jacobo de primordiis, & aliis Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum profeſſoribus, in provincia Bononienſi commorantibus, ſalutem &c.

„ §. I. Injunctum nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officium digne „ peragere non ambigimus, ſi deſideratis ea proſequamur affectibus ADDITIO ALIORUM.

„ bus, per quæ Religio propagari conſpicitur, & divinus cultus ſalubriter „ adaugeri.

„ §. II. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio „ continebat, nonnulli ex Chriſtifidelibus in Provincia Bononienſe com- „ morantibus, ob ſingularis devotionis affectum, quem ad ſanctum Franci- „ ſcum, & Ordinem Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum ge- „ runt, aliqua domus, & loca dicti Ordinis pro ipſorum Fratrum habita- „ tione & uſu, de bonis eis a Deo collatis, pro ſuæ ſuorumque parentum, „ & amicorum animarum ſalute, in dicta Provincia conſtruere, erigere, & „ ædificare, ac conſtrui, erigi & ædificari facere, illiſque conſtructis, ere- „ ctis & ædificatis, Fratribus ipſis pro uſu & habitatione præmiſſis pia lar- „ gitione donare & aſſignare propenſius exoptent.

„ §. III. Nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut duo lo- „ ca in Provincia hujuſmodi conſiſtentia, quæ vobis pro uſu & habitatione „ præmiſſis per Chriſtifideles ipſos pia largitione donari contigerit, recipe- „ re & acceptare, & apud illa Eccleſias, campanilia, domos, & ædificia „ cum campanis, cœmeteriis, hortis, hortalitiis, & aliis neceſſariis offici- „ nis, pia largitione fidelium erigi & conſtrui facere, necnon morari ac re- „ ſidere libere & licite valeatis, auctoritate Apoſtolica licentiam imperti- „ mur: non obſtant. conſtitutione felicis record. Bonifacii Papæ VIII. præ- „ deceſſoris noſtri prohibente, ne Fratres Mendicantes in aliqua Civitate, „ Villa, Caſtro, ſeu loco quocumque ad habitandum domos, vel loca „ quævis de novo recipere præſumant abſque Sedis Apoſtolicæ licentia „ ſpeciali, faciente plenam & expreſſam de verbo ad verbum de prohibi- „ tione hujuſmodi mentionem; necnon aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, „ ceterisque contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Et inſuper Fratri- „ bus eiſdem, qui apud recipienda loca pro tempore reſederint, ut omni- „ bus & ſingulis privilegiis, gratiis, libertatibus, & exemptionibus ceteris „ dicti Ordinis Fratribus in quibuſvis aliis domibus ſive locis ejuſdem Or- „ dinis pro tempore degebtibus quomodolibet conceſſis uti, & gaudere „ poſſint ac debeant, eadem auctoritate concedimus per præſentes, jure ta- „ men Parochialium Eccleſiarum, & aliorum quorumlibet in omnibus „ ſemper ſalvo. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c. Si quis „ autem &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, XIII. Kalendas Julii, anno IX.

CLVIII.

Ut Obſervantes admittant unum locum in diœceſi Hiſpalen. Ibid. fol. 306.

Dilecto filio Theſaurario Eccleſiæ Hiſpalen.

§. I. AD ea ex Apoſtolicæ Sedis nobis licet immeritis, ex alto injunctæ ſervitutis officio libenter intendimus, per quæ Religio propagatur, & divinus cultus augetur. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Joannis de Lucio, Ordinis Fratrum Minorum profeſſoris petitio continebat, quod ipſe, & nonnulli alii ejuſdem Ordinis Fratres, qui abjectis mundanis &c. deſiderant in quodam Eremitorio, in loco deſerto prope villam de Cale ſancti Petri *de Reubet* nuncupato, Hiſpalen. diœceſis conſiſtente, in quo nonnulli Eremitæ habitare conſueverant, vel in aliquo alio Eremitorio, ſive loco per eos de novo recipiendo, unam domum pro uſu & habitatione perpetuis ipſorum & aliorum ipſius Ordinis Fratrum recipere, ac reparare, ſeu de novo conſtruere & ædificare proponunt, ſi ad id eis Apo-
ſto-

ſtolicæ Sedis benignitas ſuffragetur. Quare pro parte dicti Joannis fuit nobis humiliter ſupplicatum.

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus eidem Joanni & Fratribus Eremitorium ſancti Petri, ſeu quemcumque alium locum ad hoc idoneum, eis propter hoc a Chriſtifidelibus largiendum, recipiendi, & in eo, de conſenſu quorum intereſt, domum pro uſu & habitatione Fratrum hujuſmodi conſtruendi &c. concedas liberam facultatem: non obſtan. fel. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. ceteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus inſuper, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod domus ipſa, poſtquam conſtructa & ædificata fuerit, & Fratres in ea pro tempore degentes omnibus, & ſingulis privilegiis &c. quibus domus *de Xandule* in ea pro tempore degentes Fratres præfati gaudere conſueverunt, & poſſunt, cum effectu gaudeant, & utantur.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, Kalendis Julii, anno IX.

CLIX.

Ut alium recipiant in provincia Aragoniæ. Ex lib. I. de Dignitatibus vacan. &c. anno 9. fol. 207.

Dilectis filiis Philippo Berbegal, & aliis Ordinis Fratrum Minorum profeſſoribus, provinciæ Aragoniæ, ſecundum ipſius Ordinis morem de Obſervantia *nuncupatis*.

SAcræ Religionis &c. Cum itaque, ſicut exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, nonnulli Chriſtifideles intra provinciam Aragoniæ, ſecundum veſtri Ordinis morem conſiſtentes, intendant vobis de bonis &c. quamdam domum cum Eccleſia, campanili &c. & aliis neceſſariis officinis pro uſu & habitatione Fratrum veſtri Ordinis fundare &c. Nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut infra Provinciam prædictam unum locum pro domo hujuſmodi conſtruenda & ædificanda, ſi vobis &c. largiatur, ſine juris præjudicio alieni, recipere &c. licite valeatis, vobis auctoritate præfata, tenore præſentium licentiam elargimur: non obſtan. fel. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nos enim inſuper Fratribus eiſdem, qui apud hujuſmodi recipiendum locum pro tempore reſederint, ut omnibus & ſingulis privilegiis &c. & immunitatibus, ceteris Fratribus ac domibus, ſive locis ejuſdem Ordinis quomodolibet conceſſis, uti & gaudere poſſint & debeant, auctoritate eadem concedimus per præſentes. Jure tamen parochialis &c. ſalvo. Nulli ergo &c.

Vt in Regeſt. Tomi 9. fol. 469.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, Kalendis Julii, anno IX.

CLX.

Ut recipiat quatuor domos, vel loca in Italia. Ibidem fol. 205.

Dilecto filio Bernardino de Senis Ordinis Fratrum Minorum profeſſori.

§. I. PIis ſupplicum votis &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte tua petitio continebat, quod nonnulli Chriſtifideles in diverſis partibus Italiæ conſiſtentes, ob ſingularem devotionem, quam gerunt ad Ordinem ſancti Franciſci *de Obſervantia* nuncupatum, de bonis eis a Deo collatis nonnullas domos pro uſu &c. donare deſiderant & proponunt. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

Vide Conſtit. 61. hujus Pontif.

§. II. Nos igitur &c. tibi in partibus Italiæ quatuor domos, ſeu loca, cum Eccleſiis, cœmeteriis &c. & aliis neceſſariis officinis, pro uſu & habitatione Fratrum prædictorum, juxta formam conſtitutionis felicis record. Clementis Papæ VI. &c. ſuper hoc editæ, fundandi & conſtruendi, ſeu fundari &c. recipiendi; jure tamen parochialium &c. ſalvo, plenam &c. licentiam elargimur. Et inſuper ſi domos, vel loca prædicta fundare, & conſtruere, aut fundari &c. vel fundatas recipere te contigerit, ut præfertur, Fratribus, qui in hujuſmodi domibus, vel locis pro tempore reſidebunt, ut omnibus & ſingulis privilegiis &c. Fratribus dicti Ordinis, illiuſque domibus per Sedem Apoſtolicam, vel alias quomodocumque conceſſis, & in poſterum concedendis uti & gaudere libere & licite valeant, eadem auctoritate, de gratia ſpeciali indulgemus. Non obſtant. piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. &c. ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, Nonis Junii, anno IX.

CLXI.

Ut deputent aliquem Fratrem, qui eos excommunicationis ſententia ligatos abſolvat. Ibid. fol. 133.

Dilectis filiis Vicario, & Fratribus domus ſancti Franciſci de Arizafa Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum, Cordub. diœceſ. præſentibus, & futuris.

§. I. Expoſcit veſtræ devotionis ſinceritas & ſacræ Religionis, ſub qua Altiſſimo jugiter placere ſtudetis, promeretur honeſtas, ut votis veſtris, in his præſertim, per quæ animarum veſtrarum ſaluti conſulitur, ac domus veſtræ opportunitatibus providetur, favorabiliter annuamus.

§. II. Hinc eſt quod nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis, qui, ut aſſeritis, numerum decem numquam exceditis; & aliquando contigit vos ob varias & diverſas cauſas excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias a jure, vel ſtatuto, ſeu ab homine promulgatas, aut earum aliquam incurrere, ut quoties id evenerit, tu Vicarie, ſingulos veſtrum Fratres, & ex vobis Fratres unus idoneus, quem tu Vicarie ad hoc elegeris, ab hujuſmodi ſententiis, quæ tamen ex ſpiritualibus cauſis nominatim in eamdem domum, ſeu in diœceſim, aut territorium, in quibus domus iſta conſiſtit, aut in perſonas veſtras ab homine promulgatæ non fuerint, & qualibet earumdem, poſtquam de iis, de quibus propterea fuerit alteri ſatiſfactio impendenda, ſatisfeceritis cum effectu, necnon ab omnibus aliis exceſſibus, & peccatis veſtris, dummodo talia non fuerint, propter quæ Sedes Apoſtolica ſit merito conſulenda, ſi hoc humiliter petieritis, in forma Eccleſiæ conſueta abſolvere, & pro commiſſis abſoluto, vel abſolutis hujuſmodi pœnitentiam ſalutarem, & alia quæ de jure injungenda erunt, injungere.

§. III. Præterea, cum, ut ſimiliter aſſeritis, oporteat vos ſæpe pro veſtris, & dictæ domus veſtræ neceſſitatibus, aliquos ex vobis per diverſas Provincias tranſmittere, ut tu idem Vicarie, de omnium, vel ſaltem majoris partis veſtrum conſilio & aſſenſu, quoſcumque volueritis Fratres, de quibus in hujuſmodi conſilio concluſum extiterit, pro quibuſcumque veſtris, & ejuſdem domus negotiis, atque cauſis licitis & honeſtis ad quaslibet Provincias, ſine aliorum ejuſdem Ordinis domorum, & Fratrum præjudicio, quoties fuerit opportunum, alicujus ſuper hoc licentia vel aſſenſu minime requiſitis, mittere, ſeu deſtinare libere & licite valeatis, conſtitutio-

tionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis & conſuetudinibus domus, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione &c. ceteriſque contrariis nequaquam obſtant. auctoritate &c. de ſpeciali gratia indulgemus. Volumus tamen, quod ſi ex confidentia obtinendæ abſolutionis hujuſmodi, aliquis veſtrum in aliquam dictarum ſententiarum ſui incurſus ſcienter cauſam daret, aut aliqua alia ſcienter committeret, quoad illa hujuſmodi abſolutio ſibi nullatenus ſuffragetur: quodque ſi quando forſan vos ob miſſionem aliquorum ex vobis ad præfatas Provincias, vel aliquam earum abſque evidenti neceſſitate indulto hujuſmodi abuti contigerit, quoad hujuſmodi ex vobis ſic pro tempore abutendo miſſos & mittendos dumtaxat, præſentes litteræ omnino careant viribus, & effectu. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis & voluntatis infringere &c.

Datum Genezani, Præneſtin. diœceſis, XVI. Kalend. Septembris anno IX.

CLXII.

Præficitur Eccleſiæ Roſſen. Ex lib. 1. de diverſis formis &c. anno 9. fol. 290

Dilecto filio Cornelio Macelchade Electo Roſſen.

APoſtolatus officium &c. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Waltero Epiſcopo Roſſen. Eccleſiæ Roſſen. regimini præſidente &c. Poſtmodum vero prædicta Eccleſia, per obitum Walteri Epiſcopi, qui extra Romanam Curiam &c. Nos vacatione &c. intellecta, dudum videlicet VIII. Kalendas Octobris, Pontificatus noſtri anno VI. de perſona dilecti filii Joannis Bloxvorch Ordinis Fratrum beatæ Mariæ de Monte Carmeli, Ordinem ipſum expreſſe profeſſi, & in Sacerdotio conſtituti, eidem Eccleſiæ &c. in Epiſcopum & Paſtorem. Cum itaque dicta Eccleſia ex eo vacet ad præſens, quod idem Joannes litteras Apoſtolicas ſuper hujuſmodi proviſione, & præfectione de ſe factis infra certum tempus in quadam conſtitutione per nos, de Fratrum noſtrorum conſilio ſuper hoc edita, præfixum, confici non fecit. Nos ad proviſionem ejuſdem Eccleſiæ, de qua nullus hac vice ſe intromittere &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. direximus oculos noſtræ mentis &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c.

Ut in Regeſt. Tomi 9. fol. 564.

Datum Genezani, Præneſtin. diœceſis, XIV. Kalendas Septembris, anno IX.

CLXIII.

Ut nullos Fratres niſi Regularis Obſervantiæ ſectatores admittant. Ex lib. 1. de Dignitatibus &c. anno 9. fol. 137.

Dilectis filiis Guardiano, & Fratribus domus Ordinis Fratrum Minorum Heydelberg. Wormatien. diœceſis præſentibus, & futuris.

§. I. PIa fidelium præſertim eorum, qui, mundanis abjectis illecebris, in contemplationis ſuavitate, ſub humilitatis ſpiritu, & diſtricta Regulari Obſervantia Domino deſiderant impendere famulatum, vota ad exauditionis gratiam libenter admittimus, ac Apoſtolici favoris præſidio confovemus. Sane petitio pro parte nobilis viri Ludovici Comitis Palatini Rheni, & Bavariæ Ducis nobis nuper exhibita continebat, quod nuper dilecti filii Joannes de Albomonte, & Joannes de Vico Ordinis Fratrum

trum Minorum profeſſores, poſt commiſſionem ipſis per nos, ad inſtantiam ipſius Comitis, per noſtras litteras ſub certa forma factam, domum veſtram accedentes, illam, viſitationis per ipſos impenſo officio, in vita, & moribus Regulari diſciplinæ congruentibus reformarunt, & ad hujuſmodi Obſervantiam reduxerunt regularem. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, hujuſmodi Obſervantiæ per pleroſque tam Conventus, quam perſonas ipſius Ordinis plurimum exoſa & contraria habeatur, timeaturque brevis temporis ſpatio aliquas perſonas ipſius domus per Miniſtrum Generalem, ſive Provincialem dicti Ordinis, quavis de cauſa, ſive occaſione captata, de ipſa domo ad alia ejuſdem Ordinis loca transferri, ſive tranſmitti, ipſarumque loco alios Obſervantiam hujuſmodi minime ſectantes ſubſtitui, & per conſequens, domum ipſam ad priſtinam inobſervantiam relabi, ſive reduci poſſe: pro parte ipſius Comitis nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos itaque ipſius Ducis in hac parte pium propoſitum in Domino plurimum commendantes &c. vobis quod nullus veſtrum abſque veſtri Conventus conſenſu, per Superiores prædictos, vel ex eis aliquem ad quamvis aliam domum ipſius Ordinis, in qua hujuſmodi Obſervantia non vigeat, tranſmitti, neque in ea veſtra domo aliquis Fratrum ipſius Ordinis, niſi Regulari hujuſmodi Obſervantiæ intendere velit, per eoſdem Superiores præfici poſſit, aut valeat, quodque vos in eadem veſtra domo de ſimili conſenſu, quoslibet alios Fratres dicti Ordinis, undecumque pro tempore venientes, & hujuſmodi Regulam obſervare volentes, licentia tamen per eos primitus a Superioribus ſuis petita, licet non obtenta, auctoritate Apoſtolica recipere libere & licite poſſitis, eadem auctoritate &c. indulgemus, decernentes omnes & ſingulos proceſſus, & quaſvis excommunicationum &c. ſi quos, vel quas, præmiſſorum occaſione contra præmiſſa haberi contigerit, vel etiam promulgari, irritos &c. non obſtantibus conſtitutionibus &c. contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c. conceſſionis & conſtitutionis infringere &c.

Datum Genezani, Præneſtin. Diœceſ. XII. Kal. Septembris, anno IX.

CLXIV.

Fratres domus de Dola eximuntur ab obedientia Vicariorum Regularis Obſervantiæ. Ibidem, fol. 125.

Dilecto filio Decano Eccleſiæ Biſuntin.

§. I. EX ſupernæ majeſtatis providentia in eminenti Apoſtolicæ Sedis ſpecula conſtituti circa Religioſorum curæ noſtræ divinitus commiſſorum profectum, prout ex debito paſtoralis tenemur officii, libenter intendimus, & ut perſonæ in ea degentes, præſertim quæ mundanis abjectis illecebris, ſub ſacra Religione devotum reddunt Domino famulatum, in pacis amenitate lætentur, volumus & debemus favorabiles inveniri. Sane dudum in Generali Conſtantien. tunc vigente Synodo, pro parte dilectorum filiorum Guardianorum & Fratrum Ordinis Fratrum Minorum, Conventuum domorum de Sagio, Sagien. de ſancto Audomaro, de Varennis, de Dola, de la Valle, de Clitio de Ambaſia, de ſancto Joanne, Angeliacen. de Bertorio, de Choleto, de Fonriaco, intra Morinen. Remen. Biſuntin. Cenomanen. Nannaten. Turonen. Xantonen. Maleciten. Diœceſ. infra Provincias Franciæ, Burgundiæ & Turoniæ, juxta morem dicti Ordinis exiſtentium, propoſito quod divina cooperante clementia, temporibus tunc noviſſimis Regularis Obſervantia dicti Ordinis in præfatis Conventibus, quam plurimum vigere inceperat, licet variis obſtantibus inſtrumentis per Mi-

Regularis diſciplina in pluribus Cœnobiis deturbata.

Miniſtros, & Cuſtodes illarum Provinciarum eis præſtitis, in ipſa Obſervantia non mediocriter impediebantur, quorum impedimentorum occaſione, ſcandala multa pullulabant. Eadem Synodus, Apoſtolica Sede tunc vacante, inter cetera per ſuas litteras ſtatuit & ordinavit, prout ea per venerabilem fratrem Jordanum Epiſcopum Albanen. tunc dicti Ordinis Protectorem, & bon. mem. Petrum tituli ſancti Chryſogoni Presbyterum Cardinalem, ac alios ſuper hoc per dictam Synodum deputatos ordinata & tradita, ac per dilectum filium Joannem de Rota dicti Ordinis profeſſorem, Generalis Miniſtri dicti Ordinis, qui tunc erat, Vicarium, una cum pluribus aliis Fratribus dicti Ordinis ex una, & nonnullos alios Fratres prænominatos Conventus repræſentantes ex alia, partibus, concordata fuerunt, quod de cetero Fratres Conventuum prædictorum, quouſque aliud ſuper hoc per eamdem Synodum ordinatum foret, in qualibet Provinciarum prædictarum, quilibet videlicet in ſua Provincia unum Provincialis ſui, & illi Provincialium Vicarii unum alium Generalis Miniſtrorum Vicarios, per Provinciales, & Generalem Miniſtros eoſdem, ſub certis modis & formis conſtituendis eligere, dictique Vicarii loco, & vice ipſorum Miniſtrorum, quilibet videlicet ipſorum Vicariorum in ea Provincia, in qua ſic Vicarius electus foret, præfatos Conventus regere & illis providere, ipſique Provincialium præfatos Conventus & illorum Fratres, ac ipſorum Provincialium Vicarios Generalis Miniſtrorum Vicarii prædicti, prout Generales & Provinciales Miniſtri eatenus poterant, viſitare, corrigere, punire, aliaque facere poſſent & valerent. Quodque Conventus & Fratres prædicti illis obedire deberent, & tenerentur, certis ſuper hoc pœnis adjectis, prout in ipſis litteris plenius continetur.

Concilii Conſtitutis proviſio.

§. II. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Joannis Lovineti, olim Guardiani dictorum Conventus & Fratrum domus de Dola, ac nonnullorum aliorum Fratrum dicti Ordinis, qui in eadem domo de Dola, antequam illa obedientiæ Vicariorum, juxta hujuſmodi conſtitutiones & ordinationes dictæ Synodi, ut aſſeritur, electorum, & conſtitutorum ſe ſubjiceret, degebant, petitio continebat, ipſi Guardianus & Conventus, ac Fratres dictæ domus de Dola, nemini ſuper iis obtinendis mandatum dederint vel conſenſum, licet ipſi ex conſtitutionibus, & ordinationibus hujuſmodi in dictis Conventu, & domo diſſenſiones, & ſcandala veriſimiliter exoriri formidantes, Vicariis pro tempore in prædictis Conventibus & Provinciis, juxta eaſdem conſtitutiones & ordinationes conſtitutis obedientiam exhibere diutius denegaſſent, tamen prædicti Conventus, & Fratres ejuſdem domus de Dola ab anno proxime tranſacto citra, ſimplicitate ducti, ac comminationibus exterriti, ſe hujuſmodi Vicariorum prædictorum obedientiæ ſubjecerunt. Et ſicut eadem petitio ſubjungebat, dilectus filius Guillelmus Goſelini dicti Ordinis profeſſor, gerens ſe pro Vicario Generalis Miniſtri prædicti, obtentu conſtitutionum, & ordinationum prædictarum conſtituto, poſt præſtitam per dictos Conventum, & Fratres dictæ domus de Dola præfatis Vicariis obedientiam, ad eamdem domum de Dola quoſdam Fratres dicti Ordinis tranſtulit ſibi adhærentes, qui ibidem Guardianum elegerunt, pluresque in hujuſmodi Conventu domus de Dola, tam circa directionem divini officii, quam circa Regularem inibi ſervari ſolitam obſervantiam, novitates induxerunt, propter quod diſſenſionibus, & ſcandalis in præfato Conventu domus de Dola ſubortis, quam plures Fratres, qui tunc in ipſis Conventu, & domo ſub Obſervantia præfata laudabiliter diutius converſati fuerant, ipſam domum de Dola relinquentes, ad alias domus ipſius Ordinis, ut Deo quietius viverent, tranſierunt. Quare

FF. Conv. de Dola prius Vicariis obedientiam denegant.

Inde exhibent.

Scandala in eodem Conventu exorta.

pro

Perunt FF. eidem Cœnobio reſtitui.

pro parte dictorum Joannis & Fratrum, qui in dicta domo de Dola, ante hujuſmodi præfatis Vicariis præſtitam obedientiam extiterant, ut præfertur, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ipſos, Conventum, & Fratres dictæ domus de Dola ad eorum priſtinum ſtatum, in quo ante conſtitutiones, & ordinationes præfatas extiterant, reſtituere, illoſque, ſub litteris, ac conſtitutionibus, & ordinationibus hujuſmodi comprehendi non debere, nec cuiquam alteri quam eorum Superioribus ordinariis, quibus antequam conſtitutiones & ordinationes prædictæ emanarent, obedierant, ſubjectos fore decernere, & declarare de benignitate &c. dignarentur.

§. III. Nos igitur de præmiſſis certam &c. non habentes, quia ex parte hujuſmodi, ac venerabilis fratris noſtri Theobaldi Archiepiſcopi Biſunt. ſuper hoc etiam nobis fuit humiliter ſupplicatum, miſericorditer inclinati, diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, ſuper præmiſſis, auctoritate noſtra te diligenter informes, & ſi per &c. reperis ita eſſe, præfatos Conventum, & Fratres dictæ domus de Dola ad priſtinum ſtatum, in quo ante emanationem litterarum, necnon conſtitutionum & ordinationum prædictarum extiterant, eadem auctoritate reſtituas, ipſoſque, ſub eiſdem litteris minime comprehendi debere, nec alteri quam eorum Superioribus ordinariis ſubjectos fore decernas, non obſtan. præmiſſis, necnon conſtitutionibus & conſuetudinibus ejuſdem domus de Dola, & Ordinis prædictorum, juramento, confirmatione &c. roboratis ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Decano datur cōmiſſio ut gratiam largiatur.

Datum Genezani, Præneſtin. Diœceſ. x. Kal. Septembris, anno IX.

CLXV.

Transfertur extra civitatem Domus Ex lib. I. de diverſis formis &c. anno 9. fol. 71.

Venerabili Fratri Epiſcopo Lucerin.

§. I. Romanus Pontifex, cui Eccleſiarum & Religioſorum locorum omnium ſollicitudo generalis incumbit, de illis pro ſua voluntate ordinat & diſponit, prout, locorum & temporum qualitate penſata, id conſpicit ſalubriter expedire. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte venerabilis fratris noſtri Jacobi Epiſcopi, & dilectorum filiorum Capituli Aſculan. ac Cleri & populi civitatis Aſculan. petitio continebat quod civitate antiqua ex terræmotu tunc imminente ſubverſa & ſupervenientibus aſperrimis, & continuis guerris in illis partibus, & toto regno Siciliæ, cives Aſculan. conſiderantes quod ipſi civitatem pro eo quod ſolum & ſitus, ubi conſtructa fuerat, ab hoſtibus, ſi quando illam oppugnare molirentur, defenſare non poterant, eam ad quemdam alium ſitum, & locum a dicta civitate remotum, & pro defenſione melius diſpoſitum tranſtulerunt, & in eo novam civitatem conſtruxerunt & ædificarunt. Ac nihilominus Eccleſiam Cathedralem in dicta civitate antiqua ſubverſam & dirutam, quæ parochialis erat & eſt, refecerunt & reædificarunt, & ex tunc ad eamdem Eccleſiam Epiſcopus, Capitulum, Presbyteri, & Clerici pro Miſſis & aliis divinis officiis celebrandis, & populus præfati pro illis audiendis, & Sacramentis Eccleſiaſticis eis miniſtrandis, accedere conſueverunt. Præfati quoque Epiſcopus & Capitulum, Presbyteri & Clerici, ac populus, propter multa diſcrimina, & incommoda, quæ ſæpe dum ad dictam Eccleſiam accedebant, contingebant, nequibant ad dictam Eccleſiam accedere, & propterea tam Epiſcopus, quam Capitulum, & alii Presbyteri & Clerici cogebantur in do-

domibus propriis, in dicta civitate nova conſiſtentibus, horas canonicas, ac officium diurnum & nocturnum dicere & celebrare, in divini cultus et Cleri, ac populi præfatorum devotionis diminutionem, ac etiam detrimentum, quodque in dicta nova civitate non ſit aliquis locus, in quo hujuſmodi nova Eccleſia conſtrui et ædificari poſſit, et nulla alia Eccleſia exiſtat, niſi Eccleſia domus Ordinis Fratrum Minorum in platea publica majori dictæ civitatis conſtituta, ad quam populus, et cives præfati continuo conveniunt, et cum eiſdem Fratribus converſantur. Et ſi ordo præfatus in dicta domo ſuppri-meretur, dictaque antiqua Eccleſia, quæ vocabulo beatæ Mariæ Virginis, & beati Leonis confeſſoris inſignita exiſtit, cum inſigniis parochialibus et vocabulis et bonis, ac juribus omnibus ad dictam Eccleſiam ejuſdem domus transferretur, ipſaque Eccleſia in Cathedralem erigeretur, Epiſcopus et Capitulum, ac alii Presbyteri, et Clerici præfati poterunt in ea cum majori devotionis fervore Altiſſimo famulari, et populo, et parochianis præfatis Sacramenta Eccleſiaſtica habilius et frequentius miniſtrare, necnon Eccleſia antiqua præfata Fratribus ejuſdem Ordinis aſſignari. Quare pro parte Epiſcopi, Capituli, Presbyterorum et Cleri, ac populi præfatorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis dictam domum cum Eccleſia recipere, et ad illam Cathedralem, et parochialem Eccleſiam præfatam cum eiſdem vocabulis Cathedralibus et parochialibus inſigniis, ac omnibus bonis et juribus, et dictam Eccleſiam antiquam, domos cum cœmeterio, et aliis neceſſariis officinis pro uſu, et habitatione aliquorum Fratrum dicti Ordinis, eorumdem Epiſcopi, Capituli, Cleri et populi expenſis conſtrui, et ædificari facere, et poſtquam domus cum cœmeterio, et officinis præfatis conſtructæ et ædificatæ fuerunt, eas eiſdem Ordini, et Fratribus tradere et aſſignare, præfatiſque Fratribus, ut ipſam Eccleſiam antiquam cum domibus, cœmeterio et officinis hujuſmodi recipere, et perpetuo retinere valeant, licentiam concedere &c. dignaremur.

§. II. Nos &c. fraternitati tuæ &c. mandamus quatenus de præmiſſis, auctoritate noſtra, te diligenter informes &c. Ordine præfato in dicta domo per te, eadem auctoritate ſuppreſſo, ad illam Eccleſiam antiquam Cathedralem, et parochialem præfatam cum eiſdem vocabulis, et Cathedralibus, et parochialibus inſigniis, et univerſis juribus, conditionibus, et actionibus ad antiquam Eccleſiam ſupradictam ſpectantibus, transferas, eamdemque Eccleſiam cum domibus, et aliis officinis Epiſcopo, et Capitulo præfatis realiter tradas pariter et aſſignes, ita quod Eccleſia Cathedralis et parochialis perpetuo exiſtat, et ad illam, tamquam ad Cathedralem et parochialem Eccleſiam, recurſus de cetero habeatur, necnon antedictam antiquam Eccleſiam inſigniis, vocabulis et juribus ſupradictis perpetuo deſtituere, eamque cum domibus apud eam exiſtentibus, quas Epiſcopus, Capitulum, Clerus, et populus præfati, et aliis neceſſariis officinis, pro uſu, et habitatione aliquorum Fratrum dicti Ordinis, qui in hujuſmodi domo pro tempore morabuntur, eorum ſumptibus conſtruere et reparare, ac reformare teneantur &c. Ordini, et Fratribus eiſdem pro uſu, et habitatione præfatis per eos perpetuo tenenda concedas, ſel. rec. Bonifacii Papæ VIII. &c. Et quibuslibet aliis &c. contrariis non obſtan. quibuſcumque. Et inſuper præfatis Fratribus &c. ut omnibus gratiis &c. gaudeant et utantur, quibus alii Fratres in aliis domibus dicti Ordinis commorantes gaudent, ſeu quomodolibet potiuntur, ſupradicta auctoritate concedas.

Datum Genezani, Præneſtin. Diœceſ. v. Kal. Septembris, anno IX.

CLXVI.

CLXVI.

Univerſitatis Tholoſanæ Decano ducenti Floreni auri de Camera aſſignantur. Ex libro 1. de Dignitatibus vacant. &c. anno 9. fol. 126.

Venerabili Fratri Epiſcopo Sancti-Papuli.

§. I. Sedis Apoſtolicæ circumſpecta benignitas labores et merita perſonarum Eccleſiaſticarum, et præſertim religioſarum circumſpiciens, earum conſuevit utilitatibus diligenter intendere, et neceſſitatibus providere.

§. II. Cum itaque, ſicut accepimus, dilectus filius Joannes Garciæ, Ordinis Fratrum Minorum, in Theologia Magiſter, ipſam Theologiam in ſtudio Tholoſano ordinarie, ſpatio triginta annorum et ultra legerit, et in ipſius Theologiæ facultate Tholoſæ Decanus exiſtit, et graves labores, et diverſis temporibus pro illius peſtiferi, inveteratique ſchiſmatis, tandem, divina providente clementia, ab Eccleſia Dei prorſus abjecti extirpatione, tam in urbe et Piſis, quam Conſtantien. Concilio, et etiam alibi, uſque ad carcerum intruſionem ſuſtinuerit, et impenſas.

§. III. Nos attendentes quod ſcientificæ, et benemeritæ perſonæ publicis utilitatibus pro ſalute communi et pace, juxta ſibi a Deo conceſſam gratiam, ſolitæ laudabilibus ſtudiis intendere, ſunt gratiis et muneribus Apoſtolicis amplificandæ, ac volentes præfati Joannis, præmiſſorum obſequiorum et meritorum ſuorum intuitu, neceſſitatibus de alicujus ſubventionis auxilio providere, cum alias ejuſdem tenoris litteras, quæ, contra deſiderium noſtrum, effectum minime conſecutæ fuerant, dicto Joanni conceſſimus, ſummam ducentorum Florenorum auri de Camera, de incertis et piis cauſis, ſeu legatis in civitate et diœceſi, ac Provincia Tholoſan. per quoſvis legatis, ſeu legandis in poſterum levandorum, ac eidem Joanni in eleemoſynam erogandorum, tenore præſentium aſſignamus, quodque aſſignatio hujuſmodi omnibus et ſingulis, etiam auctoritate noſtra, ſeu quavis alia, alias aſſignationes, etſi de illis, et earum totis tenoribus plena et expreſſa, ac de verbo &c. habentibus quoad hujuſmodi exactionem, recuperationem, & ſolutionem eidem Joanni faciendam præferatur. Quocirca fraternitati tuæ &c. mandamus, quatenus per te, vel alium, ſeu alios, per te ad id deputandos, hujuſmodi ducentorum Florenorum auri ſummam per nos, ut præmittitur, aſſignatam ab hujuſmodi incertis & piis cauſis, ſeu legatis leves & exigas, illamque præfato Joanni realiter tradi, & aſſignari procures, Contradictores per cenſuram &c.

Datum Genezani, Præneſtin. Diœceſ. 11. Kal. Septembris, anno IX.

CLXVII.

Ut Obſervantes admittant duas domos in territorio ſancti Lucidi. Ex lib. 1. de Exhibitis &c. anno 9. fol. 164.

Venerabili Fratri Epiſcopo Bellicaſtri.

Ut in Regeſto Tom. 9. fol. 474. §. I. Sinceræ devotionis affectus, quem dilecta in Chriſto filia nobilis mulier Simoneta de Columna, Comitiſſa Bellicaſtri ad nos, & Romanam &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dictæ Simonetæ petitio continebat, quod quondam Petrus Paulus Comes Bellicaſtri; ipſius Simonetæ conſors, dum viveret, zelo devotionis accenſus &c. de bonis a Deo ſibi

ſibi collatis unam Annuntiatæ pro uſu & habitatione Fratrum Minorum Ordinis ſancti Franciſci *de Obſervantia*, & aliam rurales Eccleſias in territorio ſancti Lucidi, Cuſentin. Diœceſ. ædificari & erigi fecit, ipſaque Simoneta ad præfatum Ordinem ſingularis devotionis gerens affectum, Fratribus dicti Ordinis in dicta Eccleſia Annuntiatæ commorantibus, a pluribus annis veſtimenta, & alias diverſas pias elleemoſynas erogaverit, ac illud per ſe, & ejus ſucceſſores Comites, & Comitiſſas Bellicaſtri continuare proponens, deſideret in eiſdem Eccleſiis divinum cultum augeri, & per Fratres dicti Ordinis ad hoc idoneos continuo in ipſis Eccleſiis permanſuros devote celebrari, pro parte ſua nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſibi, & dictis ſucceſſoribus duodecim ex hujuſmodi Fratribus in dictis Eccleſiis recipiendi, ac ipſis Fratribus ibidem continuo immorandi licentiam &c. dignaremur.

§. II. Nos igitur &c. fraternitati tuæ &c. mandamus, quatenus ſi loca ipſa ad hoc tibi ſufficientia videantur &c. Miniſtrum Generalem, ſeu Provincialem dicti Ordinis, ut duodecim ex Fratribus hujuſmodi Comitiſſæ, & ſucceſſoribus prædictis acceptos, & illic continuo immoraturos, ac juxta inſtituta dicti Ordinis divina Officia celebrantes, & aliquibus ex ipſis deficientibus, alios loco ipſorum, uſque ad dictum numerum duodecim continuo tranſmittat, auctoritate Apoſtolica moneas & compellas: ipſoſque Fratres ſic tranſmiſſos pro tempore, & alios ibidem, jamque exiſtentes, ſi forſan eidem Comitiſſæ grati fuerint, ſeu loco ipſorum alios uſque ad dictum numerum, eadem auctoritate recipias & admittas, ac ab aliis in Fratres recipi facias & admitti, ac ſincera in Domino caritate tractari, Ordinarii loci, & alterius cujuſcumque licentia minime requiſita. Et nihilominus eiſdem Fratribus ſic admiſſis, & admittendis pro tempore, quod a Miniſtro Generali, ſeu Provinciali prædictis, vel quibuslibet aliis ab hujuſmodi Eccleſiis, abſque expreſſo conſenſu Comitiſſæ, & ſucceſſorum eorumdem nequeant, ſeu alias quomodolibet revocari, niſi cauſa rationabilis ſubſiſtat, eadem auctoritate concedas. Contradictores per cenſuram &c. non obſtantibus conſtitutionibus &c. ac ſtatutis & conſuetudinibus dicti Ordinis quibuſcumque contrariis, juramento, confirmatione &c. vel quavis firmitate alia roboratis. Seu ſi eiſdem Miniſtro Generali, ſeu Provinciali, & Fratribus, vel quibuſvis aliis, communiter, vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod ad præmiſſa minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, ac de &c. hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali cujuſcumque &c. exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, VIII. Idus Octobris anno IX.

CLXVIII.

Ut admittat domum in oppido Maſſatii. Ex lib. 1. de diverſis formis &c. anno 9. folio 127.

Dilecto filio Jacobo Antonii de Monte-Brandono Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum profeſſori.

§. I. Injunctum nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officium digne peragere non ambigimus, ſi deſideratis ea proſequamur affectibus, per quæ religio propagari conſpicitur, & divinus cultus ſalubriter adaugeri.

§. II. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio con-

tinebat, tu, qui contra quamdam damnoſam ſectam, ſive hæreſim Fratricellorum *de la Opinione* vulgariter nuncupatam, in Marchia Anconitan. tunc periculoſe pullulantem prædicando, hujuſmodi ſectam, ſive hæreſim tuis maximis cum laboribus extirpaſti, deſideres quamdam Eccleſiam *Eremitam* nuncupatam prope Caſtrum Maſſatii, Æſin. diœceſis conſtitutam, & Ordini Camaldulen. ſubjectam, in qua unicus dumtaxat frater dicti Ordinis reſidet, ab hujuſmodi Ordine prorſus eximi & ſeparari, necnon pro uſu, & habitatione aliquorum Fratrum Ordinis Minorum *de Obſervantia* nuncupatorum deputari. Cumque tu una cum dilectis filiis habitatoribus, & incolis dicti Caſtri, quorum aliqui ex eis, necnon etiam plurimi ex locorum circumvicinorum utriuſque ſexus hominibus hujuſmodi ſecta, ſive hæreſi, antequam illa eſſet ſedata, damnabiliter irretiti fuerant; ne ad eamdem hæreſim diabolica ſuggeſtione redeant, præfatam Eccleſiam ab eodem Ordine ſeparari, ac pro uſu & habitatione præfatis deputari deſideretis; pro parte tua, necnon habitatorum, & incolarum præfatorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Eccleſiam ipſam a præfato Ordine Camaldulen. penitus ſeparare, ac pro uſu & habitatione Fratrum Ordinis Minorum *de Obſervantia* nuncupatorum deputare &c. dignaremur.

§. III. Nos itaque &c. Eccleſiam ipſam ab eodem Ordine, necnon omnium juriſdictione, dominio, & poteſtate Prioris eremi Camaldulen. & aliorum quorumcumque, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium ſeparantes, ac in ea Ordinem ipſum Camaldulen. penitus extinguentes, tibi Eccleſiam præfatam, pro uſu & habitatione aliquorum Fratrum dicti Ordinis Minorum *de Obſervantia* nuncupatorum, recipiendi, ac apud illam domos, & alia ædificia cum hortis &c. & aliis neceſſariis officinis conſtruendi &c. tibique, & Fratribus præfatis in Eccleſia ipſa pro tempore commorantibus, ut quorumcumque peccata ſua inibi confiteri volentium confeſſiones audire, eiſque pro commiſſis, dummodo talia non fuerint, propter quæ Sedes Apoſtolica merito ſit conſulenda, debitam abſolutionem impendere & injungere pœnitentiam ſalutarem, necnon eis Sacramenta Eccleſiaſtica, alias tamen rite ibidem miniſtrare, libere & licite valeatis, auctoritate præfata, licentiam impertimur, fel. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. ceteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Jure tamen parochialis &c. ſemper ſalvo. Nulli ergo &c. noſtræ ſeparationis, extinctionis, & conceſſionis infringere &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, v. Idus Octobris anno VIII.

CLXIX.

Ut Fratres admittant domum in oppido Scili. Ex libro I. de exhibitis &c. anno 9. fol. 209.

Venerabili fratri Epiſcopo Militen.

Ut in Conſtit. 90. hujus Pontif.

Piis votis fidelium &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filii nobilis viri Nicolai de Arenis, Arenarum & Scili Comitis de Calabria, petitio continebat, quod dilecti filii incolæ loci Scili zelo devotionis accenſi &c. pro uſu & habitatione Ordinis Fratrum Minorum, ad quem ſingularem gerunt devotionis affectum, de bonis eis a Deo collatis quamdam domum cum Eccleſia &c. & aliis neceſſariis officinis in dicto loco fundare, conſtruere, & ædificare proponant &c. Quare pro parte eorumdem Comitis, & incolarum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ipſis incolis faciendi præmiſſa, necnon Fratribus ejuſdem Ordinis ibidem pro tempore moraturis re-

recipiendi & retinendi domum præfatam cum Eccleſia &c. & officinis præfatis licentiam concedere &c. dignaremur. Nos igitur &c. fraternitati tuæ &c. mandamus, quatenus ſi eſt ita &c. domum prædictam cum Eccleſia &c. & aliis neceſſariis officinis præfatis fundandi, conſtruendi &c. Fratribus ibidem moraturis ſupradictis, ſel. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. ceteriſque contrariis nequaquam obſtantibus. Jure tamen parochialis &c. ſemper ſalvo, auctoritate noſtra licentiam largiaris.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, II. Nonas Martii anno IX.

CLXX.

Ut conſtruatur Monaſterium in villa de Orba. Ex lib. I. de diverſis formis, ann. 9. fol. 190.

Dilecto filio Decano Eccleſiæ Biſuntin.

§. I. Sinceræ devotionis affectus, quem dilecta in Chriſto filia nobilis mulier Joanna de Monte Belicardo, Principiſſa Auraſicen. ad nos & Romanam &c. Exhibita ſiquidem nobis pro parte Principiſſæ præfatæ petitio continebat, quod ipſa ad ſanctam Claram, & ejus Ordinem gerens ſpecialis devotionis affectum, cupiens quoque terrena &c. commutare &c. unum Monaſterium Monialium cum Eccleſia &c. aliiſque neceſſariis officinis pro uſu & habitatione Monialium dicti Ordinis, ſub arctæ paupertatis obſervantia viventium, in villa *de Orba*, Lauſan. diœceſis, in loco ad hoc congruo & honeſto, conſtruere & ædificare, ſeu conſtrui &c. necnon Monialibus, ſeu Sororibus dicti Ordinis locum hujuſmodi recipiendi, & in eo perpetuo commorandi, licentiam concedere &c. dignaremur. *Ut in Regeſto Tomi 9. fol. 474.*

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus ſi eſt ita &c. & ab Eccleſiis Ordinis Prædicatorum, per centum & quinquaginta cannas, & non minus diſtet, dictæ Principiſſæ Monaſterium antedictum in hujuſmodi loco conſtruendi &c. ac Monialibus, ſive Sororibus præfatis Monaſterium ipſum recipiendi &c. Diœceſani loci &c. minime requiſita, liberam, auctoritate noſtra, licentiam largiaris. Et inſuper, ſi per te vigore præſentium eidem Principiſſæ licentiam hujuſmodi Monaſterium fundandi concedi contingat, Monialibus in hujuſmodi Monaſterio pro tempore commorantibus, eadem auctoritate concedas, quod tam ipſæ, quam Monaſterium, ac Eccleſia hujuſmodi, omnibus & ſingulis privilegiis &c. quibus alia Monaſteria Monialium ejuſdem Ordinis, ſub dicta obſervantia viventium gaudent & utuntur, uti valeant & gaudere. Jure tamen parochialis &c. & cujuslibet &c. ſemper ſalvo.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, VII. Idus Novembris anno IX.

CLXXI.

Fratres & Sorores Tertii Ordinis ſubjiciuntur Generali, & aliis Miniſtris Ordinis. Ex lib. I. de beneficiis &c. ann. 10. fol. 246.

Venerabili fratri Jordano Epiſcopo Albanen.

§. I. Licet inter cetera regularis Obſervantiæ vota obedientiæ jugum, ſine quo non vera, ſed ficta cenſetur eſſe Religio, præcipuum exiſtat, & propterea abſonum ſit & abſurdum, quod quis habitu ſe Religioſum foris exhibeat, & lupi rapacis more, regulariter vivere, regulamque diſciplinam ſuſcipere omnino contemnat. Sane pro parte dilecto-

rum filiorum Antonii de Maſſa Generalis, & ſingulorum Provincialium Miniſtrorum, univerſorumque Fratrum Ordinis Minorum petitio continebat, quod nonnullæ tam Eccleſiaſticæ, quam ſeculares utriuſque ſexus perſonæ, in diverſis mundi partibus conſtitutæ, quæ ſub quodam velamine ſanctitatis, habitum griſeum, Ordinis Fratrum Minorum habitui quaſi conformem deferentes, & a beato Franciſco nomen aſſumentes, *de Tertia Regula* dicti Sancti, alias *de Pœnitentia* ſe appellant, tam ex privilegiis, ut aſſerunt, conceſſis, quam etiam propria auctoritate nonnumquam in communi, quandoque vero ad partem, ſub quadam vivendi norma, quaſi in propriam libertatem, & abſque debita ſubjectione, & obedientia religioſam vitam ducere ſe aſſerunt & præſumunt; unde dicti Ordinis, non ſolum confuſio generatur & contemptus, verum etiam ſimplices ſic decepti, in diverſas inducuntur hæreſes & errores, pluraque ſcandala & pericula proveniunt animarum. Quare pro parte Generalis, & Provincialium Miniſtrorum, ac Fratrum prædictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuper præmiſſis opportune providere &c. dignaremur.

§. II. Nos itaque attente conſiderantes incongruum exiſtere, quod hujuſmodi perſonæ habitum de dicto Sancto conceſſum gerant, & ſe de Tertio Ordine nominare præſumant, & juriſdictionem, aut diſciplinam Superiorum dicti Ordinis Minorum ſuſcipere parvipendant, ac alias ſubjecti præfato Ordini non exiſtant, ac ſuper his ſalubriter occurrere cupientes, circumſpectioni tuæ &c. mandamus, quatenus ſi ita eſt, omnes & ſingulos Fratres, & Sorores *de Tertia Regula* ſancti Franciſci, alias *de Pœnitentia* nuncupatos, tam præſentes, quam futuros, cujuſcumque gradus, vel conditionis exiſtant, & ubicumque conſiſtant, eidem Ordini, & ejus Superioribus in omnibus, eorum tamen vivendi & continendi forma ſemper ſalva, auctoritate noſtra ſubjicere, ipſoſque prædictis Generali, & Provincialibus Miniſtris pro tempore exiſtentibus, quemadmodum ceteri, & veri dicti Ordinis Fratres & Sorores ſubjecti exiſtunt, ſubjectos eſſe decernas; ſtatuens & ordinans auctoritate prædicta, quod præfati Miniſtri Fratres de Tertia Regula, & Sorores prædictos, quoties expediens fuerit, per ſe, vel alios ad hoc idoneos, viſitare, corrigere, & delinquentes, ac excedentes pro demeritis punire & emendare, eorumque confeſſiones audire, eiſque pœnitentiam ſalutarem injungere, & omnia Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare, omnemque aliam (quæ tamen illorum obſervantiæ, ſeu continentiæ penitus non obvient) juriſdictionem exercere valeant in eoſdem, contradictores &c. compeſcendo. Non obſtantib. privilegiis &c. quibus, quantum præmiſſis contraria fuerint, derogamus; necnon conſtitutionibus Apoſtolicis &c. quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, v. Idus Decembris anno x.

CLXXII.

Eccleſia ſancti Antimi prope Aquilam, cum ſuis pertinentiis confertur Obſervantibus. Reg. Vatic. ex lib. 1. de Regularib. anno 10. fol. 276.

Dilecto filio Archipresbytero Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Pagameo, Aquilanæ Diœceſis.

Vt in Conſtit. 68. hujus Pontif.

§. I. Piis ſupplicum votis &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Juliani Nucii de Fonte, & quorumdam aliorum ejus in hac parte ſociorum Fratrum Ordinis Minorum *de Obſervantia* nuncupatorum, provinciæ Pennenſis, ſecundum ipſius Ordinis morem, petitio

titio continebat, quod dilecti filii Archipresbyter & Canonici Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Interveneris, Aquilanæ Diœceſ. provide conſiderantes quod prædicti Fratres ſub Obſervantia hujuſmodi laudabiliter Domino famulantes, cultum Divinum in dicta provincia ampliant, Eccleſiam ſine Cura ſancti Antimi, prope Aquilam, quæ a præfata Eccleſia ſanctæ Mariæ dependet, cum ſuis horto & hortalitiis, & quadam ſilva ei contigua pro uſu & habitatione prædictorum, & aliorum Fratrum de Obſervantia hujuſmodi conferre & aſſignare proponunt. Quare pro parte dictorum Fratrum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi eſt ita &c. & dictam Eccleſiam ſancti Antimi cum ejus horto, hortalitiis & ſilva prædictis, ſi eis per Archipresbyterum & Canonicos dictæ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ canonice concedatur, recipiendi, ac in ea domum pro uſu & habitatione perpetuis dictorum Fratrum fundandi & conſtruendi, ſeu fundari &c. jure tamen parochialis Eccleſiæ, & cujuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvo, plenam & liberam, auctoritate noſtra licentiam largiaris. Et nihilominus, ſi per te Fratribus eiſdem dictam licentiam elargiri contigerit, ut præfertur, ipſis Fratribus &c. ut omnibus & ſingulis immunitatibus, privilegiis &c. aliis Fratribus dicti Ordinis, illiuſque domibus, ſive locis per Sedem Apoſtolicam conceſſis, uti & gaudere libere & licite valeant, eadem auctoritate noſtra concedas. Non obſtan. piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, III. Idus Decembris, anno X.

ANNO CHRISTI 1427. MARTINI V. ANNO 10.

CLXXIII.

Ut Obſervantes admittant domum in Caſtro Eremitæ. Ibidem, folio 111.

Dilecto filio Præpoſito Eccleſiæ ſancti Petri de Monte-ulmi, Firmanæ Diœceſis.

§. I. Piis ſupplicum votis &c. Exhibita ſiquidem nobis pro parte dilectorum filiorum Hieronymi Vicarii, & aliorum Fratrum Ordinis ſancti Franciſci *de Obſervantia* nuncupatorum in provincia Marchiæ Anconitanæ conſiſtentium petitio continebat, quod dilectus filius Bartholomæus de Caſtro Eremitæ, Firmanæ Diœceſis, qui in territorio dicti Caſtri quemdam locum cum Eccleſia ſub vocabulo *ſancti Antonii* nuper conſtruxit, pro extirpatione hæreſis Fratricellorum *de Opinione* nuncupatorum, qui partes illas ſuis erroribus hactenus infecerunt, & inficiunt etiam de præſenti, eumdem locum cum Eccleſia, ac omnibus juribus & pertinentiis ſuis, pro uſu & habitatione hujuſmodi Fratrum, Hieronymo, & prædictis Fratribus concedere & aſſignare proponit, ſi ſuper hoc eis Apoſtolicæ Sedis impertiatur aſſenſus. Quare pro parte Hieronymi & Fratrum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. *Vide ut ſupra.*

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eiſdem Hieronymo & Fratribus locum ipſum cum Eccleſia, ac juribus & pertinentiis ſupradictis, ſi alias eis canonice concedatur, recipiendi &c. jure tamen parochialis Eccleſiæ & cujuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvo, plenam liberam, auctoritate noſtra licentiam largiaris. Et deinde &c. prædictis Fratribus, qui in hujuſmodi loco pro tempore reſidebunt, ut omnibus & ſingulis immunitatibus, privilegiis &c. conceſſis uti & gau-

gaudere libere & licite valeant, eadem auctoritate concedas. Non obſtan. piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. &c. illa præſertim, qua prohibetur ne quivis Mendicantes in caſtro, ſeu villa, aut loco quocumque ad habitandum domos, vel loca de novo recipere, ſeu hactenus recepta mutare præſumant, abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, faciente plenam & expreſſam de prohibitione hujuſmodi mentionem &c. ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, VI. Kal. Februarii, anno X.

CLXXIV.

Ut conſtruatur Monaſterium in civitate Caſtelli Sororibus Tertii Ordinis. Ibidem, fol. 287.

Dilecto filio Abbati Monaſterii ſancti Benedicti de Scalochio, Civitatis Caſtelli Diœceſis.

§. I. Pia fidelium vota, illa præſertim quæ animarum ſalutem, ac Religionis propagationem & Divini cultus augmentum reſpiciunt, Apoſtolico favore proſequimur, iiſque, ut optatum conſequantur effectum, prout poſſibile nobis eſt, efficacem operam impertimur. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Margaritæ & Caſſandræ ejus filiæ, necnon Marietæ & Nicolotæ, ac nonnullarum aliarum mulierum civitatis Caſtelli, Tertii Ordinis ſancti Franciſci petitio continebat, quod mulieres ipſæ, quæ mundanis abjectis illecebris, nuper habitum ejuſdem Ordinis aſſumpſerant, de bonis eis a Deo collatis unum Monaſterium in dicta civitate ſub vocabulo *ſanctæ Cæciliæ* cum Eccleſia, campanili &c. Monialium ejuſdem Ordinis fundare &c. deſiderant & proponunt, ſi ſuper hoc eis Apoſtolicæ Sedis impertiatur aſſenſus. Quare pro parte earumdem mulierum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus eiſdem mulieribus Monaſterium cum Eccleſia, campanili &c. officinis pro uſu & habitatione perpetuis hujuſmodi Monialium in loco ad hoc congruo & honeſto fundandi &c. jure tamen parochialis &c. ſalvo, plenam & liberam, auctoritate noſtra, licentiam largiaris. Et deinde, ſi per te dictam licentiam elargiri contigerit, prædictis Monialibus, quæ in hujuſmodi Monaſterio pro tempore reſidebunt, ut juxta conceſſionem fel. rec. Nicolai Papæ IV. prædeceſſoris noſtri eidem Ordini factam, Miniſtram, quæ pro tempore Monialibus ipſis perpetuo præſit, ipſumque Monaſterium in ſpiritualibus & temporalibus regat, necnon unum Ordinis Fratrum Minorum, aut cujuſcumque alterius approbati Ordinis profeſſorem, in prædicti Monaſterii, ac perſonarum ipſius Viſitatorem eligere, necnon omnibus & ſingulis immunitatibus &c. conceſſis uti, & gaudere libere & licite valeant, eadem auctoritate concedas. Non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, Kalendis Februarii, anno X.

CLXXV.

Ut admittantur octo Conventus in partibus Orientis. Ibidem, fol. 186.

Venerabili fratri Epiſcopo Chien.

Ut in Reg. Tomi 9. fol. 471. §. I. Sacræ Religionis, ſub qua dilectus filius Franciſcus de Spinolis, Ordinis Fratrum Minorum profeſſor, mundanis abjectis &c. Exhibita

bita ſiquidem nobis nuper pro parte dicti Franciſci petitio continebat, quod ſi in Orientali, Aquilonari, & Ruſciæ Vicariis, in quibus ipſe dilecti filii Antonii de Maſſa Miniſtri Generalis dicti Ordinis Vicarius exiſtit, & in quibus licet plurimi Chriſtifideles laici habitent, Presbyterorum tamen tam ſecularium, quam regularium, necnon Eccleſiarum & locorum Eccleſiaſticorum penuria magna eſt, Fratrum ejuſdem Ordinis Regularis obſervantiæ, & piæ vitæ ſtudio deditorum, ac in lege Domini eruditorum copia haberetur, juxta conceptam ab eodem Franciſco, qui diutius in illis partibus verſatus, ac hominum eorumdem vitam atque mores expertus eſt, firmam ſpem & fiduciam, per Fratres ipſos tam doctrina verbi, quam exemplo boni operis, non ſolum ipſi fideles in fide Catholica melius informarentur & ſolidius ædificarentur, ſed etiam plurimi ex ſchiſmaticis & hæreticis ac infidelibus, quorum inibi eſt incomparabilis multitudo, abjectis ſciſſuris & erroribus, ac præſidiis ipſorum ad fidem converterentur eamdem, quodque idem Franciſcus, cui unus in qualibet, civitatis Conſtantinopolitan. & terræ Peyræ, Conſtantinopolitan. Diœceſ. locus, Eccleſiam cum campanili, campana, cœmeterio, domo, clauſtro, horto, & aliis neceſſariis officinis canonice fundatam, conſtructam & ædificatam in ſe continens, pia fidelium extitit largitione conceſſus, plura alia loca in dictis Vicariis ab eiſdem fidelibus, ad effectum præmiſſorum ſibi ſperat ſimiliter elargiri. Quare pro parte ipſius Franciſci, aſſerentis, certos Fratres dicti Ordinis in utraque domorum prædictarum fore hactenus laudabiliter converſatos, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſibi in Orientalis, de qua eædem civitas & terra exiſtunt, & quæ populoſior eſſe dignoſcitur, necnon Aquilonaris ac Ruſciæ Vicariarum præfatarum qualibet, duo ex hujuſmodi locis aliis recipiendi, & in quolibet ipſorum, etiamſi infra diſtantiam inter prædicti, & Fratrum Prædicatorum Ordinem domos a jure & conſuetudine limitatam, infra quam idem Franciſcus domum terræ prædictam de neceſſitate conſtructam fuiſſe, ipſamque limitationem in fundationibus domorum hujuſmodi intra dictarum partium civitates & terras, extra quas Religioſorum præcipue, & aliorum fidelium habitatio, propter exterorum infidelium crebros & hoſtiles incurſus, minime tuta eſſet, cum ex ipſarum civitatum & terrarum anguſtia, tum ex illarum partium habitatione dictorum fidelium ſeorſim præfixe exiguitate commode ſervari non poſſe aſſerit, extiterint, Eccleſiam, ſive oratorium cum campanili, cœmeterio, domo, clauſtro, horto, & aliis neceſſariis officinis, pro Fratrum ejuſdem Ordinis Minorum uſu & habitatione perpetuis fundandi, conſtruendi & ædificandi, aut jam fundatas, conſtructas & ædificatas domos ſibi canonice concedendas recipiendi, ſibique, & eiſdem Fratribus tam illa, & illas, quam jam conſtructas in eiſdem civitate & terra domos prædictas cum earum pertinentiis retinendi, licentiam concedere &c. dignaremur.

In pluribus partibus FF. Minores neceſſarii.

§. II. Nos igitur &c. fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi eſt ita, prædicto Franciſco in qualibet Vicariarum prædictarum duo ex locis aliis hujuſmodi &c. ſi ſibi pia largitione fidelium concedantur, vel alias ipſe illa juſtis modis poterit adipiſci, recipiendi, & in quolibet ipſorum, etiamſi infra hujuſmodi diſtantiam, ut præfertur, extiterint, Eccleſiam, ſive oratorium cum campanili &c. & aliis neceſſariis officinis pro dictorum Fratrum Ordinis Minorum uſu & habitatione perpetuis fundandi &c. aut jam fundatas, conſtructas & ædificatas domos ſibi canonice conceſſas recipiendi, ſibique & eiſdem Fratribus Ordinis Minorum tam illa & illas, quam jam conſtructas in civitate & terra domos ſupradictas retinendi, Diœceſanorum locorum & quorumlibet aliorum ſuper hoc licentia minime

Indulgetur etiã ut alias domos accipiant.

requi-

requiſita; juribus tamen parochialium Eccleſiarum, & quorumlibet aliorum, in omnibus ſemper ſalvis, eidem jue Franciſco ad conſtructas jam, & cum conſtructæ fuerint, alias domos prædictas quoſcumque in quibuſvis partibus exiſtentes dicti Ordinis Minorum Fratres obſervantiæ, & vitæ hujuſmodi, quos ad hoc voluntarios invenerit uſque ad numerum, cujus octo hujuſmodi domus ſunt capaces, ſimul, vel ſucceſſive, transferendi, ipſiſque Fratribus ad eas,petita ſuper hoc, licet non obtenta, Superiorum ſuorum licentia, tranſeundi, & in illis perpetuo remanendi; necnon eidem Franciſco in ſingulis ipſarum octo domorum ſingulos Guardianos, & quoſcumque alios officiales, ſecundum morem ipſius Ordinis Minorum, quoties opus fuerit, pro tempore ponendi & amovendi, plenas & liberas, auctoritate noſtra facultatem pariter & licentiam largiaris. Et inſuper eidem Franciſco quod tam conſtructæ & conceſſæ, quam conſtruendæ & concedendæ domus antedictæ, ac Fratres, qui in eis pro tempore degerint, omnibus & ſingulis privilegiis &c. quibus ceteri domus & Fratres dicti Ordinis Minorum ubilibet, etiam in Vicaria Boſnæ conſiſtentes, utuntur & gaudent, pariter uti valeant & gaudere, eadem auctoritate concedas. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, vi. Nonas Martii, anno x.

CLXXVI.

Ut Obſervantes admittant domum in territorio Caſtri-Viſſi. Ex lib. I. mixto de diverſis &c. anno 10. fol. 202.

Dilecto filio Præpoſito Eccleſiæ ſancti Stephani de Caſtro ſancti Angeli, Spoletan. Diœceſis.

Vt in Conſtit. 68. hujus Pontif. §. I. Piis ſupplicum &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Univerſitatis & hominum Caſtri Viſſi, Spoletan. Diœceſis petitio continebat, quod ipſi provide conſiderantes, quod Eccleſia ſine cura ſanctæ Mariæ de Mitelleta, ſita in territorio dicti Caſtri a longis temporibus citra, Rectore caruit, prout caret, & in ea Divina Officia non celebrabantur, prout nec celebrantur, deſiderant, quod Eccleſia ipſa dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum, qui ſub Regulari obſervantia dicti Ordinis virtutum Domino famulantur, & bonæ vitæ ſtudio in illis partibus commendantur, ut apud eam unam domum cum dormitorio & aliis neceſſariis officinis pro uſu & habitatione Fratrum ejuſdem Ordinis conſtruere valeant, concedatur. Quare pro parte Univerſitatis & hominum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos igitur &c. mandamus, quatenus, ſi eſt ita, Eccleſiam prædictam prædictis Fratribus, auctoritate noſtra concedas, eiſque illam recipiendi, & apud illam domum cum dormitorio & officinis hujuſmodi pro uſu & habitatione dictorum Fratrum conſtruendi, ſeu conſtrui faciendi; jure tamen parochialis Eccleſiæ &c. ſalvo, plenam & liberam, auctoritate prædicta licentiam largiaris; necnon Fratribus prædictis, qui in hujuſmodi domo pro tempore reſidebunt, ut omnibus immunitatibus, privilegiis, exemptionibus, libertatibus, gratiis & indultis aliis Fratribus dicti Ordinis in aliis domibus, ſive locis ipſius Ordinis per Sedem Apoſtolicam conceſſis, uti & gaudere libere & licite valeant, eadem auctoritate concedas. Non obſtantibus &c. quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, Kalendis Aprilis, anno x.

CLXXVII.

CLXXVII.

Ut Sorores domus Dugsburgen. Tertii Ordinis poſt emiſſa vota nequeant clauſtra tranſilire. Ex lib. I. de Regularibus, anno 9. folio 191.

Dilecto filio Præpoſito Eccleſiæ beatæ Mariæ ad gradus Colonien.

§. I. Humilibus ſupplicum votis &c. Sane, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum domus Dugsburgen. Tertii Ordinis *de Pœnitentia* nuncupati, quem ſanctus Franciſcus inſtituit, ſub cura Fratrum Minorum viventium, Colonien. Diœceſ. petitio continebat, quod ſingulæ Sorores domus ejuſdem, quæ inibi mundanis propulſis illecebris &c. cum quintum decimum ætatis ipſarum annum peregerint, juxta ſtatuta & obſervantiam Regulæ præfati Ordinis in manibus dilectorum filiorum Viſitatorum Sororum, & domus prædictarum pro tempore exiſtentium obedientiam ſolemniter, & alias caſtitatem vovere conſueverunt, quodque una ex Sororibus prædictis in ſenio conſtituta, poſtquam vota diutine emiſerat, hoſtis humani generis ſuaſibus ſeducta, domum ipſam exivit, & id ſibi licere aſſerens, viro nupſit, in proprii honoris vilipendium ac ſcandalum plurimorum. Et, ſicut eadem petitio ſubjungebat, dubitent Sorores prædictæ, propter ſexus fragilitatem, quod niſi propenſiora eis adſint præſidia, juniores ejuſdem domus ſiniſtris perſuaſionibus ſeducentur, & majora ſcandala ex Sororibus ipſis ſuſcitabuntur. Quare pro parte Sororum prædictarum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. *Ut in Conſt. 16. hujus Pontif.*

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus, ſi ita eſſe inveneris, aliudque canonicum non obſiſtat, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, auctoritate noſtra ſtatuas & ordines, quod Sorores dictæ domus, quæ ſunt & erunt in futurum, poſtquam vota hujuſmodi in ætate legitima conſtitutæ, ſponte emiſerint, matrimonium contrahere nequeant quovis modo, ſed ſic profeſſæ, abſque cognitione thori conjugalis, ſub humilitatis ſpiritu vitam conſummare firmiter ſint aſtrictæ &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, VII. Kalendas Maii, anno X.

CLXXVIII.

Ut Fratres Tertii Ordinis retineant Eremitorium ſancti Elzearii prope Januam. Reg. Vatic. &c. lib. 1. de Regularibus, & diverſis &c. anno 10. fol. 50.

Dilecto filio Oderico de Glemona Canonico Januen.

§. I. Is per quæ perſonarum piæ vitæ ſtudio deditarum, quieti conſulitur, libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Antonii de Brayda de Pedemontibus, & Joannis de Govono de Alba, Fratrum Tertii Ordinis ſancti Franciſci *de Pœnitentia* nuncupati, petitio continebat, quod olim ipſi cum nonnullis dicti Ordinis Fratribus, ut quietius & devotius poſſent Altiſſimo famulari, de licentia & permiſſa venerabilis fratris noſtri Pilei Archiepiſcopi Januen. & dilecti filii Rectoris parochialis Eccleſiæ ſancti Martini de Herchis extra muros Januen. infra ipſius Eccleſiæ parochiæ limites, quoddam Eremitorium extra muros eoſdem, in loco dicto *de Clapeto*, cum oratorio in honorem & ſub vocabulo ſancti Elzearii Confeſſoris, necnon cum domo pro ipſorum, & aliorum ejuſdem Ordinis Fratrum inibi pro tem-

tempore degentium uſu & habitatione perpetuis, opitulantibus Chriſtifidelium ſuffragiis, canonice ſundaverunt, conſtruxerunt & ædificarunt, quodque ex poſt Antonius & Joannes, ac eis computatis, numerum octonarium numquam excedentes, alii Fratres prædicti in Eremitorio prædicto continuo deguerunt, prout de præſenti degunt, ipſique Antonius & Joannes, qui in Sacerdotio conſtituti ſunt, in oratorio prædicto Miſſas, & alia divina officia diebus ſingulis celebrarunt, ac dietim celebrant de præſenti.

§. II. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, ut tam præſentes, quam futuri Fratres prædicti in Eremitorio prædicto Dei beneplacitis, & animarum ſuarum profectibus liberius & commodius vacare poſſint, Miſſarum, & officiorum celebrationem in oratorio hujuſmodi continuari, eorumque corpora prope illud ſepeliri, ſibique Eccleſiaſtica, præſertim Euchariſtiæ & Extremæ-Unctionis Sacramenta inibi miniſtrari, opportunum fore noſcatur; ac nihilominus cupiant, quod eorum corpora ibidem tradantur Eccleſiaſticæ ſepulturæ, pro parte ipſorum Antonii & Joannis nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi eſt ita, ipſis Antonio, Joanni, & aliis uſque ad numerum antedictum Fratribus, qui in dicto Eremitorio degunt, & pro tempore deguerint, per aliquos ex ſeipſis, aut alios per eos eligendos Presbyteros idoneos Miſſæ & Officia in eodem oratorio celebrari, necnon Confeſſionis, Euchariſtiæ, & Extremæ-Unctionis Sacramenta hujuſmodi ſibi tantummodo miniſtrari, Diœceſani loci &c. minime requiſita, necnon Antonii, Joannis, & aliorum Fratrum prædictorum dumtaxat corpora, Diœceſani auctoritate in hoc interveniente, prope dictum oratorium ſepeliri facere, jure tamen dictæ parochialis Eccleſiæ ſalvo, licite valeant, auctoritate noſtra concedas. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, Nonis Maii, anno x.

CLXXIX.

Confertur privilegium Fratribus provinciæ ſancti Jacobi. Ex libro 1. de Regularibus, anno 10. fol. 218.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. I. AD hoc circa Regularis obſervantiæ profeſſores, eo diligentius paternæ ſullicitudinis vires intendimus, quo fœcundius illorum Religio fructum in eis afferat ſalutarem, & laudabilius in Domino poſſint proficere jugiter incrementis. Cum itaque, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Minorum *de Obſervantia* nuncupatorum provinciæ ſancti Jacobi, ſecundum morem dicti Ordinis petitio continebat, nonnunquam contingat, Fratres pleroſque dicti Ordinis pro amplectendo ſerventius Religionis cultu, de diverſis aliis, in quibus regularem per eoſdem Fratres emitti ſolitam profeſſionem emiſerint, ipſius Ordinis Conventibus & locis ad oratoria, Conventus, ſive domos ejuſdem Provinciæ ſe transferre, & in illis etiam apud ſe libros, ornamentaque Eccleſiaſtica per eos dicto Ordini acquiſita habentes, rebus eximi ab humanis, & quæ quidem libros, ac ornamenta Conventus, ſive Fratres aliorum locorum hujuſmodi ſibi vendicare contendunt; pro parte Fratrum provinciæ prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ad ſemovendam omnem, quæ alias, occaſione librorum & ornamentorum eorumdem, ſuccedere poſſet diſſenſionis, ſcrupulique materiam, libros & ornamenta præmiſſa Conven-

ventibus ipſius provinciæ, necnon oratoriis, ſive domibus, in quibus Fratres ſe transferentes hujuſmodi pro tempore deceſſerint, concedere & donare, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. II. Nos itaque hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnia & ſingula libros & Eccleſiaſtica ornamenta, quæ a Fratribus quibuſvis dicti Ordinis ad Conventus, oratoria, ſive domos provinciæ hujuſmodi ſe transferentibus pro tempore, ut præmittitur, acquiſita, apud ipſos tempore obitus eorumdem reperiri contigerit, illis ex dictis Conventibus provinciæ prædictæ, ac oratoriis, ſive domibus, in quibus ab hac luce migraverint, auctoritate Apoſtolica perpetuo donamus, concedimus pariter & applicamus. Non obſtan. conſtitutionibus Apoſtolicis ac ſtatutis &c. ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c. noſtræ donationis, applicationis & conceſſionis infringere &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, III. Idus Maii, anno X.

CLXXX.

Confertur Obſervantibus capella S. Job de Venetiis, cum poteſtate domum ædificandi. Ex lib. I. mixto de diverſis &c. an. 10. fol. 80.

Dilecto filio Primicerio Eccleſiæ ſancti Marci de Venetiis, Caſtellan. Diœceſis.

§. I. Humilibus &c. Sane, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum Sancti-Vinerio Militis, Fautini Dandolo, Nicolai Contareno legum Doctoris, Petri Contareno, Laurentii Mudatio, Marci Juſtiniano, Bernardi Piſano, Bernardi Mauroceno, Andreæ Capello, Joannis Delfino, & Joannis Ubriacis Domicellorum de Venetiis, Caſtellan. Diœceſ. petitio continebat, quod ipſi ad religioſam obſervantiam Ordinis Fratrum Minorum *de Obſervantia* nuncupatorum, quem affectant aſſiduis incrementis pullulare, ſingularem devotionem gerentes, Capellam B. Job de Venetiis dictæ Diœceſis, cujus, juxta morem Diœceſis ejuſdem, Commiſſarii & Gubernatores exiſtunt, cum ſuis juribus & pertinentiis, videlicet dilectis filiis Jacobo Buſello, & Marco Quirino Ordinis Fratrum Minorum profeſſoribus, pro eorum, ac aliorum Fratrum Ordinis & Obſervantiæ prædictorum uſu & habitatione, ut in ipſa capella per eos jugis Chriſti memoria fiat, ac puritate vitæ, & honeſtæ converſationis exemplo ad pia opera populus Chriſtianus invitetur, deſiderant aſſignare, ſi ad hoc, & quod Fratres ipſi Capellam prædictam recipere & retinere, ac pro uſu & habitatione hujuſmodi circa illam piis ſuffragiis fidelium domum cum campanili, campana & aliis neceſſariis officinis conſtrui & ædificari facere valeant, Sedis Apoſtolicæ conſenſus accedat. Quare pro parte ipſorum Domicellorum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. *Ut ſupra.*

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi eſt ita, Domicellis prædictis Capellam eamdem, poſtquam eis aſſignata fuerit, pro uſu & habitatione hujuſmodi recipiendi, & perpetuo retinendi, eamque cum campanili &c. præmiſſis conſtrui &c. fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. &c. & quibuſcumque aliis &c. concedas &c. jure tamen &c. ſemper ſalvo.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, II. Idus Maii, anno X.

CLXXXI.

Ut Fratres Tertii Ordinis recipiant domum extra muros Brugen. Ex lib. 1. de Regularib. an. 10. fol. 250.

Dilecto filio Decano Eccleſiæ ſancti Donatiani Brugen. Tornacen. Diœceſis.

§. I. Dignis petentium votis, iis præſertim, quæ ſacræ Religionis, & Divini propagationem cultus reſpicere noſcuntur, libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis. Sane pro parte dilectorum filiorum Joannis de Blonde Presbyteri, & Joannis Strenaert Fratrum Tertii Ordinis ſancti Franciſci, *de Pœnitentia* nuncupati, Tornacen. Diœceſis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod quondam Guillelmus Roc laicus, ſuæ, ſuorumque progenitorum intendens animarum ſaluti &c. quamdam domum *Calvarien.* nuncupatam, extra muros oppidi Brugen. dictæ Diœceſis conſiſtentem, & tunc ad eum legitime ſpectantem, prædictis Fratribus pro ſuo, necnon aliorum Fratrum dicti Ordinis uſu ac habitatione donavit & etiam aſſignavit, ipſeque Joannes de Blonde, & Joannes Strenaert apud eamdem domum concurrentibus fidelium ſuffragiis, Capellam, in qua Miſſa & alia Divina Officia celebrari poſſint, cum campanili & campana pro dictis Fratribus de novo fundare &c. deſiderarent &c. Quare pro parte ipſorum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi, & poſtquam tibi de donatione & aſſignatione prædictis legitime conſtiterit, Fratribus eiſdem capellam cum campanili &c. fundandi &c. necnon per quemcumque Catholicum Antiſtitem gratiam & communionem dictæ Sedis habentem dedicari, Miſſaſque & alia præmiſſa officia inibi celebrari faciendi, atque celebrandi; & ipſi Antiſtiti illam dedicandi, Ordinarii loci, & cujuſvis alterius ſuper hoc licentia minime requiſita, auctoritate noſtra, licentiam largiaris, jure parochialis, infra cujus limites capella ipſa fuerit, Eccleſiæ, & alterius cujuslibet in omnibus ſemper ſalvo.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, Idibus Maii, anno x.

CLXXXII.

Ut Obſervantibus concedat Monaſterium ſanctæ Mariæ de Columna, prope civitatem Tranen. Ibidem folio 150.

Venerabili fratri Epiſcopo Vigilienſi.

§. I. Romanus Pontifex, cui Monaſteriorum, & religioſorum locorum omnium cura imminet generalis, de illis pro ſua voluntate diſponit, & vota Chriſtifidelium, & præſertim quæ Religionis propagationem, & Orthodoxæ fidei, ac Divini cultus augmentum reſpiciunt, favoribus proſequitur opportunis. Sane petitio pro parte dilectorum filiorum Communis & civitatis Tranen. nobis exhibita continebat, quod cum dilectus filius Joannes de Sicilia Ordinis Fratrum Minorum profeſſor, cum nonnullis Fratribus dicti Ordinis, ſub Regulari obſervantia ejuſdem Ordinis degentibus, in eadem civitate, ac terris & locis vicinis inter cives, habitatores & incolas civitatis, terrarum & locorum eorumdem ſuis prædicationibus & virtuoſis operibus pro ſalute animarum Chriſtifidelium, ac civium, habitatorum & incolarum, prædictorum non parcendo laboribus, ad Divini nominis glo-

Minores prædicationibus, virtutibuſque Fidelibus proficui.

riam,

riam, multos bonos fructus produxerit hactenus & producit. Cives prædicti deſiderantes ejuſdem Joannis, ex devotionis, quam ad ipſum gerunt, fervore, potiri præſentia, proponunt conſtruere &c. unam domum dicti Ordinis pro uſu & habitatione ipſius Joannis, & aliorum Fratrum, quos idem Joannes elegerit, qui in hujuſmodi domo, ſeu loco ſub Regulari obſervantia dicti Ordinis vivere teneantur, & extra muros dictæ civitatis Monaſterium ſanctæ Mariæ de Columna Ordinis ſancti Benedicti, quod jam triginta aonis & ultra Monachis caruit, prout caret de præſenti, ruinæ deditum exiſtat, ad cujus reparationem fructus, reditus & proveotus ejuſdem, qui quinquaginta florenorum auri, ſecundum communem æſtimationem, valorem annuum non excedunt, non ſuppeterent, apud quod tamquam congruum & honeſtum locum domus prædicta conſtrui poſſet, necnon extra eoſdem muros Eccleſia *ſancta Maria Montis Albani* nuncupata poſſeſſionibus fructibus, reditibus & proventibus carens, diruta ac derelicta conſiſtat, quodque ſi in dicto Monaſterio Ordo ſancti Benedicti prædictus, & Abbatialis dignitas perpetuo ſupprimerentur & extinguerentur, & Ordo ſancti Benedicti, & Abbatialis dignitas cum indulgentiis Abbatialibus, inſigniis, poſſeſſionibus, bonis, juribus & juriſdictionibus ipſius Monaſterii ad prædictam Eccleſiam transferrentur, eademque Eccleſia & Monaſterium, & Abbatialis dignitas dicti ſancti Benedicti Ordinis erigeretur, locus dicti Monaſterii eſſet congruus & honeſtus pro conſtruenda dicta domo aſſignanda Fratribus antedictis. Quare pro parte Communis & civium prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Ordinem ſancti Benedicti, & Monaſterii nomen, ac Abbatialem dignitatem in prædicto Monaſterio perpetuo extinguere & ſupprimere, ac inſignia Abbatialia, quibus dilectus filius Julianus illius Abbas, & prædeceſſores ſui pro tempore uſi fuerint, necnon poſſeſſiones & bona, jura, actiones & juriſdictiones hujuſmodi ad Eccleſiam prædictam transferre, eamque in Monaſterium dicti Ordinis ſancti Benedicti erigere, ac poſtquam erecta fuerit, ut præfertur, de perſona dicti Juliani Abbatis providere, eamque illi in Abbatem præficere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Cives Tranenſes eis cupiunt domum quamdam concedere.

Facultatem a Pontifice poſtulant.

§. II. Nos itaque de expoſitis hujuſmodi certam notitiam non habeotes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus de præmiſſis omnibus & ſingulis, auctoritate noſtra te diligenter informes, & ſi per informationem hujuſmodi repereris ita eſſe, Ordinem & Abbatialem dignitatem in dicto Monaſterio, ac hujuſmodi Monaſterii oomen penitus ſupprimas & extinguas, eamdemque Eccleſiam in Monaſterium dicti Ordinis ſancti Benedicti erigas, & in ipſa Ordinem & dignitatem Abbatialem inſtituas, ac Ordinem & dignitatem hujuſmodi cum inſigniis Abbatialibus, & poſſeſſionibus, bonis, juribus, actionibus & juriſdictionibus prædictis ad dictam Eccleſiam transferas, ita quod de cetero Monaſterium ſanctæ Mariæ Montis Albani Ordinis ſancti Benedicti perpetuo cenſeatur & etiam nuncupetur, ſuppreſſione & æſtimatione hujuſmodi præviis. Poſtquam Monaſterium prædictum, ut præmittitur, erectum extiterit, & inſignia, poſſeſſiones, bona, jura, actiones & juriſdictiones hujuſmodi ad illud transtuleris, de perſooa dicti Juliani Abbatis, cum ad id conſenſus ejus accedat, eidem Monaſterio ſanctæ Mariæ Montis-Albani provideas, ipſumque illi præficias in Abbatem, curam, regimen & adminiſtrationem ejuſdem Monaſterii ſibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo. Et ſubſequenter Monaſterium de Columna, poſtquam ſuppreſſionem, extinctionem, erectionem, translationem, ac proviſionem, & præfectionem hujuſmodi feceris, & Eccleſiam dicti Monaſterii ſuppreſſi, cum domibus & ædificiis ejus prædictis Joanni & Fratribus au-

Conceditur.

auctoritate prædicta concedas pariter & aſſignes, eiſque illam recipiendi, & apud eam unam domum cum neceſſariis officinis conſtruendi &c. pro uſu & habitatione Joannis, & prædictorum, ac aliorum Fratrum, qui in hujuſmodi domo ſub Regulari obſervantia vivere debeant, morabuntur pro tempore, auctoritate prædicta licentiam largiaris, fel. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. ceteriſque contrariis quibuſcumque non obſtantibus. Et inſuper prædictis Joanni & Fratribus, qui in eadem domo pro tempore morabuntur, ut omnibus indulgentiis, libertatibus, gratiis &c. gaudeant, quibus alii Fratres in aliis domibus dicti Ordinis &c. quomodolibet potiuntur, ſupradicta auctoritate concedas.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, Kalendis Junii, anno x.

CLXXXIII.

Ut decidat controverſiam inter Miniſtrum & Fratres Tertii Ordinis in provincia Hiſpalen. Ibidem folio 159.

Dilecto filio Miniſtro Provinciali Ordinis Fratrum Minorum, provinciæ Caſtellæ & Andaluſiæ, ſecundum ipſius Ordinis morem &c.

§. I. Juſtis petentium votis, illis præſertim per quæ perſonæ Eccleſiaſticæ ſub regulari habitu virtutum Domino famulantes quietius Deo ſervire valeant, libenter annuimus, & circa ea, prout expedit, providemus remediis opportunis. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Fernandi de Valdeores fratris Tertii Ordinis ſancti Franciſci, *de Pœnitentia* nuncupati, ac ipſius etiam in Romana Curia, ſecundum ejuſdem Ordinis morem, Procuratoris, petitio continebat, quod olim dilectus filius Fernandus Gondiſalvi de Alcazar, tunc prædicti Ordinis frater, ac ejuſdem in civitate, diœceſi, ac provincia Hiſpalenſi Miniſter & generalis Viſitator, dum officium viſitationis & miniſteriatus hujuſmodi, ut dicebat, exerceret, diverſas cellulas, domos & Monaſteria Ordinis & provinciæ prædictorum diverſis bonis mobilibus nequiter ſpoliavit, eaque ſibi appropriavit, ſeu ſuis uſibus deputavit, & cum levibus perſonis in magna parte conſumpſit atque diſtraxit, reliqua vero ex bonis hujuſmodi, de dicto Ordine ad Monaſterium ſancti Iſidori Ciſtercienſis Ordinis, dictæ diœceſis, de facto ſe transferens, temerarie ſecum ad dictum Monaſterium duxit, & adhuc ejuſdem Tertii Ordinis in dicta provincia Miniſtrum & Viſitatorem hujuſmodi ſe nominare præſumit, in animæ ſuæ periculum, ac cellularum, domorum & Monaſteriorum Tertii Ordinis prædictorum, ac perſonarum in eis degentium præjudicium & gravamen. Quare pro parte dicti Fernandi de Valdeores fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut eumdem Fernandum Gondiſalvi de Alcazar Miniſteriatus & Viſitationis officiis hujuſmodi privari, ipſumque ab eis realiter amoveri, & ad per eum diſtracta, necnon dilectos filios Abbatem & Conventum dicti Monaſterii ſancti Iſidori illa, quæ ad eos pervenerunt bona hujuſmodi, ſi extant, alioquin eorum verum valorem, cellulis, domibus & Monaſteriis Tertii Ordinis, ac eorum perſonis reſtitui, ſeu ipſis de illis plenam & debitam ſatisfactionem impendi mandare, & alias in præmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. II. Nos igitur de præmiſſis certam notitiam non habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus & committimus, quatenus vocatis Abbate & Conventu, ac Fernando Gondiſalvi de Alcazar prædictis, & aliis, qui fuerint evocandi, ſi eſt ita, in præmiſſis & circa ea omnia & ſingula, auctoritate noſtra ordines & diſponas, at-

atque decernas, prout tibi videbitur faciendum, faciens quæ ordinaveris, decreveris atque diſpoſueris per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere; non obſtantibus ſi prædictis Ordinibus, vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod perſonæ ipſorum Ordinum ad judicium trahi, aut ſuſpendi, vel excommunicari, ſeu ipſæ, aut dicti Ordinis loca interdici non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Et qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel ſpeciali, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, tuæ juriſdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, quæ quo ad hoc, illis nolumus aliquatenus ſuffragari.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, VI. Kal. Junii, anno X.

CLXXXIV.

Ut habeant in ſua domo oratorium, in quo faciant celebrari. Ex lib. 3. de exhibitis & diverſis formis an. 10. fol. 213.

Dilectis in Chriſto filiabus Sororibus domus oppidi Gaudenſis, ſub Tertia regula Ordinis ſancti Franciſci de Pœnitentia *nuncupati viventibus, Tornacenſis Diœceſis.*

§. I. Digna reddimur attentione ſolliciti illa ad exauditionis gratiam admittere vota, per quæ Religio propagari conſpicitur, & Divinus cultus ſalubriter adaugetur. Sane pro parte veſtra nobis nuper exhibita petitio continebat, quod nonnumquam contingit vos, aut aliquam ex vobis adeo gravibus detineri infirmitatibus, ac ex ſenectute, ſeu alias debiles effici, quod ad parochialem Eccleſiam ſancti Joannis oppidi Gaudenſis, Tornacenſis Diœceſis, infra cujus parochiæ limites domus veſtra, in qua ſub Tertia regula Ordinis ſancti Franciſci *de Pœnitentia* nuncupati, vivere dignoſcimini, conſiſtit, accedere, ac in Eccleſia ipſa Miſſas, & alia Divina Officia pro tempore audire commode nequeatis. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos igitur &c. ut liceat vobis & ſucceſſoribus veſtris perpetuis futuris temporibus, in dicta domo, in qua, ut aſſeritis, quoddam oratorium cum altari, nondum tamen conſecrato, erexiſtis, habere altare portatile cum debita reverentia & honore, ſuper quo in dicto oratorio, vel alio loco dictæ domus ad hoc congruo & honeſto poſſitis per proprium vel alium Sacerdotem idoneum Miſſas, & alia Divina Officia in veſtra & quarumlibet veſtrum præſentia facere celebrari, libere & licite valeatis, auctoritate Apoſtolica concedimus per præſentes, jure tamen Eccleſiæ prædictæ, vel alterius cujuſcumque in omnibus ſemper ſalvo. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, V. Kalendas Junii, anno X.

CLXXXV.

CLXXXV.

Ut Fratres Provinciæ Calabriæ admittant domum in pago Speciani. Ex lib. 1. mixto fol. 17.

Venerabili Fratri Archiepiſcopo Cuſentinen.

Vide Conſtit. 68. hujus Pontificis.

§. I. PIis ſupplicum votis &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Joannis Spina de Speciano Presbyteri, tuæ Diœceſis petitio continebat, quod ipſe quamdam Capellam, ſub vocabulo *ſanctæ Catarinæ* de bonis ſibi a Deo collatis, in loco de Speciano prædicto cum domibus & horto fundavit &c. quam pro uſu & habitatione nonnullorum Fratrum Ordinis Minorum, dilectis filiis Miniſtro Provinciali & Fratribus dicti Ordinis Provinciæ Calabriæ, ſecundum morem dicti Ordinis, pro ſuæ & parentum ſuorum animarum ſalute concedere & donare proponit, pro parte Joannis, & Miniſtri prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos igitur &c. fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus poſtquam prædictus Joannes Capellam, domos & hortum prædictos Miniſtro & Fratribus prædictis realiter conceſſerit & donaverit, eiſdem Miniſtro & Fratribus Capellam & domos, ac hortum hujuſmodi pro uſu, & habitatione prædictorum Fratrum recipiendi & apud illam domum, cum campanili, campana & aliis neceſſariis conſtruendi, &c. perpetuo retinendi, jure tamen &c. ſemper ſalvo, plenam & liberam, auctoritate noſtra licentiam largiaris, necnon Miniſtro & Fratribus, qui in eadem domo pro tempore commorabuntur, ut omnibus & ſingulis immunitatibus, privilegiis &c. aliis Fratribus dicti Ordinis illiuſque domibus, ſive locis per Sedem Apoſtolicam conceſſis, uti & gaudere libere & licite valeant, eadem auctoritate concedas. Non obſtantibus &c. quibuſcumque.

Datum Romæ, apud ſanctos Apoſtolos Kal. Junii, anno x.

CLXXXVI.

Deputatur Adminiſtrator Eccleſiæ Drivaſten. Ex lib. 1. de Regularibus & proviſionibus Prælatorum, anno 10. fol. 274.

Dilecto filio Bernardo Martini Vicarii, Ordinis Fratrum Minorum profeſſori, Adminiſtratorique Eccleſiæ Drivaſten. in ſpiritualibus & temporalibus per Sedem Apoſtolicam deputato.

§. I. ROmani Pontificis providentia circumſpecta circa ſtatum Eccleſiarum Cathedralium omnium, illarum præſertim, quæ vacationis incommoda deplorare noſcuntur, proſpicit diligenter, et ut gubernatorum utilium fulciantur præſidio, quantum nobis ex alto conceditur, libenter, prout ex debito nobis injuncti paſtoralis incumbit officii, noſtræ ſollicitudinis partes adhibemus.

§. II. Dudum ſiquidem proviſiones omnium Eccleſiarum Cathedralium per translationem de Prælatis earum ubilibet conſtitutis, ad alias Cathedrales Eccleſias per nos faciendas, in poſterum vacaturarum, ordinationi, & diſpoſitioni noſtræ duximus ea vice reſervandas, decernentes ex tunc irritum &c. contingeret attentari.

§. II. Cum itaque poſtmodum Eccleſia Drivaſten. ex eo ſit Paſtoris ſolatio deſtituta, quod nos dudum venerabilem fratrem noſtrum Franciſcum Dulcinen. tunc Drivaſten. Epiſcopum licet abſentem, a vinculo &c. eum ad Ec-

Eccleſiam Dulcinen. tunc vacantem duximus, auctoritate &c. transferendum, præficiendo ipſum eidem Eccleſiæ Dulcinen. in Epiſcopum & Paſtorem. Nos cupientes eidem Eccleſiæ Drivaſten. de cujus proviſione nullus præter nos &c. decreto obſiſtentibus ſupradictis, ut feliciter gubernetur, & in ſuis manuteneatur juribus & etiam defenſetur, juxta cor noſtrum utiliter providere, ac ſperantes quod tu, qui in Sacerdotio conſtitutus exiſtis, & cui apud nos de religionis zelo, litterarum ſcientia &c. teſtimonia perhibentur, id ſcies & poteris ſalubriter adimplere, te Adminiſtratorem Eccleſiæ Drivaſten. uſque ad beneplacitum noſtrum, auctoritate præfata, tenore præſentium facimus, conſtituimus & etiam deputamus, adminiſtrationem plenam, generalem & liberam ejuſdem Eccleſiæ Drivaſten. ac bonorum & jurium ipſius tibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committentes, ut dictam Eccleſiam Drivaſten. ſpiritualiter & juxta datam tibi a Deo prudentiam regas, dirigas & augmentes, ac de fructibus & univerſis ad menſam Epiſcopalem Drivaſten. ſpectantibus ordinare & diſponere poſſis, prout veri Epiſcopi Drivaſten. qui fuerunt pro tempore, de illis diſponere & ordinare potuerunt, ſeu etiam debuerunt, alienatione tamen quorumlibet bonorum immobilium, & pretioſorum mobilium ejuſdem menſæ tibi penitus interdicta. Ac mandantes dilectis filiis Capitulo ipſius Eccleſiæ Drivaſten. ejuſque ſubditis & vaſallis, ut tibi, dicta adminiſtratione durante, in omnibus, quæ ad illam pertinent, pareant et intendant, obedientiamque et reverentiam debitas, ac devotas exhibere procurent, alioquin ſententiam, ſive pœnam quam rite tuleris, ſeu ſtatueris in rebelles, ratam et gratam habebimus et faciemus uſque ad ſatisfactionem, auctore Domino, inviolabiliter obſervari. Tu igitur, circa ejuſdem Eccleſiæ Drivaſten. regimen, ac hujuſmodi adminiſtrationem ſollicite exercenda ſtudioſum &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, XVI. Kal. Julii, anno X.

CLXXXVII.

Moniales Monaſterii ſanctæ Luciæ Fulginaten. ſubjiciuntur regimini Fratrum domus ſancti Bartholomæi. Ibidem fol. 96.

Venerabili Fratri Epiſcopo Fulginaten.

§. I. Supra gregem Dominicum vigilantiæ noſtræ divinitus creditum, quantum nobis ex alto conceditur, partes ſollicitudinis adhibentes, perſonas quaslibet, præſertim fœminei ſexus, regulari caſtimoniæ deditas, eo providentiæ ſtudio gubernari cupimus, ut cordium ſcrutator almificus nihil in eis inveniat nota dignum. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ et Conventus Monaſterii Monialium ſanctæ Luciæ Ordinis ſanctæ Claræ, Fulginat. petitio continebat, quod ipſæ, quæ ſub cura et regimine Guardiani, & Fratrum Domus ſancti Franciſci Fulginaten. Ordinis Fratrum Minorum exiſtunt, ab eiſdem Guardiano & Fratribus in confeſſionibus, exhibitione Sacramentorum, prædicationibus verbi Dei, monitionibus ſpiritualibus, & norma recte vivendi, ac aliis eis ad ſalutem neceſſariis, plurimum negliguntur, in animarum ſuarum periculum & jacturam. Quare pro parte dictarum Abbatiſſæ, et Conventus nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis & animarum ſuarum ſaluti ſuper præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. II. Nos itaque &c. fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi vocatis dicto Guardiano & Fratribus, ac aliis, qui fuerint evocandi, ita eſſe inveneris, Abbatiſſam et Conventum a prædictis cura, & regi-

gimine dictorum Guardiani & Fratrum, conſtitutionibus Apoſtolicis ac ſtatutis & conſuetudinibus Monaſterii, ac domus et Ordinum prædictorum, ac aliis quibuſcumque contrariis nequaquam obſtantibus, auctoritate Apoſtolica eximas et abſolvas, eaſque ſub cura, & regimine Guardiani pro tempore exiſtentis, & Fratrum domus ſancti Bartholomæi Fulginaten. dicti Ordinis Fratrum Minorum *de Obſervantia* nuncupatorum perpetuo ſubjicias, ac ſub ipſorum cura & regimine ſubeſſe et remanere debere, eadem auctoritate decernas. Præcipiens nihilominus, ac mandans auctoritate prædicta eiſdem Guardiano, & Fratribus domus ſancti Bartholomæi, in virtute ſanctæ obedientiæ, quatenus hujuſmodi curam dictarum Abbatiſſæ & Monialium aſſumentes, eis de hujuſmodi ſpiritualiter neceſſariis ad ſalutem, congruis temporibus opportune provideant.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, xii. Kalendas Julii, anno x.

CLXXXVIII.

Inſtituitur Miniſter Provinciæ ſancti Jacobi. Ex lib. 1. de Regularibus, anno 10. fol. 25.

Dilecto filio Lupo Sallazar Ordinis Fratrum Minorum, & ſacræ paginæ profeſſori, ac ejuſdem Ordinis in Provincia ſancti Jacobi Provinciali Miniſtro, auctoritate Generalis Capituli deputato.

§. I. Ea quæ pro perſonarum Eccleſiaſticarum, præſertim religioſarum, tranquillitate, & pace provide proceſſiſſe comperimus, libenter, cum a nobis petitur, Apoſtolico munimine roboramus.

§. II. Nuper ſiquidem dilectus filius Antonius de Maſſa, Ordinis Fratrum Minorum, & ſacræ paginæ profeſſor, ac ejuſdem Ordinis Generalis Miniſter, & præſidens in generali Capitulo dicti Ordinis, in terra Caſalis, Wercellenſis Diœceſis noviſſime celebrato, ex certis rationabilibus cauſis ad id animum ſuum, & aliorum ejuſdem Ordinis profeſſorum in dicto Capitulo congregatorum, moventibus, eorumque unanimi voluntate, et conſenſu ad id accedentibus, dilectum filium Lupum de Mieres dicti Ordinis profeſſorem, tunc Provincialem Miniſtrum Provinciæ ſancti Jacobi, juxta morem ejuſdem Ordinis, a Miniſteriatus officio in eadem Provincia abſolvendo et abſolutum declarando, te in Provincialem Miniſtrum dicti Ordinis in eadem Provincia, ſua & dicti Capituli auctoritate inſtituit et etiam ordinavit, prout in ejuſdem Generalis Miniſtri litteris ſuper inde confectis & ejus ſigillo munitis, plenius continetur.

§. III. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, tu dubites ne quibuſvis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, illis præſertim, per quas inter cetera ordinatum eſſe dicitur, quod Provinciales Miniſtri per Fratres dicti Ordinis illius Provinciæ dumtaxat, in qua Miniſtri ipſi deputantur, eligi debeant, ſuper hoc obſiſtentibus, abſolutionem, inſtitutionem & ordinationem prædictas minus canonicas reputari, illaſque propterea ex certis cauſis viribus non ſubſiſtere, pro parte tua, ac etiam Miniſtri Generalis, & profeſſorum prædictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut abſolutioni, inſtitutioni, ordinationi & litteris prædictis, pro illarum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. IV. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, abſolutionem, inſtitutionem, ordinationem et litteras prædictas, ac omnia inde ſecuta, & in

in dictis litteris contenta, prout alias rite & provide facta ſunt, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem. Non obſtantibus præmiſſis, ac ſtatutis & conſuetudinibus Provinciæ & Ordinis prædictorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis, & communitionis infringere &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, IV. Nonas Julii, anno X.

CLXXXIX.

Ut in ſua domo conſervare poſſint Euchariſtiæ Sacramentum. Ex lib. I. de Regularibus & Proviſionibus Prælatorum, anno 10.

Dilectis filiis univerſis Fratribus domus Fratrum tertiæ Regulæ Ordinis Fratrum ſancti Franciſci de Pœnitentia nuncupati, oppidi ſancti Audomari, Morinen. Diœceſis.

EXimiæ devotionis affectus &c. Sane petitio pro parte veſtra nobis exhibita continebat, quod vos, qui in oratorio, ſive capella domus veſtræ ſita infra limites parochiæ parochialis Eccleſiæ ſanctæ Margaritæ oppidi de ſancto Audomaro, Morinenſis Diœceſ. ſub religionis zelo Altiſſimo redditis vota veſtra, Miſſas et alia divina officia per vos, et alios Sacerdotes idoneos celebrando et celebrari ſaciendo, cum ex devotione ad hoc fueritis diſpoſiti, ad prædictam Eccleſiam pro recipiendo Sacramento Euchariſtiæ habeatis accedere, quod vobis incommodum redditur plerumque et onuſtum. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut vobis hujuſmodi Sacramentum in oratorio, ſive capella hujuſmodi cum debitis reverentia et honore conſervandi, ſive conſervari faciendi, ac cuilibet idoneo Sacerdoti vobis, necnon dilectis in Chriſto filiabus Sororibus dicti Ordinis, quotieſcumque opus fuerit, miniſtrandi, necnon vobis, et eiſdem Sororibus hujuſmodi Sacramentum recipiendi, et alia in præmiſſis neceſſaria faciendi, licentiam concedere, et alias vobis in præmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis hujuſmodi Sacramentum cum debitis reverentia et honore in oratorio, ſive capella hujuſmodi conſervandi, ſive conſervari faciendi, quod quilibet Sacerdos idoneus ſecularis, vel Regularis, vobis et cuilibet veſtrum, necnon eiſdem Sororibus, quoties expedierit, hujuſmodi Sacramentum miniſtrare libere & licite poſſit & valeat, fel. record. Clementis Papæ V. prædeceſſoris noſtri, & aliis conſtitutionibus Apoſtolicis nequaquam obſtantibus, jure tamen dictæ Eccleſiæ, & cujuslibet alterius ſemper ſalvo, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium licentiam elargimur. Nulli ergo &c. noſtræ elargitionis infringere &c. *Ut in Reg. Tomi 9. fol. 489.*

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, V. Idus Julii, anno X.

CXC.

Ut Fratres Bavariæ ſingulis annis Vicarium, ſeu Viſitatorem eligant. Ex lib. I. de Regularibus &c. anno 10. fol. 58.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. I. AD ſtatum Monaſteriorum, & religioſorum locorum quorumlibet, & perſonarum ſua ſub regulari Obſervantia Domino vota reddentium in illis, ſalubriter dirigendum, juxta paſtoralis officii debitum

paternis ſtudiis intendentes, ad eorum correctionem & reformationem ſalutares, cum a nobis petitur, & prout expedire conſpicimus, libenter adhibemus ſollicitudinis noſtræ curas.

§. II. Cum itaque, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum nobilis viri Ludovici Ducis Bavariæ, & Comitis Palatini Rheni, necnon Guardiani & Fratrum domus Ordinis Minorum in oppido Heildelbergen. Vormatien. diœceſis, petitio continebat, ipſi Guardianus & Fratres, almifici Spiritus inſpirante gratia, regulari Fratrum dicti Ordinis Obſervantiæ ſtrictius inhærere curent, & ad ſolidiorem illius in prædicta, nec non aliis intra terras, & loca temporali ipſius Comitis ditioni ſubjectas conſiſtentibus dicti Ordinis domibus perſiſtentiam multipliciter profuturum exiſtiment, ut in eis aliquis ipſius Ordinis Vicarius eſſet, qui illarum, & inibi degentium perſonarum regimini, ac directioni ſtudioſius intenderet, & ſalubria eis in dies, auctore Domino, conferret incrementa; pro parte Comitis, necnon Guardiani, & domus Fratrum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. III. Nos igitur, qui inter cetera cordis noſtri deſiderabilia, obſervantiam ipſam vigere, & augeri præcipuis optamus affectibus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati Guardiano ejuſdem domus & Fratribus prædictis, præſentibus & futuris, ut deinceps ſingulis annis aliquem idoneum, de quo eis pro tempore videbitur, ipſius Ordinis profeſſorem, in domorum, & perſonarum hujuſmodi Vicarium, qui domos, & tam in capite, quam in membris, prædictas perſonas, quoties congruere conſpexerit, viſitandi, & quæ ſecundum Deum, ac regularia dicti Ordinis inſtituta ibidem corrigenda & reformanda cognoverit, corrigendi, reformandi, & emendandi, omnia quoque alia, & ſingula in talibus, ac circa ea quomodolibet neceſſaria, vel opportuna faciendi, ſtatuendi, ordinandi, et exequendi; contradictores quoque &c. compeſcendi, plenam, liberamque facultatem habeat. Et ejus inibi Vicariatus officium per unius anni ſpatium dumtaxat duret, quo finito, illum de novo, vel alium idoneum, etiam dicti Ordinis profeſſorem, in ſimilem Vicarium eligere, ac deputare, et ad hujuſmodi officium aſſumere libere et licite valeant, auctoritate &c. concedimus pariter et indulgemus: non obſtant. conſtitutionibus &c. contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, VI. Idus Auguſti anno X.

CXCI.

Ut Moniales de Oterdeſillas quibuſdam bonis libere utantur. Regeſt. Vatic. Ex lib. I. de Regularibus et proviſionibus Prælatorum, anno 10. fol. 50.

Venerabilibus Fratribus Abulen. & Zamorren. Epiſcopis, ac dilecto filio Priori Monaſterii ſancti Benedicti Valli-ſoleti per Priorem gubernari ſoliti, Palentinæ diœceſis.

§. I. Etſi ex debito ſollicitudinis paſtoralis quibuslibet perſonis divinis laudibus deditis nos eſſe deceat favorabiles et benignos, mulieribus tamen, quæ ſub ſacra Religione Domino famulantur, tanto propenſiori nos convenit auxilio ſubvenire, quanto pro fragilitate ſexus fœminei, majoribus dignoſcuntur auxiliis indigere.

§. II. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ et Conventus Monaſterii ſanctæ Claræ de Oterdeſillas, Ordinis ejuſdem ſanctæ, Palentinæ diœceſis petitio continebat, quod ipſæ,

qua-

quarum aliquæ de Regali, aliæ vero de Ducum, ſeu Comitum, aut alias de nobili proſapia procreatæ exiſtunt, nonnulla poſſeſſiones, terras, reditus, bona, & loca eis tam per Reges Caſtellæ et Legionis, qui fuerunt pro tempore, quam per alias perſonas ad Monaſterium hujuſmodi ſingularis devotionis affectum gerentes, collata, et aſſignata, ac alias ex earum patrimoniis, ac legitimis ſucceſſionibus habent, ac tenent, et poſſident, pro vitæ ſuæ ſuſtentatione in communi.

§. III. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, ipſa Abbatiſſa & Conventus timeant, hominum ſuccreſcente malitia, ſuper poſſeſſionibus, terris, bonis, & locis hujuſmodi tam hactenus eis collatis, & aſſignatis, quam in futurum conferendis, & aſſignandis moleſtari pariter, et inquietari poſſe, pro parte cariſſimi in Chriſto filii noſtri Joannis Regis Caſtellæ & Legionis illuſtris, qui ad prædictum Monaſterium ſimilis devotionis gerit affectum, necnon Abbatiſſæ & Conventus prædictarum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, quod ipſæ Abbatiſſa & Conventus, poſſeſſiones, terras & loca, necnon bona mobilia, immobilia quæcumque eis hactenus collata, & in poſterum quomodolibet conferenda, libere & licite recipere, retinere, & poſſidere valeant, decernere & declarare, aliaſque eis ſuper his opportunum præſidium impendere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. IV. Nos itaque attendentes, quod quanto ipſæ Abbatiſſa & Conventus majori fuerint Sedis Apoſtolicæ auxilio communitæ, tanto eum exultatione ſpiritus ad debitum profeſſionis obſequium propenſius animentur, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, volumus, & auctoritate Apoſtolica decernimus, quod Abbatiſſa, quæ nunc eſt, & pro tempore fuerit, ac Conventus hujuſmodi, omnia & ſingula poſſeſſiones, terras, bona, & loca ipſis hactenus collata & aſſignata, ac procedente tempore conferenda & aſſignanda, quæcumque & qualiacumque fuerint, in earum uſus communes retinere, & poſſidere libere & licite valeant. Et nihilominus ut Abbatiſſæ & Conventui prædictis ſuper poſſeſſionibus, terris, locis, & bonis ſupradictis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittatis eas, quominus hujuſmodi poſſeſſiones, terras, loca, & bona libere & licite tenere, habere & poſſidere, ac illis uti & gaudere poſſint, quomodolibet impediri, aut alias ſuper ipſis aliquatenus indebite moleſtari, vel perturbari, impeditores, moleſtatores, ac perturbatores hujuſmodi, ac alios quoslibet contradictores, per cenſuram Eccleſiaſticam &c. compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus conſtitutionibus &c. contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem Sede indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſit, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud SS. Apoſtolos, XII. Kal. Octobris anno X.

CXCII.

Conceditur Obſervantibus Eremitorium in Inſula de Iſaro. Ibidem fol. 100.

Dilecto filio Archidiacono de Lara in Eccleſia Burgen.

§. I. AD ea libenter intendimus, per quæ divinus cultus augeatur, & propagetur.

§. II. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Martini de Arteaga Ordinis Fratrum Minorum profeſſoris petitio continebat, quod olim dilecti filii Univerſitas, & habitatores villæ *de Brenneæ*, Calaguritanæ dioc-

diœceſis quoddam Eremitorium, ſub vocabulo ſanctæ Mariæ, in quadam parva inſula maris *de Tſaro* nuncupata, infra juriſdictionem & diſtrictum dictæ villæ conſiſtens, prædicto Martino pro ſuis, & aliorum Fratrum dicti Ordinis, *de Obſervantia* nuncupatorum, perpetuis uſu & habitatione conceſſerunt & donarunt, ipſeque Martinus, & nonnulli ejuſdem Ordinis Fratres de dicta Obſervantia eremitorium prædictum, ex tunc inhabitarunt, prout inhabitant de præſenti, ſedulum ſub Obſervantia hujuſmodi exhibentes Altiſſimo famulatum. Quare pro parte Martini, & aliorum Fratrum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut conceſſionem & donationem prædictas approbare, & etiam confirmare, ipſiſque Martino & Fratribus, ac eorumdem ſucceſſoribus, ut eremitorium hujuſmodi perpetuo retinere & inhabitare, illudque neceſſariis & opportunis, & alias conſuetis officinis reficere & ampliare, quodque eis, & omnibus privilegiis, immunitatibus, & exemptionibus, ac libertatibus, quibus alii Ordinis, & obſervantiæ prædictorum Fratres utuntur & gaudent, uti & gaudere valeant &c. concedere dignaremur.

§. III. Nos igitur &c. fraternitati tuæ per &c. committimus, quatenus de præmiſſis, auctoritate noſtra te diligenter informes &c. conceſſionem & donationem prædictas, auctoritate prædicta approbes et confirmes, eiſdem Martino, & aliis Fratribus eremitorium prædictum ad eorum, & aliorum Fratrum ejuſdem Ordinis, ſub obſervantia prædicta viventium, uſum pro tempore recipiendi, & in eo perpetuo inhabitandi, & Altiſſimo famulandi, illudque reficiendi, & officinis hujuſmodi ampliandi, plenam & liberam eadem auctoritate licentiam largiaris. Et nihilominus eiſdem Martino, & Fratribus inibi pro tempore degentibus, quamdiu perſeverabunt, ſub obſervantia hujuſmodi, omnibus & ſingulis privilegiis &c. quibus ceteri Fratres ejuſdem Ordinis, ſub obſervantia viventes prædicta utuntur & gaudent, uti & gaudere valeant, auctoritate indulgeas memorata. Non obſtantibus fel. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, VIII. Kalendas Octobris anno X.

CXCIII.

Ut Obſervantibus conſtruatur Cœnobium extra civitatem Theanen. Ex lib. de Exhibitis &c. ann. 10. fol. 223.

Venerabili fratri Epiſcopo Theanen.

Ut in Regeſto Tom. 9. fol. 474.

SInceræ devotionis affectus, quem dilecti filii nobilis vir Joannes Antonius Dux Oneſſæ, & Communitas, ac cives, & habitatores civitatis Theanen. ad nos &c. Exhibita &c. prædictorum petitio continebat, quod ipſi, ex magno devotionis fervore, quem ad dilectos filios Fratres Ordinis Minorum *de Obſervantia* nuncupatos gerunt &c. unam domum, ſeu unum locum cum Eccleſia, altari, campanili &c. neceſſariis officinis, pro uſu & habitatione aliquorum hujuſmodi Fratrum *de Obſervantia* nuncupatorum, ubi dicitur *la Trenitate* extra civitatem Theanen. in quo una capella, ſub vocabulo ſanctæ Trinitatis ſita eſt, apud eamdem capellam, vel apud alium locum, quæ dilecti filii Martinus de Campanea, aut Nicolaus de Caſtroniariſtabien. ejuſdem Ordinis profeſſores *de Obſervantia* nuncupati elegerint, conſtrui & ædificari facere deſiderant. Quare pro parte Ducis, et Communitatis, ac civium &c. nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. fraternitati tuæ

per

per &c. committimus, quatenus, ſi eſt ita, Duci, Communitati, civibus, & habitatoribus prædictis domum, ſeu locum hujuſmodi, pro uſu et habitatione prædictorum Fratrum apud eumdem locum, ubi dicta capella conſiſtit, vel alio in loco, quem Martinus, vel Nicolaus prædicti duxerint eligere &c. cum Eccleſia, altari, campanili, campanis, et aliis officinis eiſdem conſtruendi &c. & eiſdem Fratribus domum, ſeu locum hujuſmodi, pro uſu & habitatione prædictis recipiendi, et in ea perpetuo manendi et habitandi, jure tamen parochialis Eccleſiæ, et cujuslibet alterius, in omnibus ſemper ſalvo, auctoritate noſtra, licentiam largiaris, necnon alterum ex Martino & Nicolao prædictis in dicta domo, poſtquam conſtructa fuerit, juxta morem ejuſdem Ordinis, auctoritate prædicta hac vice conſtituas Guardianum, fel. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. & aliis conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis, quibuſcumque non obſtantibus.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, Kalendis Octobris anno x.

CXCIV.

Ut Obſervantes admittant domum, prope civitatem Beneventan. Ibidem fol. 145.

Venerabili fratri Philippo Epiſcopo Amelien. in civitate noſtra Beneventan. reſidenti.

§. I. Sacræ Religionis, ſub qua dilecti filii Fratres Ordinis Minorum de Obſervantia &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Rectoris et Communitatis, ac univerſorum civium civitatis noſtræ Beneventan. petitio continebat, quod ipſi gerentes ad Ordinem &c. deſiderant, quod dicti Fratres habeant unum locum prope dictam civitatem, in quo unam domum cum Eccleſia, campanili &c. officinis neceſſariis, pro uſu & habitatione aliquorum ex eiſdem Fratribus *de Obſervantia* nuncupatis, qui in domo prædicta pro tempore morari, et ſub hujuſmodi Obſervantia virtutum Domino valeant famulari, conſtruere, et ædificare poſſent; & conſiderantes quod extra eamdem civitatem Monaſterium Monialium ſancti Laurentii Ordinis ſanctæ Claræ unitum Monaſterium Monialium ſancti Deodati Beneventan. Ordinis ſancti Benedicti derelictum & deſtructum ſitum eſt, apud quod quidem Monaſterium ſancti Laurentii conſtruere &c. domum eamdem congrue poterunt, Sedis Apoſtolicæ licentia ſuffragante. Quare pro parte Rectoris, Communitatis, & civium præfatorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut nomine Monaſterii, & Ordine ſanctæ Claræ prædictis, extinctis & ſuppreſſis, Monaſterium præfatum, ſive locum ſancti Laurentii recipiendi, et eiſdem Fratribus aſſignandi, et apud illud domum hujuſmodi conſtrui, ſeu ædificari faciendi, licentiam concedere dignaremur. *Ut in Reg. Tomi 9. fol. 471.*

§. II. Nos itaque &c. fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de præmiſſis te diligenter informes, et ſi per informationem hujuſmodi ita eſſe inveneris, Rectori, Communitati, et civibus antedictis nomine Monaſterii, & Ordine ſanctæ Claræ hujuſmodi per te ſuppreſſis, locum ſancti Laurenti prædictum dumtaxat recipiendi, et illum eiſdem Fratribus aſſignandi, ac eis inibi, ſi locus ipſe fuerit congruus et honeſtus, domum hujuſmodi, pro uſu et habitatione aliquorum Fratrum hujuſmodi conſtruendi &c. cujuſcumque alterius licentia ſuper hoc minime requiſita, auctoritate noſtra licentiam largiaris: omnibus poſſeſſionibus, juribus, & juriſdictionibus, terris, & aliis bonis quibuſcumque ad prædictum Monaſte-

ſterium ſancti Laurentii ſpectantibus, præfatis Abbatiſſæ & Conventui, ac Monaſterio ſancti Deodati prædicti in perpetuum reſervatis: fel. recordat. Bonifacii Papæ VIII. &c. & aliis conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis, non obſtantibus quibuſcumque; jure tamen parochialis Eccleſiæ, & cujuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvo. Et nihilominus præfatis Fratribus, qui in hujuſmodi domo pro tempore morabuntur, ut omnibus privilegiis &c. gaudeant & utantur, quibus alii Fratres *de Obſervantia* nuncupati in aliis domibus dicti Ordinis, uti et gaudere conſueverunt et gaudent, eadem auctoritate concedas.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, v. Nonas Octobris anno x.

Anno Christi 1427. Martini V. anno 11.

CXCV.

Fratribus Regularis Obſervantiæ aſſignatur domicilium prope oppidum Regen. in Hungaria. Regeſt. Vatic. ex lib. 1. de diverſis &c. anno 11. fol. 111.

Venerabili fratri Epiſcopo Tranſilvan.

Vide Conſtit. 68. hujus Pontif.

§. I. Piis ſupplicum &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filii nobilis viri Joannis de Vero de Loſoniz Domicelli, tuæ diœceſis petitio continebat, quod olim ipſe cupiens terrena in cœleſtia &c. commutare, de bonis a Deo ſibi collatis, ad Dei laudem &c. quamdam domum cum Eccleſia, ſeu capella, ſub vocabulo ſancti Michaelis Archangeli, necnon campanili &c. neceſſariis officinis pro uſu & habitatione Fratrum Ordinis Minorum *de Obſervantia* nuncupatorum, ad quem ſingularem gerit devotionis affectum, in poſſeſſione Felſatii ſita, prope oppidum Regen. dictæ diœceſis, ad ipſius Domicellum legitime pertinente, de tuis licentia, & aſſenſu fundavit, & conſtrui ac ædificari fecit. Quare pro parte dicti Domicelli nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos igitur Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus; quatenus ſi eſt ita &c. fundationem & conſtructionem prædictas auctoritate noſtra approbes & confirmes. Et nihilominus eiſdem Fratribus, ut prædictam domum cum officinis prædictis recipere, & pro hujuſmodi uſu & habitatione perpetuo retinere &c. Non obſtantibus fel. record. Bonifacii Papæ VIII. prohibente &c. & aliis conſtitutionibus Apoſtolicis &c. quibuſcumque: Jure tamen parochialis Eccleſiæ &c. ſalvo, plenam & liberam, auctoritate prædicta licentiam largiaris. Et inſuper Fratribus dicti Ordinis, qui in hujuſmodi domo &c. indulgeas quod omnibus privilegiis &c. gaudeant, & utantur, quibus alii Fratres dicti Ordinis gaudent, & potiuntur.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, vii. Idus Decembris, anno x.

CXCVI.

Quædam pacis acta inter Obſervantes & Conventuales provinciæ Caſtellæ confirmantur. Ex lib. 1. de diverſis &c. anno 11. fol. 280.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. I. Super gregem Dominicum noſtræ vigilantiæ divinitus creditum, intenti ſpeculatoris, prout nobis deſuper conceditur, exercentes offi-

officium, Chriſtifideles ſingulos, præſertim Regularis Obſervantiæ, eo providentiæ ſtudio gubernari cupimus, ut cordium ſcrutator Almiticus nihil in eis inveniat nota dignum, ſed ut eorum ſtatus vigeat; ſerveturque pacificus, quietis ubertate lætetur, & dirigatur ad exiſtentiam ſalutarem, noſtri partes miniſterii libenter impertimur. Sane pro parte dilectorum filiorum Provincialis Miniſtri, necnon Cuſtodum, Magiſtrorum, Guardianorum, vocalium, diſcretorum, aliorumque Fratrum domorum Ordinis Minorum provinciæ Caſtellæ, ſecundum morem dicti Ordinis, nuper exhibita petitio continebat, quod olim Fratres prædicti Ordinis, qui tunc provinciale eorum in loco Metinæ de Campis, Salamantin. diœceſis celebratum Capitulum repræſentabant, in illo pro confovendis & firmandis inter Fratres *Clauſtrales*, & *de Obſervantia* nuncupatos, Ordinis, & Provinciæ hujuſmodi, caritate & pace, & ut illi liberius acceptiuſque Domino famulari poſſent, ſuis, necnon dictorum aliorum Fratrum nominibus, quaſdam ordinationes & conventiones, ut inter Fratres Ordinis & Provinciæ hujuſmodi deinceps concordia & amor vigeant, concorditer ſtatuerunt, & ordinarunt, illaque promiſerunt fideliter obſervare, prout in inſtrumento publico deſuper confecto, cujus tenorem diligenter inſpici, & examinari, ac inferius de verbo ad verbum inſeri fecimus, plenius continetur. Quare pro parte Miniſtri, necnon Cuſtodum, Magiſtrorum, Guardianorum, vocalium, diſcretorum, & aliorum Fratrum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ordinationibus & conventionibus prædictis, pro illarum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. II. Nos igitur, qui inter omnes Chriſtifideles, & præſertim Religioſos quoſcumque pacem, concordiamque vigere ſupremis deſideriis affectamus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ordinationes & conventiones hujuſmodi, omniaque in dicto inſtrumento contenta, & quæcumque inde ſecuta rata habentes, & grata, illa auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem; per hoc autem auctoritati, ſuperioritati, correctioni, & poteſtati Generalis Miniſtri ipſius Ordinis pro tempore exiſtentis, non intendimus in aliquo derogari. Tenor vero dicti inſtrumenti ſequitur in hæc verba.

§. III. *In Dei nomine Amen. Noverint univerſi præſentis publici inſtrumenti ſeriem inſpecturi, quod anno a Nativitate Domini* MCCCCXXVII. *die vero* XXVIII. *menſis Junii, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini D. N. Martini, divina providentia Papæ V. anno* X. *in villa Metinæ de Campis vulgariter nuncupata, Salamantin. diœceſis, & infra Monaſterium ſancti Franciſci dictæ villæ Ordinis Minorum, in mei Notarii publici, & teſtium infraſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum præſentia, perſonaliter conſtituti, venerabiles Domini, & religioſi Viri frater Joannes de ſancta Anna, in Theologia Magiſter, ac provinciæ Caſtellæ dicti Ordinis Minorum Miniſter, & frater Gundiſalvus de Valle bona, frater Petrus de Barzevilla Magiſtri in Theologia, frater Joannes de ſancto Vincentio, frater Alphonſus Abulen. omnes quatuor Diffinitores Capituli Provincialis, & frater Alphonſus de Gadalfajara, Gondiſalvus de Matlit. frater Joannes de ſancto Jacobo, frater Arias de Enzinas, & Petrus de Zaijas, frater Petrus de ſancto Facundo, frater Petrus de Bajeza, frater Petrus de Quintana, frater Petrus de ſancto Jacobo, frater Franciſcus Azafran. frater Fernandus de ſancto Martino, frater Martinus Corduben. frater Alphonſus de vico novo, frater Joannes Sorleti, frater Franciſcus Carrionen.*

frater Garſias de la Rica, frater Fernandus Corduben. in Theologia Magiſtri, frater Joannes Burgen. frater Joannes de Vadilla, frater Petrus de Sepulvera, frater Didacus de Caſtro Cæſaris, frater Alphonſus de Avila, frater Petrus de ſancto Jacobo, frater Petrus de Zaljas, frater Joannes de ſancto Vincentio Cuſtodes Cuſtodiarum dictæ Provinciæ, frater Petrus de Mogererio, frater Alphonſus Corduben. frater Joannes Xericen. frater Antonius Weten. frater Arias de Enzinas, frater Antonius Civitatis Regalis, frater Rodericus Talavarien. frater Ægidius de Maijorico, frater Franciſcus de Tarracona, frater Valaſcus de Tapia, frater Petrus de ſancto Anderico, frater Joannes de Alcocerio, frater Michael de Monte, frater Benedictus de Riaca, frater Petrus de la Placa, frater Petrus de Atienca, frater Garſias de Aiſllon, frater Remigius de Barlanga, frater Joannes de Laconio, frater Rodericus de Berineſca, frater Joannes de ſancta Marina, frater Petrus Sancii, frater Joannes de Cuche, frater Joannes de Traſpadierna, frater Joannes de Alaria, frater Michael de Miranda, frater Ochoa de Friglis, frater Minuo de ſancto Luca, frater Joannes de ſancto Andrea, frater Joannes Loricbario, frater Alphonſus Valliſoletan. frater Joannes de ſancta Euladia, frater Joannes Iſpalen. frater Antonius de Metina, frater Joannes Arevalen. frater Petrus Olmeten. frater Vincentius Coloren. frater Velaſcus Segobien. frater Petrus Abulen. frater Sanctus Conchen. Guardiani Conventuum, & Monaſteriorum dictarum Provinciæ, & Cuſtodiarum: & frater Garſias de ſancta Cruce, frater Gundinus de la Parilla, frater Antonius Geben. frater Alphonſus de Algezira, frater Petrus de Weda, frater Alphonſus de Borojo, frater Petrus de ſancto Ægidio, frater Gundinus de Guerra, frater Joannes Conchen. frater Franciſcus Oten. frater Petrus del Portugo, frater Joannes de Morales, frater Joannes Sotil. frater Chriſtophorus Aillon, frater Benedictus de Riaca, frater Rodericus Claniio, frater Joannes de Banares, frater Rodericus Regana, frater Nicolaus Burgen. frater Toribius de Carboneiira, frater Franciſcus de Ruperubea, frater Dominicus de Vaillo, frater Alphonſus de Mulgar, frater Joannes de Archayos, frater Fernandus de Scobar, frater Joannes de Lenia, frater Petrus de Dominabor, frater Petrus de ſancto Salvatore, frater Joannes Motimon, frater Gundinus Buſta Roydo, frater Benedictus de Gadalſajan. vocales, & diſcreti dictarum Provinciæ, & Cuſtodiarum, ac Conventuum, & omnes alii Magiſtri, Cuſtodes, Guardiani, Licentiati, Baccalaurei. Lectores, & Fratres dictæ provinciæ Caſtellæ in ſuo Capitulo Provinciali præſentialiter congregati, prout de more habent, per ſe, & nomine aliorum Fratrum de dicta Provincia quemdam librum de papyro quaſi totum ſcriptum præſentaverunt, & oſtenderunt, quem regeſtum, ſeu acta Provinciæ nominaverunt. In quo quidem libro quidam erant articuli ſcripti, nominibus aliquorum ipſorum Fratrum roborati, & ſigillis dictarum Provinciæ, & Cuſtodiarum ſigillati, non raſi, nec cancellati, nec in aliqua ſui parte ſuſpecti, ut præſenti facie apparebat. Quorum quidem articulorum tenor ſeu forma de verbo ad verbum talis erat: In Dei nomine Amen. Iſti ſunt articuli concluſi, & determinati per Miniſtrum, Cuſtodes, Magiſtros, Guardianos, diſcretos, vocales, & alios Patres, & Fratres provinciæ Caſtellæ, pro bono pacis, & concordiæ Fratrum, tam de Clauſtro, quam de Obſervantia, in Capitulo Provinciali Metinæ de Campis celebrato, in profeſto ſancti Joannis Baptiſtæ, anno Domini MCCCCXXVII. Primo, quod de cetero Fratres, & Patres de Obſervantia humiliter & cariſſime recipiant Patrem Miniſtrum Provinciæ in ſuis Conventibus, domibus, & eremitoriis, & ei obediant ſimpliciter, & de plano, ſicut ex Regula tenentur, in omnibus, quæ ad ſuum ſpectant officium, di-

dictuſque Miniſter eos benigne & pie tractet, conſoletur, & foveat, ſicut pater filios. Secundo, quod quando aliquis de dicta Obſervantia deliquerit, ita quod graviter debeat puniri, ſecundum noſtras conſtitutiones, Miniſter pro tali Fratre puniendo teneatur conſilium celebrare, in quo ad minus ſint ſex Fratres diſcreti, zelum Dei, dicti Ordinis, & juſtitiæ habentes, ex quibus ad minus ſint duo boni viri de dicta Obſervantia. Tertio, ſi dicti Fratres de Obſervantia tam illi, qui ſunt citra portus, quam illi qui ſunt ultra, petierint a Miniſtro ſibi aliquem in Vicarium inſtitui, Miniſter teneatur habere conſilium digeſtum & maturum cum decem Patribus de dicta Provincia, & de Obſervantia, zelum bonum habentibus, quibus ſi viſum fuerit conſonum, ſibi illum quem petunt, vel alium eis in Vicarium conſignet, qui dictos Fratres benigne, ſicut decet, tractet. Quarto, quod quando contigerit quod Cuſtos declinet ad aliquem Conventum, domum, eremitorium de Obſervantia, dicti Fratres eum recipiant benigne & cariſſime, juxta poſſibilitatem ſuam, ipſique prout Miniſtro obediant, ſicut Regula noſtra mandat, Cuſtos vero de ipſis ſemper ſe habeat intromittere de omni bono; ſimiliter Fratres de Clauſtro, & de Obſervantia ſe benigne recipiant, tractent, & bene & honeſte de ſe ad invicem loquantur, ubicumque ſe invenerint, oſtendant ſe vere eſſe Fratres, ſecundum quod noſtra ſacra Regula, & conſtitutione cavetur, & contrarium facientes teneatur Miniſter graviter punire. Quinto, ſi contingat quod major, & ſanior pars proborum, & diſcretorum Fratrum nativorum cum majori parte aliorum ſimiliter nativorum alicujus Conventus, qui non ſit caput Cuſtodiæ, voluerint vivere in Obſervantia, petant licentiam a Miniſtro provinciæ, & ſi eos Miniſter viderit bono propoſito facere, ipſis teneatur dare, ac eos confovere, & adjuvare. Sexto, quod pro bono pacis, & concordia, ac aliquorum Patrum antiquorum de Obſervantia quieto, qui forte tot labores, & aſperitates in eremitoriis nequeunt tolerare, provincia aſſignet ipſis pro obſervantia in Cuſtodia Toletona Conventum de Talana, in Cuſtodia Burgen. Conventum Palentiolæ, & in Cuſtodia Murcienſi Conventum ſancti Michaelis de Monte, in Cuſtodia Palentin. Conventum de Rupefideli, in Cuſtodia Sorien. Conventum ſancti Dominici de Silis, in Cuſtodia Segobien. Conventum Metinæ de Campis. Septimo, quod dicti Fratres de Obſervantia præſentes & futuri contententur his locis, ſibi a provincia datis, cum aliis, quæ ad præſens habent in dicta Provincia, nec de cetero debeant, neque poſſint alia loca de novo recipere, nec quantum ad hoc utantur litteris Apoſtolicis impetratis, aut in poſterum impetrandis. Octavo, quod nullus Frater de Obſervantia amodo recipiatur ad morandum in Clauſtro; ſimiliter tranſeuntes de Clauſtro ad Obſervantiam amplius ſi revertantur, non recipiantur. Et quia tam ampla, & differens receptio hominum laicorum, & ſimplicium non ſolum eſt contra Regulam, & declarationes, ſed etiam inducit confuſionem, & ſcandala, nullus Prælatus ſine licentia ſpeciali Miniſtri, poſſit, neque debeat ad dictam Obſervantiam, nec ad aliquem Ordinem recipere. Nono, quod quatenus aſſignati per provinciam habentes eleemoſynas annuales ſub quacumque ſpecie, vel mercede maneant, ſic nec Fratres poſſint vendere, donare, tranſmutare, dimittere, vel quomodolibet alienare, niſi de licentia Miniſtri, & aſſenſu Fratrum nativorum Cuſtodiæ talis Conventus, & Conventus, domus, eremitoria de Obſervantia, in quibus aliquo modo retinentur, vel recipiuntur, aut recipientur eleemoſynæ pecuniales, ſeu mercedes, teneantur ſolvere, & contribuere in negotiis Provinciæ, & ſuæ Cuſtodiæ, ſicut alii Conventus. Frater Joannes Miniſter & ſervus, frater Germanus Definitor, frater Petrus Magiſter, & Definitor, frater Joannes Definitor, frater Alphonſus Definitor, frater

Joannes de ſancto Anderico Cuſtos Bitorien. frater Joannes Cuſtos Burgen. frater Petrus Cuſtos Palen. frater Didacus Cuſtos Murcien. frater Petrus Cuſtos Sorien. frater Alphonſus Cuſtos Segobien. frater Joannes Magiſter, & Procurator Cuſtodiæ Iſpalen. frater Petrus Magiſter, & Procurator Cuſtodiæ Bitorien. frater Arias Magiſter, & Procurator Cuſtodiæ Toletanæ, frater Rodericus Cuſtodiæ Burgen. Procurator, frater Petrus de Varzovilla Procurator Cuſtodiæ Murcien. frater Franciſcus Magiſter, & Procurator Cuſtodiæ Palen. frater Benedictus Procurator Cuſtodiæ Sorien. frater Velaſcus Procurator Cuſtodiæ Segobien. Poſt quorum quidem articulorum præſentationem, & publicationem dicti Domini Miniſtri, Deſinitores, Cuſtodes, Magiſtri, Guardiani, Procuratores, Diſcreti, Vocales, & alii Fratres in dicto Capitulo congregati, dixerunt ipſi nomine ſua, & nomine aliorum Fratrum de dicta Provincia, habitis ſuper præmiſſis articulis primitus diligenti tractatu, maturaque deliberatione, & ex ipſorum, & cujuslibet eorum certæ ſcientiæ, ac ſpontanea, mera & deliberata voluntate concorditer pro bono regimine dictæ Provinciæ, & ne in poſterum diſcolis detur materia fugiendi obedientiam, & diſciplinam Ordinis, ac vagationis præcludatur via, dictos articulos & contenta in eis, ſtatuerunt, ordinarunt, & in perpetuum obſervandos ab omnibus inſtituerunt, eoſque articulos in dicto regiſtro Provinciæ, ſeu actis adſcribi, & nominibus dictorum Miniſtrorum, Cuſtodum, & Procuratorum roborari, ac dictarum Provinciæ, & Cuſtodiarum ſigillis ſigillari fecerunt; ſed quod, ut credebant, aliquando foret neceſſe, aut expediens, articulos alicubi præſentari, ſeu oſtendi, ubi commode dictum regiſtrum haberi non poſſit. Idcirco quod unice iterum, & de novo ſuper dictos articulos contenta in eis de licentia dictorum Patrum Miniſtri, & Deſinitorum, ipſis præfatis Cuſtodibus, Magiſtris, Guardianis, Procuratoribus, Diſcretis, Vocalibus, & aliis Fratribus in dicto Capitulo Provinciali præſentibus, coram me dicto Notario, teſtibus infrapoſitis ad omnia alia, & ſingula ſupradicta per eoſdem tradita, & conceſſa ordinabant, ſtatuebant, & ſe fideliter dictos articulos ſervaturos promittebant; ac per Sedem Apoſtolicam dictos articulos, & quemlibet ipſorum, ac omnia & ſingula in eis contenta confirmari, & approbari volebant, de quibus omnibus & ſingulis ſupradictis dicti Domini ordinantes, & ſtatuentes petierunt ſibi fieri per me infraſcriptum Notarium unum publicum inſtrumentum, vel plura. Acta fuerunt hæc in prædicta villa Metinæ de Campis, anno, die, menſe, & Pontifice, quibus ſupra: præſentibus ibidem honorabilibus, & circumſpectis viris Dominis Turibio Dominici milite, Roderico Gondiſalvi Ericbro, Velaſco Roderico de Ganara, Joanne Sancii de Palencia, Alvaro Roderici Rectore, & Petro Alphonſi de ſancto Facundo; omnibus in dicta villa Metinæ de Campis commorantibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis.

Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis, communitionis, & ſuppletionis infringere &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, v. Kalend. Januarii, anno XI.

CXCVII.

Fratribus aſſignatur Conventus in terra Niciæ. Ex lib. 1. de diverſis &c. anno 11. fol. 82.

Dilecto filio Præpoſito Eccleſiæ ſancti Guaſii de Caſali, Vercellen. diœceſis.

Ut in Conſtit. 68. hujus Pontif. §. I. PIis ſupplicum &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum nobilis viri Joannis Jacobi Marchionis Montis-

tis-Ferrati, Univerſitatis, & hominum terræ Niciæ, Aquen. diœceſis, petitio continebat, quod ipſi attente conſiderantes, quod in dicta terra, quæ populoſa valde exiſtit, & octingentis hominibus & ultra abundat, nulli Religioſi exiſtunt, ſeu loca habent, in quibus valeant reſidere, de bonis eis a Deo collatis unam domum pro uſu & habitatione nonnullorum Fratrum Ordinis Minorum, juxta parochialem Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Quinzano de dicta terra, quæ paucorum parochianorum animarum curam habet, & a parochiali Eccleſia ſancti Hippolyti de dicta terra modicum diſtans in loco apto conſiſtit, fundare &c. deſiderant &c. ac cura animarum prædictarum, ac poſſeſſiones, & bona dictæ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ ab ea ſepararentur, & prædictæ Eccleſiæ ſancti Hippolyti applicarentur. Quare pro parte Marchionis, & Univerſitatis, ac hominum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni &c. mandamus, quatenus ſi vocatis moderno Rectore dictæ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, & aliis, qui fuerint evocandi, ita eſſe repereris, & ejuſdem Rectoris, ac aliorum, quorum intereſt, ad id accedat aſſenſus &c. omnia jura parochialia dictæ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, ac ejus poſſeſſiones & bona, quorum viginti prædictæ Eccleſiæ ſancti Hippolyti, cujus quadraginta florenorum auri, fructus, reditus, & proventus, ſecundum communem æſtimationem valorem annuum, ut aſſeritur, non excedunt, auctoritate noſtra unias & annectas, & deinde eiſdem Univerſitati, & hominibus, juxta prædictam Eccleſiam ſanctæ Mariæ, poſtquam eam per ceſſum, vel deceſſum præfati Rectoris vacare contigerit, pro eiſdem Fratribus concedas, & ibidem domum pro uſu & habitatione dictorum Fratrum cum dormitorio, hortis &c. neceſſariis officinis, juxta formam conſtitutionis fel. record. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri ſuper hoc editæ, fundandi &c. jure tamen cujuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvo, plenam & liberam, auctoritate noſtra licentiam largiaris. Nos enim ſi per te dictam licentiam elargiri contigerit, ut præfertur, prædictis Fratribus, qui in Eccleſia, ſeu domo hujuſmodi pro tempore reſidebunt, ut omnibus, & ſingulis immunitatibus &c. conceſſis uti, & gaudere libere & licite valeant, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium indulgemus. Non obſtan. &c. quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, XIX. Kalendas Februarii, anno XI.

CXCVIII.

Conceduntur Indulgentiæ Eccleſiæ domus Fratrum Tertii Ordinis de Kyllyn. Bonanayne. Ibid. fol. 219.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis.

§. I. DUm præcelſa &c. Cupientes igitur, ut Eccleſia domus beatæ Mariæ Virginis de Khyllyn Bonnayne, Fratrum Tertii Ordinis ſancti Franciſci *de Pœnitentia* nuncupati, Tuamen. diœceſis, in qua, ſicut accepimus, honorifice celebratur in divinis, & quæ guerrarum turbinibus, quæ partes illas afflixerunt, cauſantibus, ruinæ minatur opprobria, a Chriſtifidelibus congruis honoribus frequentetur, ac in ſuis ædificiis, ac ſtructuris reparetur, & etiam conſervetur, & ut fideles ipſi eo lubentius cauſa devotionis confluant ad eamdem, ac ad ejus reparationem & conſervationem manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem cœleſtis gratiæ dono uberius conſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericor-

Vide Conſtit. 85. Joann. XXII. Tom. 3. fol. 195.

cordia, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui in Nativitatis, Circumciſionis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Pentecoſtes, necnon in Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, Aſſumptionis beatæ Virginis Mariæ, & Nativitatis beati Joannis Baptiſtæ, ac prædictorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, & ipſius Eccleſiæ dedicationis celebritatibus, aut celebritate omnium Sanctorum, & per ipſarum Nativitatis, Circumciſionis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis & Corporis Domini, nec non Nativitatis, & Aſſumptionis beatæ Mariæ, & Nativitatibus beati Joannis Baptiſtæ, ac Apoſtolorum Petri & Pauli prædictorum feſtivitatum octavas, & per ſex dies dictum feſtum Pentecoſtes immediate ſequentes Eccleſiam ipſam devote viſitaverint annuatim, & ad reparationem & conſervationem hujuſmodi manus porrexerint adjutrices, ſingulis videlicet feſtivitatum, & celebritatis hujuſmodi tres annos, & totidem quadragenas, octavarum vero, & ſex dierum prædictorum diebus, quibus eamdem Eccleſiam viſitaverint, & ad raparationem, & conſervationem hujuſmodi manus porrexerint adjutrices, centum dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus, præſentibus poſt decennium minime valituris.

§. II. Volumus autem, quod ſi alias Eccleſiam ipſam viſitantibus, vel ad ejus fabricam, vel reparationem, vel conſervationem hujuſmodi manus porrigentibus adjutrices, aut alias inibi pias eleemoſynas erogantibus, ſeu alias aliqua indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus nondum elapſum duratura, per nos conceſſa fuerit, præſentes litteræ nullius exiſtant roboris, vel momenti.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, v. Nonas Martii, anno XI.

CXCIX.

Domui Fratrum Montisflaſconen. unitur alia. Reg. Vat. ex lib. 1. de Regularibus &c. anno 11. fol. 37.

Dilecto filio Decano Eccleſiæ Montisflaſconen.

Ut in Conſt. 26. hujus Pontificis.

§. I. HUmilibus ſupplicum votis &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Guardiani & Fratrum Ordinis Minorum ſancti Franciſci extra muros Montisflaſconis petitio continebat, quod ipſi tempore guerrarum, quæ in illis partibus crebro viguerunt, calices, libros & alia ornamenta Eccleſiaſtica dictæ domus, pro illorum tuta & fideli conſervatione, deferre conſueverunt ad quamdam domum infra civitatem Montisflaſconis ſitam, & a Monaſterio Monialium ſanctæ Claræ de dicta civitate, ſub cura dictorum Fratrum conſtitutarum, dependentem, in qua Moniales aliquæ ejuſdem Monaſterii cohabitare ſolitæ fuerunt, & jam unica Monialis reſidet, quæ etiam inde receſſura ſperatur in brevi, quodque prædictum Monaſterium Abbatiſſa & Monialibus diu caruit, caretque de præſenti, nullaſque poſſeſſiones aut annuos reditus habet, atque ejus Eccleſia diſcooperta & collapſa eſt, nec ſpes aliqua de reparatione ipſorum Eccleſiæ & Monaſterii habetur.

§. II. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, prædicta domus infra civitatem ſit velut Sacriſtia, & conſervatio ornamentorum dictæ domus ſancti Franciſci, nec ulli reditus annuatim inde percipiantur, pro parte Guardiani & Fratrum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut dictam domum infra civitatem, quam primum eam per ceſſum vel deceſſum di-

dictæ Monialis vacare contigerit, dictæ domui ſancti Franciſci pro conſervatione librorum, calicum & ornamentorum prædictorum, ac alias eorumdem Guardiani & Fratrum uſu concedere & applicare &c. dignaremur.

§. III. Nos igitur de præmiſſis certam notitiam non habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ, cum venerabilis frater noſter Antonius Epiſcopus Montisflaſconenſis, ſicut iidem Guardianus & Fratres aſſerunt, præſentialiter agat in remotis, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis dicta Moniali & aliis, qui fuerint evocandi, de prædictis omnibus & ſingulis, auctoritate noſtra te diligenter informes &c. Dictum Ordinem ſanctæ Claræ in prædicta domo infra civitatem, quam primum eam per ceſſum vel deceſſum dictæ Monialis vacare contigerit, auctoritate noſtra ſupprimas & extinguas, ipſamque domum intra civitatem cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis eidem domui ſancti Franciſci, cujus fructus, reditus & proventus, ut idem Guardianus & Fratres etiam aſſerunt, nulli ſunt, pro uſu prædicto, eadem auctoritate applices & concedas, ita quod liceat dictis Guardiano & Fratribus poſſeſſionem dictæ domus intra civitatem, quam primum eam vacare contigerit, ut præmittitur, auctoritate propria libere apprehendere, ac eam pro uſu hujuſmodi & commoditate dicti loci perpetuo retinere, Diœceſani loci, & cujuſcumque alterius ſuper hoc licentia minime requiſita. Non obſtan. conſtitutionibus Apoſtolicis &c. quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, III. Nonas Martii, anno XI.

CC.

Præficitur Eccleſiæ Galtellinen. Ex lib. I. de litteris &c. anno II. fol. 171.

Dilecto filio Guillelmo de Maurana Electo Galtellinen.

APoſtolatus officium &c. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Joanne Epiſcopo Galtellinen. Eccleſiæ Galtellinen. regimini præſidente. Nos cupientes eidem Eccleſiæ cum vacaret &c. Poſtmodum vero Eccleſia prædicta per obitum dicti Joannis Epiſcopi, qui extra Romanam &c. deſtituta. Nos vacatione &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, Magiſtrum in Theologia &c. direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus &c. de perſona tua &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c. *Ut in Reg. Tomi 9. fol. 564.*

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, III. Nonas Martii, anno XI.

CCI.

Ut Obſervantes admittant domum in oppido Vezani. Ex libro I. de Regularibus, anno II. fol. 206.

Venerabili fratri Epiſcopo Bobien.

§. I. DEvotorum votis &c. Sane pro parte venerabilis fratris noſtri Henrici Epiſcopi Terdonen. nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum Eccleſia ſine cura beatæ Mariæ de Vezano, ſuæ Diœceſis, quæ nullius annui reditus exiſtit, ad ſolitudinem ſit redacta, & Divinis penitus deſtituta obſequiis, a longis temporibus citra Rectore caruerit, idemque Epiſcopus pro reſtaurando inibi Divino cultu, ac illius, & dictæ Religionis propagatione, eamdem Eccleſiam, cujus etiam collatio ad Epiſcopum Terdonen. pro tempore exiſtentem pertinere dignoſcitur, cum campanili, *Ut in Conſtit. 68. hujus Pontif.*

cam-

campana, ac aliis neceſſariis, & ad id opportunis, ſpem gerens, quod per Fratres Ordinis Minorum *de Obſervantia* nuncupatorum inibi cultus hujuſmodi, etiam cum fructu ſalutis animarum reſtaurari & augeri poſſit, eiſdem Fratribus, & eorum uſui pro conſtruenda ac ædificanda, & conſtrui ac ædificari facienda apud eam, loco quidem ad hoc congruo & honeſto, per Fratres ipſos quadam domo ad hujuſmodi uſum & habitationem eorumdem cum hortis &c. neceſſariis officinis perpetuo concedere & donare deſiderat, ſi ſibi ad hoc, necnon eiſdem Fratribus, ut Eccleſiam ipſam recipere, ac domum hujuſmodi conſtrui & ædificari facere, & in ea morari poſſint, Apoſtolicæ Sedis licentia ſuffragetur. Quare pro parte ejuſdem Henrici Epiſcopi nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos igitur &c. fraternitati tuæ per &c. mandamus, quatenus ſuper præmiſſis omnibus auctoritate noſtra te diligenter informes &c. prædicto Henrico Epiſcopo dictam Eccleſiam cum campanili &c. ipſis Fratribus concedendi &c. Diœceſani loci pro tempore exiſtentis, & cujuslibet alterius ſuper hoc licentia minime requiſita, fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. &c. ceteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, plenam & liberam, eadem auctoritate licentiam largiaris. Nos enim, ſi per te Henrico Epiſcopo & Fratribus prædictis licentiam hujuſmodi elargiri contigerit, Fratribus ipſis, qui in eadem domo pro tempore morabuntur, ut omnibus privilegiis &c. gaudere licite & libere valeant &c. indulgemus; jure tamen parochialis Eccleſiæ &c. ſalvo.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, XVI. Kal. Aprilis, anno XI.

CCII.

Ut Fratres Obſervantiæ in Brandeburgen. ditione quoſvis ad Ordinem recipiant, & Vicarium triennalem eligant. Ex lib. I. de diverſis &c. anno II. folio 184.

Dilecto filio Præpoſito Eccleſiæ Brandeburgen.

Exordium. §. I. MEditatio noſtri cordis aſſidua inter cetera ad hoc vigilat & intendit, ut Monaſteria & loca ſingula Religionis inſignita titulo immarceſcibiles fructus honeſtatis, & honoris ubertatem producant, & ſubductis ſpiritualium, & temporalium diſpendiis, illis optatæ Reformationis ſuccurrere beneficio, grataque Deo inibi plantaria ſurrogare ſatagimus, quæ ad Divinæ laudis incrementum, & humanæ ſalutis commodum, profectus in eis jugiter afferant ampliores.

§. II. Sane pro parte dilectorum filiorum nobilis viri Friderici Marchionis Brandeburgen. necnon Guardiani & Fratrum Ordinis Minorum nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim dilectus filius noſter Henricus tituli ſancti Euſebii Presbyter Cardinalis, in illis partibus Apoſtolicæ Sedis Legatus, ad potiorem Regularis, quæ Divinæ operationis miniſterio in dicta domo ferventius, ſtrictiuſque vigere cœpit, Obſervantiæ ſolidationem, auctoritate legationis hujuſmodi, Guardiano, & dictæ domus Fratribus indulſit eiſdem, ut quoſvis ipſius Ordinis profeſſores, qui ſuorum ſuper hoc petita, licet non obtenta, Superiorum licentia, dictam domum ingredi, & ſe in ea hujuſmodi Obſervantiæ ſubmittere voluerint, recipere & admittere, necnon unum ex ipſis ad hoc idoneum, qui in loco Provincialis inibi Miniſtri eis præſit, ipſoſque in hujuſmodi Obſervantiæ puritate, & conſervatione regat & gubernet, necnon omnia & ſingula, quæ ipſi Miniſtro in eadem domo incumberent, pro tempore faciat, gerat & exerceat, canonice elige-

Legati Apoſtolici privilegium.

eligere, & eidem Miniſtro in ſcriptis præſentare poſſint, & quem ſic electum Miniſter ipſe poſt præſentationem hujuſmodi infra tres dies ſuum in dicta domo Vicarium conſtituere teneatur, & ſi id facere recuſaverit, ex tunc dictis diebus elapſis, electus ipſe in talem inibi Vicarium, eadem auctoritate fore cenſeatur conſtitutus, & qui ultra triennium in Vicariatus inibi officio, abſque nova electione, nequeat remanere, ſed ipſe vel alter idoneus de triennio in triennium de novo inibi eligatur, præſentetur & conſtituatur Vicarius, ut præfertur.

§. III. Et inſuper attendens Legatus ipſe, quod dictis Guardiano & Fratribus extremæ pro Chriſti nomine paupertati ſubjectis, in eorum Regula pecuniarum receptio ſtrictiſſime dignoſceretur interdicta, & propterea congruum, debitumque recenſens, quod Guardianus & ipſius domus Fratres prædicti ab omni contributione, ſeu impoſitione pecuniaria ipſis per eumdem Miniſtrum, vel quemvis alium forſan imponenda liberi & immunes exiſtant, eos ab hujuſmodi contributione & impoſitione exemit totaliter, ac pariter liberavit, prout in ipſius Legati deſuper confectis litteris dignoſcitur plenius contineri.

Extrema Minorum paupertas.

Ab omni contributione pecuniaria eximuntur.

§. IV. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, ipſe Marchio ad divini cultus, hujuſmodi quoque Religionis, & animarum ſalutis augmentum, in prædicta, necnon aliis quibuslibet infra civitates, terras, & loca temporali ſuæ ditioni ſubjecta conſiſtentibus Fratrum hujuſmodi domibus Obſervantiam præmiſſam vigere, & inſtaurari ferventius concupiſcat, pro parte Marchionis, necnon Guardiani, ac domus Brandeburgen. Fratrum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut indulto, exemptioni, & liberationi præmiſſis, pro eorum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, & ſuper his, quæ pro hujuſmodi ſtabilienda peramplius Obſervantia inferius annotata ſunt Apoſtolicæ facultatis, opportunæque proviſionis impertiri, & adjicere præſidium, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Marchio Brandeburgenſis Regularem obſervantiam promovet.

Privilegiorum petit confirmationem.

§. V. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ per &c. mandamus, quatenus ſi, & poſtquam tibi de indulto, exemptione, & liberatione prædictis legitime conſtiterit, tu illa, ac quæcumque inde ſecuta, auctoritate Apoſtolica approbes & confirmes, ſtatuaſque & ordines, quod per prædictarum domorum perſonas, quæ hujuſmodi Obſervantiæ ſe ſubmiſerint, pro prima vice, ac conſequenter de triennio in triennium, ſervatis alias modo & forma, quibus ipſe Miniſter eligi conſuevit, Vicarius in domibus prædictis, & pro illis eligatur, ac poſt hujuſmodi ejus electionem pro parte illorum, qui ipſum fecerint, eidem Miniſtro in ſcriptis præſentetur, ipſeque Miniſter illum infra prædictos dies ſuum inibi Vicarium conſtituat, alioquin ex tunc, eadem Apoſtolica auctoritate Vicarius conſtitutus ſit ibidem, & ipſius inibi Vicariatus officium, niſi denuo ad illud electus fuerit, per triennium dumtaxat duret antedictum. Nos enim, ſi confirmationem, approbationem, ſtatum, & ordinationem hujuſmodi per te fieri contigerit, Vicario prædicto, quoties ſibi videbitur, & duobus, vel tribus aliis ex ipſarum domorum Fratribus, per eum ad id eligendis pariter, & aſſumendis, domos prædictas, earumque perſonas in capite & membris, ac ubicumque proſpexerint, eadem auctoritate Apoſtolica viſitandi, necnon quæcumque pro hujuſmodi obſervantiæ ſubſiſtentia, & propagatione inibi reformationis, ſive correctionis officio indigere cognoverit, reformandi, & corrigendi, ac perſonas ipſas, prout earum exceſſus exegerint, puniendi, necnon omnia alia & ſingula, quæ in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria, vel opportuna fuerint, faciendi, diſponendi, & exequendi, contradictores quoque, & rebelles per cen-

Pontifex annuit poſtulatis.

cenſuras eccleſiaſticas, ac quævis opportuna juris remedia, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, compeſcendi, plenam & liberam, eadem auctoritate Apoſtolica concedimus, tenore præſentium facultatem; Generalis dicti Ordinis tamen alias in omnibus, ut nihilominus, quoties ei viſum fuerit, domos prædictas perſonaliter viſitare, & in illis de ipſarum, ut moris eſt, diſcretorum conſilio debitas correctiones, & punitiones facere valeat, poteſtate ſemper ſalva. Non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus domorum, & Ordinis prædictorum &c. ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, 11. Kalendas Maii, anno xi.

CCIII.

Eligitur Epiſcopus Paphen. Ex lib. de litteris &c. anno 11. fol. 81.

Dilecto filio Angelo de Narnia Electo Paphen.

Ut in Regeſto Tom. 9. fol. 564.

Apoſtolatus officium &c. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Balthaſſar Epiſcopus Tuſculan. in ſua obedientia, de qua partes illæ tunc erant, Joannes XXIII. nuncupatus, proviſiones omnium &c. per translationes de Prælatis earum &c. Et deinde etiam Paphen. ex eo tunc Paſtoris ſolatio deſtituta, quod idem Epiſcopus, tunc Joannes XXIII. venerabilem fratrem noſtrum Bertrandum ſancti Flori, tunc Paphen. Epiſcopum, licet abſentem, a vinculo, quo eidem &c. tenebatur, abſolvens, ipſum ad Eccleſiam ſancti Flori Ordinis ſancti Benedicti tunc vacantem, duxerat transferendum; ac eidem Eccleſiæ Paphen. &c. eamdem Eccleſiam Paphen. ſic vacantem, bonæ memoriæ Joanni Archiepiſcopo Tarſen. per eum, quoad viveret, tenendam, regendam & etiam gubernandam commendaverat, dictoque Epiſcopo, tunc Joanni XXIII. aliter per eum de dicta Eccleſia Paphen. non diſpoſito, eidem obedientiæ præſidere ceſſante, nos ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumpti, cum a nonnullis revocaretur in dubium, an aliquis præter Romanum &c. de Eccleſiis &c. hujuſmodi ambiguitatis tollendum dubium per alias noſtras litteras declaravimus, proviſiones omnium &c. remanſiſſe & remanere per hujuſmodi reſervationem & decretum affectas, nullumque præter Romanum Pontificem de illis diſponere potuiſſe, ſive poſſe, ac decrevimus irritum &c. Cum itaque poſtmodum dictus Joannes Archiepiſcopus nuper fuerit extra Romanam &c. vita functus, & propterea dicta Eccleſia Paphen. adhuc per translationem ſupradictam vacare noſcatur &c. Nos ad proviſionem ejuſdem Eccleſiæ Paphen. &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, 111. Nonas Maii, anno xi.

CCIV.

Aſſumitur ad Eccleſiam Thinen. & Michonen. Ibidem, fol. 149.

Dilecto filio Jacobo de Venetiis Electo Thinarum & Michonarum.

Vide ut ſupra.

Apoſtolatus officium &c. Dudum ſiquidem proviſiones omnium Eccleſiarum Cathedralium tunc vacantium, & in antea vacaturarum per translationes de Prælatis earum ubilibet conſtitutis per nos factas, & in poſterum faciendas ad alias Cathedrales Eccleſias, ordinationi & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, decernentes ex tunc irritum & inane ſi ſecus ſuper his per quoſcumque, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter continge-

ret

ret attentari. Et deinde Eccleſia Thinarum & Michonarum ex eo vacante, quod nos hodie venerabilem fratrem noſtrum Antonium Civitatis-Novæ, tunc Thinarum & Michonarum Epiſcopum, a vinculo quo eidem Eccleſiæ Thinarum & Michonarum, cui tunc præerat, tenebatur, de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſolventes, ipſum ad Eccleſiam Civitatis-Novæ, tunc Paſtore carentem, duximus auctoritate Apoſtolica transferendum, præficiendo ipſum eidem Eccleſiæ Civitatis-Novæ in Epiſcopum & Paſtorem. Nos ad proviſionem ipſius Eccleſiæ Thinarum & Michonarum &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua nobis & eiſdem Fratribus noſtris, ob tuorum exigentiam meritorum accepta, eidem Eccleſiæ Thinarum & Michonarum, de dictorum noſtrorum Fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c. Volumus autem quod quamprimum præſentes litteras habueris expeditas, ad Eccleſiam ipſam Thinarum & Michonarum accedas, & perſonaliter reſideas in eadem, quodque Pontificalia jura extra civitatem & diœceſim Thinarum & Michonarum nequeas exercere. Jugum igitur Domini tuis impoſitum humeris prompta devotione ſuſcipiens &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, xii. Kal. Junii, anno xi.

CCV.

Fit Epiſcopus Sevaſtopolitan. Ibidem, fol. 96.

Dilecto filio Paulo Franciſci Electo Sevaſtopolitan.

Divina diſponente clementia &c. Dudum ſiquidem bonæ mem. Joanne Epiſcopo Sevaſtopolitan. regimini Eccleſiæ Sevaſtopolitan. præſidente. Nos cupientes ipſi Eccleſiæ, cum vacaret &c. Poſtmodum vero præfata Eccleſia per obitum dicti Joannis Epiſcopi, qui extra Romanam &c. vacante. Nos vacatione &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. direximus oculos noſtræ mentis &c. de perſona tua &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c. *Vide Conſt. 18. hujus Pontificis.*

Datum Genezani, Præneſtin. Diœceſ. x. Kal. Auguſti, anno xi.

CCVI.

Conceditur Indulgentia capellæ ſancti Sebaſtiani domus Brugen. Ex lib. I. de Regularibus &c. anno 11. folio 229.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis.

§. I. Loca Sanctorum omnium pia ſunt devotione Fidelium veneranda, ut Dei honorantes amicos, ipſi nos devotos & amabiles Deo reddant, & illorum nobis quodammodo patrocinium vendicantes, apud ipſum quod merita noſtra non obtinent, eorum piis interceſſionibus conſequi mereamur.

§. II. Cum itaque ad Eccleſias, & loca ſub titulo ſancti Sebaſtiani dedicata ſingularis devotionis geramus affectum, & ſicut accepimus, in Eccleſia Conventus Fratrum Minorum Brugen. Tornacen. Diœceſ. capella ſub nomine dicti Sancti, per nonnullos incolas Brugen. dictæ Diœceſis, & præſertim dilectum filium Jacobum de Buoſa, qui etiam ob ſpecialem devotionem, quam ad eamdem habet capellam, nobis, ut illam aliquali prærogati-

va devotionis & honoris decoremus, humiliter ſupplicavit, noviter reformata exiſtat. Nos cupientes, ut ipſa capella, ad quam partem venerabilis reliquiæ capitis ejuſdem Sancti, inibi devote collocandam de Alma Urbe reverenter deferri conceſſimus, ex devotionis cauſa crebris honoribus frequenter, & per eorumdem fidelium pia ſuffragia in ſtatu perpetuis futuris temporibus conſervetur, utque fideles ipſi eo devotius confluant ad eamdem, & pro ſtatu hujuſmodi manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono cœleſtis gratiæ, & ſpirituali alimonia uberius conſpexerint ſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate, ipſiuſque Sancti interceſſione confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui in die feſtivitatis Sancti memorati prædictam capellam, in qua Miſſa, & Divinum Officium ad honorem Dei, & ipſius Sancti commemorationem ſolemniter, & laudabiliter celebrantur, devote viſitaverint annuatim, adjutriceſque manus porrexerint, ut præfertur, unum annum & quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus. Volumus autem, quod ſi alias viſitantibus dictam capellam, aut pro reparatione, fabrica, vel ipſius ſtatu manus porrigentibus adjutrices, aut inibi pias eleemoſynas alias erogantibus, ſeu aliqua alia indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus nondum elapſum duratura per nos conceſſa fuerit, præſentes litteræ nullius exiſtant roboris, vel momenti.

Datum Genezani, Præneſtin. Diœceſ. x. Kal. Auguſti, anno xi.

CCVII.

Ut Fratres recipiant domum prope Caſtrum Liniaci. Ex lib. 1. de diverſis formis, anno 11. fol. 66.

Dilecto filio Archipresbytero plebis Caſtri-Liniaci, Veronen. diœceſis.

Ut in Conſtit. 26. hujus Pontif.

§. I. HUmilibus & honeſtis &c. Sane pro parte dilectorum filiorum univerſitatis, & incolarum Caſtri Liniaci, Veronen. diœceſis nuper nobis exhibita petitio continebat, quod ipſi &c. unam domum cum Eccleſia, campanili &c. aliis neceſſariis officinis, pro perpetuis uſu, & habitatione dictorum Fratrum, prope ipſum Caſtrum &c. fundare, conſtruere &c. deſiderant, et proponunt. Quare pro parte univerſitatis, et incolarum prædictorum &c. nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus & committimus, quatenus ſi eſt ita, eiſdem univerſitati, et incolis de bonis prædictis domum cum Eccleſia, campanili &c. aliis officinis hujuſmodi, pro uſu et habitatione præfatis in eodem loco fundandi, conſtruendi &c. ipſiſque Fratribus domum, et reliqua ſupradicta, pro eiſdem uſu et habitatione recipiendi, atque retinendi, diœceſani loci &c. licentia minime requiſita; jure tamen Eccleſiæ parochialis &c. ſalvo, plenam et liberam, auctoritate Apoſtolica licentiam largiaris. Et nihilominus, quod domus, & qui in ea pro tempore deguerint, Fratres hujuſmodi omnibus et ſingulis privilegiis &c. uti et gaudere valeant, auctoritate ſtatuas antedicta. Non obſtantibus fel. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Genezani, Præneſtin. diœceſis, XVII. Kalendas Septembris, anno xi.

CCVIII.

CCVIII.

Prohibetur conſtructio Monaſterii ſanctæ Claræ Anicien. Ibidem. fol. 297.

Dilecto filio Abbati de Doa, Anicien. diœceſis.

§. I. Apoſtolicæ Sedis providentia circumſpecta nonnumquam conceſſa per eam, juſtis et rationabilibus ſuadentibus cauſis, revocat & annullat, prout in Domino conſpicit expedire. Dudum ſiquidem pro parte dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Glandæ de Roſſilhom, Vicecomitiſſæ Podompniaci, Anicien. diœceſis, nobis expoſito, quod ipſa zelo devotionis aceenſa &c. unum Monaſterium cum Eccleſia &c. et aliis neceſſariis officinis, pro uſu et habitstinne Monialium Ordinis ejuſdem Sanctæ, intra muros civitatis Anicien. de bonis ſibi a Deo collatis, ac etiam cum nonnullarum nobilium mulierum adjutorio fundare pariter et dotare proponebat, quampluresque nobiles, et probæ mulieres illarum partium, veluti hujuſmodi propoſiti conſortes in eodem Monaſterio, poſtquam fundatum & dotatum, ut præfertur, exiſteret, deſiderarent perpetuum, ſub regulari Obſervantia dicti Ordinis virtutum Domino reddere famulatum.

§. II. Ceterum quia locus, in quo Monaſterium hujuſmodi fundari intenderetur, cenſualis, & de dominio dilecti filii Præpoſiti Eccleſiæ Anicien. ratione præpoſituræ dictæ Eccleſiæ exiſtit, præfata Vicecomitiſſa congruentem recompenſationem pro indemnitate dicti Præpoſiti protinus eſſet exhibere parata. Nos per alias noſtras litteras venerabili fratri noſtro Epiſcopo Anicien. ejus proprio nomine non expreſſo, dedimus in mandatis, ut ſi vocatis dicto Præpoſito, et aliis qui fuerint evocandi, reperiret ita eſſe, dictus Epiſcopus eidem Vicecomitiſſæ, congrua tamen per eam dicto Præpoſito recompenſatione exhibita, ex qua præpoſituræ ſuæ conditionem meliorari dubium non exiſteret, doteque ſufficienti pro fundatione dicti Monaſterii primitus aſſignata, Monaſterium hujuſmodi cum Eccleſia, campana &c. ac aliis officinis, in loco hujuſmodi fundandi &c. licentiam, auctoritate noſtra concederet; jure tamen parochialis &c. ſalvo, prout in eiſdem litteris plenius continetur. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte venerabilis fratris noſtri Guillelmi Epiſcopi, ac dilectorum filiorum Capituli, univerſique Cleri, necnon Fratrum domus Ordinis Fratrum Minorum Anicien. petitio continebat, idem Epiſcopus poſtmodum ad executionem earumdem litterarum, juxta earum formam et tenorem, procedere intendens, poſt diverſos per eum ſuper hoc cum Capitulo, et Clero præfatis habitos tractatus, et deliberationes maturas, clare et evidenter repererit, quod ſi litteræ prædictæ executioni mandarentur, ſuumque plenum ſortirentur effectum, gravia exinde in partibus illis, ex eo præſertim, quod præfata Vicecomitiſſa, in hujuſmodi fundando Monaſterio Moniales, ſub obſervantia, quæ nihil proprii haberent, et quæ ob id mendicare, vagarique cogerentur, collocare diſpoſuit, diſſenſiones, et ſcandala orirentur, & propterea prædictus Epiſcopus litteras exequi hactenus diſtulerit, pro parte Epiſcopi, Cleri et Fratrum prædictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut prædictas litteras caſſare et annullare, ac alias ſuper his opportune providere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

§. III. Nos igitur de præmiſſis certam notitiam non habentes &c. diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus et mandamus, quatenus vocatis dicta Vicecomitiſſa, et aliis, qui fuerint evocandi, de præmiſſis omnibus, auctoritate noſtra te diligenter informes, et ſi per informationem hu-

hujuſmodi, litteras prædictas ſine ſcandalo exequi, ſuumque effectum ſortiri non poſſe inveneris, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, litteras ipſas, & quæcumque inde ſecuta, eadem auctoritate revoces, caſſes, irrites & annulles, illaſque, et illa nullius penitus exiſtere decernas roboris, vel momenti, diſtrictius inhibendo præfato Guillelmo, et pro tempore exiſtenti Anicien. Epiſcopo, ne ad earumdem litterarum executionem per ſe, vel alium quovis modo procedat. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Genezani, Præneſtin. diœceſis, xiv. Kalendas Septembris, anno x.

CCIX.

Ut Sorores Tertii Ordinis in partibus Italiæ eligant Generalem, & alias domorum Miniſtras. Ex lib. 1. mixto de diverſis &c. anno 11. fol. 38.

Venerabili fratri Epiſcopo Tudertin.

§. I. Sacræ Religionis, ſub qua dilectæ in Chriſto filiæ, Angelina ſanctæ Annæ Fulginaten. Catarina, ſancti Joannis Tudertin. Ceccha, ſancti Honofrii Florentin. Paula ſanctæ Margaritæ Eſculan. Thomaſia ſancti Quirici Aſſiſinaten. & Clara ſanctæ Agnetis Viterbien. domorum Tertii Ordinis ſancti Franciſci, *de Pœnitentia* nuncupati, Sorores devotum & ſedulum exhibent Domino famulatum, promeretur honeſtas, ut earum piis & rationabilibus votis, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus.

§. II. Sane pro parte dictarum, & aliarum domorum earumdem Sororum, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod nuper ipſæ ſpe hæc ab Apoſtolica Sede obtinendi, ob frugem melioris vitæ, & ut ſub debito obedientiæ, ut puta, ſub gubernaculo aliquorum capitum honeſtius vivendo, earum converſatio Deo fieret acceptior, & quietius, ſalubriuſque in eo proficere valerent, in ſingulis eiſdem domibus aliquas religioſas Sorores dicti Ordinis in ſuas, & domorum earumdem Miniſtras, ſive Gubernatrices concorditer elegerunt & aſſumpſerunt, deſiderantes ſub obedientia et gubernatione dictarum Miniſtrarum ſic aſſumptarum, et in poſterum aſſumendarum, vitam continuare religioſam. Quare pro parte dictarum Sororum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut præmiſſis attentis, necnon pro earum pace & quiete, ſuæque Religionis augmento, ac domorum prædictarum laudabili directione, quod electæ Miniſtræ hujuſmodi, & quæ in futurum in dictis domibus eligentur, eis incumbens officium regiminis exercere, ac prædictæ, & aliæ domorum earumdem Sorores hac primaria vice, & deinceps, quoties in dictis domibus aliquas Miniſtras deeſſe contigerit, alias idoneas Sorores, dictum Ordinem profeſſas, loco deficientium, in Miniſtras eligere & aſſumere, quibus præfatæ Sorores parere et obedire in licitis & honeſtis teneantur, quodque ſic electæ Miniſtræ domibus, in quibus electæ fuerint, ac earum Sororibus præfatis præeſſe, ipſaſque Sorores regere & gubernare, necnon a mulieribus ad hoc idoneis, dictum Ordinem profiteri volentibus, profeſſionem per Sorores dictarum domorum emitti conſuetam, ac eas in ipſas domos recipere & admittere; præfatæ quoque Miniſtræ electæ, & eligendæ unam aliam Generalem domorum, & Sororum prædictarum Miniſtram, quæ Miniſtras, & Sorores eaſdem viſitare, & propter earum exceſſus, juxta Canonica inſtituta dicti Ordinis punire & corrigere debeat, eligere; quodque Generalis hujuſmodi ſic electa Miniſtra,

ſtra, quaſcumque alias Sorores domorum partium Italiæ præfati Ordinis, ſub ejus cura & adminiſtratione ſponte venire volentes recipere: Miniſtri inſuper, & Viſitatores præfati Ordinis prædictas Generalem, & ceteras dictarum domorum Miniſtras dumtaxat viſitare libere & licite valeant, licentiam concedere &c. dignaremur.

§. III. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus de prædictis omnibus & ſingulis, auctoritate noſtra te diligenter informes, & ſi per informationem hujuſmodi repereris, præmiſſa de jure, & ſecundum præfata inſtituta dicti Ordinis fieri poſſe, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, Sororibus præſentibus & futuris, dictarumque Miniſtras eligendi &c. eadem auctoritate, licentiam largiaris. Et nihilominus Miniſtris, & dictarum domorum Sororibus præfatis, ac eiſdem domibus, quod omnibus & ſingulis privilegiis, indulgentiis &c. quomodolibet conceſſis, perpetuo uti & gaudere valeant, prælibata auctoritate concedas.

Datum Genezani, Præneſtin. diœceſis, XIV. Kal. Septembris, anno XI.

CCX.

Confirmatur fundatio Monaſterii de Stremos. Reg. vat. ex lib. I. de diverſis formis &c. anno II. fol. 215.

Venerabili Fratri Epiſcopo Elborenſ.

§. I. Ineffabilis ſummi providentia Patris, qui ut nos hujus ad exitum properantis continuo mundi ſuppoſitos curſui, Religione munda cœleſtis efficeret patriæ poſſeſſores, ſuum ab arce intimavit Unigenitum, ad hoc nobis, quamquam immeritis univerſalis regimen Eccleſiæ pia dignatione commiſit, et noſtræ debilitatis humeris jugum imponens Apoſtolicæ ſervitutis, ad ſummi nos Apoſtolatus ſolium aſcendere voluit, ut tamquam de ſupremo vertice ad infima reflectentes intuitum, quid pro Religionis ejuſdem expediat propagatione felici, quid ſtatui conveniat ſub illa militantium quorumlibet, ſolertius attendamus; ad hoc enim noſtros quntidie diffundimus cogitatus, noſtrique ſtudia pectoris deſideranter exponimus, ut ſub ſalubri regularis caſtimoniæ ductu, ſecularia deſpicientium ſpectacula, ſtatus perſeveret pacificus, potiores etiam Apoſtolici circa ea præſidii impertimur favores, quæ diſpoſitione provida præficere vigorem, pro ipſius fomentando jugiter Religionis incremento. Sane pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii ſanctæ Claræ de Stremos, Ordinis ejuſdem Sanctæ, Elboren. Diœceſis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum olim nonnulli Chriſtifideles ad inſtantem petitionem & requiſitionem dilecti filii Alphonſi de Paradiſo, Ordinis Fratrum Minorum profeſſoris, nonnulla bona mobilia & immobilia pro fundatione, & erectione dicti Monaſterii pie donaſſent, idem frater Alphonſus ex venerabilis fratris noſtri Petri Archiepiſcopi Ulixbonen. tunc Epiſcopi Elboren, necnon dilecti filii Miniſtri Provincialis Ordinis Fratrum Minorum prædicti Provinciæ Portugalliæ expreſſa licentia & conſenſu, dictum Monaſterium de bonis hujuſmodi fundari, conſtrui &c. fecit & ordinavit, ac in illo ſucceſſive, uſque ad numerum viginti quinque mulierum ad Ordinem dictæ Sanctæ recepit & admiſit, necnon unam ex illis in Abbatiſſam ejuſdem Monaſterii præfecit et ordinavit, quæ ſingulæ inibi tractu temporis profeſſionem, juxta Ordinem dictæ Sanctæ conſuetam, emiſerunt Regularem, quæ, Deo præſtante, in eodem Monaſterio de illarum fructibus & reditibus hæreditariis,

riis, necnon aliis Chriſtifidelium largitionibus proventuris bonis, ſub regula Fratrum Minorum viventes in communi, & virtutum Domino famulantes, ſe poterunt commode ſuſtentare.

§. II. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, prædictæ Abbatiſſa & Moniales pro eo, quod in præmiſſis Sedis Apoſtolicæ auctoritas non intervenerit, dubitent fundationem &c. viribus non ſubſiſtere, pro parte earumdem Abbatiſſæ, & Monialium fuit nobis humiliter ſupplicatum &c. ut fundationi, conſtructioni &c. Apoſtolicæ Sedis confirmationis adjicere, ac ipſis Abbatiſſæ & Monialibus, quod in eodem Monaſterio permanere &c. providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque &c. fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi eſt ita &c. fundationem, & erectionem, auctoritate noſtra approbes & confirmes. Et nihilominus eiſdem Abbatiſſæ & Monialibus, ac ſucceſſoribus earumdem, quod in eodem Monaſterio permanere, & ut præfertur, Domino perpetuo famulari, valeant, eadem auctoritate noſtra concedas. Non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ, apud ſanctos Apoſtolos, VI. Kal. Octobris, anno XI.

CCXI.

Datur facultas Obſervantibus domum admittendi in civitate Metenſ.
Ex lib. I. de Diverſis formis, & exhibitis, anno 11. fol. 83.

Venerabili Fratri Epiſcopo Metenſ.

Ut in Conſtit. 48. hujus Pont. §. I. PIis ſupplicum votis &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Minorum, *de Obſervantia* nuncupatorum petitio continebat, quod dilectus filius Joannes Georgii Amancio civis Metenſ. zelo devotionis accenſus &c. in loco in civitate Metenſi &c. unam domum pro uſu & habitatione quorumdam Fratrum de Obſervantia hujuſmodi, qui inibi, ſub Regulari caſtimonia Altiſſimo conventualiter famulari valeant, fundare &c. deſiderat, ſi Apoſtolicæ Sedis auctoritas ſuper hoc ſuffragetur eidem. Quare pro parte dictorum Fratrum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos igitur &c. fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus ſi eſt ita, eidem civi domum cum Eccleſia, campanili, campana, & aliis officinis hujuſmodi in prædicto loco fundandi &c. necnon Fratribus prædictis illam pro ſuis uſu & habitatione perpetuis recipiendi & retinendi, plenam et liberam, auctoritate noſtra licentiam largiaris. Nos enim ſi conceſſionem hujuſmodi feceris, ut præfertur, Fratribus prædictis in domo hujuſmodi pro tempore moraturis, ut omnibus et ſingulis privilegiis &c. conceſſis uti, & gaudere libere & licite valeant, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium indulgemus. Non obſtantibus tam felic. recordat. Bonifacii Papæ VIII. &c. quam aliis conſtitutionibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque, jure tamen parochialis &c. ſalvo.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, II. Kalendas Octobris, anno XI.

CCXII.

CCXII.

Confirmatur aſſignatio eremitorii ſanctæ Mariæ de Virtutibus Obſervantinis ab Eduardo Portugalliæ Regis primogenito facta. Ibidem, fol. 12.

Venerabili Fratri Epiſcopo Silvenſ.

§. I. CUm ſecularium Principum mentes ad ea, quæ Divini cultus & Religionis augmentum, ac animarum ſalutem reſpiciunt, ex devotionis fervore moveri percipimus, eo libentius ipſorum circa illa votis annuimus, eoque amplioribus favoribus ipſa vota proſequimur, quo latius pia eorumdem Principum exempla, ob dignitatis et meritorum ſuorum excellentiam in alios diffundi, uberiorque exinde fructus chriſticolis provenire ſperatur. Dudum ſiquidem pro parte dilecti filii nobilis viri Eduardi, cariſſimi in Chriſto filii noſtri Joannis Portugalliæ, & Algarbii Regis illuſtris primogeniti, nobis expoſito quod ipſe de terrenis ope &c. & ad Eremitorium ſanctæ Mariæ de Virtutibus, Ulyxbonen. Diœceſis, infra limites parochiæ parochialis Eccleſiæ *de Ameiras*, dictæ Diœceſis conſiſtens, & ad Monaſterium de Sanctis Militiæ ſancti Jacobi *de Spata*, ejuſdem Diœceſis, pleno jure pertinentis, etiam propter excrebreſcentia, quæ manu Dominica inibi pro tempore rutilabant miracula, ſingularem gerens devotionis affectum, illud pro aliquorum Fratrum Ordinis Minorum *de Obſervantia* nuncupatorum habitatione, & uſu deputari & applicari, dictiſque Monaſterio, & Eccleſiæ, quibus oblationes ſingulæ in eodem Eremitorio per Chriſtifideles erogari ſolitæ, cedere conſueverant huc uſque pro ipſis, de poſſeſſionibus, aliiſque bonis ſuis recompenſationem congruam facere & exhibere affectaret, ſi ſibi ſuper his Apoſtolicæ Sedis favor, & auctoritas ſalubriter impenderentur. Nos per alias noſtras litteras dilecto filio Cantori Eccleſiæ Colimbrien. ejus proprio nomine non expreſſo, dedimus in mandatis, ut ſi, & poſtquam ipſe Eduardus recompenſationem faceret eamdem, Eremitorium ipſum cum omnibus juribus, & pertinentiis Fratribus prædictis, pro hujuſmodi uſu &c. & apud illud Eccleſiam prædictam cum campana &c. & aliis neceſſariis officinis conſtruendi &c. plenam & liberam conceſſimus facultatem, prout in dictis litteris plenius continetur.

§. II. Poſtmodum vero, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Eduardi petitio continebat, ipſe poſtquam litteræ prædictæ ad ejus notitiam pervenerant, & antequam ad illarum, quæ ex eo quod Eccleſia parochialis prædicta non pleno jure, prout in ipſis expreſſum extitit, ſed præſentatio dumtaxat Rectoris ejuſdem, vacationis tempore ad ipſum pertineat, ſubreptitiæ dicebantur, per eumdem Cantorem debitam foret executionem proceſſum, ipſeque Eduardus recompenſationem faceret memoratam, credens id ſibi licere, Eremitorium prædictum in domum eorumdem Fratrum erigi, ac illud nonnullis ex eiſdem aſſignari procuravit, ipſique Fratres ad Eremitorium prædictum, quod ex tunc pro ſuis uſu & habitatione receperunt, Eccleſiam cum campana &c. & aliis officinis hujuſmodi conſtruxerunt &c. divina officia in eadem hactenus laudabiliter celebrando.

§. III. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, Eduardus prædictus dilectum filium Rectorem, Priorem nuncupatum, dictæ parochialis Eccleſiæ præmiſſis annuentem, de qnibuſdam terris, ex quibus duodecim modia tritici percipit annuatim, pro recompenſa prædicta reddidit contentum, erectionem & aſſignationem prædictas, aliaque inde ſecuta pro divini cultus, & religionis propagatione, Fratrumque in dicta domo degentium quie-

te, pace & tranquillitate per Sedem prædictam firmari & ſtabiliri, ac Rectori prædicto, ut de recompenſa hujuſmodi certior, magiſque contentus reddatur, terris prædictis ad jus, & proprietatem ipſius Eduardi reſtitutis, de decimis ex nonnullis terris prope domum prædictam ad quinque leucas ſituatis, quas tunc a tanto tempore, de cujus contrarii memoria hominum non exiſtit, ſteriles & incultas, idem Eduardus noviſſime ad culturam reduxit, provenientibus, ac etiam, ſi non ſufficerent, de aliis ſuis bonis ſatisfacere, etſi hujuſmodi ſatisfactione prævia aliquæ ex eis reſtaverint, in pios uſus convertere cupiant, dummodo dictæ Sedis favor, & auctoritas ſuper hoc ſibi ſuffragentur, pro parte dicti Eduardi nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut erectioni, aſſignationi & aliis præmiſſis pro eorum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, ac alias ſuper iis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. IV. Nos igitur piis ipſius Eduardi deſideriis grato concurrentes aſſenſu, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus vocatis Rectore prædicto, & aliis, qui fuerint evocandi, de præmiſſis, auctoritate noſtra te diligenter informes, & ſi per informationem hujuſmodi ea vera eſſe repereris, dictuſque Rector recompenſationem prædictam ſuper dictis decimis recipere reddiderit ſe contentum, ſuper quibus tuam conſcientiam oneramus, erectionem, aſſignationem, & alia præmiſſa &c. eadem auctoritate approbes, & confirmes, ac ſuppleas omnes defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem. Et nihilominus Eduardo prædicto decimas prædictas eidem Rectori in recompenſationem hujuſmodi aſſignandi, & de illis, ac etiamſi non ſufficerent, de aliis ſuis bonis annuatim ſatisfaciendi, reſtantes vero in pios uſus, ut præmittitur, convertendi & exponendi, plenam & liberam auctoritate Apoſtolica concedas facultatem. Nos enim ſi confirmationem, ſuppletionem, & conceſſionem hujuſmodi per te, vigore præſentium fieri contigerit, Fratribus prædictis in dicta domo morandi, eamque cum Eccleſia, hortis, hortalitiis, & aliis officinis prædictis pro divinis celebrandis, ſuiſque uſu & habitatione perpetuo retinendi, plenam & liberam auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium licentiam elargimur. Et inſuper Fratribus Ordinis hujuſmodi in ipſa domo pro tempore degentibus, ut omnibus & ſingulis privilegiis &c. conceſſis uti & gaudere libere & licite valeant, eadem auctoritate, tenore præſentium indulgemus. Non obſtantibus &c. quibuſcumque, jure tamen cujuſcumque alterius Eccleſiæ in omnibus ſemper ſalvo.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, 11. Kal. Octobris, anno XI.

CCXIII.

Ut iiſdem privilegiis gaudeant, quibus Fratres domus ſancti Michaelis de Monte potiuntur. Ex lib. 1. de Regularibus &c. anno 11. fol. 107.

Dilectis filiis Joanni Roderici Vicario, & univerſis aliis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia *nuncupatorum commorantibus in Eremitorio ſanctæ Mariæ de la Rabida, Hiſpalen. Diœceſis.*

DEcet Apoſtolicam Sedem viros, ſub Religionis Obſervantia, ſtudio piæ vitæ deditos ſinceris affectibus proſequi, et ut Altiſſimo quietius famulari valeant, ſpecialibus favoribus & gratiis confovere. Hinc eſt quod nos veſtris in hac parte devotis ſupplicationibus inclinati, ut vos, & ceteri Fratres in Eremitorio ſanctæ Mariæ *de la Rabida*, Hiſpal. Diœceſis pro tempo-

pore commorantes, in quo, ſicut accepimus, viginti Fratres communiter reſidere conſueverunt, ipſumque Eremitorium omnibus & ſingulis, ac illis ſimilibus privilegiis, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, gratiis & indultis, quibus dilecti filii Guardianus & Fratres domus ſancti Michaelis de Monte prope Alcozer dicti Ordinis, Conchen. Diœceſ. ipſi domui per nos, vel Sedem ipſam, aut alias quovis modo conceſſis utuntur & gaudent, ſeu uti & gaudere poterunt, etiam uti & gaudere valeatis, devotioni veſtræ, auctoritate Apoſtolica, de ſpeciali gratia indulgemus. Non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis &c. privilegiis quoque, conceſſionibus, & indultis dicti Ordinis, ejuſque domibus & Fratribus in genere, vel in ſpecie, ſub quavis verborum forma conceſſis, quæ in præmiſſis poſſent quomodolibet obviare, etiamſi de eis, & de eorum totis tenoribus, ac de verbo ad verbum in præſentibus habenda foret mentio ſpecialis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, x. Kal. Novembris, anno xi.

CCXIV.

Ut Fratres admittant domum in civitate Roſſanenſ. Ex libro 1. de Diverſis formis &c. anno 11. folio 58.

Venerabili Fratri Archiepiſcopo Cuſentin.

§. I. Humilibus ſupplicum votis &c. Sane pro parte dilectorum filiorum Communis civitatis Roſſanenſ. nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum prædicta civitas nullam domum, ſive nullum locum Ordinis Fratrum Minorum habere noſcatur, ipſi Commune cupientes terrena in cœleſtia &c. proponunt, de bonis a Deo ſibi collatis, unam domum cum Eccleſia, campanili &c. & aliis neceſſariis officinis, pro uſu, & habitatione perpetuis aliquorum Fratrum ipſius Ordinis in civitate, ſeu prope illam in loco congruo & honeſto fundare, conſtruere &c. Quare pro parte dictorum Communis nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. *Ut in Conſt. 16. hujus Pontif.*

§. II. Nos igitur &c. fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi eſt ita, eiſdem Communi de bonis prædictis domum cum Eccleſia, campanili &c. & aliis officinis hujuſmodi pro uſu, & habitatione prædictis in eadem civitate, ſeu prope illam in loco congruo, & honeſto, ut præfertur, fundandi, conſtruendi &c. ipſiſque Fratribus domum ipſam cum reliquis ſupradictis pro eiſdem uſu &c. recipiendi, atque retinendi, Diœceſani loci &c. minime requiſita, jure tamen parochialis Eccleſiæ &c. ſalvo, plenam & liberam auctoritate Apoſtolica licentiam largiaris. Nos enim, ſi hujuſmodi licentiam vigore præſentium conceſſeris, ut præmittitur, domum, & qui in ea pro tempore deguerint, Fratres hujuſmodi omnibus exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, privilegiis &c. uti & gaudere poſſe, atque debere decernimus per præſentes. Non obſtan. fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. &c. ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, vi. Kalendas Novembris, anno xi.

CCXV.

Ut Fratres utantur litteris Martini IV. circa inſtitutionem Syndicorum. Ibidem, fol. 185.

Ad futuram rei memoriam.

Hanc habes Conſtitutionem apud Meliſſanum ad an. 1427. fol. 130.

AMabiles fructus &c.

CCXVI.

Eligitur Epiſcopus Balleacen. Ex lib. 1. de Dignitatibus &c. an. 12. fol. 158.

Dilecto filio Bernardo de Drivaſto Electo Balleacenſ.

Ut in Reg. Tomi 9. fol. 564.

APoſtolatus officium &c. Sanc Eccleſia Balleacen. ex eo Paſtoris ſolatio deſtituta, quod nos nuper venerabilem fratrem noſtrum Michaelem Drivaſtenſ. tunc Balleacenſ. Epiſcopum, apud Sedem Apoſtolicam conſtitutum, a vinculo, quo ipſi Balleacenſ. Eccleſiæ, cui tunc præerat, tenebatur, de Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſolventes, ipſum ad Eccleſiam Drivaſtenſ. tunc vacantem duximus auctoritate Apoſtolica transferendum, præficiendo ipſum eidem Drivaſtenſ. Eccleſiæ in Epiſcopum & Paſtorem. Nos ad proviſionem ipſius Balleacenſ. Eccleſiæ celerem & felicem, de qua nullus præter nos hac vice diſponere potuit, ſive poteſt, pro eo quod nos dudum antea proviſiones omnium Eccleſiarum Cathedralium, per translationes de Prælatis earum per nos faciendas ex tunc in antea vacaturarum, ordinationi, & diſpoſitioni noſtræ duximus ea vice ſpecialiter reſervandas, decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his, per quoſcumque, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari. Ne longæ vacationis exponeretur incommodis &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua nobis &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem. Curam &c. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus onus regiminis præfatæ Balleacenſ. Eccleſiæ &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, III. Nonas Novembris, an. XI.

CCXVII.

Præficitur Eccleſiæ Eguinen. Ibidem, fol. 148.

Dilecto filio Berengario Perrini Electo Eguinenſ.

Vide ut ſupra.

APoſtolatus officium &c. Cum itaque poſtmodum Eccleſia Eguinen. cui bonæ memoriæ Bertrandus Epiſcopus Eguinen. dum viveret, præſidebat, per ipſius Bertrandi obitum, qui apud Sedem prædictam diem clauſit extremum, apud Sedem eamdem vacaverit, & vacet ad præſens. Nos ad proviſionem ipſius Eccleſiæ &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus attentâ meditatione penſatis, de perſona tua nobis &c. accepta, eidem Eccleſiæ de dictorum Fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, III. Nonas Novembris, an. XI.

CCXVIII.

Aſſumitur ad Eccleſiam Faventin. Ex libro 1. de litteris &c. fol. 108.

Dilecto filio Joanni de Faventia Electo Faventin.

DIvina diſponente clementia &c. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Silveſtro Epiſcopo Faventino regimini Faventinæ Eccleſiæ præſidente. *Vide Conſt. 28. hujus Pontif.* Nos cupientes eidem Eccleſiæ, cum vacaret, per Apoſtolicæ Sedis providentiam utilem & idoneam præſidere perſonam, proviſionem ejuſdem Eccleſiæ ordinationi & diſpoſitioni noſtræ ea vice duximus ſpecialiter reſervandam &c. Poſtmodum vero præſata Eccleſia, per obitum ipſius Silveſtri Epiſcopi, qui extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, vacante, nos vacatione hujuſmodi fide dignis relatibus intellecta, ad proviſionem ipſius Eccleſiæ &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum, & Theologiæ profeſſorem &c. direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus attenta meditatione penſatis, de perſona tua nobis &c. accepta, eidem Eccleſiæ, de dictorum Fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, Nonis Novembris, anno XI.

CCXIX.

Ut componant controverſiam inter Obſervantes provinciæ Calabriæ, & Moniales ſanctæ Claræ circa erectionem domus Conſentin. Ex lib 1. de Regularibus &c. anno 11. fol. 116.

Venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Cuſentin. & Epiſcopo Manturanen. ac dilecto filio Abbati Monaſterii ſancti Joannis de Flore, Cuſentin. Diœceſis.

§. I. ROmanus Pontifex variis plerumque ſuggeſtionibus circumventus, ad nonnulla concedenda deflectitur, quæ poſtmodum penſatis ingruentium negotiorum circumſtantiis, immutari dijudicat, prout ipſorum negotiorum qualitate perſpecta, id cenſet in Domino expedire. Dudum ſiquidem, poſtquam nos ad dilectorum filiorum Auguſtini de Florentia, tunc Vicarii Miniſtri Provincialis provinciæ Calabriæ, & nonnullorum aliorum Fratrum Ordinis Minorum *de Obſervantia*, ſecundum morem ipſius Ordinis nuncupatorum, aſſerentium, quod Monaſterium Monialium ſanctæ Mariæ Magdalenæ extra muros Cuſentin. Ordinis ſanctæ Claræ foret deſtructum, & quod in eo plurimis annis retroactis aliqua Monialis non habitaſſet, nec habitaret tunc, ſed in civitate Cuſentin. Moniales ipſæ commorari noſcerentur, quodque eædem Moniales, quantum in eis eſſet, prædictum Monaſterium, ut illud repararetur, & in eo in divinis deſerviretur, Fratribus prædictis concedere, & aſſignare, iidemque Fratres Monaſterium ipſum piis Chriſtifidelium ſuffragiis reparare, ac reſtaurare, ac inibi Altiſſimo famulando commorari deſiderarent, atque proponerent, ſupplicationis inſtantiam per quaſdam noſtras litteras venerabili fratri noſtro Epiſcopo Opiden. ejus proprio nomine non expreſſo, ut ſi per diligentem informationem per eum auctoritate noſtra ſuper hoc recipiendam, ita eſſe inveniret, inter alia prædictis Monialibus dictum Monaſterium, ſuppreſſo per eum in illo Abbatiſſalis dignitatis titulo, Fratribus eiſdem aſſignandi, ipſiſque Fratribus illud pro eorum uſu & habitatione recipiendi, & in eo commorandi, prædictoque Augusti-

Monaſt. Monial. extra Civ. Mœnia dirutum.

Fratres poſtulant ut ipſis idē Monaſterium aſſignetur.

guſtino Monaſterium ipſum juxta regularia Inſtituta Ordinis de Obſervantiæ hujuſmodi, uſque ad Generalis Miniſtri ipſius Ordinis pro tempore exiſtentis beneplacitum, regendi & gubernandi, ſub certis modo & forma, auctoritate prædicta licentiam largiretur, mandaveramus: per dilectos filios Franciſcum Albericum de Domarino & Andream de Micalda cives Cuſentin. Ambaxiatores dilectorum filiorum Communis dictæ civitatis, pro parte ipſorum Communis nobis expoſito, quod litteris prædictis, per eumdem Epiſcopum, propter ipſarum Monialium a quibuſdam ejuſdem Ordinis de Obſervantia æmulis,ut credebatur, ſubornatarum diſſenſum, executioni minime demandatis, dictum Commune prædictum Monaſterium quadraginta quinque, vel circa, jam annis omnino derelictum, videlicet illius domos & ædificia ab eiſdem Monialibus, quibus illa quaſi inutilia exiſtebant, utpote collabentia, & eis quandoque nihil, aliquando vero non ultra quatuor carlenos argenti in anno reddere ſolita, ſibi uſque ad certum tempus tunc expreſſum, ſub annua penſione decem carlenorum ſimilium per eoſdem Commune, ipſis Monialibus annuatim, durante dicto tempore, quod proxime inceperat, ſolvendorum, concedi, & locari obtinuerant, illaque demum, ob vigentem eorum devotionis circa zelum religionis ardorem, ac piam & laudabilem Auguſtini & Fratrum prædictorum vitam, quorum, necnon dilecti filii Matthæi de Agrigento, qui de numero illorum erat, virtuoſis prædicationibus, ac præclaris exemplis ſalutares fructus acceperant, & uberius in poſterum cum reliquis Chriſtifidelibus partium illarum accipere ſperabant, ipſis Auguſtino & Fratribus per eos ex hujuſmodi ſuffragiis reparanda, & pro eorum interim uſu & habitatione tenenda, ſpe tamen, & animo, ac intentione, ut etiam interim litteræ prædictæ per eumdem Epiſcopum executioni debitæ mandarentur, realiter aſſignaverant, ipſique Auguſtinus & Fratres domos & ædificia prædicta eiſdem ſpe, & animo, ac intentione recipientes, illa reparari facere inceperant, quodque dictæ Moniales in prædicto Monaſterio, etiamſi ſufficienter & habitabile foret, quia in eo, tamquam in loco ſolitario conſtituto, ſcelera quam plurima per diverſos homines alias commiſſa fuerant, tutæ & abſque nota infamiæ deinceps habitare non poterant, & quod alium infra dictam civitatem locum idoneum, etiam Monaſterium denominatum, & Abbatiſſalis dignitatis titulo inſignitum, aut ſaltem pro inſignito communiter reputatum, cum Eccleſia habere noſcebantur, in quo a prædictis annis citra tutæ & quietæ habitarant, prout habitabant tunc, quodque ipſi Commune proponebant poſſeſſiones, aut prædia, ſive bona alia eiſdem Monialibus in recompenſam domorum & ædificiorum tradere prædictorum & aſſignare, ex quibus ipſæ Moniales quatuor ducatos auri perpetuis futuris temporibus percipere valerent annuatim. Nos eidem Epiſcopo per alias noſtras litteras dedimus in mandatis, ut ſi per diligentem informationem, per eum ſuper præmiſſis per eoſdem Commune expoſitis auctoritate prædicta recipiendam, ea vera,ac exinde religionis augmentum proventurum fore reperiret, ipſis Auguſtino & Fratribus, poſtquam prædicti Commune eiſdem Monialibus poſſeſſiones, ſive prædia, aut bona prædicta realiter aſſignaverint, Monaſterium prædictum per ipſum Epiſcopum in illo titulo antedicto ſuppreſſo, ac ipſo Monaſterio in domum Ordinis de Obſervantia hujuſmodi erecto,cum Eccleſia, domibus, ædificiis, clauſtro, cœmeterio, horto, & aliis officinis, ejuſdem etiam ad hoc prædicto adhuc diſſenſu, ſeu contradictione Monialium earumdem interveniente, ne propterea idem Monaſterium taliter profanatum in deterius corrueret, ſed potius ad Regularem ſtatum in melius reduceretur, eadem auctoritate concederet, ac alia faceret, prout in eiſdem aliis litteris plenius continetur. .

Moniales renuūt præſtare conſenſum.

Fratres cōmendantur.

Quibus Commune Civitatis idem Monaſterium concedit.

Compenſatio Monialibus exhibetur.

Pontifex petitionibus annuit.

§. III. Poſt-

Monialium appellatio.

Multa exponunt ſibi facta gravamina.

§.II. Poſtmodum verò, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Euſtochiæ Abbatiſſæ, & Conventus dicti Monaſterii petitio continebat, venerabilis frater noſter Antonius Epiſcopus Opiden. ad executionem, ut dicebatur, dictarum aliarum litterarum, in quibus, præſertim ubi in eis prædictum Monaſterium ab ipſis Monialibus, quaſi ipſis inutile & inhabitabile omnino derelictum, necnon ſpe, & animo, ac intentione, quod priores litteræ prædictæ per ipſum Epiſcopum executioni debitæ mandarentur, per Commune ſub hujuſmodi penſione conductum, per Fratres eoſdem reparari inceptum fore, ipſaſque Moniales in ipſo tute, & abſque nota infamiæ habitare non poſſe, ac alium infra dictam civitatem locum idoneum, etiam Monaſterium denominatum, & Abbatiſſalis dignitatis titulo inſignitum,cum Eccleſia habere aſtruitur, quia licet olim Moniales ipſæ nonnullis exactis temporibus a dicto Monaſterio, propter guerrarum in illis partibus vigentium diſcrimina, abeſſe, & infra dictam civitatem, in quadam domo propterea per eas empta, de neceſſitate habitare coactæ fuiſſent, tamdem tamen ceſſantibus guerris eiſdem, prædictæ Abbatiſſa & Conventus, antequam dictæ aliæ litteræ emanarent, Monaſterium ipſum viſitantes, & in diſſenſu hujuſmodi continuo perſiſtentes, dumtaxat ipſæ illud in ea parte, quæ reparatione magis indigebat, cauſa deinceps in eo potiſſime ſtante, ut ſperabant, tempore datæ prius perpetuo habitandi, tamquam in ſuo originali, ac tuto & honeſto in medio, ne poſſeſſionum ſuarum conſtituto loco ejus decentiæ & idoneitati domus empta prædicta Monaſterii carens inſigniis, omnino incomparabilis exiſtebat, de bonis ad eas ſpectantibus reparari facere, in eoque habitare cœperant; necnon quia etiam ante emanationem hujuſmodi Commune, quod infra biennium a die locationis prædictæ, ad quam faciendam eædem Abbatiſſa & Conventus, quod illorum importunitate ſeductæ fuerant, computandum, alium dictis Fratribus congruum locum intra, vel extra civitatem prædictam conſtrui & ædificari facere, & tam ipſæ, quam Fratres prædicti, quaſi per hæc a ſpe & animo, ac intentione ſupradictis recedentes, eiſdem Abbatiſſæ & Conventui, quod in fine dicti biennii Monaſterium ipſum ſibi libere & expedite reſtituerent, nec in contrarium a Sede Apoſtolica, vel quibuſvis aliis litteras aliquas impetrarent, & quod alia ſe facturos ad id, etiam ſub vinculo juramenti, ipſique Commune ſub certis pœnis pecuniariis tunc expreſſis, ſe efficaciter obligando ſponte, ſolemniterque promiſerant, falſitas expreſſa, & veritas tacita extiterunt, nulla per ipſum Epiſcopum ſuper hujuſmodi expoſitis debita informatione recepta, ac alias ipſarum litterarum aliarum forma, tam circa hujuſmodi prædia, ſive bona per eoſdem Commune prius aſſignanda, quam alias minime obſervata, quinimo ipſis Abbatiſſæ & conventui coram eo contra eaſdem alias litteras, veluti ſubreptitias & obreptitias ſe opponentibus, audientia denegata procedens, Monaſterium prædictum titulo Abbatiſſalis dignitatis per eum in illo ſuppreſſo, ipſoque Monaſterio in domum Ordinis de Obſervantia hujuſmodi erecto, cum Eccleſia, domibus, ædificiis, clauſtro, cœmeterio, horto, & aliis officinis prædictis ipſis Fratribus per eos pro eorum uſu & habitatione hujuſmodi perpetuo tenendum conceſſit & aſſignavit, ac alia fecit, licet nulliter & de facto, dictique Fratres prætextu litterarum aliarum, necnon ſuppreſſionis, erectionis, conceſſionis & aſſignationis prædictarum, Monaſterium cum Eccleſia, domibus, ædificiis, clauſtro, cœmeterio, horto & officinis hujuſmodi, etiam poſt lapſum dicti biennii, necnon poſt, & contra diverſa monitiones & mandata dilecti filii Antonii de Maſſa Generalis Miniſtri dicti Ordinis Minorum, eiſdem Fratribus ſub excommunicationis, & aliis ſententiis tunc expreſſis, deſuper facta, continuo detinue-

nuerant, prout detinent indebite occupata, etiam contra eorum promiſſiones & juramenta, una cum ipſis Communi temere veniendo, in animarum ſuarum periculum, dictorumque Abbatiſſæ & Conventus, ac Monaſterii non modicum præjudicium, ac etiam detrimentum. Quare pro parte ipſarum Abbatiſſæ & Conventus aſſerentium, dictum Monaſterium ex præmiſſis enormiter læſum, ſeque illorum occaſione multipliciter deceptas fore, gravia damna, expenſas & intereſſe ſuſtinuiſſe, & adhuc ſuſtinere, nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

Datur Prælatis facultas reſcindendi conceſſionem.

§. III. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum, ſi vocatis Fratribus, & Communi prædictis, ac aliis, qui fuerint evocandi, litteras alias prædictas ex falſis cauſis, aut etiam in ipſis litteris veritate tacita proceſſiſſe, ſive in eis dictas falſas cauſas expreſſas fore repereritis, litteras alias, necnon ſuppreſſionem, erectionem, conceſſionem, & aſſignationem prædictas, & quæcumque inde ſecuta auctoritate Apoſtolica caſſetis, revocetis, & annulletis, nulliuſque decernatis fuiſſe, & exiſtere firmitatis, necnon adverſus illa, Monaſterium cum Eccleſia, domibus, ædificiis &c. in ſtatum priſtinum, quo videlicet ante ſuppreſſionem, erectionem, conceſſionem, & aſſignationem eaſdem quomodolibet exiſtebat, eadem Apoſtolica auctoritate reſtituatis, & reponatis, ipſaſque Abbatiſſam, & Conventum in & ad corporalem poſſeſſionem Monaſterii, Eccleſiæ, domorum, ædificiorum, & reliquorum prædictorum jurium, & pertinentium eorumdem, amotis exinde Fratribus antedictis, plenarie reintegretis; & nihilominus, poſtquam de damnis, expenſis, & intereſſe, necnon de obligationibus, pœnarum adjectionibus, & contrafactionibus vobis legitime conſtiterit, ſupradictos Fratres, & Commune ad ſatisfaciendum eiſdem Abbatiſſæ, & Conventui de damnis, expenſis, & intereſſe hujuſmodi, ac Commune prædictos ad ſolvendum pœnas ipſas his, quibus ſolutio ipſa debebitur, per cenſuras Eccleſiaſticas, ac alia Juris remedia, ratione prævia compellatis, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, brachii ſecularis auxilio. Non obſtantibus tam felic. recordat. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quibus cavetur, ne quis extra ſuam civitatem, vel Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, ad judicium evocetur, quam aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi Fratribus, vel pro eis ipſorum Ordini & Communi prædictis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, VIII. Idus Novembris, anno XI.

CCXX.

Ut Moniales ſanctæ Claræ admittant Monaſterium in villa de Safra. Reg. Vat. ex libro 1. de diverſis formis, & de Regularibus, anno 12. fol. 30.

Venerabili fratri Epiſcopo Pacen.

Ut in Conſtit. 48. hujus Pontif.

Piis fidelium votis &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filii nobilis viri Gometii Suarez de Figueroa, Domini temporalis villæ de Safra, & dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Elviræ Caſæ ejus uxoris Domicellæ tuæ Diœceſis, petitio continebat, quod olim &c. quoddam Monaſterium cum Eccleſia, pro viginti quinque Monialibus, ſeu Sororibus Ordinis ſanctæ Claræ, inibi ad inſtar, & ſub Regularibus habitu, vita, & Obſervan-

ſervantia dilectarum in Chriſto filiarum Monialium, ſive Sororum Monaſterii de Oterdeſillas, ejuſdem Ordinis, Palent. Diœc. perpetuo Altiſſimo ſervituris, infra dictam villam canonice fundari, erigi &c. fecerunt; & cum illud dotare jam inceperint, dotem hujuſmodi ſufficienter complere proponunt. Quare pro parte Gometii & Elviræ prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. Nos igitur &c. fraternitati tuæ per &c. mandamus, quatenus ſi eſt ita, poſtquam ipſi Gometius & Elvira eidem fundato Monaſterio ſufficientem dotem hujuſmodi realiter aſſignaverint, fundationem, erectionem, prædictas, ac quæcumque inde ſecuta auctoritate Apoſtolica approbes & confirmes &c. Nos enim &c. Monaſterio fundato prædicto, necnon univerſis & ſingulis Monialibus, ſive Sororibus, quæ in eo pro tempore &c. utuntur & gaudent, uti & gaudere valeant &c. indulgemus. Non obſtan. &c. contrariis quibuſcumque, jure tamen parochialis Eccleſiæ &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, XVI. Kal. Decembris, anno XII.

CCXXI.

Ut Obſervantes recipiant Conventum in villa Aveſnarum. Ex lib. 1. de diverſis formis &c. anno 12. fol. 9.

Dilecto filio Decano Eccleſiæ Cameracen.

§. I. Piis fidelium votis &c. Cum itaque, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii Nicolai Franciſci Laici, in Diœceſi Cameracen. commorantis, petitio continebat; ipſe propenſius attendens, quod apud villam de Aveſnis, dictæ Diœceſis &c. aliqua Fratrum Ordinis Minorum *de Obſervantia* nuncupatorum, ad quos, & illorum Religionem dictus Nicolaus ſingularem gerit devotionis affectum, domus infra decem leucas dictarum partium non exiſtit, de bonis ſibi creditis domum infra prædictam villam, cum Eccleſia, campanili &c. officinis pro nonnullis Fratribus dicti Ordinis, inibi virtutum Domino conventualiter perpetuo ſerviturís, de novo fundare &c. deſideret &c. *Vide ut ſupra.*

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ per &c. ſcripta mandamus, quatenus ſi eſt ita, & illorum, quorum intereſt, ad id accedat aſſenſus, dicto Nicolao domum cum Eccleſia, campanili &c. officinis hujuſmodi pro uſu & habitatione Fratrum eorumdem in villa prædicta, loco congruo fundandi &c. necnon Fratribus prædictis ipſam erigendam domum pro dictis habitatione & uſu recipiendi &c. licentiam largiaris. Nos enim &c. univerſis & ſingulis Fratribus, quos in domo prædicta pro tempore reſidere contigerit, ut omnibus privilegiis &c. conceſſis uti, & gaudere valeant &c. indulgemus. Non obſtantibus felic. recordat. Bonifacii Papæ VIII. ceteriſque contrariis quibuſcumque: jure tamen parochialis Eccleſiæ &c. ſalvo.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, XV. Kal. Decembris, anno XII.

ANNO CHRISTI 1429. MARTINI V. ANNO 12.

CCXXII.

Conceditur ei ampla facultas ad infideles cum ſociis tranſeundi. Ex lib. 1. de Regularibus, anno 11. fol. 172.

Dilecto filio Petro de Bagis Presbytero, Ordinis Fratrum Minorum profeſſori.

Benigno ſint illa tibi concedenda favore, per quæ, ſicut pie deſiderare videris, conſcientiæ pacem, tuæque, & aliorum animarum ſalutem, Deo propitio, conſequaris. Cum itaque, ſicut exhibita nobis nuper pro parte

parte tua petitio continebat, tu zelo piæ devotionis accenſus, animabus Chriſtifidelium, qui per infideles Sarracenos detinentur captivi, compatiens, pro verbo Dei inibi prædicando, ac ſpiritualibus conſiliis, & auxiliis exhibendis eiſdem, una cum nonnullis aliis Ordinis tui profeſſoribus Presbyteris, tibi in hoc cooperari deſiderantibus, ad partes infidelium prædictorum cupias perſonaliter te conferre, ac propterea dilectus filius Antonius de Maſſa Miniſter Generalis prædicti Ordinis tibi, & Fratribus hujuſmodi nonnullas ſpirituales gratias pro tuæ, & ipſorum conſcientiarum ſerenatione, quantum poteſtas ſui Miniſteriatus officii ſe extendit, per ejus patentes, & ſuo ſigillo ſignatas litteras conceſſerit. Nos tuum, & Fratrum eorumdem in hac parte laudabile, ac pium propoſitum in Domino commendantes &c. gratias & conceſſiones prædictas, prout tibi, & eiſdem Fratribus ab eodem Miniſtro provide factæ ſunt, & conceſſæ, ita quamdiu illis in partibus hujuſmodi piis operibus inſtiteritis, ipſis uti valeatis, & exercere &c. confirmamus, ac tibi, dictiſque Fratribus, donec ibidem moram traxeritis, ut liceat vobis, & cuilibet veſtrum habere altare portatile cum debita reverentia, & honore, ſuper quo, in locis ad hoc congruentibus & honeſtis, Miſſas, & alia divina Officia, ſine juris alieni præjudicio, etiam antequam illuceſcat dies, circa tamen diurnam lucem, cum qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exegerit, ita quod vobis, nec Sacerdotibus taliter celebrantibus ad culpam valeat imputari; qua tamen conceſſione parce utamini, quia cum in altaris officio immoletur Dominus noſter Dei filius Jeſus Chriſtus, qui candor eſt lucis æternæ, congruit hoc non noctis tenebris fieri, ſed in luce, celebrare poſſitis, ac per alios idoneos Sacerdotes in præſentia veſtra facere celebrari, necnon ut tu, & Fratres prædicti ad hoc idonei, & diſcreti, ac per eumdem Ordinem approbati, confeſſiones captivorum eorumdem, & aliorum quorumcumque fidelium in illis partibus commorantium, quoties eis fuerit opportunum, audire &c. ac fidelibus ipſis, quoties expedierit, Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare valeatis: felic. recordat. Clementis Papæ V. prædeceſſoris noſtri, ac alia qualibet conſtitutione contrariis nequaquam obſtantibus: jure parochialis Eccleſiæ, & alterius &c. ſalvo, auctoritate Apoſtolica concedimus per præſentes. Et inſuper, ut confeſſor quem quilibet veſtrum duxerit eligendum, omnium peccatorum veſtrorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fueritis, ſemel tantum in mortis articulo plenam remiſſionem vobis in ſinceritate fidei, unitate ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac obedientia & devotione noſtra, vel ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium perſiſtentibus, auctoritate prædicta concedere valeat, devotioni veſtræ, tenore præſentium indulgemus. Sic tamen, quod idem confeſſor de his, de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda, eam vobis per vos, ſi ſupervixeritis, vel per alios, ſi tunc forte tranſieritis, faciendam injungat, quam vos, vel illi facere teneamini, ut præfertur, & ne, quod abſit, propter hujuſmodi gratiam reddamini procliviores ad illicita in poſterum committenda, volumus quod ſi ex confidentia remiſſionis hujuſmodi aliqua forte committeretis, quoad illa, prædicta remiſſio vobis nullatenus ſuffragetur, quodque per annum a tempore, quo præſens noſtra conceſſio ad veſtram notitiam pervenerit, computandum, ſingulis ſextis feriis, impedimento legitimo ceſſante, jejunetis: quod ſi prædictis feriis ex præcepto Eccleſiæ, regulari obſervantia, injuncta pœnitentia, voto, vel alias jejunare teneamini, una alia die ſingularum ſeptimanarum ejuſdem anni, quo ad jejunandum, ut præmittitur, non ſitis aſtricti, jejunetis. Et ſi in dicto anno, vel aliqua ejus parte eſſetis legitime impediti, anno ſequenti, vel

Miniſter Generalis ei quædam privilegia concedit.

Alia etiam largitur Pontifex.

vel alias quamprimum poteritis, modo ſimili ſupplere hujuſmodi jejunium teneamini; alioquin hujuſmodi præſens conceſſio, quo ad non obſervantes præmiſſa, nullius ſit roboris, vel momenti. Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis, conceſſionis, & voluntatis infringere &c. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, VII. Idus Januarii, anno XI.

CCXXIII.

Prohibetur Officialibus Urbis habitatio in domo Aræ-cæli. Ex lib. 1. de Diverſi formis, & Regularibus, ann. 12. fol. 177.

Ad perpetuam rei memoriam.

INſtituit Deus omnipotens ſua ineffabili providentia, ut creaturæ, juxta excellentiam naturarum ſuarum, varias habitationes haberent; unde Angelorum chori cœlos incolunt, ceteræ vero creaturæ dignitate Angelis minime pares, inferiorem mundi partem inhabitant: hinc ſacris cautum eſt litteris, ut Religioſæ perſonæ a laicis diviſas habitationes habeant, ne ſecularis vivendi licentia perſonis Religioſis Deo famulantibus ſuis mundanis operationibus contagium afferre valeret. Cum itaque in clauſtris domus Fratrum Minorum Eccleſiæ Aræ-Cœli de Urbe ſuperioribus temporibus Officiales dictæ Urbis, una cum Fratribus prædictis inhabitaverint, & ibidem, juxta ſecularium perſonarum conſuetudinem, eorum vitam produxerint, in Religionis, & dicti Ordinis offenſionem. Nos, ad quos pertinet Catholicorum Rempublicam, & præſertim in dicta Urbe exiſtentium, ſanctis inſtitutis, & legibus gubernare, ne Officiales hujuſmodi, ſive immoderata audacia impulſi, ſive Fratrum prædictorum facilitate, ac permiſſione, procedente tempore, ſimul cum prædictis Fratribus in dictis clauſtris habitare præſumant, dilectis filiis nobilibus viris Senatori, & Conſervatoribus, ipſiuſque Senatoris collateralibus Judicibus, Mareſcallis, aliiſque Officialibus dictæ Urbis, quocumque nomine cenſeantur, præſentibus, & futuris auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus & mandamus, eis, & ipſorum cuilibet diſtrictius inhibentes, ne infra ambitum, ſive clauſtra domus, & Eccleſiæ prædictarum aliquo quocumque tempore, ſive aliqua quavis neceſſitate urgente, inhabitare, ſeu ibidem officia civilia, ſive criminalia exercere, ac Guardiano, Cuſtodi, Lectori, & aliis Officialibus, & Fratribus dictæ domus præſentibus, & futuris, ne Senatorem, Conſervatores, & alios Officiales prædictos, ſeu ipſorum aliquem ad habitationem hujuſmodi, ſive ad exercitationem officiorum civilium, aut criminalium recipere, & admittere quoquo modo præſumant, volentes, & auctoritate decernentes eadem, quod quiſquis Officialis, ſive ſecularis, & laicus, ſive Religioſus, aut Frater dictæ domus exiſtat, contra mandatum, & inhibitionem noſtram facere, vel venire quoquo modo, ſeu quovis quæſito colore præſumpſerit, ſi Religioſus, carceris pœna pro tempore, juxta ſui Superioris arbitrium deputando, puniatur; ſi vero ſecularis, ſive laicus fuerit, officio, quo fungitur, privatus exiſtat. Et ne Senator, Conſervatores, Guardianus, Cuſtos, Lector, Fratres, & alii ſupradicti Officiales tam præſentes, quam qui pro tempore fuerint, ignorantiam de præmiſſis prætendere valeant, ſeu quomodolibet allegare, præſentes noſtras litteras ad valvas dictæ Eccleſiæ, necnon palatii Curiæ Capitolii affigi mandamus, ut quaſi quodam ſonoro præconio, & patulo judicio ad omnium notitiam valeant pervenire, decernentes auctoritate prædicta, ut hujuſmodi litteræ, ut præfertur, affixæ, & publicatæ omnes, quos concernunt, perinde arceant, ac ſi eis forent perſonaliter, & præ-

præſentialiter intimatæ. Cum non ſit veriſimile apud eos remanere incognitum, quod tam patenter extitit omnibus intimatum. Et nihilominus omnibus, & ſingulis Senatoribus, qui pro tempore erunt, cum a remotis partibus aliquando veniant, in eorum adventu hujuſmodi noſtram inhibitionem & decretum per Fratres dictæ domus ſignificari volumus, quos poſt ſignificationem hujuſmodi huic decreto ſubjacere cenſemus. Nulli ergo &c. noſtrorum mandati, inhibitionis, conſtitutionis, decreti, & voluntatis, infringere &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, XIII. Kalendas Februarii, anno XII.

CCXXIV.

Deputatur Collector Cameræ Apoſtolicæ in terris infraſcriptis. Ex lib. 4. Officiorum, fol. 88.

Dilecto filio Nicolao de Tybure Ordinis Fratrum Minorum profeſſori, Capellano noſtro, Apoſtolicæ Sedis Nuncio, ac in Caffen. Chien. Metellinen. Cimbalien. & Samaſtrienſ. civitatibus, & diœceſ. ac in terra Peræ, Conſtantinopolitan. diœceſ. jurium, fructuum, redituum, & proventuum Cameræ Apoſtolicæ debitorum Collectori.

EX fideli & ſollicita, ac diligenti providentia & probitate circumſpecta, aliiſque virtutum donis, quibus perſonam tuam percepimus inſignitam, præſumimus confidenter, quod ea, quæ tibi committemus, ſollicito, & ſalubri ſtudio fideliter exequeris. Hinc eſt quod nos hujuſmodi tuæ probitati, & virtutibus plurimum in Domino confidentes, te in Caffen. Chien. Metellinenſ. Sollagen. Cimbalien. & Samaſtrien. civitatibus & diœceſibus, ac in terra Peræ, Conſtantinopolitan. diœceſis Nuntium Apoſtolicum, ac fructuum, redituum, proventuum, cenſuum, aliorumque jurium quorumcumque nobis, & Romanæ Eccleſiæ debitorum inibi, & debendorum collectorem, ac generalem receptorem, uſque ad noſtrum, & Sedis Apoſtolicæ beneplacitum, tenore præſentium facimus, conſtituimus, & etiam deputamus, omnes alios, & ſingulos hujuſmodi collectores, & receptatores, ac ſubcollectores in præfatis terra, civitatibus, & diœceſibus per nos, aut quoſcumque alios quacumque alia auctoritate deputatos, ac commiſſiones ſuper hujuſmodi collectoriæ, ſubcollectoriæ, & receptoriæ officiis aliis, quam tibi, ſub quavis verborum forma conceſſas, ſubcollectores & receptores ab eorum officiis, & commiſſionibus alias eis commiſſis, ſeu factis ſpecialiter, vel generaliter amovendo; tibi nihilominus per te, vel per alium, ſeu alios Clericos, fide tamen, & facultatibus idoneis, noſtro & dictæ Cameræ nomine a quibuſcumque Prælatis, Collegiis, Capitulis, Conventibus Eccleſiarum, & Monaſteriorum quorumlibet, aliiſque Eccleſiaſticis, ſecularibus, & Regularibus, exemptis, & non exemptis Ordinum quorumcumque; ac etiam laicalibus perſonis, necnon univerſitatibus civitatum, terrarum, caſtrorum, villarum, & locorum quorumlibet terræ, civitatum, & diœceſum prædictarum, omnes & ſingulas pecuniarum ſummas, ac rerum & bonorum quantitates, etiamſi bona hujuſmodi confiſcata fuerint, necnon fructus, reditus, & proventus unius anni beneficiorum Eccleſiaſticorum collatorum, & in antea conferendorum, ac omnia alia & ſingula jura nobis, Eccleſiæ, & Cameræ prædictis, in terra, civitatibus, & diœceſibus hujuſmodi, quacumque ratione, vel cauſa debita; ſeu debenda, ad nos, & eaſdem Eccleſiam, & Cameram, & nunc & in po-

poſterum pertinentia, quæcumque, quotcumque, & qualiacumque fuerint, communibus ſervitiis Prælatorum, ad quorumcumque Eccleſiarum, & Monaſteriorum regimen promotorum dumtaxat exceptis, petendi, exercendi, levandi, & recipiendi; rationes quoque, & computa a quibuſcumque Collectoribus, ſubcollectoribus, & receptoribus, necnon Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis, ac Officialibus aliis pro dicta Camera in terra, civitatibus, & diœceſibus prædictis deputatis hactenus, & perſonis aliis in quantum negotia, & utilitatem Cameræ memoratæ concernunt, audiendi, & examinandi, ipſoſque, ſi neceſſe fuerit, ad hoc compellendi, & coercendi, & per ipſos etiam recepta petendi, exigendi, & recipiendi, & de receptis dumtaxat quitandi, liberandi, & penitus abſolvendi; necnon contradictores quoslibet, & rebelles, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, vel præeminentiæ exiſtant, & etiam ſi Pontificali, vel alia quavis dignitate præfulgeant, auctoritate prædicta, per cenſuram Eccleſiaſticam, & bonorum ſuorum ſequeſtrationem, aliaque juris remedia opportuna, appellatione poſtpoſita, compeſcendi, necnon contra quoſcumque tibi, vel Subcollectoribus, receptoribus, aliiſque Officialibus contravenientes, ſeu te, vel eos conjunctim, vel diviſim in executionem negotiorum dictæ Cameræ directe, vel indirecte, quomodolibet impedientes, auctoritate prædicta procedendi, prout ordo exegerit rationis, & ſi neceſſe fuerit, ipſos ad comparendum coram nobis, ſeu Camerario noſtro, aut eis locum tenente perſonaliter, vel alias legitime infra certum terminum competentem, per te eis aſſignandum, citandi; & ſi opus fuerit, auxilium brachii ſecularis invocandi, ſententias quoque ex cauſis ſuſpenſionis, & interdicti in contumaces, inobedientes, & rebelles, tam per te ipſum, quam per prædeceſſores tuos, vel eorum ſubcollectores conjunctim, vel diviſim latas, & in poſterum quomodolibet faciendas, ſi opus poſtulaverit, tollendi, vel ſuſpendendi, ipſaſque perſonas ab eiſdem ſententiis abſolvendi, & cum ipſis ſuper irregularitate, ſi quam ſic ligatæ, non tamen in contemptum clavium, celebrando, aut immiſcendo ſe ſacris, quamlibet contraxerint, auctoritate prædicta diſpenſandi. Non obſtantibus tam felic. record. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de una, & duabus dietis in Concilio generali, ſeu aliis conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis quibuſcumque, etiamſi de illis, & earum totis tenoribus de verbo ad verbum habenda eſſet in præſentibus mentio &c. Ita tamen quod de fructibus, proventibus, reditibus, & bonis aliis quibuſcumque ipſi Cameræ debitis perſolvendis ultra annum dilationem dare nequeas. Et quod in ſingulis civitatibus, & diœceſi infra tuam collectoriam conſiſtentibus, ſi ſint amplæ, & diffuſæ ultra unum, & ſi parvæ fuerint, in duabus etiam ultra unum dumtaxat Subcollectorem non conſtituas, ſeu deputes, & quod omnium & ſingulorum Subcollectorum, quos te deputare continget, nomina & cognomina, ſtatim cum illos deputaveris, ad dictam Cameram clare & diſtincte tranſmittas, & quod ſingulis bienniis de receptis, & geſtis per te, & ſubſtitutos tuos in hujuſmodi collectoriæ officio rationem & computum reddere, & calculum ponere in Camera, & gentibus ipſius, tenearis, necnon quidquid in prædictis recipere te contigerit, per litteras cambii, aut viam tutam nobis, aut Camerario, ſeu ejus locum tenenti prædictis, vel gentibus Cameræ prælibatæ quantocius tranſmittere non poſtponas. Volumus autem, quod antequam hujuſmodi officium incipias exercere, in manibus venerabilis fratris noſtri Benedicti Maceratenſ. Epiſcopi, Camerariatus officii Locum-tenentis noſtri, de officio ipſo hujuſmodi fideliter exercendo, ac alias fidelitatis debitæ præſtes in forma ſolita juramentum; ipſique Subcollectores per te deputandi, id

idem

idem in manibus tuis, antequam illud exerceant, ſimiliter præſtare teneantur. Tu igitur prædictum officium &c. ſtudeas bene, fideliter exercere &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, VII. Kal. Februarii, anno XII.

CCXXV.

Præficitur Eccleſiæ Imelacen. Ex libr. 1. de dignitatibus &c. anno 12. ſol.262.

Dilecto filio Roberto Poetlan. Electo Imelacen.

Vide Conſtit. 2. hujus Pontif.

INter cetera &c. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Nicolao Epiſcopo Imelacen. regimini Imelacen. Eccleſiæ præſidente. Nos cupientes eidem Eccleſiæ &c. Poſtmodum vero dicta Eccleſia, per obitum ejuſdem Nicolai Epiſcopi, qui extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, vacante: nos vacatione &c. intellecta, de perſona dilecti filii Thomæ de Burgo Canonici Monaſterii de Forgio, Ordinis ſancti Auguſtini, Laonien. diœceſis, XIV. Kal. Januarii, Pontificatus noſtri anno IX. duximus auctoritate Apoſtolica providendum, præficiendo eum ipſi Eccleſiæ, in Epiſcopum & Paſtorem. Nos igitur attendentes, quod proviſio & præfectio hujuſmodi ex eo viribus non ſubſiſtant, quod idem Thomas litteras Apoſtolicas ſuper proviſione & præfectione prædictis, prout juxta quamdam ordinationem per nos ſuper hoc editam, tenebatur, infra tempus debitum expediri non fecit, eademque Eccleſia &c. vacare noſcatur. Nos ad proviſionem ipſius Eccleſiæ &c. diligentem. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. direximus oculos noſtræ mentis, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c.

Datum Romæ apud SS. Apoſtolos, Kalend. Februarii anno XII.

In eumdem modum, cariſſimo in Chriſto filio Henrico Regi Angliæ illuſtri.

CCXXVI.

Ut Fratres Tertii Ordinis retineant Eccleſiam ſanctæ Mariæ Magdalenæ. Ex libr. 1. de diverſis formis, & de Regularibus, anno 12. fol.132.

Dilecto filio Archipresbytero Eccleſiæ beatæ Mariæ de Monte-Politiano, Aretin. diœceſis.

Ut in Reg. Tomi 9. fol. 462.

§. I. HIs quæ &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Antonii de Janua, & aliorum Fratrum Tertii Ordinis ſancti Franciſci *de Pœnitentia* nuncupati, in Eccleſia ſanctæ Mariæ Magdalenæ in nemoribus, Cluſin. diœceſis, degentium petitio continebat, quod olim ipſa Eccleſia, in qua alias pauperes Eremitæ habitare conſueverunt, per liberam reſignationem dilecti filii Magiſtri Andreæ de Monte-Politiano, dudum ejuſdem Eccleſiæ Rectoris per eum de illa, quam tunc habebat, in manibus venerabilis fratris noſtri Petri Pauli Epiſcopi Cluſin. extra Romanam Curiam ſponte factam, & per ipſum Epiſcopum, ordinaria auctoritate admiſſam, vacante, idem Epiſcopus prædictam Eccleſiam ſic vacantem, & ad ejus collationem, ac omnimodam diſpoſitionem legitime pertinentem, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis Antonio, & Fratribus prædictis, pro eorum & aliorum, qui in ipſa Eccleſia pro tempore degere voluerint, dicti Ordinis Fratrum uſu & habitatione perpetuis, eadem auctoritate conceſſit, & etiam aſſignavit, prout in ipſius Epiſcopi litteris deſuper confectis, & ejus ſigillo munitis dicitur plenius contineri.

§. II. Cum autem &c. Antonius, & Fratres prædicti &c. dubitent conceſſionem & aſſignationem prædictas, ex certis cauſis viribus non ſubſiſtere &c. pro parte Antonii, & Fratrum prædictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus de præmiſſis, auctoritate noſtra te diligenter informes &c. conceſſionem & aſſignationem prædictas, ac omnia alia & ſingula in dictis litteris contenta, & inde ſecuta auctoritate noſtra approbes &c. Et nihilominus pro potiori cautela dictam Eccleſiam, cujus fructus, reditus, & proventus ſex florenorum auri, ſecundum communem æſtimationem valorem annuum, ut Antonius, & Fratres prædicti aſſerunt, non excedunt, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſupradictis eiſdem Antonio & Fratribus &c. aſſignes. Nos enim &c. Antonio, & prædictis, ac aliis, quos in eadem Eccleſia pro tempore reſidere contigerit, dicti Ordinis Fratribus, ut omnibus & ſingulis privilegiis &c. conceſſis uti &c. valeant &c. indulgemus. Non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis &c. Jure tamen parochialis &c. ſemper ſalvo.

Datum Romæ apud SS. Apoſtolos, VI. Idus Februarii anno XII.

CCXXVII.

Monaſterium ſancti Pauli de Favarone unitur domui ſanctæ Agnetis Peruſin. Sororum Tertii Ordinis. Ex lib. 1. de diverſis formis anno 12. fol. 188.

Dilecto filio Priori ſancti Sepulcri Peruſin.

§. I. Humilibus ſupplicum votis &c. Sane petitio pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Sororum domus *de Valle-Fabrica* extra muros Peruſin. Tertii Ordinis beati Franciſci *de Pœnitentia* nuncupatarum, nobis nuper exhibita continebat, quod cum earum numerus, Domino benedicente, ultra ſolitum in ipſa domo adeo noſceretur excreviſſe, quod non ſine incommodo, quaſi in eadem domo, quæ arcta & incapax earum exiſtit, reſidere non valerent, dilectæ in Chriſto filiæ Agnes Abbatiſſa, & Conventus Monaſterii ſancti Pauli de Favarone Ordinis ſanctæ Claræ, Peruſin. diœceſis, dictis Sororibus mutua caritate propterea compatientes, ac conſiderantes, quod in Monaſterio ſanctæ Agnetis in Burgo Peruſin. ejuſdem Ordinis ſanctæ Claræ, quod ipſi Monaſterio ſancti Pauli, auctoritate Apoſtolica unitum, annexum, & incorporatum fuerat, & in quo pro eo quod illius Abbatiſſa & Conventus, ad idem Monaſterium ſancti Pauli ſe tranſtulerant, nullæ Moniales habitarent, & divinus cultus negligeretur, ac etiam ex aliis rationabilibus cauſis ipſum Monaſterium ſanctæ Agnetis prædictis Sororibus pro earum uſu & habitatione perpetuis, ſub certis modo & forma pia donatione conceſſerunt, prout in quodam inſtrumento publico ſuper hoc confecto plenius continetur. Quare pro parte dictarum Sororum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. *Ut in Reg. Tomi 9. fol. 440.*

§. II. Nos itaque &c. diſcretioni &c. mandamus, quatenus &c. & ad hoc dictarum Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii ſancti Pauli prædicti accedat aſſenſus &c. conceſſionem antedictam, ac omnia in dicto inſtrumento contenta, ſi rationabilia fuerint, auctoritate noſtra approbes & ratifices. Et nihilominus &c. dictis Sororibus præſentibus & futuris dictum Monaſterium ſanctæ Agnetis pro earum uſu & habitatione perpetuo tenendi &c. necnon in formam aliarum ſuarum domorum ejuſdem Tertii Ordinis redigendi & reformandi, eadem auctoritate concedas. Non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis &c. contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, IV. Kalend. Martii anno XII.

CCXXVIII.

CCXXVIII.

Præficitur Eccleſiæ Caſtren. Ex lib. 1. de dignitatibus vacant. &c. anno 12. fol. 210.

Dilecto filio Urbano de Procopio Electo Caſtren.

Ut in Regeſt. Tomi 9. fol. 564.

APoſtolatus officium &c. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Berengario Epiſcopo Caſtren. regimini Caſtren. Eccleſiæ præſidente &c. Poſtmodum vero præfata Eccleſia, per obitum ejuſdem Berengarii Epiſcopi, qui extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, Paſtoris ſolatio deſtituta &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, VI. Nonas Martii anno XII.

CCXXIX.

Fit Epiſcopus Salonen. Ibidem fol. 233.

Dilecto filio Gerardo Electo Salonen.

Vide ut ſupra.

APoſtolatus officium &c. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Joanne Epiſcopo Salonen. regimini Eccleſiæ Salonen. præſidente &c. Poſtmodum vero dicta Eccleſia, per obitum ejuſdem Joannis Epiſcopi, qui extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, vacante &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, Baccalaureum formatum in Theologia &c. direximus oculos noſtræ mentis &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, V. Idus Martii anno XII.

CCXXX.

Ut Moniales ſanctæ Claræ admittant Monaſterium intra civitatem Parmen. Ex lib. 1. de Regularibus, anno 12. fol. 202.

Dilecto filio Archidiacono Eccleſiæ Parmen.

Vide Conſt. 95. hujus Pontif.

Moniales coguntur Monaſterium extra muros relinquere.

§. I. EX injuncto nobis &c. Dudum ſiquidem pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii ſanctæ Claræ extra muros Parmen. Ordinis ejuſdem Sanctæ, ſecundum regularia Inſtituta Ordinis Fratrum Minorum viventium, nobis expoſito, quod cum earum Monaſterium eſſet extra muros eoſdem ſituatum, & multoties propter guerrarum turbines, aliaſque paſſim emerſas calamitates, Abbatiſſa & Conventus prædictæ, ne ad manus hoſtium devenirent, coactæ fuiſſent ipſum Monaſterium relinquere, ſeque pro earum ſecuritate, & ſalute infra mœnia Parmen. civitatis reducere, in qua cum inibi commune domicilium non haberent, in quo ſimul cohabitare & vivere poſſent, ſeque ad ipſarum parentum, affinium, & amicorum domos ſingulariter reducerent, quidam civis Parmen. tunc præmiſſa provide conſiderans, ac condens &c. teſtamentum, pro animæ ſuæ remedio, quamdam ipſius domum in congruo & honeſto loco civitatis ejuſdem exiſtentem, & ad teſtatorem prædictum legitime pertinentem, pro refugio dictarum Abbatiſſæ & Conventus neceſſitatum temporibus, eis pia largitione reliquiſſet, ac voluiſſet & ordinaſſet, quod in dicta domo continuo quatuor ad minus ex Monialibus dicti Monaſterii ſanctæ Claræ pro di-

Et in civitate aliud ædificare.

divino inibi celebrando officio habitare, & duas Miſſas pro ſalute animæ dicti teſtatoris ſingulis ſeptimanis celebrari facere tenerentur, quodque caſu, quo ipſæ a prædictis, vel eorum aliquo deficerent, ex tunc ipſo facto dicto legato privatæ exiſterent, ipſumque legatum ad Sorores Monaſterii ſancti Dominici Parmen. Ordinis ſancti Auguſtini, ſub cura Fratrum Prædicatorum viventes devolveretur; & deinde quamvis Abbatiſſæ & Conventus prædictæ voluntatem, & diſpoſitionem teſtatoris ejuſdem a quadraginta annis, & ultra, licet cum earum maximo incommodo, adimpleviſſent, cum duæ dumtaxat in dicto Monaſterio extra eoſdem muros inhabitarent, tamen quia ſatis abſonum & indecens videbatur, quod ipſæ, quæ octo erant numero Moniales, in diverſis locis reſidere deberent, ac cupientibus ipſis, juxta decretum & ordinationem tunc in provinciali Capitulo dicti Ordinis, in provincia Lombardiæ celebrato edita, quod Monaſteria dicti Ordinis extra muros cujuſvis civitatis, terræ, vel loci dictæ provinciæ conſtituta, infra civitates, terras, & loca reædificari & reduci deberent, in dicta civitate Parmen. reduci, bonæ memoriæ Bernardus Epiſcopus Parmen. pro hujuſmodi Monaſterio infra civitatem prædictam ædificando & fundando, Eccleſiam ſine cura ſancti Quirici Parmen. dictæ domui contiguam & propinquam, & ad ejus omnimodam collationem & diſpoſitionem pertinentem, tunc certo modo vacantem libere conceſſerat, atque donaverat, ac pro parte ipſarum Abbatiſſæ & Conventus nobis ſupplicato &c. Nos per alias noſtras litteras dilecto filio Præpoſito Eccleſiæ ſancti Joannis Parmen. ejus proprio nomine non expreſſo, dedimus in mandatis, ut vocatis, qui forent evocandi, de præmiſſis omnibus ſe diligenter informaret, & ſi per informationem hujuſmodi ita eſſe reperiret, prædictis Abbatiſſæ & Conventui dictum Monaſterium extra muros demoliendi, ſola Eccleſia inibi illæſa, & libera reſervata, ac Monaſterium, in loco dictæ Eccleſiæ ſancti Quirici, pro uſu & habitatione prædictis, de novo fundandi & conſtruendi, cum campanili &c. & aliis neceſſariis officinis, ac ſe ad illud transferendi, licentiam largiretur, prout in dictis litteris plenius continetur.

Epiſcopus eis Eccleſiam S. Quirici concedit.

Pontifex Præpoſito S. Joan. informationē committit.

§. II. Cum autem &c. propter quoddam decretum dominii temporalis, ne dictum Monaſterium extra muros demoliretur, emanatum, ad executionem litterarum earumdem proceſſum non fuerit, ſitque prædicta domus legata, in qua dicta Abbatiſſa, cum majori parte Conventus jam decem annis continuis habitarunt, & habitant de præſenti, & quæ Eccleſiam ſibi, ut præmittitur, contiguam cum campanili &c. habet ad Monaſterium erigendum ſufficiens, & idonea, pro parte earumdem Abbatiſſæ & Conventus de novo nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

Erectionem novi Monaſterii fieri concedit.

§. III. Nos igitur diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus vocatis qui fuerint evocandi, de præmiſſis omnibus, & eorum circumſtantiis univerſis, auctoritate noſtra te diligenter informes &c. prædictam domum, pro uſu & habitatione prædictis in Monaſterium, eadem auctoritate erigas, illudque erectum dictis Abbatiſſæ & Conventui, pro uſu & habitatione hujuſmodi in perpetuum concedas, ac principale Monaſterium de cetero fore ſtatuas & ordines, necnon in eo, quod extra muros eſt, Monaſterii nomen ſupprimas & extinguas, ac illud eidem tunc erecto tamquam domum, & ejus membrum, cum ſuis juribus & pertinentiis univerſis ſubjicias auctoritate memorata, proviſo tamen quod Eccleſia domus prædictæ debitis propterea non fraudetur obſequiis, ſed deſerviatur inibi laudabiliter in divinis, ac ejus debite ſupportentur onera conſueta. Conſtitutionibus &c. & aliis in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcumque. Volumus autem quod dictæ Abbatiſſa & Conventus voluntatem dicti teſtatoris ratione dictæ le-

legatæ domus ſervare teneantur, quodque prædicta domo legata in Monaſterium, ut præmittitur, erecta, aliæ noſtræ litteræ nullius exiſtant roboris, vel momenti.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, xvi. Kalend. Aprilis anno xii.

CCXXXI.

Ut inquirat in vitas Chriſtianorum in Terra ſancta degentium. Ex libr. 1. de diverſis formis, & de Regularibus, anno 12. fol. 217.

Dilecto filio Joanni Bellero Guardiano domus Fratrum Montis Sion Hieroſolymitan. Ordinis Fratrum Minorum.

Ut in Conſtit. 91. hujus Pontif.

§. I. Religionis zelus &c. Cum itaque, ſicut accepimus, nonnulli Chriſticolæ minus in fide Chriſti eruditi, aut conſtantes, ſeu ætate aut ſexu fragiles, ſub quodam ſanctitatis, ſeu devotionis velamine civitatem Hieroſolymitan. & loca circumſtantia, ubi Chriſtianorum raritas habetur, gradiantur inhabitare, ſeu moram trahere, ex quibus aliqui ſe aſſerunt ſpecialibus ſuper hoc Sedis Apoſtolicæ privilegiis communitos, ubi dum moram hujuſmodi trahunt, non habentes Superiores, quibus pareant & intendant, aut alios in fide Catholica diligenter inſtructos, qui eos ab erroribus arceant, & in fide hujuſmodi, ac mandatis Domini erudiant, examinent & confirment, verbumque ipſis Dominicum prædicent, & a vitiis declinare doceant & compellant, converſationes, ritus, ac errores infidelium, quorum ibidem varia, & maxima multitudo eſt, impavidi, & mandatorum hujuſmodi immemores effecti, propria temeritate concipiunt, & a veritate ejuſdem fidei deviantes in hæreſim, & vitiorum anfractus, in ſalutis animarum propriarum periculum, ſæpe collapſi ſunt, unde peſtifero inflati veneno tibi, & prædeceſſori tuo Guardiano, ac dilectis filiis Fratribus domus Montis Sion Hieroſolymitan. Ordinis Minorum, aliiſque fidelibus, qui ibidem pauci ſunt, exempla pernicioſa, ac labores, pericula, & incommoda ſpiritualia & temporalia plerumque produxerunt.

§. II. Nos igitur cupientes, prout ex injuncto nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officio aſtringimur, in præmiſſis ſalubriter providere, & fidem immaculatam ab errorum incendiis præſervare, ac ſperantes, quod tu, qui etiam, ut accepimus, in partibus illis laudabili vita & converſatione te fidei Chriſtianæ teſtimonium idoneum perhibuiſti, in præmiſſis eſſe poteris cuſtos utilis, & fructuoſus, tibi, tuiſque per te, uſque ad decennium a tempore, quo Guardianus eſſe deſieris, computandum, tuo tuiſque ſucceſſori, ſeu ſucceſſoribus Guardiano, ſeu Guardianis prædictæ domus, ſecundum morem dicti Ordinis deputando, ſeu deputandis, ac per eos interim deputandis Vicariis idoneis, omnes & ſingulas perſonas, ſub Chriſti nomine militantes, & qui trahent moras in poſterum quærendi, & de illarum fide Catholica, vita, converſatione, & moribus, ac aliis circumſtantiis honeſtis, auctoritate noſtra diligenter inquirendi, eaſque examinandi, & quas a fide, vita, converſatione, & moribus laudabilibus, & approbatis hujuſmodi deviare, ipſorumque moras tibi, Guardianis, & Vicariis, ac Fratribus & fidelibus antedictis noxias fore repereris, corripiendi, & ad partes Chriſtianorum, unde venerint, remittendi, & redire compellendi, necnon contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, auctoritate ſimili compeſcendi, plenam & liberam concedimus, tenore præſentium facultatem. Non obſtantibus &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, Idibus Aprilis anno xii.

CCXXXII.

CCXXXII.

Ut Fratribus domus Marchenæ excommunicationis abſolutionem, & ejuſdem domus confirmationem conferat. Ibidem, fol. 287.

Dilecto filio Archidiacono de Reyna in Eccleſia Hiſpalenſ.

§. I. Piis ſupplicum &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte Joannis de ſancta Marina, Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia profeſſoris, Cordubenſis in Theologia Lectoris, petitio continebat, quod ipſe olim tamquam ſimplex, & juris ignarus, Eremitorium ſanctæ Eulaliæ, ſitum prope villam de Marchena, Hiſpalenſ. Diœceſis, per dilectum filium Alphonſum Roderici Baccalaureum in legibus, Vicarium in ſpiritualibus generalem venerabilis fratris noſtri Didaci Archiepiſcopi Hiſpalenſ. ſibi conceſſum, ac de licentia dilecti filii Joannis de ſancta Anna, ſacræ paginæ profeſſoris, & in Provincia Caſtellæ Provincialis Miniſtri, apprehendit, & in eo cum nonnullis Fratribus ejuſdem Ordinis Vicarius perpetuus per eumdem Miniſtrum deputatus reſedit, & habitavit, prout habitat de præſenti, excommunicationis ſententiam damnabiliter incurrendo. Quare pro parte dicti Joannis de ſancta Marina nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eum ab excommunicationis ſententia, quam propter præmiſſa incurrit, abſolvi mandare &c. dignaremur. *Ut in Conſtit. 68. hujus Pontif.*

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus de præmiſſis omnibus, auctoritate noſtra te diligenter informes &c. Joannem de ſancta Marina, & alios Fratres prædictos, ſi hoc humiliter petierint, ab excommunicationis ſententia, quam propter præmiſſa incurrerunt, hac vice dumtaxat, eadem auctoritate abſolvas in forma Eccleſiæ conſueta &c. ac cum eiſdem Joanne, & Fratribus ſuper irregularitate &c. diſpenſes. Et nihilominus conceſſionem de prædicto Eremitorio, ut præfertur, factam, eadem auctoritate approbes & confirmes. Nos enim, ſi abſolutionem, diſpenſationem, & confirmationem hujuſmodi per te fieri contigerit, ut præfertur, Joanni de ſancta Marina, & Fratribus prædictis, ac aliis, qui in dicto Eremitorio morabuntur pro tempore, ut omnibus & ſingulis, ac illis ſimilibus privilegiis &c. quibus Fratres ejuſdem Ordinis in domo ſancti Michaelis de Monte, Conchen. Diœceſis commorantes, per Sedem Apoſtolicam &c. conceſſis utuntur &c. gaudere libere & licite valeant &c. indulgemus. Non obſtan. tam fel. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. quam aliis &c. contrariis quibuſcumque, jure parochialis Eccleſiæ &c. ſalvo.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, XIV. Kalendas Maii, anno XII.

CCXXXIII.

Ut Fratres Tertii Ordinis admittant domum in Diœceſ. Puteolan. Ex lib. 1. de diverſis &c. anno 12. fol. 177.

Venerabili Fratri Archiepiſcopo Neapolitano.

§. I. Piis fidelium votis &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Proculi Piſani de Puteolo, & nonnullorum aliorum Fratrum Tertii Ordinis ſancti Franciſci *de Pœnitentia* nuncupati, petitio continebat, quod ipſi in quodam loco, in Diœceſi Puteolan. conſiſtente, ſterili penitus & deſtructo, quem per dilectum filium Angelillum de Capua civem Capuan. ad eum tunc legitime pertinentem, eis pia largitione do- *Vide Conſtit. 89. hujus Pontif.*

donatum, de licentia venerabilis fratris noſtri Laurentii Epiſcopi Puteolan. pro ſuis uſu & habitatione receperant quamdam domum, cum Eccleſia, campanili &c. neceſſariis officinis pro eiſdem uſu & habitatione,de piis Chriſtifidelium eleemoſynis conſtruere &c. proponunt, ſi ſuper hoc eis Apoſtolicæ Sedis licentia concedatur. Quare pro parte Proculi, & aliorum Fratrum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos igitur &c. fraternitati &c. mandamus, quatenus, ſi eſt ita, donationem et receptionem prædictas auctoritate noſtra approbes et confirmes, dictiſque Proculo, et Fratribus in loco prædicto domum et Eccleſiam, cum campanili &c. officinis hujuſmodi pro eorum uſu et habitatione perpetuis conſtruendi &c. licentiam largiaris. Et inſuper ſi &c. Fratribus dicti Ordinis inibi pro tempore moraturis, ut Miſſas, ac alia divina Officia celebrare, ſeu celebrari facere, ac omnibus privilegiis &c. conceſſis uti et gaudere valeant, auctoritate prædicta concedas. Non obſtan. &c. contrariis quibuſcumque, jure tamen parochialis Eccleſiæ &c. ſalvo &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, v. Kalendas Maii, anno xii.

CCXXXIV.

Ut Sorores Tertii Ordinis domus ſancti Franciſci Neapolitan. ſub clauſura & obſervantia vivant. Ex lib. 1. de Regularibus &c. anno 11. fol. 49.

Dilecto filio Philippo Marino Canonico Neapolitan.

§. I. Injunctum nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officium digne peragere credimus, ſi ad ea ſolitæ benignitatis extendamus effectum, quæ ex devotionis ardore prodire conſpicimus, et animarum afferre valeant ſalutis incrementum. Sane petitio pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Sororum Ordinis ſancti Franciſci *de Pœnitentia*, *Tertii Ordinis* nuncupatarum, domus ejuſdem Sancti, juxta Monaſterium Monialium Neapolit. Ordinis ſanctæ Claræ, nobis nuper exhibita continebat, quod ipſæ, quæ nobili genere procreatæ exiſtunt, & mundanis abjectis illecebris in dicta domo, ſub regula et habitu dicti Tertii Ordinis ſimul habitant et vivunt, zelo devotionis accenſæ, cupiunt in eadem domo, perpetuis earum vitæ temporibus, ſub clauſura & regula, ac habitu hujuſmodi, abſque eo quod alterum Ordinem profiteantur, aut alteri regulæ ſubjiciantur, devotum Altiſſimo reddere famulatum. Quare pro parte dictarum Sororum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus ſi dictæ Sorores prædictam clauſuram ſponte ſubire voluerint, & tibi conſtiterit eas de ipſorum bonis commode poſſe ſuſtentari &c. tu Sororibus eiſdem clauſuram hujuſmodi ſubeundi, & inibi abſque eo quod alium Ordinem profiteantur, ſeu alteri regulæ ſubjiciantur, perpetuo remanendi &c. licentiam largiaris. Nos enim Sororibus ipſis, ut poſtquam clauſuram ſubierint eamdem, unum vel duos Ordinis Fratrum Minorum *de Obſervantia* nuncupatorum in Sacerdotio conſtitutos in eorum Capellanos &c. eligere valeant, liberam &c. concedimus &c. facultatem, jure tamen parochialis Eccleſiæ &c. ſalvo.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, II. Kalendas Junii, anno xii.

CCXXXV.

CCXXXV.

Ut conſtruere poſſit duo Monaſteria ſanctæ Claræ. Ex lib. 1. de diverſis &c. anno 12. fol. 29.

Cariſſimo in Chriſto filio Jacobo Regi Illuſtri.

§. I. INter deſiderabilia &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte tua petitio continebat, quod tu cupiens terrena in cœleſtia &c. commutare, ad laudem et incrementum Ordinis ſanctæ Claræ &c. duo Monaſteria dicti Ordinis, ſingula videlicet eorum cum Eccleſia, campanili &c. et aliis neceſſariis officinis pro uſu et habitatione Monialium dicti Ordinis, quæ ſub arcta paupertatis obſervantia vivere debeant, in tuo Comitatu Caſtrenſ. ſeu aliis terris tuæ ditioni ſubjectis &c. de bonis a Deo tibi collatis fundare &c. proponis &c. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. *Vide Conſtit. 71. hujus Pontif.*

§. II. Nos igitur &c. tibi Monaſteria hujuſmodi, ſingula videlicet eorum cum Eccleſia, campanili &c. et aliis neceſſariis officinis ſundandi &c. etiam ſi aliquis dictorum locorum ab Eccleſiis, ſeu domibus Ordinum Prædicatorum, ſeu Minorum per centum et quinquaginta cannas non diſtet, jure tamen parochialium Eccleſiarum &c. ſalvo, plenam et liberam Celſitudini tuæ &c. concedimus facultatem. Volumus autem, quod Moniales, ſub dicti Ordinis habitu et obſervantia in prædictis Monaſteriis, hac primæva vice dumtaxat per te ponendæ et inſtituendæ, earumque poſteræ omnibus et ſingulis privilegiis &c. uti, et gaudere pariter valeant. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis et voluntatis infringere &c.

Datum Ferentin. V. Kalendas Auguſti, anno XII.

Anno Christi 1429. Martini V. anno 13.

CCXXXVI.

Ut nullus niſi dignus ad Magiſterii gradum promoveatur. Ex Archivo ſecreto, lib. 16. Bullarum, fol. 269.

Ad futuram rei memoriam.

§. I. CUm in humanis ſcientiis &c. Sane nuper fide digna relatione multorum ad noſtram notitiam eſt deductum, quod in Ordine Minorum, quem inter ceteros religioſos Ordines paterna caritate complectimur, reperiuntur quam plurimum ad gradum Magiſterii promoti temporibus retroactis, ſine debito curſu, et lectura ſententiarum in Univerſitatibus approbatis, ſecundum quod fieri oportet, juxta formam in talibus ſervari conſuetam, et indecorum dicto Ordini, in quo antiquitus notabiliter viguit ſemper Theologiæ ſcientia, propter ſingularem curam, et ſeriam diligentiam adhibitam in ſuis Fratribus ad Magiſterium promovendis.

§. II. Volentes igitur ſuper iis ſalubriter providere, errata corrigere et ſcandalis obviare, quæ ſequi poſſent ex imperitia nonnullorum taliter promotorum, tenore præſentium, Apoſtolica auctoritate decernimus, quod quicumque reperiantur in præſenti, et in futurum reperientur in dicto Ordine Minorum promoti ad Magiſterii gradum in Theologia, extra Univerſitates ab ipſo Ordine per generalia Capitula ad hoc ſpecialiter electas, et abſque eo quod ante perfecerint debitos curſus ſuos, ſententias legerint in Univerſitatibus approbatis, actus legitimos et certa exercitia ſcholaſtica ſe-

fecerint, prout legere et facere tenentur de conſuetudine, vel de jure, in hujuſmodi ſcientia rite magiſtrandi, minime de cetero gaudere poſſint beneficiis, officiis, honoribus, gratiis, privilegiis, exemptionibus, tam in dicto Ordine, quam extra Magiſtris in Theologia, Apoſtolica, vel alia quavis auctoritate conceſſis, et quibus Magiſtri hujuſmodi uti et gaudere conſueverunt. Et inſuper quod prædicti promoti non ſervatis modis debitis, ut præfertur, non habeantur, nec reputentur pro Magiſtris Theologiæ, nec ſe pro talibus gerere et nominare præſumant. Mandantes dilectis filiis Generali et Provincialibus Miniſtris, Cuſtodibus, Guardianis et eorum vices gerentibus, Generalibus quoque et Provincialibus Capitulis, ac Officialibus quibuſcumque Ordinis memorati, ſub pœna excommunicationis, quatenus has noſtras litteras, quantum unumquemque concernunt, obſervent, et faciant inviolabiliter obſervari. Conſtitutionibus, ac litteris Apoſtolicis &c. et aliis contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, Kal. Decembris, anno XIII.

Anno Christi 1430. Martini V. anno 13.

CCXXXVII.

Ut Joanna Principiſſa Auraycen. poſſit conſtruere Monaſterium ſanctæ Claræ in oppido Montis-Bellicardi. Ex lib. 1. de diverſis formis, anno 13. fol. 285.

Venerabili Fratri Archiepiſcopo Biſuntin.

Ut in Reg. Tomi 9. fol. 474. §. I. Sinceræ devotionis affectus, quem dilecta in Chriſto filia, nobilis mulier Joanna de Monte-Bellicardo, Principiſſa Auraycen. ad nos &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dictæ Principiſſæ petitio continebat, quod ipſa cupiens terrena in cœleſtia &c. commutare, gerenſque ad Ordinem ſanctæ Claræ ſpecialis devotionis affectum, deſiderat &c. quoddam Monaſterium cum Eccleſia, campanili &c. aliiſque neceſſariis officinis pro uſu et habitatione Monialium dicti Ordinis, in loco de Monte-Bellicardo, tuæ Diœceſis &c. Quare pro parte ipſius Principiſſæ nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos igitur &c. fraternitati tuæ &c. mandamus, quatenus ſi eſt ita, et ad hoc tui conſenſus accedat, dictæ Principiſſæ Monaſterium ipſum cum Eccleſia, campanili &c. officinis ſupradictis, ſine tamen alterius præjudicio, pro uſu et habitatione Monialium dicti Ordinis, ſub obſervantia Regulari canonice inſtituta viventium, conſtruendi &c. et Monialibus, ſeu Sororibus prædictis Monaſterium prædictum recipiendi &c. licentiam largiaris. Et inſuper, poſtquam Monaſterium prædictum conſtructum et ædificatum fuerit, ut præfertur, illi ac prædictis Monialibus, ſive Sororibus in eo commorantibus, ut omnibus et ſingulis privilegiis &c. uti valeant et gaudere, auctoritate noſtra concedas. Jure tamen parochialis Eccleſiæ &c. ſalvo.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, II. Non. Jan. anno XIII.

CCXXXVIII.

CCXXXVIII.

Ut vendant aliqua bona. Ex lib.2. de Diverſis formis, & Regularibus, anno 13. fol. 245.

Dilectis filiis Miniſtro Generali, & univerſis Fratribus, ac dilectis in Chriſto filiabus Sororibus Tertii Ordinis ſancti Franciſci de Pœnitentia *nuncupati, in civitate & Diœceſi Treviren. degentibus*.

§. I. SIncerae devotionis affectus, quem ad nos, & Romanam geritis Eccleſiam, non indigne promeretur, ut votis veſtris, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Sane petitio pro parte veſtra nobis nuper exhibita continebat, quod aliquando vos & aliqui veſtrum, terras, domos, poſſeſſiones & alia bona immobilia in plerisque locis, vobis propter diſtantiam locorum a domibus veſtris minus utilia, poſſidetis, quæ, ſi illa ad firmam, ſeu annuam penſionem perpetuo, vel ad certum tempus dare & concedere, ſeu vendere & alienare, ac pro eorum pretio alia bona immobilia & utiliora, & eiſdem domibus magis accommoda acquirere & emere poſſetis, vobis plurimum foret profuturum. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut vobis præmiſſa faciendi licentiam concedere &c. dignaremur.

§. II. Nos itaque &c. vobis terras &c. hujuſmodi, quæ nunc in eiſdem locis obtinetis & in futurum, dante Domino, juſtis titulis obtinebitis, libere locandi, ſeu ad firmam, vel annuam penſionem in perpetuum, vel ad certum tempus dandi & concedendi, necnon vendendi & alienandi, ac pro illorum pretio alia bona utiliora emendi & acquirendi, Diœceſani loci &c. minime requiſita in perpetuum &c. licentiam elargimur. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, x. Kalendas Martii, anno XIII.

CCXXXIX.

Ut Fratres domus oppidi ſancti Mauritii a cenſuris abſolvantur, & domum eamdem retineant. Ex lib. 1. de exhibitis, & Regularibus, anno 13. fol.291.

Dilecto filio Præpoſito Eccleſiæ ſancti Evaſii de Caſali, Wercellen. Diœceſ.

§. I. EXimiæ devotionis affectus, quem dilectus filius nobilis vir Joannes Jacobus Marchio Montisferrati ad nos & Romanam gerit &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte Marchionis prædicti petitio continebat, quod olim ipſe ad Ordinem Fratrum Minorum ſingularem gerens devotionis affectum &c. Eccleſiam ruralem ſancti Mauritii de ſancto Mauritio, Wercellenſ. Diœceſis, tunc deſtructam pene, & deſolatam pro uſu & habitatione aliquorum Fratrum dicti Ordinis cum habitationibus, hortis, hortalitiis & aliis officinis neceſſariis conſtrui fecit opere condecenti. Et deinde cum nos ſuper eo, quod dicta domus hujuſmodi Fratribus aſſignaretur, ipſique illam recipere & inhabitare valerent, licentia concederetur, quamdam nobis deſuper porrectam ſupplicationem duxiſſemus ſignificandam, Fratres prædicti ſupplicationis forſan obtentu ducti hujuſmodi, & Apoſtolicis ſuper ea litteris minime confectis, abſque licentia Sedis Apoſtolicæ,

Ut in Conſtit. 2. Benedicti XIII. Pſeudopontif. ad ann.1403.

licæ, Eccleſiam prædictam per dictum Marchionem eis aſſignatam cum habitationibus, hortis &c. ingreſſi, illam ex tunc per ſpatium ſeptem annorum, vel circa inhabitarunt, prout de præſenti inhabitant, ac Miſſas inibi, ac alia divina Officia celebrarunt, excommunicationis ſententiam in profeſſores Ordinum mendicantium quorumlibet domos de novo recipientes, abſque permiſſione ſpeciali ejuſdem Sedis per fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſorem noſtrum generaliter promulgatam incurrendo. Quare pro parte dicti Marchionis nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus Fratres prædictos, ſi id humiliter petierint, ab hujuſmodi ſententia, auctoritate noſtra, hac vice dumtaxat, abſolvas in forma Eccleſiæ conſueta &c. ac cum ipſorum ſingulis ſuper irregularitate &c. diſpenſes, & nihilominus eis, quod ipſi Eccleſiam prædictam, dummodo alias de ea alteri conceſſum provideri non fuerit, cum habitationibus &c. pro uſu & habitatione perpetuo retinere &c. valeant, concedas, auctoritate prædicta. Non obſtan. Bonifacii Papæ &c. quibuſcumque. Nos enim prædictis, & qui pro tempore apud eamdem reſidebunt Eccleſiam, Fratribus, quod ipſi, ſi per te conceſſionem hujuſmodi fieri contingat, omnibus privilegiis &c. prædicto Ordini, necnon perſonis eorumdem per Sedem prædictam quomodolibet generaliter conceſſis uti & gaudere, libere & licite valeant, indulgemus, jure tamen parochialis Eccleſiæ &c. ſalvo.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, XII. Kalendas Aprilis, an. XIII.

CCXL.

Ut quædam mulieres conſtruere poſſint domum in urbe, vel diœc. Aquil. in eaque vivant, ſub Tertii Ordinis inſtitutis. Ex lib. I. de diverſis formis, & Regularibus, anno 13. fol. 121.

Venerabili Fratri Epiſcopo Aquilan.

Vt in Conſtit. 68. hujus Pontif. §. I. Piis ſupplicum votis &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Miniſtri, Fratrum Minorum, et dilectarum in Chriſto filiarum Sororum Tertii *de Pœnitentia* nuncupati Ordinum ſancti Franciſci, in civitate Aquilan. commorantium, petitio continebat, quod nonnullæ mulieres, virgines videlicet et viduæ, honeſtæ converſationis et vitæ, aliquæ Ordinem ipſum expreſſe profeſſæ, & aliæ zelo devotionis accenſæ, cupientes, ſub Tertio Ordine hujuſmodi & illius Regula devotum, et ſedulum exhibere Altiſſimo famulatum, quamdam domum cum Eccleſia, campanili &c. officinis pro earum uſu et habitatione in civitate, ſeu Diœceſi Aquilan. loco ad hoc congruo & honeſto, recipere, ac piis Chriſtifidelium ſuffragiis conſtrui &c. & in domo ipſa perpetuo remanere deſiderant &c. Quare pro parte Miniſtri, Fratrum, et Sororum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos &c. fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi eſt ita &c. prædictis mulieribus domum hujuſmodi cum Eccleſia, campanili &c. officinis ſupradictis, ſecundum tamen dicti Tertii Ordinis ſtatuta et conſuetudines laudabiles, pro eiſdem uſu & habitatione recipiendi &c. plenam &c. licentiam largiaris. Jure tamen parochialis Eccleſiæ, ſub qua domus ipſa fundari contigerit, et alterius cujuſcumque in omnibus ſemper ſalvo. Nos enim &c. Sororibus, quæ in hujuſmodi domo fundata pro tempore reſidebunt, ut omnibus et ſingulis immunitatibus &c. gaudere libere et licite valeant &c. indulgemus.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, XVII. Kal. Junii, anno XIII.

CCXLI.

CCXLI.

Ut conſtruatur domus pro Obſervantibus in Vice-Comitatu de Murato. Ibidem fol. 22.

Dilecto filio Præpoſito Monaſterii Montiſſulini, per Præpoſitum ſoliti gubernari, ſancti Flori Diœceſis.

§. I. APoſtolicæ ſervitutis officium &c. Sane pro parte dilecti filii nobilis viri Bernardi de Armaniaco Comitis Pardiaci, ac Vicecomitis Carladeſii & Murati, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet venerabilis frater noſter Jacobus Epiſcopus ſancti Flori prædicto Comiti, ad hoc zelo piæ devotionis moto, ac deſideranti de caducis ſibi a Deo collatis bonis æternos theſauros amplecti, capellam ſancti Galli, ſancti Flori diœceſis, quæ infra dictum Vice-Comitatum de Murato, ipſius Comitis temporali ditioni ſubjectum, conſtituta eſt, ac menſæ Capitulari Eccleſiæ beatæ Mariæ de Murato, dictæ diœceſis canonice cenſebatur unita, in domum Ordinis Fratrum Minorum *de Obſervantia* nuncupatorum, erigendi, eamque pro aliquorum ejuſdem Ordinis Fratrum, qui inibi Altiſſimo, juxta regularia ipſius Ordinis inſtituta, conventualiter Miſſas, & alia divina officia celebrando ſervirent, pro uſu & habitatione, applicandi & deputandi, per ſuas litteras licentiam conceſſerit, certis tunc expreſſis circa hoc pactis, & conditionibus adjectis &c. Quare pro parte dicti Comitis, nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. *Ut in Constit. 18. hujus Pontificis.*

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus, ſi vocatis qui fuerint evocandi, præmiſſa vera eſſe repereris, & dilectorum filiorum Capituli dictæ Eccleſiæ ad id expreſſus accedat aſſenſus, nihilque rationabile in contrarium deductum fuerit &c. conceſſionem, & litteras prædictas, omniaque & ſingula in eis contenta, & inde ſecuta, auctoritate noſtra approbes &c. Et nihilominus dicto Comiti domum prædictam cum Eccleſia &c. officinis erigendi &c. illamque pro uſu & habitatione hujuſmodi Fratrum, deputandi & applicandi plenam &c. licentiam largiaris, Non obſtantibus tam fel. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. quam aliis &c. contrariis quibuſcumque: jure tamen parochialis Eccleſiæ &c. ſalvo.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, XIV. Kal. Junii, anno XIII.

CCXLII.

Conceditur Indulgentia pro reparatione domus Fratrum de Trym. Ex lib. I. de diverſis &c. anno 13. fol. 3.

Univerſis Chriſtifidelibus &c.

§. I. DUm beati merita Franciſci &c. Sane Eccleſia domus Ordinis Fratrum Minorum de Trym, Miden. diœceſis, ſub titulo beati Franciſci Confeſſoris antedicti, propter noxios guerrarum inſultus &c. in ædificiis ruinæ deformata ſubjaceat, ad eujus reformationem fidelium præſidia ſunt neceſſaria plurimum & opportuna. Nos attendentes quantum opere & ſermone dicti Ordinis profeſſores &c. populos fideliter inſtruunt &c. & propterea cupientes, ut ipſa Eccleſia nullis propriis dotata bonis, ſed pia largitione, eleemoſyniſque fundata, pro divini cultus augmento, fidei hujuſmodi inſtructione, & ipſius Sancti merito colenda memoria in eiſdem ædificiis reparetur &c. de omnipotentis Dei misericor-

dia &c. confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui in Pentecoſtes ac Nativitatis glorioſæ Mariæ Virginis, necnon ejuſdem ſancti Franciſci feſtivitatibus, ac per ſex dies Pentecoſtes feſtum immediate ſequentes, & Nativitatis feſtivitatis hujuſmodi octavam, Eccleſiam prædictam devote viſitaverint annuatim, ac manus porrexerint adjutrices, ſingulis videlicet feſtivitatum tres annos, & totidem quadragenas, dierum vero & octavæ hujuſmodi diebus Eccleſiam ipſam viſitaverint, ac pro reformatione & conſervatione prædictis manus porrexerint, ut præfertur, adjutrices, centum dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus, præſentibus poſt decennium minime valituris. Volumus autem, quod ſi alias viſitantibus dictam Eccleſiam, aut ad ejus reparationem, vel fabricam manus porrigentibus adjutrices, aut alias inibi pias eleemoſynas erogantibus, ſeu alias aliqua alia indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus nondum elapſum duratura per nos conceſſa fuerit, præſentes litteræ nullius exiſtant roboris vel momenti.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, VIII. Idus Junii, anno XIII.

CCXLIII.

Præficitur Eccleſiæ Maſſan. Ex lib. I. de Exhibitis &c. anno 13. fol. 256.

Dilecto filio Antonio Electo Maſſan.

Vide Conſtit. 28. hujus Pontificis. DIvina diſponente clementia &c. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Antonio Epiſcopo Maſſan. &c. Poſtmodum vero dicta Eccleſia, per obitum ejuſdem Antonii, qui extra Romanam &c. demum ad te Miniſtrum Generalem Ordinis Fratrum Minorum, in Theologia Magiſtrum &c. direximus oculos noſtræ mentis &c. teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, II. Idus Junii, anno XIII.

CCXLIV.

Extenduntur litteræ Joannis XXIII. ad varias domos Tertii Ordinis, in diœceſi Morinen. Ibidem fol. 107.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. I. EX Apoſtolicæ Sedis providentia, ac perſonarum Eccleſiaſticarum præſertim religioſarum, ſub regulari Obſervantia virtutum Domino famulantium, ac mundanis abjectis illecebris, deditarum ſtudio piæ vitæ, devotione provenire dignoſcitur, ut quæ pro ipſarum regulari Obſervantia conſervanda, & etiam augenda pie conceſſa ſunt, cum a nobis petitur, non ſolum Apoſtolicæ confirmationis robore muniamus, ſed ad alios etiam, qui ſub ſimili obſervantiæ jugo ſedulum exhibent Altiſſimo famulatum, extendamus, eoſque Apoſtolicis gratiis, & favoribus proſequamur.

§. II. Sane pro parte dilectorum filiorum univerſorum Fratrum, & dilectarum in Chriſto filiarum Sororum Tertii Ordinis *de Pœnitentia* nuncupati, quem beatus Franciſcus inſtituit, in partibus Flandriæ, & præſertim in Epiſcopatu Morinen. in locis videlicet Furnis, Novo portu, Ipris, Paupringis, Duxemude, & Bergis, Morinen. diœceſis degentium, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim pro ipſorum parte, bonæ memoriæ Balthaſſari Epiſcopo Tuſculan. tunc *Joanni XXIII.* in ejus obedientia, de qua partes illæ erant, nuncupato, expoſito, quod ipſi olim, ut quietius & ſa-

ſalubrius animas ſuas Deo lucrifacerent, vivendo etiam juxta regulas, & modum vivendi, per fel. record. Nicolaum Papam IV. prædeceſſorem noſtrum, omnibus Fratribus, & Sororibus dicti Ordinis, qui tunc erant, & eſſent pro tempore, auctoritate Apoſtolica, datos & ordinatos, provida deliberatione prævia nonnulla ſtatuerant & ordinaverant, ut per ſalutaria exempla ad æternam vitam, cum Dei adjutorio ſalubrius proficere poſſent, idem Balthaſſar tunc Joannes XXIII. ſtatuta & ordinationes hujuſmodi rata habens & grata, per ſuas litteras confirmavit, ac ſupplevit omnes defectus ſi qui forſan intervenifſent in eiſdem. Quare pro parte prædictorum, & aliorum Fratrum, & Sororum ejuſdem Ordinis, in Morinen. de ſancto Audomaro, Hondeſtoet, & Dunkerke domibus, dictæ diœceſis commorantium, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut litteras prædictas innovare, ac ſtatuta & ordinationes, in dictis litteris contenta, ad Fratres & Sorores, in eiſdem Morinen. de ſancto Audomaro, Hondeſtoet, & Dunkerke domibus commorantes extendere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. III. Nos igitur eorumdem Fratrum & Sororum ſupplicationibus inclinati, litteras per prædictum Balthaſſarem, tunc Joannem XXIII. eis conceſſas, quas de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus, auctoritate Apoſtolica innovamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Per hoc autem nullum jus ipſis Fratribus & Sororibus in dictis locis &c. de novo acquiri volumus, ſed antiquum, ſi quod habeant, tantummodo conſervari. Ceterum ſtatuta & ordinationes, in dictis litteris contenta, ad Fratres & Sorores in Morinen. de ſancto Audomaro, Hondeſtoet, & Dunkerke domibus prædictis extendimus, ac ſecundum ſtatuta & ordinationes prædicta ipſos perpetuo vivere debere decernimus, & etiam ordinamus. Tenor vero dictarum litterarum prædicti Joannis ſequitur, & eſt talis: *Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Perſonas vacantes divinis obſequiis* &c. *Ut in Bulla* 18. *Joannis XXIII. uſque ad finem*. Datum apud ſanctum Antonium extra muros Florentin. x. Kalen. Septembris, Pontificatus noſtri anno IV. Nulli ergo &c. noſtræ innovationis, communitionis, voluntatis, extenſionis, conſtitutionis, & ordinationis infringere &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos &c. XIII. Kal. Julii, anno XIII.

CCXLV.

Ut conſtruatur Obſervantibus Cœnobium in loco Inſulæ. Ex lib. 1. de diverſis formis &c. anno 13. fol. 17.

Dilecto filio Abbati Monaſterii ſancti Chryſogoni Jadren.

Pius ſupplicum votis &c. Cum itaque &c. pro parte dilecti filii Simonis de Begna civis Jadren. petitio continebat, quod ipſe &c. collatis unam Eccleſiam in honorem, & ſub vocabulo ſanctorum Hieronymi, & Petri martyris, in loco Inſulæ, Jadren. diœceſis a civitate Jadren. in qua quædam Ordinis Fratrum Minorum domus eſt, per quinque milliaria diſtante, fundavit, atque conſtruxit, ſeu fundari & conſtrui fecit, ad Ordinem prædictum ſingularem gerens devotionis affectum, dictam Eccleſiam, cum juribus & pertinentiis ſuis, pro aliquorum dicti Ordinis Fratrum *de Obſervantia* nuncupatorum, qui Vicariatui Boſnæ dicti Ordinis, ſecundum illius morem ſubjecti ſunt, uſu & habitatione, deputare & applicare deſideret &c. pro parte dicti Simonis, nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus ſi vocatis &c. dictam Eccleſiam præ- *Vt in Conſt. 68. hujus Pontif.*

prædictis Fratribus pro eorum uſu &c. applices, ipſiſque Fratribus illam pro eiſdem uſu & habitatione recipiendi &c. licentiam largiaris. Non obſtantibus tam fel. record. Bonifacii Papæ VIII. quam noſtris &c. contrariis quibuſcumque. Nos enim &c. Fratribus in dicta Eccleſia pro tempore moraturis, ut omnibus & ſingulis privilegiis &c. conceſſis uti &c. valeant &c. indulgemus. Jure tamen parochialis &c. ſalvo.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, III. Nonas Julii, anno XIII.

CCXLVI.

Unitur Monaſterio de Monte-lucis aliud ſanctæ Mariæ de Angelis extra Peruſium. Ex lib. 2. de Exhibitis &c. anno 13. fol. 106.

Dilecto filio Dominico Electo Firman. Peruſin. & nonnullarum aliarum terrarum, & locorum pro Nobis, & Romana Eccleſia Gubernatori.

§. I. AD exequendum Paſtoralis officii debitum &c. Dudum ſiquidem Monaſterio Monialium beatæ Mariæ de Angelis extra muros Peruſin. Ordinis ſanctæ Claræ, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum prædicti, ac de Monte-Luce, extra eoſdem muros Ordinis prædicti Monaſteriorum Abbatiſſarum, & Monialium petitio continebat, caſualis ignis incendio concremato, prædictæ Abbatiſſa, & Moniales Monaſterii beatæ Mariæ in illo, quod campeſtre eſt, cum honeſtate remanere, & mentis quiete Altiſſimo famulari non valentes, ad prædictum de Monte-Luce Monaſterium acceſſerunt, & per ejuſdem Abbatiſſam, & Moniales, cum quibus de vivendo in communi, & quod omnes fructus, reditus, & proventus utriuſque Monaſterii utrique Conventui communes exiſterent, ipſæque utriuſque Monaſterii Moniales unum corpus facerent, & ſub uno capite regerentur, tractatu, concordiaque firmatis, etiam dilecti filii Guillelmi de Caſali, Ordinis Fratrum Minorum, & ſacræ paginæ profeſſoris, tunc dilecti filii Antonii de Maſſa prædicti Ordinis Minorum Generalis Miniſtri, cui Monaſteria prædicta ſubeſſe noſcuntur, in partibus Italiæ Vicarii voluntate & conſenſu pariter accedentibus, gratanter & caritative receptæ, ex tunc cum eiſdem Abbatiſſa, & Monialibus Monaſterii de Monte-Luce vitam communem duxerunt, prout ducunt etiam de præſenti. Quare pro parte Abbatiſſarum, & Monialium prædictarum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos itaque &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis, & eorum circumſtantiis univerſis, auctoritate noſtra te diligenter informes &c. beatæ Mariæ prædictum Monaſterium cum omnibus juribus, & pertinentiis ſupradictis prædicto Monaſterio de Monte-Luce; quorum Monaſteriorum debitis, & conſuetis eorum, ac eorumdem Conventuum ſupportatis oneribus, fructus, reditus, & proventus nullius valoris annui exiſtant, perpetuo incorpores, unias, & annectas, ipſaſque Moniales beatæ Mariæ ad prædictum Monaſterium de Monte-Luce transferas, & reducas, ac eas cum Monialibus dicti Monaſterii de Monte-Luce unum corpus, unicumque Conventum per Abbatiſſam dicti Monaſterii de Monte-Luce perpetuis futuris temporibus regendum, & gubernandum exiſtere, ac facere, nec non in electione Abbatiſſæ pro tempore dicti Monaſterii de Monte-Luce, & in ſingulis actibus tam conventualibus, quam aliis in eodem Monaſterio de Monte-Luce fieri ſolitis, pro tempore occurrentibus vocem habere decernas, ita quod Abbatiſſa dicti Monaſterii beatæ Ma-

Mariæ regimini, & adminiſtrationi ejuſdem Monaſterii cedente, vel decedente, ſeu illa alias quomodolibet dimittente, liceat ipſis Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii de Monte-Luce corporaliter poſſeſſionem dicti Monaſterii beatæ Mariæ, ac regiminis, & adminiſtrationis bonorum illius, auctoritate propria apprehendere, & perpetuo retinere, loci Ordinarii, vel cujuſcumque alterius licentia ſuper hoc minime requiſita. Volumus autem, quod Abbatiſſa pro tempore, & Conventus dicti Monaſterii de Monte-Luce Monaſterium beatæ Mariæ prædictum in ſpiritualibus, & temporalibus regere, & conſervare, ejuſque poſſeſſiones, & bona reparare, & manutenere, ac temporalia jura ſolvere, & alia onera illi incumbentia ſupportare, teneatur ac debeat. Non obſtantibus conſtitutionibus &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, x. Kalendas Octobris, anno XIII.

CCXLVII.

Fit Epiſcopus Thinen. & Michonen. Ex lib. 1. de vacat. &c. anno 13. fol. 134.

Dilecto filio Marco Sclavo de Candia Thinarum & Miconarum Electo.

DUm ad univerſas orbis Eccleſias, juxta paſtoralis officii debitum, Apoſtolicæ diffundimus conſiderationis intuitum, illarum nimirum propenſior cura nos angit, quas ſuis deſtitutas paſtoribus diſpendioſæ vacationis ſubjacere conſpicimus periculis, ut per noſtræ providentiæ miniſterium illis, ſecundum cor noſtrum viri præficiantur idonei in paſtores, ſub quorum regiminibus Eccleſiæ ipſæ in ſpiritualibus & temporalibus feliciter gubernentur. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Jacobo Epiſcopo Thinarum & Miehonarum &c. Poſtmodum vero præfata Eccleſia per obitum dicti Jacobi Epiſcopi, qui extra Roman. &c. deſtituta. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, direximus oculos noſtræ mentis &c. teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, XIII. Kalend. Novembris, anno XIII.

CCXLVIII.

Præficitur Eccleſiæ Naturen. Ex lib. 1. de Exhibitis &c. an. 13. fol. 270.

Dilecto filio Joanni Fabri Electo Naturen.

INter cetera &c. Dudum ſiquidem quondam Joanne Epiſcopo Naturen. &c. Poſtmodum vero prædicta Eccleſia per ipſius Joannis Epiſcopi obitum, qui extra Roman. &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. direximus oculos noſtræ mentis, teque illi præficimus in Epiſcopum &c. Volumus autem quod quamprimum præſentes litteras habueris expeditas, ad ipſam Eccleſiam te perſonaliter conferas &c. *Ut in Conſtit. hujus Pontif.*

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, III. Kalendas Novembris, anno XIII.

CCXLIX.

CCXLIX.

Ut Dux & Ducissa Lotharingiæ ædificent Monaſterium Clariſſis ſub clauſura & Obſervantia Regulari. Ex lib. 1. de beneficiis vacan. &c. anno 14. fol. 260.

Venerabili fratri Epiſcopo Tullen.

Ut in Conſtit. 3. hujus Pontif. §. I. Piis deſideriis &c. Dudum ſiquidem pro parte dilecti filii nobilis viri Renati Ducis Barren. & dilectæ in Chriſto filiæ Margaritæ de Bavaria, Duciſſæ Lotharingiæ, nobis expoſito quod ipſi gerentes ad beatam Claram Virginem, & Ordinem èjus, ſpecialis devotionis affectum &c. unum Monaſterium Religioſarum mulierum, ſub Regula, & Ordine dictæ Sanctæ, cum Eccleſia, dormitorio, campanili &c. pro uſu & habitatione aliquarum Religioſarum prædictarum, in oppido Pontis-Montionis, tuæ diœceſis, ſub dominio dicti Ducis conſiſtente, conſtruere &c. ac ſufficienter dotare deſiderarent, & proponerent &c. Nos tunc per alias noſtras litteras tibi mandavimus, quatenus ſi locus hujuſmodi ad hoc congruus foret, eiſdem Duci, & Duciſſæ præmiſſa faciendi licentiam largireris &c. Poſtmodum &c. ipſi deſiderent, Monaſterium prædictum ſub voto, & Regulari Obſervantia dicti Ordinis, & clauſura perpetua dumtaxat inſtitui, & fundari.

§. II. Nos igitur &c. Fraternitati tuæ &c. mandamus, quatenus Duci, & Duciſſæ prædictis Monaſterium hujuſmodi, juxta inſtituta, & Regularem Obſervantiam dicti Ordinis, ſub perpetua clauſura fundandi &c. ipſiſque Religioſis ſub voto, & Obſervantia Regulari, & clauſura hujuſmodi viventibus locum prædictum cum officinis &c. recipiendi, non obſtantibus conſtitutionibus &c. quibuſcumque, auctoritate noſtra licentiam largiaris. Volumus autem, & auctoritate Apoſtolica concedimus, quod Religioſæ prædictæ in eodem Monaſterio pro tempore degentes, omnibus & ſingulis privilegiis &c. gaudeant, & utantur, quibus aliæ Religioſæ dicti Ordinis in aliis earum Monaſteriis in ſpecie, vel in genere gaudent, & quomodolibet potiuntur.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, Kalendis Februarii, anno XIV.

EUGENIUS IV.

Electus eſt v. Nonas Martii, & coronatus II. Idus ejuſdem anno MCCCCXXXI.

Anno Christi 1431. Eugenii IV. anno 1.

I.

Omnes domus Obſervantum in confinibus Turcarum ſubjiciuntur Cuſtodi Boſnen. Ex archivo ſecreto lib. 16. Bullar. fol. 12.

Dilecto filio Juliano ſancti Angeli Diacono Cardinali, Apoſtolicæ Sedis Legato &c.

Vt in Regeſt. Tomi 9. fol. 502. §. I. Rationi congruit &c. Sane dudum fel. record. Martino Papæ V. prædeceſſori noſtro pro parte cariſſimi in Chriſto filii noſtri Sigiſmundi Romanorum Regis Illuſtris expoſito, quod, cum domus Fratrum Or-

Ordinis Minorum *de Obſervantia* nuncupatorum in regno Hungariæ, in confinibus Turcarum conſiſtentes, retroactis temporibus ſub cuſtodia, & gubernatione Cuſtodis domus Boſnen. ejuſdem Ordinis hactenus gubernatæ fuerunt, & Fratres in domibus ipſis degentes, ſecundum ipſius Ordinis regularia ſtatuta, ad Dei laudem, & Religionis decorem pure & ſincere vixerant, & propterea idem Rex deſiderat, ne Fratres prædicti ad mundanæ converſationis illecebras, & ſeculi vanitates ſe diverterent, ſed Deo, cui dedicati erant, pure & religioſe famularentur, ut domus prædictæ ſub gubernatione &c. cuſtodia dictis, Cuſtodi, prout hactenus conſtitutæ erant, reponerentur, & inducerentur, ac pro parte dicti Regis prædicto prædeceſſori ſupplicato, ut domos prædictas, ſub hujuſmodi Cuſtodia, & gubernatione reduci mandare, & alias ſuper præmiſſis ſalubriter providere &c. dignaretur. Idem prædeceſſor voluit, & conceſſit, videlicet XIV. Kalend. Martii, Pontificatus ſui anno XIV. tibi dari in mandatis, ut vocatis, qui forent evocandi, de præmiſſis omnibus & ſingulis, & eorum circumſtantiis univerſis auctoritate ſua te diligenter informares &c. domos prædictas, & inibi reſidentes Fratres hujuſmodi ſub cuſtodia & gubernatione prædictis eadem auctoritate reduceres, & in ſtatum priſtinum reponeres. Non obſtantibus &c. contrariis quibuſcumque &c.

§. II. Ne autem pro eo quod ſuper dictis voluntate & conceſſione dicti prædeceſſoris, ejus ſuperveniente obitu, litteræ Apoſtolicæ confectæ non fuerunt, prædictus Rex voluntatis, & conceſſionis hujuſmodi fruſtretur effectu, volentes, & Apoſtolica auctoritate decernentes, quod hujuſmodi voluntas, & conceſſio ab eadem Data videlicet XIV. Kalend. Martii, proinde ſuum ſortiatur effectum, ac ſi ejuſdem prædeceſſoris litteræ ſub ipſius diei Data conceſſæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur, quodque præſentes litteræ ad probandum plene voluntatem, & conceſſionem ejuſdem ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur, circumſpectioni tuæ &c. mandamus, quatenus ad executionem dictarum voluntatis & conceſſionis in omnibus provide procedas, ac ſi ejuſdem prædeceſſoris litteræ ſuper illis confectæ, & tibi præſentatæ fuiſſent, Contradictores compeſcendo. Non obſtantibus præmiſſis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ MCCCCXXXI. VI. Idus Martii, anno I.

II.

Ut Rex Daniæ Obſervantibus ponat Cœnobium in loco Kroczi[i]s. Reg. Vat. Ex lib. 2. de Regularib. anno I. folio 86.

Venerabili fratri Epiſcopo Wibergen.

§. I. Rationi congruit &c. Dudum ſiquidem pro parte dilectorum filiorum Guardiani, & Fratrum Ordinis Minorum domus oppidi Flensburgen. Slewicen. Diœceſ. fel. record. Martino Papæ V. prædeceſſori noſtro expoſito, quod olim cariſſimus in Chriſto filius noſter Henricus Daniæ, Svetiæ, & Norvegiæ Rex illuſtris, ob ſinceræ devotionis affectum &c. quoddam oratorium in fundo, ſeu loco dicto Krocziis erectum, ut circa illud domus cum hortis, hortalitiis, & aliis neceſſariis officinis pro uſu & habitatione nonnullorum Fratrum dicti Ordinis, qui perpetuo inibi Altiſſimo deſervirent, ædificaretur, pia largitione conceſſerat, prout in litteris dicti Regis plenius contineri dicebatur. Et ſupplicato, ut conceſſionem hujuſmodi confirmare &c. recipiendi, licentiam concedere dignaretur. Idem præ- *Vide ut ſupra.*

prædeceſſor, videlicet 11. Idus Julii, Pontificatus ſui anno x. voluit, & conceſſit dari certo Judici in mandatis, ut ſi vocatis, qui forent evocandi, ita eſſe reperiret, prius conceſſione hujuſmodi approbata, dictis Guardiano, & Fratribus oratorium recipiendi &c. licentiam, auctoritate Apoſtolica largiretur.

§. II. Ne autem dictus Guardianus, & Fratres voluntate, & conceſſione hujuſmodi, pro eo quod ſuper illis litteræ Apoſtolicæ, ejuſdem prædeceſſoris ſuperveniente obitu, confectæ non fuerint, vero ſuorum fruſtrentur effectu, volentes, & auctoritate prædicta decernentes, ut voluntas & conceſſio prædictæ proinde a dicta die 11. Idus Julii ſuum ſortiantur effectum, ac ſi ſuper eis dicti prædeceſſoris litteræ ſub ejuſdem diei data confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur, quodque præſentes litteræ ad probandum plene voluntatem, & conceſſionem eaſdem ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur, fraternitati tuæ &c. mandamus, quatenus ſi vocatis, ut præfertur &c. inveneris ita eſſe, dummodo a dicta die in eodem oratorio non ſit alicui ſpecialiter jus quæſitum, conceſſionem dicta auctoritate noſtra prædicta approbans, & confirmans, dictis Guardiano, & Fratribus recipiendi oratorium prædictum, & circa illud domum, ut præfertur, ædificandi, jure parochialis &c. ſalvo, licentiam largiaris. Piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. &c. contrariis quibuſcumque non obſtantibus.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ MCCCCXXXI. V. Idus Martii, anno 1.

III.

Ut poſſit ædificari Monaſterium Corporis Chriſti Ferrarien. Ex lib. 2. de diverſis formis, anno 1. folio 124.

Dilecto filio Abbati Monaſterii de Gavello, Adrien. Diœceſis.

§. I. Sedis Apoſtolicæ copioſa benignitas, pia vota fidelium, illa præſertim, per quæ religionis propagatio, divinique cultus augmentum intenditur, ac æternæ ſalutis commodum procuratur, libenter exaudit, & ut optatum ſortiantur effectum, partes ſuas favorabiliter interponit. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Viridis de Piis, Domicellæ loci de Carpo, qui nullius Diœceſis exiſtit, petitio continebat, quod ipſa de propria ſalute recogitans &c. quoddam Monaſterium Monialium, ad gloriam, & honorem omnipotentis Dei, & beatæ Virginis glorioſæ, ſub vocabulo *Corporis Chriſti*, in civitate noſtra Ferrarien. &c. ædificare incepit, illudque &c. pro una Abbatiſſa & nonnullis Monialibus Ordinis ſanctæ Claræ ſub perpetua clauſura, & ſecundum ejuſdem Sanctæ Regulam vivere debentibus, cum Eccleſia, campanili &c. officinis &c. ſufficienter dotare, perficere, & complere proponit. Quare pro parte ejuſdem Viridis nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos itaque &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus prædictæ Viridi Monaſterium prædictum cum Eccleſia, campanili &c. ſupradictis conſtruendi &c. jure tamen parochialis &c. ſalvo, auctoritate Apoſtolica licentiam largiaris. Nos enim quaſcumque mulieres dictum Monaſterium intrare volentes, ſi alias ſint idoneæ, & aliquod canonicum non obſtet, in dicto Monaſterio, poſtquam illud conſtructum, & ædificatum, ac ſufficienter dotatum fuerit, ut præfertur, recipiendi, eiſque regularem habitum per ipſius Ordinis Moniales geſtari ſolitum exhibendi, ac profeſſionem per eaſdem Moniales emitti ſolitam, ſi illam in tuis manibus ſponte, & libere emittere vo-

voluerint, regularem ab eis recipiendi, & admittendi, necnon pro earum inſtructione de quocumque Monaſterio dicti Ordinis aliquas Moniales vita laudabili, & moribus commendatas, & alias in diſciplina dicti Ordinis ſufficienter inſtructas, ad id tamen voluntarias, tot videlicet, quot cum aliis receptis in dicto Monaſterio juxta illius facultatem commode ſuſtentari, & incumbentia onera ſupportare valeant, Superiorum ſuorum petita, licet non obtenta licentia, ad hujuſmodi novum Monaſterium transferendi, ac unam ex eis, pro hac prima vice, in Abbatiſſam, cui curam, & adminiſtrationem hujuſmodi novi Monaſterii in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committas, præficiendi, reſervata tamen in futurum Monialibus in eodem novo Monaſterio pro tempore exiſtentibus, quoties illud per ceſſum, vel deceſſum, ſeu alias quocumque modo vacare contigerit, Abbatiſſam juxta morem dicti Ordinis inſtituendam eligi, tibi poteſtatem omnimodam, necnon hujuſmodi Abbatiſſæ, & Monialibus in dicto novo Monaſterio pro tempore exiſtentibus, ut omnibus privilegiis &c. quibus aliæ Abbatiſſæ & Moniales in aliis dicti Ordinis Monaſteriis commorantes gaudent, & utuntur, uti, & gaudere valeant, quodque aliquem Presbyterum ſecularem, qui in Eccleſia dicti novi Monaſterii Miſſas, & alia divina officia celebret, ac eis abſque juris alieni præjudicio Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtret, necnon ipſarum confeſſionibus diligenter auditis, pro commiſſis, niſi talia fuerint, propter quæ Sedes Apoſtolica merito eſſet conſulenda, debitam eis abſolutionem impendat, & injungat pœnitentiam ſalutarem, eligere, & recipere valeant, auctoritate prædicta concedimus per præſentes.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno &c. MCCCCXXXI. II. Nonas Aprilis, anno I.

IV.

Confirmatur licentia a Martino V. conceſſa conſtruendi domum Obſervantibus in Vice-Comitatu de Murato. Ex lib. 3. de diverſis formis ann. 1. fol. 283.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. I. Sollicitudinis Paſtoralis officium, quod ſuper omnes Orbis Eccleſias, diſpoſitione divina, licet immeriti gerimus, ad hoc præcipue pulſat & excitat mentem noſtram, ut ex noſtra directione cultus divinus ubique refloreat, & augeatur jugiter, & quæ propterea cum ſalute animarum, ac Religionis fervore proceſſiſſe comperimus, ut illibata permaneant, Apoſtolico munime roboremus. Dudum ſiquidem pro parte dilecti filii nobilis viri Bernardi de Armaniaco Comitis Pardiaci, & Vice-Comitis Carladeſii, & Murati fel. record. Martino Papæ V. prædeceſſori noſtro, expoſito, quod licet venerabilis frater noſter Jacobus Epiſcopus ſancti Flori Comiti præfato, ad hoc zelo piæ devotionis moto &c. Capellam ſancti Galli, ſancti Flori Diœceſis, quæ infra dictum Vice-Comitatum de Murato, ipſius Comitis temporali ditioni ſubjectum, etiam tunc conſtituta erat, & menſæ Capitulari Eccleſiæ beatæ Mariæ de Murato dictæ Diœceſis canonice cenſebatur unita, in domum Ordinis Fratrum Minorum *de Obſervantia* nuncupatorum erigendi, eamque pro aliquorum ejuſdem Ordinis Fratrum, qui inibi Altiſſimo juxta regularia ipſius Ordinis Inſtituta conventualiter Miſſas, & alia divina officia celebrando ſervirent, uſu & habitatione applicandi, & deputandi, per ſuas litteras licentiam conceſſiſſet, certis tunc expreſſis circa hæc conditionibus adjectis. Ipſe tamen Comes conceſſionem eamdem ex certis cauſis viribus non ſubſiſtere, ſeque præmiſſa licite adimplere non poſſe dubitabat,

Apoſtolicæ Sedis auctoritate ſibi ad hoc etiam non ſuffragante; dictus prædeceſſor dilecto filio Præpoſito Monaſterii Montis-Salvi, per Præpoſitum ſoliti gubernari, ſancti Flori Diœceſis, ejus proprio nomine non expreſſo, ſuis litteris dedit in mandatis, ut conceſſionem, & litteras Epiſcopi ſupradictas, omniaque & ſingula in eis contenta, ac inde ſecuta, auctoritate Apoſtolica approbaret, & confirmaret, ſupplendo omnes defectus &c. Et nihilominus Comiti præfato domum eamdem cum Eccleſia, hortis &c. neceſſariis officinis erigi &c. pro uſu & habitatione Fratrum hujuſmodi deputandi, & applicandi, plenam &c. licentiam largiretur; jure tamen parochialis &c. ſalvo.

§. II. Poſtmodum vero &c. Dilectus filius Guillelmus Præpoſitus dicti Monaſterii ad executionem ipſarum litterarum procedens, earum forma ſervata, conceſſionem, & litteras Epiſcopi, ac contenta, & inde ſecuta hujuſmodi approbavit & confirmavit, ſupplendo omnes defectus ſupradictos, ac præfato Comiti domum præfatam, cum Eccleſia, hortis, hortalitiis, & officinis neceſſariis erigi, & conſtrui faciendi, illamque pro uſu & habitatione Fratrum hujuſmodi deputandi, & applicandi licentiam largitus fuit; jure tamen parochialis Bredami, infra cujus limites conſiſtit, & dictæ beatæ Mariæ Eccleſiarum, & cujuslibet alterius in præmiſſis omnibus ſalvo, ipſique Comiti, ut infra quinquennium, ex tunc computandum, domum cum Eccleſia &c. omnino compleret, ſeu compleri faceret, ac Fratribus in dicta domo collocandis de altaribus, campana, libris &c. tam pro divino officio inibi celebrando, quam alias pro uſu eorumdem Fratrum neceſſariis provideret, juxta promiſſionem per eum deſuper factam injunxit, prout in inſtrumento publico inde confecto, ſigilli ipſius Guillelmi Præpoſiti appenſione munito, quod in Cancellaria Apoſtolica examinari fecimus diligenter, plenius continetur. Quare pro parte ejuſdem Comitis nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. Nos igitur &c. approbationem, confirmationem &c. rata habentes, & grata illa, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & confirmamus &c. Nulli ergo &c. noſtræ approbationis, & communitionis infringere &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ MCCCCXXXI. III. Kalend. Maii, anno 1.

V.

Ut fratri Joanni de Ramaga Tertii Ordinis concedat Eremitorium ſanctæ Mariæ Magdalenæ, Abulen. Diœceſ. & Miniſtrum inſtituat. Ex libro 1. de diverſis formis &c. anno 1. folio 283.

Dilecto filio Scholaſtico Eccleſiæ Salamantin.

Vt in Conſtit. 76. Martini V. §. I. Piis devotorum ſupplicationibus &c. Sane pro parte dilecti filii Joannis de Ramaga Eremitæ, Abulen. Diœceſ. nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipſe ſummis deſiderat affectibus, ut in eremitorio ſanctæ Mariæ Magdalenæ de Ramaga, dictæ Diœceſis, in quo cum nonnullis Clericis, & Laicis ſub regula, & ſecundum inſtituta Fratrum Tertiæ regulæ ſancti Franciſci, in humilitatis ſpiritu, & paupertate, eremiticam vitam ducit, Fratres hujuſmodi regulam profeſſi, quorum unus ſit Miniſter, cui alii omnes obedire teneantur, inhabitent, & divina officia diurna pariter & nocturna, more ipſius Ordinis devote celebrent, ſeu faciant celebrari. Quare pro parte ipſius Joannis nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos igitur laudabile deſiderium prædicti Joannis plurimum in Domino

mino commendantes &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis, ac eorum circumſtantiis univerſis te diligenter informes &c. Eremitorium, cujus fructus, reditus, & proventus quinque librarum Turonen. parvorum, ſecundum communem æſtimationem valorem annuum, ut ipſe Joannes aſſerit, non excedunt, cum poſſeſſionibus, & bonis pro uſu & habitatione Fratrum hujuſmodi, auctoritate noſtra perpetuo deputes & ordines, ac prædictum Joannem, quoad vixerit, illius Miniſtrum, cui alii Fratres inibi pro tempore degentes obedire teneantur & debeant, conſtituas, ſibique & dictis pro tempore in illo degentibus Fratribus regimen, gubernationem & uſum fructum poſſeſſionum & bonorum prædictorum eadem auctoritate concedas.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno &c. MCCCCXXXI. II. Kalendas Maii, anno I.

VI.

Committitur ei reformatio Monaſteriorum Ordinis ſanctæ Claræ. Ex lib. I. de Regularibus anno I. folio 136.

Dilecto filio Generali Miniſtro Ordinis Minorum.

§. I. AD ſtatum ſingulorum fidelium &c. Sane, ſicut ex fide dignorum relatione percepimus, nonnulla Monaſteria Monialium Ordinis ſanctæ Claræ, in diverſis locis conſiſtentia, propter nonnullarum Abbatiſſarum, ac in eis degentium culpam Monialium, quæ plerumque a jugo Regularis Obſervantiæ deviantes, laxiorem, quam deceat, vitam ducunt, ac propter varia diſſenſiones & ſcandala, quæ in eiſdem Monaſteriis quotidie oriuntur, non modica reformatione indigere noſcuntur. *Vi in Conſt. 190. Martini V.*

§. II. Nos igitur in præmiſſis debite providere cupientes, ac ſperantes, quod tu, propter impoſitum tibi dicti Ordinis gubernandi & regendi onus, ad ejus & Monaſteriorum prædictorum reformationem, & ad debitum ſtatum reductionem eo diligentius incumbes, quo majori fueris per nos auctoritate munitus, tibi omnia & ſingula hujuſmodi Monaſteria, eorumque perſonas, tam in capite, quam in membris, auctoritate noſtra viſitandi, ac ea, de quibus tibi videbitur, aperta Monaſteria ſub debita clauſura ponendi, necnon ipſorum Abbatiſſas ſecundum demerita ipſarum deponendi, & alias de novo inſtituendi & deſtituendi, Moniales quoque cum rebus & bonis ſuis de uno Monaſterio ad aliud transferendi, bona inſuper unius Monaſterii ad aliud applicandi, ac omnia alia & ſingula agendi, faciendi & ſtatuendi, quæ in ipſis Monaſteriis ſecundum Deum, pro eorumdem, & perſonarum hujuſmodi ſtatu, utilitate, reformatione & quiete, ac divini cultus obſervantia; de conſilio tamen & aſſenſu diſcretorum, correctionis & reformationis officio noveris indigere. Contradictores etiam auctoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia Juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendi, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, plenam & liberam, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium facultatem concedimus & etiam poteſtatem, conſtitutionibus Apoſtolicis &c. non obſtantibus quibuſcumque &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno &c. MCCCCXXXI. IV. Idus Maii, anno I.

VII.

Ut præcipiat Vicario Boſnæ, ut tranſmittat Fratres habitaturos in domo Felfalven. Ex lib. 1. de diverſis formis anno 1. fol. 182.

Venerabili fratri Epiſcopo Tranſilvan.

Vt in Conſtit. 46. Martini V. §. I. JUſtis & honeſtis &c. Dudum ſiquidem pro parte dilecti filii nobilis viri Joannis de Sello de Loroniz Domicelli, tuæ Diœceſis fel. rec. Martino Papæ V. prædeceſſori noſtro expoſito, quod olim ipſe cupiens terrena in cœleſtia &c. commutare &c. quamdam domum cum Eccleſia, ſeu capella, ſub vocabulo *ſancti Michaelis Archangeli*, necnon campanili &c. aliiſque neceſſariis officinis pro uſu & habitatione Fratrum Ordinis Minorum *de Obſervantia* nuncupatorum &c. in poſſeſſione Felfalven. ſita, prope oppidum Regen. dictæ Diœceſis, ad ipſum Domicellum legitime pertinente, de tui licentia & aſſenſu fundaverat, ac conſtrui & ædificari fecerat, ac ipſi prædeceſſori ſupradicto, ut fundationi, conſtructioni & ædificationi prædictis, pro eorum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, ac Fratribus prædicti Ordinis, ut dictam domum cum Eccleſia & officinis prædictis pro uſu & habitatione eorum recipere & perpetuo retinere poſſent, licentiam concedere, de benignitate Apoſtolica dignaretur. Idem Prædeceſſor noſter per ſuas litteras tibi, tuo proprio nomine non expreſſo, mandavit, quatenus, ſi eſſet ita, fundationem & conſtructionem prædictas auctoritate ſua approbares & confirmares. Et nihilominus eiſdem Fratribus, ut prædictam domum cum officinis prædictis recipere &c. auctoritate prædicta licentiam largireris. Et inſuper Fratribus dicti Ordinis, qui in hujuſmodi domo pro tempore morarentur, eadem auctoritate indulgeres, quod omnibus privilegiis &c. gauderent &c. prout in dictis litteris plenius continebatur.

§. II. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Domicelli petitio continebat, licet ad executionem prædictarum litterarum tibi præſentatarum procedens, dictas fundationem, & conſtructionem confirmaveris, tamen in ipſa domo pro executione divini myſterii, pro quo fundata principaliter exiſtit, Fratres dicti Ordinis nondum deputati fuerunt, & Vicarius Boſnæ in partibus illis ſecundum morem dicti Ordinis deputatus, quamvis ſuper hoc ſæpe requiſitus, Fratres hujuſmodi mittere contempſit, in præjudicium devotionis Domicelli, & Ordinis prædictorum. Quare pro parte dicti Domicelli nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. Nos igitur &c. fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi eſt ita, prædicto Vicario auctoritate noſtra præcipias, ut neceſſarios Fratres dicti Ordinis, & opportunos pro myſteriis hujuſmodi peragendis, ad ipſam domum tranſmittere, & in domo ipſa laudabiliter deſerviri facere non poſtponat. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam &c. Non obſtantibus, ſi eidem Vicario, vel quibuslibet aliis communiter, vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ, MCCCCXXXI. II. Non. Junii, anno I.

VIII.

Digitized by Google

VIII.

Fratres provinciæ Daciæ eximuntur de novo ab omnium legatorum ſolutione. Ex lib. 1. de Regularibus anno 1. fol. 213.

Venerabili fratri Epiſcopo Wibergen.

SAcræ Religionis, ſub qua dilecti filii univerſi Fratres Ordinis Minorum provinciæ Daciæ &c. Sane pro parte univerſorum Fratrum Ordinis & provinciæ eorumdem, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim per fel. record. Alexandrum Papam IV. prædeceſſorem noſtrum accepto, quod quotieſcumque per aliquos Chriſtifideles partium earumdem, ſeculum relinquentes, aliqua bona ſua prædictis Fratribus pro ædificiis, libris, veſtibus, & aliis eorum neceſſitatibus largiebantur, ac etiam in ultima voluntate relinquebant, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Abbates, Priores, Præpoſiti, Archidiaconi, Rectores parochialium, & aliarum Eccleſiarum Prælati partium ipſarum pro tempore exiſtentes, aliquando mediam, quandoque tertiam, ſeu quartam partem, de bonis largitis & relictis hujuſmodi, prætextu Canonicæ portionis, ab eiſdem Fratribus, in grave ipſorum Fratrum præjudicium, & ſcandalum prædictorum fidelium, extorquere conabantur. Idem prædeceſſor videlicet IV. Nonas Februarii, Pontificatus ſui anno III. per ſuas litteras eiſdem Prælatis injunxit, ac mandavit, ut de cetero nihil ab eiſdem Fratribus de bonis hujuſmodi exigerent, ſed onera paupertatis eorum de bonis eorum propriis potius relevarent, prout in eiſdem litteris plenius dicitur contineri. Quare pro parte dictorum Fratrum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut litteris prædictis, juxta earum continentiam, atque formam robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, & alias eis in præmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui de præmiſſis, cum prædictæ litteræ originales in partibus illis, ut aſſeritur, exiſtentes, nobis exhibitæ non fuerint, nec oſtenſæ, certiorem notitiam non habentes &c. fraternitati tuæ &c. mandamus, quatenus adhibitis tecum duobus, vel tribus doctis viris, & in hujuſmodi cognitione expertis, de quibus tibi videbitur, non obſtantibus conſtitutionibus &c. contrariis quibuſcumque, ſi litteras ipſas per diligentem & ſolertem inſpectionem, omni vitio & ſuſpicione carere inveneris &c. litteras ipſas, ac omnia in eis contenta, prout provide facta ſunt, auctoritate noſtra approbes pariter & confirmes. *Ut in Reg. Tomi 9. fol. 471.*

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno &c. MCCCCXXXI. XV. menſis Junii anno I.

IX.

Obſervantes revocantur ad domum Policaſtri a Fratribus derelictam. Ibidem folio 266.

Venerabili fratri Archiepiſcopo ſanctæ Severinæ.

§. I. PIis fidelium votis &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Antonii Ordinis Fratrum Minorum profeſſoris, provinciæ Calabriæ, ſecundum morem ejuſdem Ordinis, Provincialis Miniſtri petitio continebat, quod ipſe dudum attente conſiderans, quod in Eccleſia ſeu domo ſanctæ Mariæ, *eremitorio* nuncupata, extra muros terræ Policaſtri, ſanctæ Severinæ diœceſis Fratres dicti Ordinis canonice habitare con- *Ut in Conſtit. 90. Martini V.*

fue-

ſuevifſent, quamvis a nonnullis citra temporibus Fratres ipſi, propter malam temporum conditionem, domum ipſam non habitaſſent, quodque univerſitas, & homines dictæ terræ, propter ſingularem devotionem, quam gerunt ad beatum Franciſcum, cuperent, quod aliqui Fratres dicti Ordinis *de Obſervantia* nuncupati, ad reſidendum in Eccleſia, & domo hujuſmodi, amodo more ſolito reducerentur, idem Miniſter prædictorum univerſitatis, & hominum, necnon dilecti filii nobilis viri Nicolai Marchionis Cotroni precibus ſuper hoc ipſi Miniſtro porrectis, etiam de conſenſu, & licentia bonæ memoriæ tunc Archiepiſcopi ſanctæ Severinæ loci Metropolitan. prædeceſſoris tui, nonnullos Fratres dicti Ordinis ad reſidendum in Eccleſia & domo prædictis, juxta conſuetudinem hujuſmodi, necnon ejuſdem Ordinis mores & inſtituta deputavit.

§. II. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, iidem Fratres ſic deputati, Eccleſiam & domum prædictas dudum laudabiliter inhabitaverint, pro parte dicti Miniſtri, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut reductioni & deputationi hujuſmodi robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere dignaremur. Nos igitur &c. fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de præmiſſis omnibus & ſingulis, auctoritate noſtra te diligenter informes &c. Fratribus antedictis, præſentibus & futuris, domum & Eccleſiam prædictas juxta conſuetudinem prædictam, pro eorum uſu &c. eiſque campanile, campanas, dormitorium, clauſtrum &c. aliaſque neceſſarias officinas inibi conſtruendi &c. licentiam largiaris. Et nihilominus Fratribus ipſis præſentibus & futuris, ut omnibus & ſingulis privilegiis &c. gaudere libere & licite valeant &c. concedas. Non obſtantibus &c. contrariis quibuſcumque. Jure tamen parochialis &c. ſalvo.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno &c. MCCCCXXXI. VI. Kalend. Auguſti anno I.

X.

Ut transferant Conventum intra muros Caſtri Montis-Granarii. Ibidem fol. 53.

Dilectis filiis Miniſtro Provinciali, & Fratribus Ordinis Minorum provinciæ Marchiæ, ſecundum morem dicti Ordinis.

Ut ſupra. SAcræ Religionis &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quod cum olim domus Fratrum Minorum ſancti Franciſci infra mœnia Caſtri Montis-Granarii, Firman. diœceſis, cum ejus Eccleſia conſiſteret, & temporum cauſante malitia, univerſitas dicti Caſtri mœnia ad minorem circuitum, ut ſecurius vivere, & ab hoſtium inſidiis, & inſultibus ſe tueri poſſent, reſtrinxerint, adeo quod domus, & Eccleſia prædictæ extra dicti Caſtri mœnia remanſerint, ex quo in dicta Eccleſia divinus cultus diminutus plurimum exiſtit, ac Fratribus, qui in ea pro tempore reſederunt, & univerſi prædictis damna & incommoda, etiam ſubſecutis ſcandalis provenerunt. Quare pro parte veſtra, nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. Nos itaque &c. vobis mutandi domum eamdem, & aliam loco illius cum Eccleſia, campanili &c. neceſſariis officinis in loco ad id congruo & honeſto infra eadem mœnia conſtruendi &c. fel. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. & quibuſcumque aliis conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis nequaquam obſtantibus, auctoritate Apoſtolica licentiam, tenore præſentium elargimur. Jure tamen parochialis Eccleſiæ &c. ſalvo. Volumus autem quod Eccleſia prædicta extra mœnia hujuſmodi ſita, poſtquam

quam infra dicta mœnia tranſlata & conſtructa fuerit, ut præfertur, ad profanos uſus velut hæreditas nullatenus transferatur. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ MCCCCXXXI. IX. Kal. Septembris anno I.

XI.

Ut eligant Vicarium, cui obediant. Ibidem fol. 64.

Dilectis filiis ſancti Joannis extra muros Creten. & ſancti Athanaſii de Rethymo, ac ſancti Salvatoris de Canea, Talamonen. & Agien. diœceſis, in inſula Creten. domorum Ordinis Minorum Fratribus de Obſervantia nuncupatis.

§. I. Super gregem Dominicum, noſtræ vigilantiæ divinitus creditum intenti ſpeculatoris, prout nobis deſuper conceditur, exercentes officium, Chriſtifideles ſingulos, præſertim regulari obſervantiæ deditos, eo providentiæ ſtudio gubernari cupimus, ut ab eis omnis turbationis tollatur occaſio, & laudabilibus illi in Domino poſſint proficere incrementis. Dudum ſiquidem pro parte veſtra, felicis recordationis Martino Papæ V. prædeceſſori noſtro expoſito, quod cum vos, qui inter Schiſmaticos, & a Romana Eccleſia & fide Catholica deviantes Græcos, adverſus quorum peſtiferum morbum per medium veſtri, fructus uberrimos ſæpius producere dignatus eſt Dominus, conſtituti fueritis, paulatim deficeretis, ac ex illis partibus rari reperirentur, qui vellent in ſancti Joannis extra muros Creten. ſancti Athanaſii de Rethymo, ac ſancti Salvatoris de Canea, Talamonen. & Agien. diœceſis, in inſula Creten. domibus, ſive locis dicti Ordinis in provincia Achajæ, alias Moreæ, juxta morem dicti Ordinis forſan deinceps concedente Domino, canonice conſtruendis morari, & Altiſſimo deſervire volentibus, accedendi, & morandi, ut præfertur, vobis vero, & poſteris veſtris Fratribus dicti Ordinis, in conſtructis & conſtruendis domibus, ſive locis hujuſmodi pro tempore moraturis, dictos alios Fratres, recipiendi & perpetuo retinendi, alicujus alterius ſuper hoc licentia, vel conſenſu minime requiſitis, plenam & liberam conceſſit facultatem.

§. II. Et nihilominus vobis, & univerſis Fratribus dicti Ordinis, qui in conſtructis & conſtruendis domibus, ſive locis hujuſmodi pro tempore morarentur, ut omnibus & ſingulis privilegiis, indultis &c. Fratribus in Vicaria Boſnæ, ſecundum morem hujuſmodi pro tempore commorantibus, qui etiam ſimilibus ſchiſmaticorum premebantur inſultibus, a Sede Apoſtolica, & generalibus Miniſtris dicti Ordinis tunc conceſſis, & in poſterum concedendis, uti & gaudere valeretis, duxit indulgendum, prout in ipſius deſuper confectis litteris plenius continetur.

§. III. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, Fratribus de Boſna prædictis, eadem auctoritate, per privilegia & indulta præmiſſa conceſſum fuerit, quod ipſi in dicta Vicaria non Miniſtrum Provincialem, ſed Vicarium habere, ac illi ſubeſſe debeant, & quibus vos conformantes aliquandiu ſub Vicarii vobis deputati regimine, directioneque fuiſtis. Et quia dilectus filius noſter Joannes, tituli ſancti Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis, eadem, ut dicitur, auctoritate fungens, inter alia ſtatuit & ordinavit, quod omnes dicti Ordinis Fratres etiam Miniſtris Provincialibus obedire debeant & teneantur, omnia & ſingula contrarium diſponantia, etiam Apoſtolica privilegia & indulta revocando. Vos, qui ſub hujuſmodi Obſervantia firmari, ac perſiſtere cupitis, ſuper eo per-

perplexitatis & timoris eſtis motibus implexi, quod ſi cuiquam Miniſtro provinciali ſubeſſe & obedire debeatis, talem plerumque, non de Obſervantia hujuſmodi, ſed Conventualem continget exiſtere, & propterea vos, quominus ſub ipſa Obſervantia, in pacis & tranquillitatis amœnitudine Domino famulari poſſitis, moleſtiis & vexationibus indebitis frequentius agitari. Nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut vos, prædictique poſteri, quoties congruerit, aliquem idoneum dicti Ordinis de Obſervantia profeſſorem in Vicarium ibidem eligere poſſitis, & quem ut talem ſive ipſius electionem hujuſmodi Generalis ejuſdem Ordinis Miniſter pro tempore exiſtens confirmare habeat, cuique, & non alicui provinciali Miniſtro ſubeſſe, ac obedire debeatis, auctoritate prædicta, tenore præſentium indulgemus. Non obſtantibus ſtatuto & ordinatione præmiſſis &c. contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno &c. mccccxxxi. Kalendis Octobris anno 1.

XII.

Ut Fratres admittant domum in oppido Bargen. Ex lib. 3. de diverſis formis anno 1. fol. 129.

Dilecto filio Abbati Monaſterii ſanctæ Mariæ de Cabirio, Taurinen. diœceſis.

Vide Conſtit. 68. Martini V.

PIis ſupplicum votis &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Univerſitatis, & hominum loci de Bargis, Taurinen. diœceſis petitio continebat, quod ipſi in eodem loco, qui ſatis amplus & populoſus, & in quo nulla regularis domus alicujus ex Ordinibus Religioſorum Mendicantium ſituata exiſtit, ad ipſorum conſolationem &c. unam clauſtralem domum, cum Eccleſia, campanili &c. & aliis neceſſariis officinis, pro uſu &c. Fratrum Ordinis Minorum &c. fundare &c. proponunt &c. Quare pro parte dictorum Univerſitatis &c. hominum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus eiſdem Univerſitati, & hominibus, in aliqua congrua & honeſta parte loci hujuſmodi domum prædictam, cum Eccleſia, campanili &c. & aliis neceſſariis officinis hujuſmodi, pro uſu et habitatione perpetuis ipſorum Fratrum juxta formam conſtitutionis fel. record. Clementis Papæ VI. prædeceſſoris noſtri ſuper hoc editæ fundandi &c. ipſiſque Fratribus domum ipſam recipiendi, et in ea perpetuo manendi, diœceſani loci, et cujuſcumque alterius licentia ſuper hoc minime requiſita, plenam et liberam, auctoritate noſtra licentiam largiaris. Nos enim, ſi per te dictam licentiam elargiri contigerit, ut præfertur, Fratribus prædictis, qui in domo hujuſmodi pro tempore reſidebunt, ut omnibus & ſingulis immunitatibus &c. conceſſis uti et gaudere libere et licite valeant, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium indulgemus. Non obſtantibus piæ memoriæ Bonifaci Papæ VIII. &c. contrariis quibuſcumque. Jure tamen parochialis &c. ſalvo.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ mccccxxxi. xvii. Kal. Novembris anno 1.

XIII.

Ut admittant Cœnobium in inſula Vicentin. Ex lib. 1. de Regularibus ann. 1. fol. 229.

Dilectis filiis Vicario, & Fratribus Ordinis Minorum de Obſervantia, provinciæ Romanæ ſecundum morem dicti Ordinis.

SAcræ Religionis &c. Exhibita ſiquidem nobis pro parte veſtra petitio continebat, quod cum dilectus filius Onufrius de Sveſſa, Presbyter Sveſſan. Eccleſiam ſine cura ſancti Joannis de Inſula Vicentin. Montisflaſconen. diœceſis, per Sedem Apoſtolicam ſibi ſua vita durante, etiam Epiſcopi Montisflaſconen. qui tunc erat, accedente conſenſu, conceſſam, deſtructam, et derelictam conſtruxerit et reparaverit, et deſideret quod in inſula et Eccleſia prædictis unus locus, cum Eccleſia, campanili &c. officinis, pro uſu et habitatione aliquorum Fratrum veſtri Ordinis conſtruatur, et propterea idem Onufrius Eccleſiam prædictam, et omne jus ſibi in dicta Eccleſia, et alias ſibi quomodolibet competens, in manibus noſtris ſponte et libere reſignaverit, noſque reſignationem hujuſmodi duxerimus admittendam, pro parte dicti Onufrii, et veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. Nos igitur &c. vobis Eccleſiam, et inſulam prædictas, auctoritate noſtra, recipiendi, et apud illas unum locum cum Eccleſia, campanili &c. conſtruendi &c. perpetuo retinendi, fel. record. Bonifacii Papæ VIII. ceteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, Ordinarii loci, et alicujus alterius licentia non obtenta, jure tamen parochialis Eccleſiæ in omnibus ſalvo, auctoritate præfata licentiam elargimur. Et inſuper vobis, et aliis Fratribus, qui in hujuſmodi domo conſtruenda pro tempore morabuntur, ut omnibus privilegiis &c. utamini &c. quibus alii Fratres dicti Ordinis utuntur &c. concedimus per præſentes. Nulli ergo &c. *Vide Conſtit. 53. Bonifacii IX.*

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno &c. MCCCCXXXI. XIII. Kal. Novembris, anno 1.

XIV.

Ut admittant tria loca in variis Provinciis. Ex lib. 2. de Regularib. an. 1. fol. 46.

Dilectis filiis Joanni Corethyæ de Spaleto, & Blaſio de Sclavonia Fratribus Ordinis Minorum profeſſoribus.

§. I. DUm uberes fructus, quos ſacer Ordo veſter in agro Dominico militantis Eccleſiæ, in propagationem Religionis, & fidei orthodoxæ producit aſſidue, diligenter attendimus, dignum cenſemus & congruum, ut circa ea quæ Ordinis, & Profeſſorum ejus, divini cultus, & animarum ſalutem reſpiciunt, paternis, & ſalubribus ſtudiis intendamus. Sane pro parte veſtra nobis nuper exhibita petitio continebat, quod in regno Hungariæ apud quemdam montem altiſſimum, qui *Catena mundi* vulgariter nuncupatur, ac in provinciis Dalmatiæ, Croatiæ, Boſnæ, & Sclavoniæ nonnulla loca exiſtant, in quibus Chriſtiani fideles inhabitant, quæ Crucis Dominicæ inimici, Turcæ ſæpiſſime perluſtrantes, Chriſticolas prædictos, & eorum filios ſecum aſportant, & bona ipſorum in prædam adducunt, multiſque pœnis Chriſticolas eoſdem trucidant & afficiunt, & propter timores ipſorum, Sacerdotes & Miniſtri Eccleſiæ in hujuſmodi locis & par-

partibus minime ſtare volunt, quinimo loca, & partes ipſas potius fugientes, ipſique carentes Presbyteris, prædicatoribus, qui eiſdem baptiſma conferant, ac inſtruant, & informent, quomodo ipſos in domo Dei oporteat converſari, careant Eccleſiaſticis Sacramentis neceſſariis, & multoties ſine baptiſmate, ac Sacramentis damnabiliter moriuntur, viventeſque in fide taliter morbidi & infecti, in varios errores contra articulos fidei Catholicæ incidentes, inficiunt gregem fidelium, & perturbant. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut infra dictas Provincias Dalmatiæ, Croatiæ, Boſnæ, Sclavoniæ, & Hungariæ tria loca, pro uſu veſtro & habitatione, ſi vobis pia largitione fidelium concedantur, vel alias juſtis, & canonicis titulis ipſa poteritis adipiſci, recipere, & in quolibet ipſorum locorum Eccleſiam, ſeu oratorium cum campanili &c. & aliis neceſſariis officinis conſtruere pro Ordine antedicto poſſitis, in quibus Fratres veſtri Ordinis commode valeant reſidere, Altiſſimo in humilitatis ſpiritu perpetuo famulari, & ut dictos Chriſtifideles eorum prædicationibus, ac ſalubribus documentis inſtruant, hortentur, & doceant, eiſque infra dictum montem dumtaxat conſiſtentibus baptiſma, & omnia Eccleſiaſtica neceſſaria Sacramenta conferre valeant pro ſalute ipſorum, licentiam concedere dignaremur.

§. II. Nos itaque veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis, & poſteris veſtris Fratribus dicti Ordinis recipiendi tria loca in dictis Provinciis, ſi vobis pia largitione fidelium concedantur, vel alias juſtis titulis poteritis adipiſci, recipere, & licite retinere valeatis, & in quolibet ipſorum locorum Eccleſiam, ſive oratorium cum campanili &c. & aliis neceſſariis officinis conſtruendi &c. dictoſque Chriſticolas prædicationibus, aliiſque verbis ſalutis inſtruendi, & docendi, per quæ animas eorum, quantum vobis divina clementia conceſſerit, Deo lucrifaciendi, ipſiſque fidelibus baptiſma, & Eccleſiaſtica Sacramenta hujuſmodi miniſtrandi, ipſorum confeſſiones audiendi, eiſque injungendi pœnitentias ſalutares, plenam & liberam, tenore præſentium, auctoritate Apoſtolica concedimus facultatem. Primo reſervatis omnibus juribus, & juriſdictionibus Rectorum, & Eccleſiarum parochialium, & aliarum, in quarum parochiis & territoriis Eccleſias hujuſmodi, ſeu oratoria duxeritis erigenda. Et nihilominus vobis, & univerſis Fratribus dicti Ordinis, qui in conſtruendis Eccleſiis, ſeu oratoriis, domibus, ſeu locis hujuſmodi pro tempore morabuntur, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, indultis &c. conceſſis, & in poſterum concedendis uti & gaudere valeatis & valeant, auctoritate prædicta, tenore præſentium, de ſpeciali gratia indulgemus. Non obſtantibus fel. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno &c. MCCCCXXXI. V. Nonas Novembris, anno 1.

XV.

Caſſantur litteræ Martini V. circa ſubjectionem omnium Tertiariorum regimini Generalis, & aliorum Ordinis Minorum. Ibid. fol. 26.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. I. AD Apoſtolicæ dignitatis apicem &c. Dudum ſiquidem fel. rec. Nicolaus Papa IV. prædeceſſor noſter, dilectis filiis Fratribus, & dilectis in Chriſto filiabus Sororibus Ordinis Fratrum de Pœnitentia, lit-

litteras conceſſit tenoris ſubſequentis: *Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Fratribus, & dilectis in Chriſto filiabus Sororibus Ordinis Fratrum de Pœnitentia tam præſentibus, quam futuris ſalutem &c. Super montem Catholicæ fidei &c.* uſque ad ſe *noverit incurſurum*. *Datum Reate*, XV. *Kalend. Septembris, Pontificatus noſtri anno* II.

§. II. Poſtmodum vero pro parte dilectorum Antonii de Maſſa Generalis, & ſingulorum Provincialium Miniſtrorum, univerſorumque Fratrum Ordinis Minorum bonæ memoriæ Martino Papæ V. etiam prædeceſſori noſtro expoſito, quod nonnullæ tam Eccleſiaſticæ, quam ſeculares utriuſque ſexus perſonæ in diverſis mundi partibus conſtitutæ, quæ ſub quodam velamine ſanctitatis habitum griſeum, Ordinis Fratrum Minorum habitui quaſi conformem deferentes, & beati Franciſci nomen aſſumentes, *de Tertia Regula* dicti Sancti, alias *de Pœnitentia* ſe appellabant, tam ex privilegiis eis, ut aſſerebant, conceſſis, quam etiam propria auctoritate nonnumquam in communi, quandoque vero ad partem, ſub quadam vivendi norma, quaſi in propria libertate, & abſque debita ſubjectione, & obedientia religioſam vitam ducere ſe aſſerebant, & præſumebant; unde dicti Ordinis non ſolum confuſio generabatur & contemptus, verum etiam ſimplices ſic decepti ad diverſas ducebantur hæreſes & errores, pluraque ſcandala & pericula proveniebant animarum, dictus Martinus prædeceſſor per ſuas litteras venerabili fratri noſtro Jordano Sabinen. tunc Albanen. Epiſcopo dedit in mandatis, ut omnes & ſingulos Fratres & Sorores de Regula, vel de Pœnitentia hujuſmodi nuncupatos, tam præſentes, quam futuros, cujuſcumque gradus, vel conditionis eſſent, & ubicumque conſiſterent, eidem Ordini, & ejus Superioribus in omnibus, eorum tamen vivendi & continendi forma ſemper ſalva, ſubjicere, ipſoſque prædictis Generali, & Provincialibus Miniſtris pro tempore exiſtentibus, quemadmodum ceteri, & veri dicti Ordinis Fratres & Sorores ſubjecti exiſterent, ſubjectos eſſe debere decerneret, ſtatuens & ordinans, quod prædicti Miniſtri Fratres de Regula, & Sorores prædictos, quoties expediens foret, per ſe, vel alios ad hoc idoneos viſitare, corrigere, & delinquentes & excedentes pro demeritis punire & emendare, eorumque confeſſiones audire, & ipſis pœnitentiam ſalutarem injungere, ac omnia Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare, omnemque aliam, quæ tamen illorum Obſervantiæ, ſeu continentiæ penitus non obviaret, juriſdictionem in illos exercere valerent, prout in litteris Martini prædeceſſoris hujuſmodi facta fuere, lites etiam indeciſæ pendentes, necnon ſcandala, & inconvenientia plurima prodierint hactenus, & de majoribus, niſi deſuper Apoſtolicæ Sedis proviſio quantocius adſit, veriſimiliter formidetur, & quia donec præmiſſa daretur occaſio quietis, votivæque directionis ubertate progreſſus, ipſorum Fratrum de Pœnitentia, & Sororum ſtatus omnino redderetur intranquillus.

§. III. Nos igitur &c. attente recenſentes congruum non exiſtere, quod ipſarum dicti Nicolai prædeceſſoris noſtri, quæ tam digeſtæ, tantæque maturitatis, & libraminis adminiculo proceſſerunt, & quibus alias longævis adeo temporum curriculis derogatum non fuit, litterarum ſeries alicujus debeat facto præſumptionis immutari, præmiſſis quoque ſcandalis & inconvenientiis, quantum nobis ex alto permittitur, obviare, necnon ſalubre remedium adhibere cupientes, ac omnes prædictas lites penitus extinguentes, litteras Martini prædeceſſoris, illarumque prætextu facta, ut præmittitur, ſtatuta & ordinationes hujuſmodi, ac quæcumque inde ſecuta, actuoritate Apoſtolica, præſentium ſerie, de certa ſcientia revocamus, caſſamus, & irritamus, ac nullius volumus exiſtere firmitatis; Decernentes

ipſas litteras ejuſdem Nicolai prædeceſſoris plenarium debere roboris obtinere vigorem, proinde in omnibus, & per omnia, ac ſi prædictæ litteræ dicti Martini prædeceſſoris nullatenus emanaſſent, irritum quoque & inane, ſi quidquam in contrarium a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, ac diſtrictius inhibentes Miniſtris, & ipſius Ordinis Minorum Fratribus prædictis, ne prætextu litterarum Martini prædeceſſoris, hujuſmodi Fratres de Pœnitentia, Sororeſque prædictos, vel eorum aliquem vexent quomodolibet, aut moleſtent. Non obſtantibus præmiſſis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c. noſtræ extinctionis, caſſationis, irritationis, conſtitutionis, inhibitionis, & voluntatis infringere.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno &c. mccccxxxi. xvii. Kalend. Decembris, anno 1.

Simili modo venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Compoſtellan. & Epiſcopo Peruſin. ac dilecto filio Archipresbytero ſanctorum Celſi & Juliani de Urbe. Hodie noſtras fieri mandavimus tenoris ſequentis. *Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad Apoſtolicæ dignitatis apicem &c.* ut ſupra. *Cupientes igitur, ut hujuſmodi noſtræ litteræ progreſſu temporis irrefragabiliter obſerventur, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios ipſis Fratribus, & Sororibus opportunæ defenſionis auxilio aſſiſtentes, non permittatis eos, vel aliquem illorum contra noſtras conſtitutionem & inhibitionem prædictas &c.* Datum ut ſupra.

XVI.

Ut conſtruat Cænobium in villa de Sulbiaco. Ex archivo ſecreto lib. 16. Bullarum fol. 231.

Dilecto filio nobili viro Georgio Noliti, Domino de Latrimollia, Aurelianen. diœceſis.

Ut in Reg. Tomi 9. fol. 474.

§. I. Sinceræ devotionis affectus &c. Sane pro parte tua nobis nuper exhibita petitio continebat, quod tu piæ devotionis &c. in oppido, ſeu villa de Sulbiaco, Aurelianen. diœceſis tuo dominio temporali ſubjecto, unam domum cum Eccleſia, campanili &c. officinis pro uſu & habitatione aliquorum Fratrum dicti Ordinis, qui inibi deſerviant laudabiliter in divinis, fundare &c. proponis &c. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos igitur &c. tibi in aliquo loco dicti oppidi, ſeu villæ ad hoc congruo & accommodo, domum pro uſu & habitatione cum Eccleſia &c. officinis prædictis, juxta formam conſtitutionis fel. rec. Clementis Papæ VI. &c. fundandi, &c. illamque prout tibi videbitur, ipſis ornamentis decorandi, dictiſque Fratribus domum ipſam ſic fundatam recipiendi &c. concedimus facultatem. Nos enim, ſi per te domum prædictam fundari &c. Fratribus dicti Ordinis in eadem domo pro tempore moraturis, ut omnibus, & ſingulis privilegiis &c. conceſſis uti, & gaudere plenarie valeant &c. indulgemus. Non obſtant. tam piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. &c. quam aliis Apoſtolicis conſtitutionibus &c. quibuſcumque, jure &c. ſalvo. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno &c. mccccxxxii. v. Idus Januarii, anno 1.

XVII.

Digitized by Google

XVII.

Confirmatur donatio quarumdam hæreditatum, & Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Valle, Aſtoricen. Diœceſ. Ex lib. 1. de Regularib. de diverſis &c. anno 1. fol. 97.

Ad futuram rei memoriam.

§. I. Regimini univerſalis Eccleſiæ quamquam immeriti, diſponente Domino, præſidentes, curis urgemur, & aſſidua meditatione pulſamur, ut quorumcumque Religioſorum, & præſertim Fratrum Minorum, quorum beatus Franciſcus inſtituit Ordinem, illorumque perſonæ dirigantur ſalubriter, et feliciter gubernentur, ac ne in ſpiritualibus, vel temporalibus detrimenta ſubeant, libenter ipſis, quantum poſſumus, opportunæ proviſiònis remedium adhibemus.

§. II. Dudum ſiquidem quondam Petro de Luna in ſua obedientia, de qua partes illæ erant tunc, Benedicto XIII. nuncupato, pro parte dilectorum filiorum univerſorum Fratrum Tertii Ordinis ſancti Franciſci expoſito, quod olim venerabilis frater noſter Epiſcopus Aſtoricen. certis ex cauſis animum ſuum moventibus, ruralem Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Valle, ſuæ Diœceſ. quæ tunc Rectore carebat, cum ſuis decimis, oblationibus, juribus & pertinentiis, ut domus, in qua aliqui ex Fratribus perpetuo reſiderent, & in dicta Eccleſia divinis manciparentur obſequiis, ac juxta & ſecundum dicti Ordinis regularia inſtituta devotum Domino virtutum præſtarent obſequium, cum officinis neceſſariis ad opus ipſorum Fratrum conſtrueretur, necnon omnes hæreditates in ſanctæ Mariæ Magdalenæ de villa de Lazaro, dictæ Diœceſ. locis conſiſtentes, quæ de menſa ipſius Epiſcopi exiſtebant, Fratribus dictæ domus, qui in eadem reſiderent, contulerat & donarat, quodque nonnulli ex dictis Fratribus poſtmodum Eccleſiæ & hæreditatum, juriumque, et pertinentiarum prædictorum poſſeſſionem fuerant adepti, & ex tunc in quadam domo ad opus ipſorum Fratrum conſtructa reſederant & tunc reſidebant, divinis obſequiis, juxta ipſorum Fratrum inſtituta, in dicta Eccleſia laudabiliter ſerviendo, prædictus Petrus tunc Benedictus XIII. nuncupatus, per ſuas litteras dilecto filio Abbati Monaſterii ſanctæ Mariæ de Cartazedo, prædictæ Diœceſ. ejus proprio nomine non expreſſo, dedit in mandatis, ut ſi de collatione, donatione, & aliis præmiſſis ſibi legitime conſtaret, illa & quæcumque inde ſecuta, dummodo canonice facta forent, confirmaret & approbaret, prout in ipſis litteris plenius continetur.

§. III. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Miniſtri & Fratrum dictæ domus petitio continebat, bonæ memoriæ Paſcaſius Epiſcopus Aſtoricen. etiam quadraginta, imo pluribus elapſis annis, ipſam Eccleſiam, quæ tunc *Eremitorium* dicebatur, in hujuſmodi domum ordinaverit, & deinde ipſius ſucceſſor piæ recordationis Alphonſus etiam Epiſcopus Aſtoricen. de dictorum filiorum Capituli Aſtoricen. conſilio & aſſenſu, quamdam hæreditatem in dictis locis conſiſtentem & ad eamdem menſam legitime ſpectantem, prædictæ domui contulerit, atque donaverit, & executionem dictarum litterarum per quondam Didacum Abbatem ipſius Monaſterii factam, minus rite ab aliquibus proceſſiſſe firmetur, pro parte Miniſtri, domus & Fratrum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. Nos itaque hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ordinationem, collationem & donationem prædictas, ac quæcumque inde ſecuta rata haben-

bentes & grata, illa auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes defectus, ſi qui intervenerint in eiſdem. Nulli ergo &c. noſtræ communitionis & ſuppletionis infringere &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXI. IX. Kalendas Martii, anno I.

ANNO CHRISTI 1432. EUGENII IV. ANNO 2.

XVIII.

Ut Obſervantibus conſtruant Cœnobium. Reg. Vatic. ex lib. I. de Regularibus, anno 2. fol. 272.

Dilectis filiis Univerſitati & hominibus terræ noſtræ Nurſiæ, Spoletan. Diœceſ.

Ut in Conſt. 90. Martini V.

§. I. Piis fidelium votis &c. Cum itaque &c. vos zelo devotionis accenſi &c. tam de bonis a Deo vobis collatis, quam aliis Chriſtifidelium piis ad hoc porrigendis ſuffragiis, unam domum in honorem, & ſub vocabulo beatæ Mariæ Virginis *de l'Annunciata* nuncupatam, cum Eccleſia, campanili &c. officinis pro uſu &c. Fratrum *de Obſervantia* nuncupatorum, qui ſub ſtricta hujuſmodi Obſervantia inibi debeant Altiſſimo perpetuo deſervire, in diſtrictu terræ Nurſiæ, Spoletan. Diœceſ. in loco *Caprignele* nuncupato &c. fundare &c. proponatis, pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos igitur &c. devotioni veſtræ de bonis, & ſuffragiis hujuſmodi, domum cum Eccleſia, campanili &c. & aliis officinis hujuſmodi, in loco præfato fundandi, conſtruendi &c. ipſiſque Fratribus domum cum Eccleſia hujuſmodi, poſtquam fundatæ, conſtructæ & ædificatæ fuerint, cum omnibus juribus & pertinentiis prædictis recipiendi &c. Diœceſani loci, & cujuſcumque alterius licentia & aſſenſu ſuper hoc minime requiſitis, fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. &c. ceteriſque contrariis quibuſcumque nequaquam obſtantibus ſupradictis &c. licentiam elargimur, jure tamen parochialis &c. ſalvo, eiſdem domui et Eccleſiæ, poſtquam fundatæ, conſtructæ et ædificatæ fuerint, ut præfertur, ac univerſis Fratribus dicti Ordinis *de Obſervantia*, qui inibi pro tempore deguerint, nihilominus concedentes, ut omnibus et ſingulis privilegiis &c. conceſſis uti valeant et gaudere. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXII. XV. Kalendas Aprilis, anno II.

XIX.

Ut conſtruatur Conventus in villa Stanayci. Ex lib. I. de diverſis formis, anno 2. folio 127.

Dilecto filio Officiali Lauſanen.

Vide Conſt. 61. Martini V.

§. I. Piis ſupplicum &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum, nobilis viri Humberti Baſtardi de Sabaudia, Militis, ac Syndicorum, Burgenſium et incolarum villæ Stanayci, Lauſanen. Diœceſ. petitio continebat, quod ipſi devotionis ſervore accenſi &c. necnon ut dictæ villæ, & alii partium illarum Chriſtifideles in fide Catholica per ſacræ Scripturæ expoſitionem eo ſerventius ſolidentur, ac ei in divinis laudibus deſerviatur, de propriis bonis a Deo ſibi collatis unam domum cum

cum campanili &c. & aliis neceſſariis officinis pro uſu, et habitatione Fratrum Ordinis Minorum, qui deſerviant laudabiliter in divinis, hominibus dictæ villæ et extra eam, in loco habili et idoneo fundare &c. ipſamque paramentis, et aliis neceſſariis Eccleſiaſticis ornamentis fulcire deſiderant. Quare pro parte Militis, Syndicorum, Burgenſium, et incolarum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus ſi eſt ita, eiſdem Militi, Syndicis, Burgenſibus et incolis, in dicta villa, vel extra eam in loco prædicto habili et idoneo domum prædictam, cum campanili &c. aliis neceſſariis officinis pro uſu &c. dictorum Fratrum perpetuis, juxta modum conſtitutionis, fel. record. Clementis Papæ VI. prædeceſſoris noſtri ſuper hoc editæ, fundandi &c. ac eiſdem Fratribus inibi ſe transferendi, eiſque domum ipſam recipiendi &c. largiaris, jure tamen parochialis &c. ſalvo &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXII. XII. Kalendas Aprilis, anno II.

XX.

Ut Obſervantes domum apud Laudam retineant, & ab excommunicatione abſolvantur. Ex lib. I. de Regularib. anno 2. fol. 282.

Dilecto filio. Præpoſito domus ſancti Joannis de vineis Lauden.

§. I. SAcræ Religionis propagationem, et divini cultus augmentum ſinceris zelantes affectibus, illis libenter intendimus, et quos errore ductos, ſpe bonæ actionis exceſſiſſe comperimus, ſuæ humiliter deſiderantes provideri ſaluti, pii patris more, proviſionis ejuſdem impendiis proſequimur opportunis. Sane pro parte Rizardi de Reſtis, et Vincentii de Cottis, ac nonnullorum aliorum Ordinis Minorum profeſſorum nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias quidam cives Lauden. ad Ordinem prædictum ſpecialem gerentes devotionis affectum, ac deſiderantes quod prope civitatem Lauden. quædam domus pro uſu et habitatione nonnullorum Fratrum dicti Ordinis fundaretur et erigeretur, pro ſortiendis fundatione et erectione hujuſmodi, Eccleſiam ſancti Joannis Baptiſtæ ſuper *Caſtapulignani* extra portam Regalem, civitatis prædictæ, a quacumque Mendicantium domo ſpatio centum et quadraginta cannarum diſtantem, et quæ olim Hoſpitalis ſancti Joannis Hieroſolymitani fuerat, cum campanili, campana et certis ejuſdem Eccleſiæ illi contiguis ædificiis, ipſis Fratribus pro eorum uſu et habitatione canonice donari procurarunt, ac ipſis ſolum, ſeu certum ſpatium terræ ipſi Eccleſiæ adjacens, et tunc ad eam pertinens, per eoſdem cives, pro aliis eorum terris et poſſeſſionibus canonico ex cambio acquiſitum, in hortos et hortalitia eorumdem Fratrum redigendum, et ad hoc, ut etiam in illo aliæ pro ipſis Fratribus officinæ neceſſariæ fieri poſſent, pie donarunt et etiam aſſignarunt, quodque poſtmodum iidem Rizardus et Vincentius, ac alii profeſſores, contra conſtitutionem fel. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. ejuſdem conſtitutionis forſan ignari, et ſine hujuſmodi licentia Eccleſiam cum campanili, campana, ædificiis et ſolo, pro eorum domo receperunt, illamque ex tunc tenuerunt, et in ea morati ſunt, prout de præſenti morantur, alias inibi juxta Regularem Obſervantiam Ordinis prædicti laudabiliter vivendo.

§. II. Cum autem iidem Rizardus et Vincentius, ac alii profeſſores prædicti propterea dictam excommunicationis ſententiam incurrerint, ac ſuper his, eis et eorum ſtatui, necnon in domo prædicta bonorum operum fructus pro-

progreſſuros fore ſperantes, etiam ſuper hoc, quod Eccleſiam et domum cum campanili, campana, ædificiis, et ſolo hujuſmodi retinere, et tam ipſi, quam alii, qui inibi, ſub hujuſmodi Obſervantia Altiſſimo famulari voluerint, in ea remanere et morari poſſint, provideri deſiderent, pro parte Rizardi, et Vincentii, ac aliorum dictorum profeſſorum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. III. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præfatos Rizardum, et Vincentium, ac alios, qui ſententiam prædictam incurrerunt, Fratres præfatos, ſi id humiliter petierint, ab eadem ſententia, auctoritate noſtra, hac vice dumtaxat, abſolvas in forma Eccleſiæ conſueta, injunctis inde eis, pro modo culpæ pœnitentia ſalutari et aliis, quæ de jure fuerint injungenda, necnon cum eiſdem Fratribus ſuper irregularitate, ſi quam hujuſmodi ſententiis ligati, Miſſas, et alia divina officia celebrando, contraxerunt, eadem auctoritate diſpenſes, omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam, ſive notam per eos, præmiſſorum occaſione contractam, penitus aboleas. Et nihilominus vocatis, qui fuerint evocandi, ſuper aliis expoſitis hujuſmodi, & eorum circumſtantiis univerſis, auctoritate præfata, te diligenter informes, & ſi per informationem hujuſmodi ea repereris veritate fulciri, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, eiſdem Rizardo, & Vincentio, ac aliis Fratribus prædictis, poſtquam abſolutionem, diſpenſationem & abolitionem prædictas feceris, domum & Eccleſiam cum campanili, campana, ædificiis & fundo hujuſmodi retinendi, & alias officinas præfatas pro uſu & habitatione prædictis conſtrui faciendi, eiſque & aliis Fratribus, qui in domo hujuſmodi, ſub Obſervantia præfata pro tempore degere voluerint, in ea ſtandi & morandi, Diœceſani loci &c. minime requiſito, præfata, & quibuſcumque aliis Apoſtolocis conſtitutionibus &c. ceteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, plenam &c. licentiam largiaris. Nos enim &c. Fratribus qui in eadem domo pro tempore morabuntur, ut omnibus privilegiis &c. uti & gaudere poſſint, eadem auctoritate concedimus per præſentes, jure tamen parochialis &c. ſalvo.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXII. II. Kalendas Aprilis, anno II.

XXI.

Annullantur litteræ Martini V. circa promotos ad gradum Magiſterii ante ipſarum litterarum emanationem. Ex archivo ſecreto lib. 16. Bullar. folio 269.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. I. ROmani Pontificis providentia circumſpecta nonnumquam per prædeceſſores ſuos ordinata, ſtatuta, atque decreta mutat & variat, modificat & reſtringit, prout, perſonarum, rerum & temporum qualitate penſata, conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem fel. rec. Martinus Papa V. prædeceſſor noſter volens corrigere abuſum, quem factum fuiſſe, & fieri continuo intelligebat in Ordine Fratrum Minorum, circa promotionem ad gradum Magiſterii in Theologia, de perſonis, quæ ad dicti Magiſterii gradum promoveri conſueverant ſine debito curſu, & lectura Sententiarum in Univerſitatibus approbatis, per ſuas litteras ſtatuit & decrevit, ut tales eo modo promoti minime gaudere poſſent beneficiis &c. conceſſis, nec pro Magiſtris haberentur, prout in ipſis litteris plenius continetur, quarum tenor ſequitur in hac forma: *Martinus Epiſcopus &c. ad futuram rei memoriam. Cum in humanis ſcientiis &c.* ut in Bul-

Bulla 236. ejuſdem Martini. *Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, Kalen. Decemb. anno* XIII.

§. II. Cum autem poſtmodum ad noſtram notitiam ſit deductum, multos errores, diviſiones, rixas & ſcandala in dicto Ordine, propter has litteras exoriri, maxime propter promotos, antequam litteræ cum decreto hujuſmodi emanaſſent. Nos cupientes ſcandalis obviare, & ipſum Ordinem in tranquillitate, & pace paternis affectibus conſervare, ad hoc etiam dilectorum filiorum Generalis Miniſtri, & Procuratoris dicti Ordinis ſupplicationibus inclinati, volumus, & præſentium tenore, Apoſtolica auctoritate decernimus, quod hujuſmodi prædeceſſoris litteræ ad eos, qui ante ipſarum litterarum Datam, ad Magiſterium promoti fuerunt, minime ſe extendant, quibus, quantum ad ipſos dumtaxat pertinet, derogamus &c. Verumtamen ſi qui ex eis indigne promoti fuerint poſt, & contra alias litteras prædeceſſoris ejuſdem, quæ de promovendis ad Magiſterium faciunt mentionem, ipſarum litterarum, quas in ſuo robore volumus in omnibus permanere, decreto & pœnæ ſubjaceant, ad ceteros autem promotos poſt ipſarum litterarum datam, quæ tantum de promotis loquuntur, & præſentibus ſunt inſertæ, caſdem litteras volumus inviolabiliter obſervari, quas quantum ad eos pertinet, auctoritate ſimili confirmamus &c. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXII. Kalendis Aprilis, anno II.

XXII.

Ut ad arbitrium Confeſſorem eligant. Reg. Vat. Ex lib. I. de Regularibus, ann. fol. 287.

Dilectis in Chriſto filiabus Sororibus, ac perſonis, ſub perpetua clauſura, ac tertia Obſervantia Ordinis ſancti Franciſci, in domo ſita juxta Capellam ſancti Apri Colonien. degentibus.

Devotionis veſtræ ſinceritas promeretur, ut votis veſtris, in his præſertim quæ ad animarum veſtrarum ſalutem tendere valeant, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Hinc eſt quod nos &c. ut quivis idoneus & diſcretus Presbyter, quem vos, & pro tempore in domo ſita juxta capellam ſancti Apri Colonien. ſub perpetua clauſura, & Obſervantia tertia Ordinis beati Franciſci commorantes Sorores ad hoc elegeritis, confeſſiones veſtras diligenter audire &c. necnon Euchariſtiæ, Extremæ-Unctionis, aliaque Sacramenta &c. miniſtrare, ac vota minora, ſi quæ emiſeritis, & quæ commode ſervare non poſſitis, in alia pietatis opera commutare valeat, quodque in prædicta capella, etiam dum parochialis Eccleſia, infra cujus limites ipſa capella conſiſtit, Eccleſiaſtico fuerit interdicto ſuppoſita, januis clauſis, excommunicatis et interdictis excluſis, non pulſatis campanis, & ſubmiſſa voce, in veſtra, & familiæ veſtræ præſentia, per proprium, vel alium Sacerdotem idoneum, dummodo vos, vel familia prædicta cauſam non dederitis interdicto, nec ejus occaſione id vobis, vel illis ſpecialiter interdici contigerit, Miſſas, & alia divina officia celebrari facere licite valeatis, devotioni veſtræ &c. indulgemus &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXII. Idibus Aprilis, anno II.

XXIII.

Miniſter Generalis abſolvitur a juramento præſtito in Capitulo generali Aſſiſii. Ex Archivo ſecreto, lib.16. Bullar. fol.284.

Ad futuram rei memoriam.

MOnet nos ſæpe officii Paſtoralis cura, ut quæ per felic. mem. prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, ſive nos edita, conceſſa, vel decretæ fuerunt, modificare, declarare & immutare, et nonnunquam ſuper his denue providere euremus, ſecundum varios caſus & reſpectus, prout rerum & temporum conditione penſata, in Domino cognoſcimus ſalubrius convenire. Sane quidem cum alias in generali Capitulo Fratrum Minorum in civitate noſtra Aſſiſii dilectus filius noſter Joannes tituli ſancti Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis, per piæ rec. Martinum Papam V. de conſilio venerabilium Fratrum S. R. E. Cardinalium, de quorum numero tunc eramus, Legatus habens pro reformatione Ordinis ipſorum Fratrum omnimodam auctoritatem, & facultatem dicto Capitulo præſidendi, dederit certas conſtitutiones, quas poſtea ipſe prædeceſſor noſter approbavit &c. & per eaſdem litteras motu proprio certas additiones, declarationes & modificationes ediderit, atque fecerit conſtitutionum prædictarum, quibus certum juramentum, quod dilectus filius Guillelmus de Caſali, ejuſdem Ordinis Minorum Generalis Miniſter de diſpenſationem ullam ſuper dictis conſtitutionibus, vel earum aliqua non petendo, & obtenta non utendo, in prædicto Capitulo Aſſiſii celebrato præſtitit, ipſe prædeceſſor noſter motu proprio relaxavit. Nos etiam advertentes quam plurima eidem Ordini Minorum, cujus proſperi ſtatus directio, & onus ipſi Guillelmo Generali Miniſtro principaliter incumbunt, fructuoſa, ac utilia, ingruentibus caſibus, ſub ejuſdem juramenti ſtrictura pro tempore impediri, aut ipſi Ordini præjudicium evenire, cenſentes minus eſſe congruum ipſum Guillelmum Generalem Miniſtrum, qui caput eſſe dignoſcitur, arctius, quam membra, ſub dicti juramenti ſtrictura ligari &c. prædicti prædeceſſoris noſtri in hac parte veſtigiis inhærentes, motu proprio &c. prædictum juramentum a dicto Guillelmo Generali Miniſtro præſtitum, ut præfertur, cujus verba, formam, atque tenorem hic volumus pro ſufficienter expreſſis &c. relaxamus, eumdem Guillelmum Generalem Miniſtrum declarantes & volentes ad ipſius juramenti Obſervantiam nullatenus teneri, aut obligari. Non obſtan. aliquibus revocationibus per nos incontrarium editis, per quas decreverimus, vel voluerimus prædictum Guillelmum Generalem Miniſtrum teneri ad ipſum juramentum, ac litteris noſtris quibuſcumque, etiam ſi de illis ſit mentio ſpecialis habenda, conſtitutionibus Apoſtolicis &c. prædictis tamen conſtitutionibus per dictum Cardinalem editis in omnibus ſemper ſalvis.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXII. IV. Kalend. Maii, anno II.

XXIV.

Suſpenduntur litteræ caſſationis modificationum Martini V. Ibid. fol.286.

Ad futuram rei memoriam.

SOlet Apoſtolicæ Sedis cura Religioſorum conditionem & ſtatum plerumque meditari, & ſicut in humanis mores & vita mutari conſueverunt, ita pro Religionis reformatione, adjicere, minuere, declarare, modi-

dificare, ordinare & diſponere conſuevit, prout rerum & temporum qualitate penſata, conſpicit in Domino ſalubrius convenire. Cum itaque fel. rec. Martinus Papa V. prædeceſſor noſter, videlicet, VI. Kalendas Auguſti, Pontificatus ſui. anno XIII. pro reformatione Ordinis Fratrum Minorum certas additiones, declarationes & modificationes ediderit, & fecerit ex tenore quarumdam conſtitutionum, quas dilectus filius Joannes tituli ſancti Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis, cui tunc de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, plenæ legationis officium erat commiſſum, edidit in generali ipſorum Fratrum Capitulo. Quarum additionum, declarationum & modificationum tenore continetur. Primo videlicet quod ubi Fratres particulares dicti Ordinis Monialium & Sororum Ordinis ſanctæ Claræ &c. *ut in litteris Martini V. ann.* 1430. *num.* 26. *uſque ad* obſervari volumus & mandamus. Quas quidem additiones &c. dum intellexiſſemus diverſitatem ſublatam renovari, & ex eiſdem unitati Ordinis prædicti præſtari impedimentum, pro ipſorum concordia cum omnibus inde ſecutis caſſavimus &c. ſicuti per eaſdem litteras noſtras datas Idibus Martii, Pontificatus noſtri anno I. diſtinctius legitur contineri. Nunc autem comperto ex prædictis caſſatione &c. litterarum, nedum diverſitatem ſublatam in dicto Ordine, aut concordiam ſubſecutam, ſed potius propter emergentes difficultates, ſcandala &c. proveniſſe, ex certis reſpectibus digne moventibus mentem noſtram, habito ſuper iis conſilio cum prædicto dilecto filio Joanne tituli ſancti Petri ad Vincula Presbytero Cardinali, motu proprio &c. alicujus, prædictas litteras noſtras caſſationis, irritationis &c. ſuſpendimus uſque ad proximum generale Concilium futurum in civitate noſtra Bononien. cui, dante Domino, perſonaliter præeſſe cupimus, & pro reformatione idonea conſtitutionum, & regularum pertinentium ad Ordinem antedictum debite providere, decernentes, quod interim prædictæ additiones, declarationes & modificationes ejuſdem noſtri prædeceſſoris &c. robur habeant, in priſtinaque permaneant firmitate &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXII. IV. Kalendas Maii, anno II.

XXV.

Præficitur Eccleſiæ Leghlinen. Ex lib. I. de Proviſionib. &c. anno 2. fol. 9.

Dilecto filio Thomæ Fleming Electo Leghlinen.

Divina diſponente clementia &c. Dudum ſiquidem bon. mem. Joanne Epiſcopo Leghlinen. &c. Poſtmodum vero prædicta Eccleſia, per ipſius Joannis Epiſcopi obitum, qui extra Roman. &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, Baccalaureum in Theologia &c. teque illi præficimus in Epiſcopum, & Paſtorem. *Vide Conſtit. 18. Martini V.*

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXII. IV. Kalendas Maii, anno II.

XXVI.

Ut abſolvat Fratres, Moniales, & Laicos in quibuſdam caſibus gravioribus. Ex Archivo ſecreto lib. 16. Bullarum fol. 282.

Dilecto filio Guillelmo de Caſali in ſacra Theologia Magiſtro, & Ordinis Fratrum Minorum Generali Miniſtro.

§. I. Sedis Apoſtolicæ providentia munus opportunæ auctoritatis benigne impendere conſuevit, ubi, rerum conditione penſata, ad ſalu-

tem animarum cognoſcit expedire. Sane quidem cum, ſicut accepimus, nonnulli Fratres in Ordine Minorum irregulares inveniantur per promotiones eorum ad Sacerdotalem Ordinem ante tempus conſtitutum, & propter alias cauſas, & nonnunquam excommunicati, aut petentes abſolvi a negligentia præterita, & prætermiſſione divini officii, qui abſolutionis munere indigentes in præmiſſis caſibus Apoſtolicæ Sedi reſervatis, a remotis partibus excurſare coguntur, aut ſæpe propter magnam diſtantiam, ipſorumque paupertatem, viarum diſcrimina, ac corporis debilitatem, deficiente eis aptitudine Sedem Apoſtolicam conſulendi, remanent, aut ex hac vita migrant cum periculo animarum. Similiter quidem & Laici, qui intrarunt Monaſteria Ordinis ſanctæ Claræ, ſancti Damiani & Minoriſſarum, plerumque petunt abſolutionis gratiam, qui propter diſtantiam, & difficultates prædictas, ineptitudinemque veniendi ad Sedem Apoſtolicam, conſiſtunt in animarum periculo, ut præfertur; præterea, quia in multis Conventibus Fratres tenentur ad Miſſas perpetuas celebrandas pro domibus, vineis & poſſeſſionibus, aut annuaria pecunia relicta capellis, quæ omnia vendenda ſunt, ac pro neceſſitatibus pauperum Fratrum eleemoſynaliter convertenda, unde Fratres moleſte gravati obligatione præmiſſa diebus ſingulis celebrandi, premuntur ſtimulo conſcientiæ, & petunt ſuper his abſolvi. Qui caſus debite videntur ad tuam auctoritatem pertinere.

§. II. Nos igitur de ſcientia litterarum, præſtantia & puritate conſcientiæ, aliiſque virtutibus, quibus te Altiſſimus inſignivit, plenam in Domino fiduciam obtinentes, ad tollenda animarum pericula, corporumque labores, ne dicti Fratres habeant cauſam excurſandi, ſed potius divinis officiis aſſiſtendi: & ſimiliter ſi aliquæ in dicto Ordine Moniales præmiſſo abſolutionis munere indigerent, ac etiam Laici, ne tamen cum pondere conſcientiæ perſiſtant, aut periculo animarum, tibi prædictos Fratres, Moniales, & Laicos a caſibus præmiſſis abſolvendi, injuncta eis pro modo culpæ pœnitentia ſalutari, & aliis quæ de jure fuerint injungenda, tenore præſentium, auctoritate Apoſtolica, plenam & liberam concedimus facultatem.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. mccccxxxii. iv. Kalendas Maii, anno ii.

XXVII.

Ut juvent Miniſtrum Generalem in caſtigandis Fratribus reis. Ibid. fol. 283.

Univerſis & ſingulis venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis Electis, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Presbyteris, Conventibus, & Capitulis, aliiſque Eccleſiaſticis, cujuſcumque dignitatis, gradus, & conditionis exiſtant, atque cariſſimis in Chriſto filiis Regibus illuſtribus, nec non dilectis filiis nobilibus viris Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Primatibus, Univerſitatibus, & Populis, ceteriſque Chriſtifidelibus quacumque dignitate præfulgeant.

§. I. Movemur ex cura Paſtoralis officii aberrantes oves ad paſcua ſalutis conducere, & diſperſas, quantum cum Deo poſſumus, congregare, ut in ovili & clauſtro Dominico cuſtoditæ, rapacis lupi non vereantur inſidias, quinimo grati fructus ipſi Domino continuent incrementa: qui nos labor ſæpe ſollicitat, ut Religioſi, qui ſub obedientiæ lege Altiſſimo ſe voverint, non aberrantes & diſperſi, ſed potius obedientiæ filii debita norma & cuſtodia teneantur, unde divinis myſteriis rectius famulari poſſint, & vitæ puritate præbere ſpectanda ceteris fidelibus opera, & exem-

& exempla. Quapropter cum pro reformatione Ordinis Fratrum Minorum, qui inter Chriſtifideles famoſus exiſtit, complectiturque magnum numerum Fratrum, ad varias mundi partes, dilectus filius Guillelmus de Caſali in ſacra Theologia Magiſter, Generalis Miniſter Ordinis ejuſdem, ex injuncto ſibi Generalatus Miniſteriatus officio, ſe conferat de præſenti, & ſit ſe in poſterum collaturus: cum plerumque nonnulli, ſicut evenire humanæ imbecillitati ſolet, dicti Ordinis Fratres inquinati labe peccatorum, a Regula aberrantes, aut diverſis polluti maculis inveniantur, & nonnunquam minus obedientes, aut a recto, ſuperbiæ furore, ſuis Superioribus rebellantes, unde plectendi ſunt, & debitis ſæpe monitis caſtigandi, & etiam aliquando opportunis auxiliis & viribus arcendi & compeſcendi; quibus tamen ipſis Generali & Fratribus non liceat viribus armatis uti, ſicut eſt plerumque neceſſarium, vobis cujuſcumque dignitatis, gradus, & conditionis Clericalem militiam profitentibus, quibus quocumque modo inſit auctoritas, vel facultas has noſtras litteras exequendi, mandamus, tenore præſentium.

§. II. Vos autem quibus ineſt potentia, juriſdictio, & temporale dominium, tamquam juris executores, quos præcinxit Altiſſimus gladii poteſtate ad compeſcendam malitiam, fidem ſervandam, & juſtitiam miniſtrandam, propenſius exhortamur, quatenus ipſi Generali Miniſtro circa executionem officii, qui ut Obſervationem eorum, quæ ad conſervationem conſtitutionnm, & jurium dicti Ordinis, & ſimiliter aliis, ab ipſo ad præmiſſa deputandis, conſiliis, favoribus, & auxiliis opportunis aſſiſtatis, dirigatis, atque juvetis, prout in Domino vobis videbitur ſalnbriter expedire; vobiſque temporalibus Dominis libeat, quandocumque vos, vel Officiales veſtri fueritis requiſiti, præbere auxilium brachii ſecularis in capiendo, arcendo, & compeſcendo apoſtatas, nocentes, rebelles, & inobedientes Ordinis ejuſdem, & in præmiſſis noſtris, noſtrorumque vires laudabiliter exercere, ſicut in veſtra executione juſtitiæ, atque devotione, quam ad nos, & Romanam Eccleſiam, Religioniſque protectionem geritis, ſingularem in Domino fiduciam obtinemus.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno &c. MCCCCXXXII. IV. Kal. Maii, anno II.

XXVIII.

Probibetur tranſitus Fratribus, & Clariſſis ad omnes alias Religiones, Cartuſien. excepta, omneſque ſive Capellanos Cardinalium &c. ſubjicit regimini Generalis Miniſtri. Ibid. fol. 285.

Ad futuram rei memoriam.

§. I. ANxia nos cura ſollicitat pro conſervatione Ordinis Fratrum Minorum, ne ſub novis, fictiſque coloribus Religionem deſerant, quam voverunt, ſub ſpecie actioris vitæ & Obſervantiæ, ſancti Benedicti, Ciſtercien. Camaldulen. vallis Umbroſæ, Canonicorum Regularium ſancti Auguſtini, vel aliorum Ordines, regulas, & habitus aſſumentes, aut ſub nomine Capellanorum Cardinalium, Prælatorum, vel temporalium Dominorum, ſicut prona ad inobedientiam eſt nonnullorum conſuetudo, neglecto habitu, & norma Minorum, ſe ad majorem licentiam adducunt, unde ncdum violant Ordinem, ſed pleriſque ex aliis Religionibus mala exempla tribuunt, cum ignominia Ordinis, & ſcandalo plurimorum; quorum veſtigiis & ipſæ Moniales ſanctæ Claræ, ſancti Damiani, & Minoriſſarum

Conſtitutionis motivum.

Quam periculoſum Fratres degere extra Clauſtra.

rum, obligatæ Ordini antedicto, ſe ad alios Ordines conferunt. Quæ omnia a dictis Fratribus & Monialibus, ut longa jam experientia compertum eſt, ad liberiorem licentiam, & procliviores mores ordinantur.

Non poſſunt ad alios Ordines tranſire.

§. II. Volentes itaque in præmiſſis, quantum cum Deo poſſumus, ſalubriter providere, ex certa ſcientia, Apoſtolica auctoritate declaramus, atque decernimus, tenore præſentium ſtatuentes, quod de cetero nullus Frater ex Ordine Minorum, poſtquam dictum Ordinem profeſſus fuerit, cujuſcumque Magiſterii, ſtatus, & conditionis exiſtat, quavis imaginatione, vel cauſa, aut quæſito colore quomodolibet poſſit, vel debeat, virtute cujuſcumque licentiæ, & indulti, Apoſtolica, ſeu Pœnitentiariæ noſtræ curam gerentis, vel quavis alia auctoritate, etiam per Bullas Apoſtolicas quarumcumque facultatum, tam Legatis, quam Nunciis Sedis Apoſtolicæ, necnon Pœnitentiariæ hujuſmodi pro tempore curam gerenti, quam aliis quibuſcumque, ſub quavis verborum forma, & auctoritate conceſſarum, etiamſi expreſſe agant de Fratribus transferendis ad alios Ordines, admitti, aut recipi per aliquos etiam Superiores Ordinis, Monaſterii, aut loci Monaſtici, in Monachum, vel fratrem alicujus Ordinis expreſse, vel non expreſse, excepto dumtaxat Ordine Cartuſienſi.

Et ſimiliter Moniales.

§. III. Et ſimiliter nulla profeſſa Monialis ſanctæ Claræ, ſancti Damiani, & Minoriſſarum admitti vel recipi poſſit, vel debeat, per aliquas etiam Superiores Ordinis, Monaſterii, aut loci Monaſtici, in Monacham alterius Ordinis expreſſe, vel non expreſſe, ſub pœna excommunicationis, quam tam receptatores, & receptatrices, quam recepti, & receptæ hujuſmodi ipſo facto incurriſſe intelligantur; quam excommunicationis pœnam contra prædictos transgreſſores, & illas, quæ transgreſſæ fuerint, & eorum, ac earum quemlibet, & quamlibet ex nunc, prout ex tunc, ſcientia, & auctoritate prædictis fulminamus & proferimus in his ſcriptis, & quod excommunicati, & excommunicatæ hujuſmodi a nemine, niſi a Romano Pontifice, præter quam in mortis articulo, poſſint abſolutionis beneficium obtinere. Et nihilominus ſecus, vel alias facta non teneant, nulliuſque exiſtant roboris, vel momenti.

Omnes tenentur obedientiæ Miniſtrorum ſubeſſe. Pœnæ in contravenientes.

§. IV. Si vero etiam aliquis Frater dicti Ordinis ſub nomine Capellani Apoſtolici, Cardinalium, Prælatorum, vel quorumcumque temporalium Dominorum, ſe ab obedientia Superioris, & Conventu, vel a Regula diviſiſſet, aut alio quovis modo, cauſa, ratione, vel quæſito colore, etiamſi ſuper iis litteras Apoſtolicas, vel alias impetraſſet, vel ſub aliquo titulo idoneam, vel apparentem licentiam obtinuiſſet, aut ſub aliquo prætextu, ſub habitu, vel ſine, quomodolibet ſe ab obedientia Superiorum dicti Ordinis disjunxiſſet, huc & illuc pervagando, volumus, & præmiſſa auctoritate decernimus, Generalis, aut Provincialis Miniſtrorum, ac delegatorum ipſorum obedientiæ ſubjacere, et ad Ordinem redire, ſicuti ceteri ſub lege obedientiæ conſtituti: quod ſi ſecus egerit, tamquam notorius apoſtata, et excommunicatus, inobediens reputetur. Idemque de Monialibus ſanctæ Claræ, ſancti Damiani, et Minoriſſarum per omnia decernentes, et quod hi, et hæ arceri poſſint, etiam per invocationem brachii ſecularis, quoties fuerit opportunum. Et ſi qui Fratres, vel Moniales etiam conjunctim ſe ad aliquam Regulam tranſtuliſſent, volumus, & eadem auctoritate decernimus, eoſdem, & eaſdem ſub obedientiæ lege conſtitui. Inſuper hujuſmodi Conventus, & alios diſgregatos dilecto filio Generali Ordinis ejuſdem Miniſtro uniendi, congregandi, reformandi, & ordinandi, prædicta auctoritate, tenore præſentium, plenam auctoritatem, atque facultatem concedentes, hujuſmodi licentiis, & indultis, necnon litteris, & conſtitutioni-

Poteſtas Generali facta Monaſteria reformandi.

bus

bus Apoſtolicis &c. & aliis in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno &c. MCCCCXXXII. IV. Kal. Maii, anno II.

XXIX.

Confirmatur diſpenſatio bona & poſſeſſiones retinendi. Ibid. fol. 281.

Ad futuram rei memoriam.

§. I. Apoſtolicæ Sedis providentia, ne geſta per eam alicui dubietati ſubjaceant, declarationis ſuæ ſuper illis modulum adhibet opportunum, eaque munimine roborat firmiori. Sane dudum per fel. record. Martinum Papam V. prædeceſſorem noſtrum pie conſiderato, quod quam plura poſſeſſiones, & bona mobilia, & immobilia, tam per Chriſtifidelium oblationes, donationes, & ultimas decedentium voluntates, quam alias multipliciter, diverſis Conventibus, & locis Ordinis Fratrum Minorum pro eorum ſuſtentatione, & divini cultus obſequiis, eſſent eatenus relicta, eorumque uſui deputata, & relinqui ſperarentur etiam in futurum, idem prædeceſſor volens Conventuum, locorum, & Fratrum hujuſmodi, ut divinis laudibus intenſius vacare poſſent, opportunitatibus providere, Miniſtro Generali dicti Ordinis pro tempore exiſtenti, donec aliud per Sedem Apoſtolicam foret ordinatum, concedendi Procuratoribus Conventuum, & locorum eorumdem pro tempore exiſtentibus, ut poſſeſſiones, & bona quæcumque mobilia, & immobilia, ac annuos proventus eatenus prædicto Ordini, ac ejus Conventibus relicta, & in poſterum relinquenda, aut aliis nominibus acquiſita, vice & nomine Romanæ Eccleſiæ, ad quam omnium rerum mobilium, & immobilium hujuſmodi jus, proprietas, & dominium nullo medio ſpectant, recipere &c. & poſſidere, ac ipſorum fructus, reditus &c. & percipere, illoſque in commodum ipſorum Fratrum &c. ac alias in eos uſus, quibus relicta, & deputata forent, dumtaxat de ipſorum Fratrum conſilio & aſſenſu convertere & exponere poſſent, liberam per quaſdam ſuas litteras conceſſit facultatem &c.

§. II. Nos igitur &c. inter cetera nonnullas per eumdem prædeceſſorem per ſuas alias certi tenoris litteras ſuper conſtitutionibus &c. dudum in Capitulo generali Ordinis prædicti in civitate noſtra Aſſiſinat. congregato, in quo dilectus filius noſter Joannes tituli ſancti Petri ad Vincula Præsbyter Cardinalis, tunc dictæ Sedis Legatus præſedit, ſuper ſtatu dicti Ordinis editis, factas declarationes, relaxationes, additiones, & modificationes ejuſdem conſtitutionibus &c. derogantes, necnon ſi qua in quibuſcumque aliis ejuſdem prædeceſſoris litteris, facta, indulta &c. continerentur ipſis conſtitutionibus &c. contraria, per alias noſtras litteras ex certis cauſis caſſavimus; ne propterea, vel alias ſuper prioribus ipſius prædeceſſoris litteris, & facultate ſupradictis per aliquos in poſterum valeat hæſitari &c. declaramus, priores litteras prædeceſſoris, & facultatem eaſdem ſub caſſatione &c. hujuſmodi nullatenus comprehendi, ſed illas tamquam per nos ratas habitas &c. confirmamus &c. in ſuo pleno robore &c. volumus permanere: Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXII. XIV. Kalend. Maii, anno II.

XXX.

XXX.

Ut Obſervantes admittant domum prope oppidum civitatis Auſtriæ. Ex lib. 1. de diverſis formis anno 2. fol. 143.

Dilecto filio Decano Eccleſiæ beatæ Mariæ civitatis Auſtriæ, Aquilegien. diœceſis.

§. I. Piis ſupplicum votis &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum communitatis oppidi civitatis Auſtriæ, Aquilegien. diœceſis petitio continebat, quod extra muros ejuſdem oppidi eſt quidam locus regularis cum Eccleſia, ſub vocabulo ſancti Georgii, ab eodem oppido per unum milliare, vel circa diſtans, qui, ut dicitur, antiquitus per quamdam mulierem, pro uſu & habitatione perpetuis mulierum religioſarum fundatus, ædificatus, & dotatus fuit, & deinde, ut creditur, fundatione, ædificatione, & dotatione hujuſmodi per Patriarcham Aquilegien. qui tunc erat, ordinaria auctoritate confirmatis, nonnullæ religioſæ mulieres, quæ habitum habitui cujuslibet Ordinis approbati pene ex toto diſſimilem geſtant, quamvis ſe Ordinis ſancti Auguſtini aſſerant, in loco ipſo degere conſueverunt. Ex quibus in præſentiarum ſolæ duæ, quarum una ſe Prioriſſam vocat, ſupereſſe noſcuntur, propter quarum malam famam, & vitam inhoneſtam quotidie in deterius prolabentem, ejuſdem loci Religio, ſi qua aliquando fuit, miſerabiliter finiviſſe proſpicitur, ita ut jam locus ipſe impudicus opprobrio ſubjaceat deſolationis extremæ, in divini nominis, & ſacræ Religionis contemptum, necnon ſcandalum plurimorum; propter quod ipſi Communitas deſiderarent locum ipſum per Apoſtolicæ Sedis providentiam, ad congruum honorem reduci, & laudibus ejuſdem nominis deputari. Quare pro parte dictorum Communitatis nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis dictis mulieribus, & aliis, qui fuerint evocandi, de præmiſſis omnibus & ſingulis, auctoritate noſtra, te diligenter informes, & ſi per informationem hujuſmodi tibi de impudicitia & infamia dictarum mulierum, ac aliis præmiſſis expoſitis legitime conſtiterit, ſuper quibus tuam conſcientiam oneramus, tu nomen Prioriſſatus, & prædicti Ordinis in præfato loco, eadem auctoritate penitus ſupprimas & extinguas; & nihilominus locum ipſum, pro uſu & habitatione dictorum Fratrum *de Obſervantia* nuncupatorum perpetuis, auctoritate ſimili deputes, ſtatuas, & ordines, ac ipſas mulieres ad aliud Monaſterium, ſeu locum mulierum Ordinis approbati, in quo voluntarias receptatrices invenerint, transferas, ac ab eis Regularem profeſſionem, per mulieres dicti Monaſterii, ſive loci emitti conſuetam, ſi illam emittere voluerint, eadem auctoritate, recipias & admittas; ac eis Regularem habitum exhibeas, ſibique quoad vixerint, de fructibus, reditibus, & proventibus dicti loci ſancti Georgii annis ſingulis, quantum ipſis poſſe ſufficere noveris, auctoritate ſimili provideri facias & procures: ita quod, poſt translationem,& per te factam proviſionem hujuſmodi, liceat dictis Fratribus locum eumdem, cujus fructus, reditus, & proventus octoginta ducatorum auri,ſecundum communem æſtimationem,valorem annuum, ut ipſi Communitas aſſerunt, non excedunt, pro uſu & habitatione hujuſmodi recipere, & perpeto retinere, ac in eo Eccleſiam, campanile &c. officinas conſtituere, ædificare, & ordinare; Ordinarii loci &c. minime requiſita. Nos enim, ſi ſuppreſſionem & extinctionem, ac conceſſiouem hu-

hujuſmodi per te fieri contigerit, ut præfertur, ut dicti Fratres, qui in eo pro tempore morabuntur, omnibus privilegiis &c. uti pariter & gaudere valeant, concedimus. Volumuſque quod, poſtquam dictæ mulieres translatæ fuerint, præfati Communitas duos idoneos, & bonæ conſcientiæ viros Eccleſiaſticos, qui fructus prædictos colligant, eoſque quos ultra ſuſtentationem dictarum mulierum ſupereſſe contigerit, in ædificationem & ordinationem loci prædicti, realiter & fideliter exponant, deputare teneantur. Non obſtantibus fel. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. contrariis quibuſcumque: jure tamen parochialis &c. ſalvo.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXII. Kalend. Maii, anno II.

XXXI.

Conceduntur Indulgentiæ pro perfectione domus Galuſani. Ibid. fol. 95.

Univerſis Chriſtifidelibus.

Licet is, de cujus munere venit, ut ſibi a ſuis fidelibus digne & laudabiliter ſerviatur, de abundantia ſuæ pietatis, quæ merita ſupplicum excedit & vota, bene ſervientibus ſibi multa majora retribuat, quam valeant promereri; nihilominus tamen deſiderantes Domino populum reddere acceptabilem & bonorum operum ſectatorem, fideles ipſos ad complacendum ei, quaſi quibuſdam allectivis muneribus, indulgentiis videlicet & remiſſionibus invitamus, ut exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores. Cum itaque, ſicut accepimus, quædam domus cum Eccleſia, campanili &c. & aliis neceſſariis officinis, pro uſu & habitatione domus Ordinis Fratrum Minorum, in loco de Galuſani, Cephaluden. diœceſis, per dilectum filium nobilem virum Gilbertum Contigles, Comitem Galuſani, Domicellum dictæ diœceſis &c. ſub vocabulo beati Franciſci ædificari, ſeu conſtrui inchoata, ad ſui perfectionem, propter ipſius operis ſumptuoſitatem, ſine fidelium ſuffragiis deduci non valeat. Nos cupientes, ut Eccleſia dictæ domus, quæ quidem Eccleſia in ſuis muris & ædificiis, de bonis prædictis perfecta reperitur, & in qua Miſſæ & alia divina officia laudabiliter celebrantur, congruis honoribus frequentetur, ac fabrica dictæ domus, cum aliis ſupradictis ad ſui perfectionem hujuſmodi deducatur, & ut Chriſtifideles eo libentius devotionis cauſa ad eamdem Eccleſiam confluant, & ad fabricam hujuſmodi manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono cœleſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui in feſtivitate ejuſdem beati Franciſci ipſam Eccleſiam devote viſitaverint annuatim, & ad fabricam prædictam manus porrexerint adjutrices, tres annos, & totidem Quadragenas, de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus, præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, quod ſi alias Eccleſiam viſitantibus, vel ad Fratrum hujuſmodi manus porrigentibus adjutrices, aut inibi pias eleemoſynas erogantibus, ſeu aliqua alia indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus nondum elapſum duratura, per nos conceſſa fuerit, præſentes litteræ nullius exiſtant roboris vel momenti.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXII. Idibus Maii, anno II.

XXXII.

Multa Monaſteria in Hiſpania remaneant ſub cura fratris Franciſci a Soria.
Ex lib. 1. de Regularibus anno 2. fol. 162.

Ad futuram rei memoriam.

Ut in Conſt. 11. Martini V.

§. I. SUper gregem Dominicum &c. Sane pro parte dilectarum in Chriſto filiarum de Oterdeſillas, & de ſancto Auderio, ac de villa Frelbos, necnon de Repanegos, & de Zafra, Palentin. Burgen. Legionen. Abulen. & Pacen. diœceſ. ac Palentin. & extra muros Zamoren. Monaſteriorum Ordinis ſanctæ Claræ Abbatiſſarum & Conventuum, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet quondam Clemens VII. & Petrus de Luna, Benedictus XIII. in eorum obedientiis, de quibus illæ partes erant, tunc nuncupati, deſuper ipſorum confectis litteris conceſſerunt, ut ſingulæ Abbatiſſæ & Conventus ſingulorum Monaſteriorum hujuſmodi aliquem Fratrem Ordinis Minorum profeſſorem, vita, ac moribus approbatum, in earum, & dictorum Monaſteriorum Viſitatorem, cum poteſtate, ſive facultate tunc expreſſa, deinceps habere poſſent & deberent; quodque Viſitator prædictus alium dicti Ordinis profeſſorem, qui ei in officio viſitationis hujuſmodi ſuccederet, eligere, ſeu deputare valeret; quia tamen dilectus filius noſter Joannes, tituli ſancti Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis, Apoſtolica deſuper auctoritate ſuffultus, ſtatuit & ordinavit, quod omnes & ſinguli Fratres dicti Ordinis Generali, necnon Provincialibus Miniſtris, ac Cuſtodibus, Guardianis, & quibuſvis aliis Prælatis ipſius Ordinis, ſecundum illius regulam datis, non obſtantibus quibuſcumque privilegiis, conceſſionibus, & indultis quomodolibet, & qualitercumque, generaliter, vel ſpecialiter in Romana Curia, & etiam Concilio Conſtantien. vel alibi ubicumque conceſſis, obedire teneantur & debeant, ipſaque privilegia, conceſſiones et indulta caſſavit &c. & ſi quæ Monaſteria Monialium ex aliqua Bulla Apoſtolica, quibuſvis particularibus Fratribus commiſſa forent, ipſi Fratres ſub pœna inobedientiæ contumacis ea Provincialibus inibi Miniſtris reſignare deberent, niſi ipſis denuo per dictos Miniſtros Provinciales recommiſſa forent, Abbatiſſa & Conventus prædictæ, quæ ſub regimine et gubernatione dilecti filii Franciſci de Soria dicti Ordinis profeſſoris, tamquam Viſitatoris earum aliquandiu tranquille, laudabiliterque ſua Domino vota dirigere, et ſalutaribus iuſtitutis vacare curarunt, occaſione ſtatuti, ordinationis, necnon caſſationis, revocationis, annullationis, & conſtitutionis earumdem, ſi alias ipſorum Fratrum regimini ſubdantur, magnis timeant, progreſſu temporis opprimi detrimentis, ſeque dicta occaſione multipliciter gravari recenſentes, ad Sedem propterea Apoſtolicam appellarunt. Quare pro parte cariſſimi in Chriſto filii noſtri Joannis Caſtellæ, & Legionis Regis illuſtris, ac dictarum Abbatiſſarum & Conventuum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos itaque &c. necnon omnes & ſingulas ubilibet forſitan, dicta occaſione pendentes lites &c. extinguentes, ac excommunicationum, ſuſpenſionum &c. ſententias, cenſuras, & etiam pecuniarias pœnas, ſi quæ contra Abbatiſſas, Conventus, & Fratres Ordinis Minorum hujuſmodi, occaſione prædicta promulgatæ ſint &c. pro nullis habentes, necnon cum quibuſvis ex ipſis Fratribus, qui forſan dicta occaſione præmiſſis ſententiis ligati fuere, ſuper irregularitate, quam interim &c. quomodolibet contraxerint, auctoritate prædicta diſpenſantes, omnemque abolentes inhabilitatis

tis & infamiæ maculam &c. dictis Abbatiſſis &c. concedimus, quod conceſſiones Clementis, & Petri de Luna hujuſmodi, necnon aliæ ſimiles, ſi quæ deſuper Abbatiſſis & Conventibus prædictis, dicta auctoritate factæ ſint, vim, vigoremque plenarios obtineant &c. Nulli ergo &c, noſtræ extinctionis, diſpenſationis, abolitionis, & conceſſionis infringere &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXII. Kalend. Junii, anno II.

XXXIII.

Ut Miniſtrum provinciæ Caſtellæ & Fratres domum Brivieſcæ ſine Sedis Apoſtolicæ licentia inhabitantes, a cenſuris abſolvat. Ex libro I. de diverſis formis, anno 2. folio 302.

Dilecto filio Officiali Burgen.

§. I. Quæ pro divini cultus &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filii nobilis viri Petri Fernandi de Velaſco, Comitis de Haro, Calaguritan. Diœceſ. petitio continebat, quod ipſe zelo ſingularis devotionis accenſus &c. quamdam domum ſub vocabulo, *Beatæ Mariæ de Portu ſalutis*, cum Eccleſia, campanili &c. officinis pro uſu & habitatione Fratrum Ordinis Minorum, in territorio villæ de Brivieſca, Burgen. Diœceſ. ad ipſum Comitem legitime pertinentis, de bonis ſibi a Deo collatis, de licentia venerabilis fratris noſtri Pauli Epiſcopi Burgen. fundavit &c. necnon libris, calicibus, paramentis, & eccleſiaſticis ornamentis, atque bonis mobilibus domui, & Eccleſiæ hujuſmodi congruentibus fulcivit & dotavit; quodque Joannes de ſancta Anna Provincialis Miniſter dicti Ordinis in provincia Caſtellæ, ſecundum ipſius Ordinis morem, & nonnulli alii ipſius Ordinis Fratres domum prædictam, abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, receperunt, ac in ea Fratres hujuſmodi inhabitant de præſenti, excommunicationis ſententiam in tales a jure generaliter promulgatam incurrendo. Quare pro parte Comitis, ac Miniſtri & Fratrum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Miniſtrum & alios in hoc culpabiles Fratres prædictos ab hujuſmodi excommunicationis ſententia abſolvi mandare &c.

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi eſt ita, eoſdem Miniſtrum, & Fratres ab hujuſmodi excommunicationis ſententia &c. hac vice dumtaxat, auctoritate noſtra abſolvas in forma Eccleſiæ conſueta, injunctis inde eis &c. injungenda, ac cum eis ſuper irregularitate &c. eadem auctoritate diſpenſes. Et nihilominus erectionem, fundationem &c. approbes, & confirmes. Et inſuper Fratribus in dicta domo pro tempore commorantibus, ut omnibus & ſingulis privilegiis &c. gaudere; necnon Guardianum ſibi pro tempore eligere, ac ipſam electionem ab ipſorum majori, & ſaniori parte celebratam, Miniſtro Provinciali dictæ provinciæ, pro tempore exiſtenti præſentare, & illius confirmationem ab eodem, alias juxta laudabilia ſtatuta, & conſuetudines ipſius Ordinis retinere libere & licite valeant; quodque Guardianus & Fratres domus hujuſmodi per dictum Provincialem, ſeu ipſius Ordinis Miniſtrum Generalem pro tempore exiſtentem dumtaxat viſitari, & corrigi debeant; Jure tamen &c. ſalvo, auctoritate noſtra concedas. Non obſtantibus felic. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXII. VIII. Idus Junii, anno II.

 XXXIV.

XXXIV.

Ut Obſervantes admittant domum in inſula Bua. Ex Archivo ſecreto, lib. 17. Bullar. folio 23.

Ad futuram rei memoriam.

Ut in Conſt. 166. Martini V.

§. I. SEdis Apoſtolicæ benignitas &c. Sane quidem dilecti filii Nicolai de Tragurio Ordinis Minorum, qui *de Obſervantia* nuncupantur, porrecta nobis petitio continebat, quod cum alias Monaſterium Fratrum Minorum ſitum penes portam civitatis Tragurii dirutum &c. nec poſtea ſit ædificari permiſſum, ne quaſi arx emineat ipſi civitati, Fratres, qui in dicto Monaſterio habitare conſueverant, reducti in quadam domuncula lignea, ſita in populi frequentia habitare coguntur, contra Religionis normam, & debitum honeſtatis. Unde dilecti filii Univerſitas, & Commune ipſius civitatis Tragurii in inſula Bua, non aliter, quam per pontis tranſitum diſtante a civitate, convenientem locum, & terræ ſpatium deputarunt Fratribus Minoribus *de Obſervantia* nuncupatis, ut ibi nova Eccleſia, & Monaſterium ædificari poſſit, ſi ad id noſter, & Apoſtolicæ Sedis conſenſus accedat.

§. II. Præterea, quia nonnulla bona mobilia, & immobilia prædicto Monaſterio demolito, ſive Eccleſiæ, & capellis ejuſdem applicata fuerant, idcirco fuit nobis humiliter ſupplicatum, quatenus, ut bona mobilia ſpectantia ad cultum Dei, & uſum fructum ipſorum, ad uſum divini cultus & Fratrum novi Monaſterii conſtruendi debeant tradi & conſignari, bona vero immobilia, poſſeſſiones, & prædia vendi debeant per inſtituendos ad hoc Procuratores, ipſorumque pretium cum omnibus debitis, & legatis fabricæ hujuſmodi conſtruendi Monaſterii debeant applicari, concedere eiſdem Fratribus de Obſervantia &c. dignaremur &c. Nos quidem &c. Fratribus Ordinis Minorum *de Obſervantia* bona quælibet, quæ fuerunt prioris Monaſterii, vel Conventus, ad uſum divini cultus, & dictorum Fratrum novi Monaſterii aſſignandi & deputandi, & poſſeſſiones ac prædia, aliaque mobilia bona cujuſcumque conditionis exiſtant, per Procuratores inſtituendos vendendi, & pretium cum omnibus aliis donariorum, & bonorum quantitatibus percipiendis ex debitis & legatis, & aliter qnomodocumque, ad fabricam novi Monaſterii tribuendi & applicandi, necnon in inſula Bua prædicta, Diœceſani &c. minime requiſitis, in loco convenienti & honeſto, Monaſterium fundandi, conſtruendi &c. officinis, & ipſa ad uſum dictorum Fratrum habendi, & perpetuo retinendi, tenore præſentium, auctoritate Apoſtolica concedimus. Volentes inſuper auctoritate præmiſſa, ut prædictum Monaſterium, Conventus & Eccleſia conſtruenda cum omni ſuo ambitu, capellis, locis & perſonis, omnium indulgentiarum, exemptionum, & privilegiorum per Romanos olim Pontifices prædeceſſores noſtros, ſub quavis verborum forma conceſſorum Conventibus, & Monaſteriis Vicariæ Boſnæ, aut concedendorum in futurum, gratia & beneficio potiantur; quodque capellæ beatæ Virginis Mariæ, & beati Franciſci cum cœmeteriis, & aliis, quæ ex demolito & diruto priori Monaſterio remanſerunt, ſub cura Cleri majoris, ſive Cathedralis Eccleſiæ Traguricn. remaneant; conſtitutione fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. &c. aliiſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXII. XIV. Kal. Julii, anno II.

XXXV.

XXXV.

Ut concedat Obſervantibus licentiam domum ædificandi in Civitate Bittecten.
Reg. Vat. Ex lib. 1. de diverſis formis, anno 2. folio 15.

Venerabili fratri Carolo Epiſcopo Bittecten. & dilectis filiis Univerſitati, & hominibus Civitatis Bittecten.

§. I. Piis ſupplicum &c. Cum itaque &c. in civitate Bittecten. non ſit aliqua domus Fratrum Ordinis Minorum, nec etiam alterius regularis Ordinis, a quorum Fratribus vos & aliæ devotæ perſonæ cupientes in doctrina Domini proficere, poſſitis ſalutaria documenta percipere, cupiatiſque terrena &c. commutare, & tam de bonis a Deo vobis collatis, quam aliis Chriſtifidelium piis ad hoc porrigendis ſuffragiis unam domum, cum Eccleſia, campanili &c. officinis pro uſu & habitatione Fratrum Ordinis Minorum *de Obſervantia* nuncupatorum, qui ſub ſtricta hujuſmodi Obſervantia inibi debeant perpetuo Altiſſimo famulari, in diſtrictu civitatis prædictæ, in loco *Galicello* nuncupato, utique ad id congruo, & honeſto fundare &c. proponatis, pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. *Ut in Conſtit. 68. Martini V.*

§. II. Nos igitur &c. devotioni veſtræ, ut de bonis & ſuffragiis hujuſmodi domum cum Eccleſia, campanili, campana &c. officinis neceſſariis in loco prædicto fundandi, conſtruendi &c. ipſiſque Fratribus, poſtquam fundatæ, conſtructæ & ædificatæ fuerint, ut præfertur, cum omnibus juribus &c. ſupradictis, recipiendi, ac pro eiſdem uſu & habitatione perpetuo retinendi, cujuſcumque licentia &c. minime requiſitis, fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. &c. & aliis conſtitutionibus Apoſtolicis nequaquam obſtantibus &c. licentiam elargimur: Jure tamen parochialis &c. ſalvo; ac eiſdem domui & Eccleſiæ, poſtquam conſtructæ fuerint, univerſis &c. concedimus, ut omnibus privilegiis &c. uti valeant & gaudere. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXII. II. Non. Julii, anno II.

XXXVI.

Ut erigat Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Ribis, & domos adjacentes in Monaſterium Clariſſarum. Ex lib. I. mixto de diverſis &c. annorum diverſorum fol. 62.

Dilecto filio Officiali Burgen.

§. I. Gloriæ perennis, & æternæ beatitudinis amatricum, quæ mortalis viri ſpreto thoro, ac florente mundo, mentis deſpectu calcato, immortali Sponſo, qui ſpecioſus eſt præ filiis hominum, ſe voto celebri deſponſarunt, ut inter eas cum multiplicato fructu honeſtatis & honoris flores in ubertate concreſcant ſalubres, per quas etiam, cum Religionis propagatione, animarum ſalutem, ac devotionis incrementum prodire conſpicimus, petitiones, quantum cum Deo poſſumus, ad exauditionis gratiam admittimus, eiſque favores Apoſtolicos liberaliter impertimur. Sane pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Joannæ, & Sanciæ dictarum de Ribis, ac Agnetis Garſiæ mulieris, in Diœceſ. Burgen. commorantium nuper nobis exhibita petitio continebat, quod olim ipſæ de animarum ſuarum ſalute recogitantes &c. ſe ad nonnullas domos prope Eccleſiam Beatæ Mariæ de Ribis, dictæ Diœceſ. traduxerunt, & inibi ſub laudabili vita ad inſtar Monialium Ordi-

Ordinis ſanctæ Claræ aliquandiu converſatæ commendabiliter extiterunt, ſic quod partium illarum nonnulli Chriſtifideles pietate ducti, prædictas domos diverſis mobilibus & immobilibus bonis ad valorem annuum centum Florenorum de Aragonia, ſecundum communem æſtimationem, dotarunt.

§. II. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, Joanna, Sancia, & Agnes prædictæ, ſecundum Regulam ejuſdem Ordinis ſanctæ Claræ, quæ in Monaſterio de Oterdeſillas ejuſdem Ordinis, Palentin. Diœc. in eiſdem domibus perpetuo vivere affectent, ſperentque quod ſi in illis dictus Ordo inſtituatur, necnon Eccleſia, & domus prædictæ cum cœmeterio, campanis &c. officinis pro uſu & habitatione Abbatiſſæ, & Monialium ejuſdem Ordinis erigantur in Monaſterium, ac illius Abbatiſſa, & Moniales per Viſitatores ejuſdem Monaſterii de Oterdeſillas viſitentur, dilectus filius nobilis vir Petrus Comes de Haro, & alii plerique partium illarum Chriſtifideles ad ſufficienter & decenter dotandum erigendum Monaſterium prædictum manus porrigent liberaliter adjutrices, unde Chriſtifidelium adaugebitur devotio, Religionis propagatio, & divini cultus augmentum multipliciter ſuccedent. Pro parte Joannæ, Sanciæ, & Agnetis prædictarum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. III. Nos itaque &c. diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis, eorumque circumſtantiis univerſis, auctoritate noſtra te diligenter informes &c. ac dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ, & Conventus dicti Monaſterii de Oterdeſillas ad id acceſſerit aſſenſus, Eccleſiam & domos prædictas in Monaſterium ejuſdem Ordinis pro Abbatiſſa, & Monialibus inibi perpetuo, & conventualiter, ſub illa Regula, quæ in dicto Monaſterio de Oterdeſillas ſervatur, Altiſſimo ſervituris, cum quibuſvis conventualibus, & aliis juribus, eadem auctoritate erigas, dictumque Ordinem inibi inſtituas, ſtatuaſque & ordines, quod prædictum Monaſterium erigendum per dictos Viſitatores viſitari, ac illis plenarie ſubeſſe, & per eos regi & gubernari debeat, quibus dictum Monaſterium de Oterdeſillas pro tempore ſubjacebit, & per quos illud gubernabitur ac regetur, ac alias facias, diſponas, ordines, & exequaris omnia & ſingula, quæ in præmiſſis, & extra ea neceſſaria fuerint, ſeu etiam quomodolibet opportuna. Nos enim, ſi erectionem &c. per te fieri contigerit, Abbatiſſæ, ac Monialibus &c. ut omnibus privilegiis &c. dicto Monaſterio de Oterdeſillas, ac illius Abbatiſſæ, Monialibus, & perſonis &c. conceſſis, & in antea concedendis uti, & gaudere poſſint, auctoritate Apoſtolica concedimus per præſentes. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſterii de Oterdeſillas, & Ordinis prædictorum juramento &c. roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXIV. XVI. Kalendas Septembris, anno II.

XXXVII.

Præficitur Eccleſiæ Alexanen. Ex libro I. de Proviſionibus &c. anno 2. folio 100.

Dilecto filio Guidoni Guidonis Electo Alexanen.

Vide Conſt. 18. Martini V. Divina favente clementia &c. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Simone Epiſcopo Alexan. regimini Eccleſiæ Alexanen. præſidente. Poſtmodum vero dicta Eccleſia, per obitum ipſius Simonis Epiſcopi, qui extra Roma-

manam Curiam diem clauſit extremum, vacante. Nos Vacatione &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXII. XVI. Kalendas Octobris, anno II.

XXXVIII.

Ut Fratres domus beatæ Mariæ de los Maretes *ab excommunicatione abſolvantur, & dictam domum retineant*. Ex lib. I. de Diverſis formis, anno 2. folio 194.

Venerabili fratri Epiſcopo Pacen.

§. I. Piis ſupplicum &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte Vicarii & Fratrum domus Ordinis Minorum Beatæ Mariæ *de los Maretes*, Caurien. Diœceſ. petitio continebat, quod olim ipſi domum prædictam cum Eccleſia, campanili &c. officinis per nonnullos fideles illarum partium pro uſu & habitatione religioſarum perſonarum, quæ inibi Altiſſimo famularentur, fundatam, atque conſtructam, abſque licentia Sedis Apoſtolicæ receperunt, atque in ea ex tunc inhabitarunt, prout inhabitant de præſenti, excommunicationis ſententiam, & alias cenſuras & pœnas, contra eos a jure illatas incurrendo, quodque excommunicationis ſententia, & cenſuris hujuſmodi ligati Miſſas & alia divina Officia inibi, non tamen in contemptum clavium, celebrarunt. Quare pro parte dictorum Vicarii & Fratrum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. *Ut in Conſtit. 48. Martini V.*

§. II. Nos igitur &c. fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus; quatenus de præmiſſis te diligenter informes &c. eoſdem Vicarium & Fratres, ſi hoc humiliter petierint, ab excommunicationis ſententia, & aliis cenſuris & pœnis, quas propterea incurrerunt, auctoritate noſtra, hac vice dumtaxat abſolvas in forma Eccleſiæ conſueta, injunctis &c. injungenda; & nihilominus prædictis Vicario & Fratribus, ut ipſi domum prædictam pro ipſorum uſu & habitatione, alias juxta ejuſdem Ordinis inſtituta retinere, ac omnibus & ſingulis immunitatibus &c. conceſſis uti & gaudere libere & licitè valeant, eadem auctoritate concedas. Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. &c. quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXII. XV. Kalendas Octobris, anno II.

XXXIX.

Inſtituitur Adminiſtrator Eccleſiæ Alexandrin. Ex lib. I. de Beneficiis &c. anno 2. folio 260.

Dilecto filio Georgio de Laazanegiis Ordinis Fratrum Minorum profeſſori, Magiſtro in Theologia, Eccleſiæ Alexandrin. in ſpiritualibus & temporalibus Adminiſtratori.

INter ſolicitudines varias &c. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Michaele Epiſcopo Alexandrino regimini Eccleſiæ Alexandrin. præſidente. Nos cupientes eidem Eccleſiæ &c. Poſtmodum vero prædicta Eccleſia per ipſius Michaelis Epiſcopi obitum, qui extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, vacante. Nos volentes dictæ Eccleſiæ &c. de gubernatore ſecundum cor noſtrum utili & idoneo &c. te Adminiſtratorem prædictæ Eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus generalem, uſque ad noſtrum beneplacitum, au- *Ut in Regeſto Tomi 6. fol. 466.*

auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium conſtituimus, & etiam deputamus, curam, regimen, & adminiſtrationem ejuſdem Eccleſiæ tibi in ſpiritualibus eiſdem, & temporalibus plenarie committendo; ita quod liceat, beneplacito hujuſmodi durante, eamdem Eccleſiam juxta datam tibi a Domino prudentiam ſpiritualiter & temporaliter regere & etiam gubernare, necnon de fructibus, reditibus, proventibus, juribus & obventionibus univerſis ad menſam Epiſcopalem Alexandrin. ſpectantibus diſponere & ordinare, illoſque in tuos, & dictæ Eccleſiæ uſus & utilitates convertere, prout veri Epiſcopi Alexandrin. qui pro tempore fuerunt, de illis diſponere & ordinare potuerunt, ſeu etiam debuerunt; alienatione tamen quorumcumque bonorum immobilium, & pretioſorum mobilium dictæ Eccleſiæ tibi penitus interdicta. Mandantes inſuper dilectis filiis Capitulo dictæ Eccleſiæ, necnon civitatis, & Diœceſ. Alexandrin. Clero, & populo, quatenus tibi, uti animarum ſuarum gubernatori pareant & intendant. Quocirca diſcretioni tuæ &c. mandamus &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXII. Idibus Novembris, anno II.

XL.

Confirmatur fundatio cujuſdam capellæ in Monaſterio ſanctæ Claræ Jugiſillarum. Ex libro I. de Beneficiis vacant. &c. anno 2. folio 151.

Dilecto filio Archidiacono Eccleſiæ Salamantin.

Ut in Reg. Tomi 6. fol. 532. §. I. SEdis Apoſtolicæ &c. Sane pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii ſanctæ Claræ de Jugi-ſillarum, Ordinis ejuſdem Sanctæ, & dilecti filii nobilis Ferdinandi Lupi de Saldana Militis, Palentin. & Burgen. Diœceſ. nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim dictus Miles ob ſingularem, quem ad ipſum Monaſterium gerebat devotionis affectum &c. quamdam de bonis ſibi deſuper collatis in Eccleſia dicti Monaſterii capellam conſtrui & fundari fecit, ſufficienterque dotavit, jure patronatus ejuſdem, necnon præſentandi ad illam, dum vacaret, perſonam idoneam ſibi, necnon ſuis ſucceſſoribus & hæredibus in perpetuum reſervato, rurſus quoque Abbatiſſa & Conventus prædictæ plurima, quæ prædictus Miles eis, & prædicto Monaſterio impenderat, bona gratuita perſtringentes, ad id dilecti filii Franciſci de Soria Ordinis Fratrum Minorum profeſſoris, tunc ipſius Monaſterii, auctoritate Apoſtolica Viſitatoris deputati, accedente conſenſu, ſtatuerunt & ordinarunt, quod dictus Miles in ipſa Eccleſia certam, congruam & honeſtam, prout ſibi in voluntate ultima videretur, ſepulturam haberet, in qua nullus præter ejus, quandiu in humanis ageret, voluntatem, ſive conſenſum tumulari poſſet, quodque ex tunc a prima die menſis Januarii, perpetuis futuris temporibus, die qualibet duæ, & quoties aliquem ex ipſius Eccleſiæ Capellanis pro tempore exiſtentibus ægritudinis, vel alio impedimento legitimo detineri contingeret, una pro felici & proſpero ſtatu, necnon animarum ſalute cariſſimi in Chriſto filii noſtri Joannis Caſtellæ & Legionis Regis Illuſtris, ac dilectorum filiorum nobilium virorum Henrici ejus nati, & Alvari de Luna dicti Regis Comitis-ſtabuli, a quibus ipſe Miles ſe diverſa, ſingulariaque bona ſuſcepiſſe recognoverat, in dicta capella Miſſæ, prædicti Monaſterii ſumptibus & expenſis fierent & celebrarentur, quibuſdam adjectis aliis, prout &c. dicitur contineri. Quare pro parte &c. ſupplicatum.

§. II. Nos itaque &c. diſcretioni &c. mandamus, quatenus ſi, & poſtquam

quam de fundatione &c. conſtiterit, tu fundationem &c. confirmes; non obſtantibus &c. quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXII. V. Kalendas Decembris, anno II.

XLI.

Ut evocet Fratres ex aliis locis, ad inhabitandum in duobus Cœnobiis in inſulis Cephaloniæ, & Jacynti. Ex libro de Regularibus &c. anno 2. fol. 121.

Dilecto filio nobili viro Carolo II. Domino Deſpotatus, & Leucatæ, ac Cephaloniæ Duci.

SInceræ devotionis affectus &c. Cum itaque &c. in qualibet inſularum Cephaloniæ, et Jacynti, tuæ ditioni ſubjectarum, quæ terris infidelium, Teucrorum, & aliorum Chriſti Salvatoris noſtri nominis inimicorum, admodum ſunt vicinæ, domus Ordinis Fratrum Minorum habeantur, Fratribus moribus decoratis, ſcientia claris, ac ſacrorum dogmatum peritia redimitis deſtitutæ, & propterea Chriſtifideles, qui in dictis inſulis pro tempore degunt, gravia animarum ſuarum diſpendia ſuſtinere noſcantur. Nos, qui Catholicam fidem ubilibet propagari intenſis deſideriis affectamus, ac ſalutem fidelium quærimus ſingulorum, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut ad tuæ requiſitionis inſtantiam decem dicti Ordinis profeſſores, de quibuſvis aliis ubilibet domibus, ſive locis conſtitutis ipſius Ordinis, ad conferendum propagationi & ſaluti prædictis, verbo et exemplo idonei, & ad hoc voluntarii, ad quamlibet dictarum domorum in dictis inſulis Cephaloniæ, et Jacynti conſiſtentium, ſuper hoc petita, licet non obtenta Superiorum ſuorum licentia, ſimul, vel ſucceſſive tranſire, ac inibi divinis laudibus, & verbi Dei prædicationibus in obſervantia regulari inſiſtendo, perpetuo reſidere libere liciteque valeant, tibi & eiſdem profeſſoribus, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium indulgemus; eiſdem nihilominus profeſſoribus, eadem auctoritate, de ſpeciali gratia concedentes, quod in prædictis locis reſidentes, per eorum Superiores, aut alios quoſcumque, abſque rationabili cauſa, & tuæ requiſitionis inſtantia revocari, ſeu ad alia loca, vel Conventus dicti Ordinis inviti transferri nequeant quoquomodo: Apoſtolicis, ac Provincialibus et Synodalibus conſtitutionibus, necnon ſtatutis &c. non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c. *Ut in Reg. Tomi 9. fol. 474.*

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXII. IV. Nonas Decembris, anno II.

ANNO CHRISTI 1433. EUGENII IV. ANNO 2.

XLII.

Ut conſtruatur domus Fratribus Tertii Ordinis prope hoſpitale ſanctæ Mariæ Magdalenæ de Cerezal. Ex libro I. de Exhibitis &c. anno 2. fol. 181.

Venerabili fratri Epiſcopo Aſtoricen.

§. I. SInceræ devotionis affectus, quem dilectus filius Joannes de Oviedo civis Oveten. ad nos &c. Cum itaque idem civis, ſicut exhibita nobis nuper pro parte ſua petitio continebat, prope Hoſpitale pauperum ſanctæ Mariæ Magdalenæ de Cerezal, Aſtoricen. diœceſis, quod penes *Vide ut ſupra.*

 viam,

viam, per quam ad Eccleſiam ſancti Jacobi in Compoſtella communis tranſitus peregrinorum habetur, per nonnullos cives Aſtoricen. de quorum numero idem civis, &, ut aſſerit, etiam dicti Hoſpitalis gubernator exiſtit, conſtructum & dotatum, pro manutentione dicti Hoſpitalis, pro cujus reparatione multa, de bonis ſibi a Deo collatis expoſuit, peregrinorumque ad illud confluentium gratiori receptione, quamdam domum ſub vocabulo dictæ Sanctæ, pro Miniſtro & nonnullis Fratribus Tertii Ordinis ſancti Franciſci *de Pœnitentia* nuncupati, qui peregrinorum hujuſmodi curam gerant, de eiſdem bonis, ſi ad id Apoſtolicæ Sedis accedat aſſenſus, in fundo, ſive loco ad id congruo & honeſto erigere & ædificare proponat.

§. II. Nos &c. fraternitati tuæ &c. mandamus, quatenus de præmiſſis &c. informes, & ſi &c. inveneris, prædicto civi domum hujuſmodi cum Eccleſia, campanili &c. neceſſariis officinis, ad uſum Miniſtri & Fratrum prædictorum conſtruendi et erigendi, auctoritate prædicta, licentiam largiaris, necnon dictis Miniſtro et Fratribus, ſi ad id dictorum civium & aliorum, quorum intereſt, accedat aſſenſus, et peregrinorum hujuſmodi curam prædicta auctoritate committas. Et nihilominus Miniſtro & Fratribus hujuſmodi, qui in dicta domo pro tempore morabuntur, ut omnibus privilegiis &c. uti et gaudere valeant, auctoritate prædicta concedas.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXII. pridie Idus Februarii, anno II.

Anno Christi 1433. Eugenii IV. anno 3.

XLIII.

Ut a cenſuris abſolutionem Fratribus domus Cortonen. & eamdem domum retinendi licentiam impendat. Ex libr. 1. de diverſis formis, anno 3. fol. 173.

Dilecto filio Præpoſito Cortonen.

Ut in Conſt. 117. Martini V.

§. I. Ad ea ex Apoſtolicæ ſervitutis officio &c. Dudum ſiquidem quondam Bonifacio in ſua obedientia, de qua civitas Cortonen. erat, tunc IX. nominato, pro parte quondam Hugutii Franciſci, & Aloyſii Domicellorum, tunc in civitate Cortonen. Imperalium Vicariorum, & Communitatis dictæ civitatis expoſito, quod in eminentiori loco dictæ civitatis ſitum erat quoddam oratorium in honorem, & ſub vocabulo ſancti Baſilii dedicatum, penes quod corpus recolendæ memoriæ Margaritæ de Cortona, Sororis Tertii Ordinis ſancti Franciſci, *de Pœnitentia* nuncupati, quieſcebat, & crebreſcentibus miraculis, quæ Deus benedictus meritis ipſius Sanctæ longis temporibus ibidem dignatus erat operari, & in dies operabatur, oratorium ipſum continua fidelium frequentia, ac devotione factum erat celebre, & in facultatibus ampliatum, quodque ipſi Domicelli, & Communitas affectabant de dicto oratorio unam condecentem Eccleſiam, cum campanili &c. & apud Eccleſiam hujuſmodi unum Monaſterium pro unius Abbatiſſæ et Monialium in ſufficienti numero ſub perpetua clauſura, necnon quemdam locum pro aliquorum Fratrum Minorum uſibus et habitationibus in eo numero, de quo Miniſtro Provinciali provinciæ Tuſciæ, ſecundum morem ipſius Ordinis Minorum, cum conſilio proborum Fratrum dicti Ordinis, & dictæ provinciæ videretur, ibidem, ſeparatim tamen ab eiſdem Abbatiſſa et Monialibus, moraturorum, cum neceſſariis officinis conſtruere proponebat: ita tamen quod univerſa bona & jura dicti oratorii ad hujuſmodi Monaſterii uſum integre converterentur, et ad præmiſſa peragen-

ragenda, ſi quid deeſſet, parati erant de propriis facultatibus ſupplere, hoc adjecto, quod Abbatiſſa pro tempore exiſtens, et Conventus dicti Monaſterii Fratribus hujuſmodi, qui apud Monaſterium ipſum taliter morarentur, de victu, veſtitu, & aliis neceſſariis tenerentur congrue providere, prædictus Bonifacius per ſuas litteras inter alia Domicellis & Communitati prædictis de prædicto oratorio hujuſmodi Eccleſiam cum campanili, campana, ac cœmeterio, et apud Eccleſiam ipſam unum Monaſterium pro Abbatiſſæ et Monialium, necnon locum hujuſmodi pro Fratrum prædictorum, uſibus et habitationibus, ſeparatim ab eiſdem Abbatiſſa et Conventu moraturorum, cum neceſſariis officinis conſtruendi &c. ac Abbatiſſæ et Conventui Eccleſiam, Monaſterium, et bona, Fratribus vero ibidem moraturis locum prædicta recipiendi & retinendi, ſub certis modo et forma licentiam conceſſit, prout in ipſis litteris plenius continetur.

§. II. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte Communitatis hujuſmodi petitio continebat, conſiderantes, quod propter guerras, & alias calamitates, quibus partes illæ diutius afflictæ fuerant, in Monaſterio, quod pro dictis Abbatiſſa et Monialibus ab eodem oratorio ſeorſum conſtrui pro majori parte fecerant, aliquæ Moniales reſidere non curarant, quod ipſum oratorium, pro uſu & habitatione Fratrum hujuſmodi in domum cum ipſis officinis aptari fecerint, interim per eos ex civibus Cortonen. deputatis aliquibus, qui ad oratorium prædictum, & quaſdam in eo ſitas Capellas, poſtquam illorum Rectores defecerant, pertinentia, necnon alia plura per Chriſtifideles propterea legata bona in pauperum, miſerabiliumque perſonarum, & alios pios uſus diſtribuerunt pariter & erogarunt, de geſtis, & adminiſtratis inde per eos rationem et calculum coram dictis Communitate legaliter exhibentes, et plerique dictorum Fratrum conſtitutionis Apoſtolicæ, per quam propterea excommunicationis ſententiam incurriſſe noſcuntur, forſitan ignari, pro uſu ipſorum et habitatione prædictis eamdem domum receperint, ac in illa conventualiter aliquandiu fecerint moram, & deguerint et degant ad præſens, laudabiliter alias inibi Domino famulantes; pro parte Fratrum degentium, et Communitatis hujuſmodi, nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. III. Nos itaque &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis, auctoritate noſtra, te diligenter informes &c. eoſdem degentes Fratres, ſi hoc humiliter petierint, a dicta ſententia, auctoritate noſtra, hac vice dumtaxat abſolvas in forma Eccleſiæ conſueta, injunctis eis inde pro modo culpæ pœnitentia ſalutari, necnon aliis, quæ de jure fuerint injungenda. Et inſuper degentibus prædictis & aliis Ordinis Minorum Fratribus hujuſmodi, quod pro ipſorum uſu &c. eamdem domum recipere & retinere, necnon hujuſmodi Communitati, quod bona prædicta per ipſos deputandos, qui ſimiliter de geſtis et adminiſtratis deſuper ab eis fideles rationem et calculum coram Communitate prædictis reddere debeant et teneantur, etiam deinceps in præmiſſos uſus diſtribui et erogari facere libere, liciteque valeant, eadem auctoritate concedas. Nos enim, ſi hujuſmodi conceſſionem degentibus &c. in præfata domo pro tempore moraturis, ut omnibus et ſingulis privilegiis &c. uti & gaudere valeant &c. indulgemus. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXIII. XVI. Kal. Maii, anno III.

XLIV.

Ut oratorium ſancti Spiritus de Govea in domum conventualem erigat. Ex libro 1. de diverſis formis, & de Regularibus anno 3. fol. 168.

Venerabili fratri Epiſcopo Cepten.

Ut in Conſtit. 90. Martini V. §. I. Piis fidelium votis &c. Sane pro parte dilectorum filiorum Miniſtri Provincialis & Fratrum degentium in oratorio ſancti Spiritus de Govea, Ordinis Fratrum Minorum, Colimbrien. diœceſis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim pro uſu et habitatione dictorum Fratrum prædictum oratorium fuit auctoritate Apoſtolica fundatum, in quo plerique ejuſdem Ordinis Fratres, ſub gubernatione & cura unius, quem ipſi ad hoc pro tempore aſſumunt, Fratris aliquandiu reſederunt & reſident de præſenti, et ſicut eadem petitio ſubjungebat, in dicto oratorio piis intervenientibus eleemoſynis &c. plures ejuſdem Ordinis Fratres poſſunt commode ſuſtentari &c. Quare Miniſter et reſidentes Fratres prædicti nobis humiliter ſupplicarunt &c.

§. II. Nos itaque &c. fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſuper præmiſſis omnibus et ſingulis, eorumque circumſtantiis omnibus, auctoritate noſtra te diligenter informes &c. dictum oratorium in domum conventualem ejuſdem Ordinis cum Guardiano ibidem deputando, ac conventualibus inſigniis requiſitis, auctoritate prædicta erigas; et nihilominus Miniſtro, et Fratribus reſidentibus prædictis, ut ibidem Eccleſiam cum campanili, et aliis neceſſariis officinis, pro uſu et habitatione Guardiani et Fratrum prædictorum conſtruere et ædificare, ipſamque Eccleſiam per quemcumque Catholicum Antiſtitem, gratiam & communionem dictæ Sedis habentem, conſecrari facere poſſint &c. concedas. Nos enim ſi erectionem &c. ut omnibus et ſingulis privilegiis &c. gaudere libere et licite poſſint &c. indulgemus. Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. &c. quibuſcumque: jure &c. ſalvo.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXIII. IV. Kalend. Julii, anno III.

XLV.

Ut Obſervantes admittant domum in diœceſ. Æduner. Ex lib. 2. de diverſis formis, anno 3. fol. 110.

Venerabili fratri Epiſcopo Æduner.

Vide Conſtit. 174. Martini V. §. I. Pia devotorum Deo &c. Sane pro parte dilecti filii nobilis viri Ludovici de Liſtenoys, Domini loci de Monte-acuto, Claromonten. diœceſis nobis nuper oblatæ petitionis ſeries continebat, quod ipſe &c. ob affectum, quem ad Fratres Ordinis Minorum, ſub arctiori Regula Domino famulantium &c. gerere dignoſcitur, unam domum cum Eccletia, campanili &c. officinis ad opus, & uſum Fratrum prædictorum &c. ac Regulam per beatum Franciſcum Ordinis Fundatorem Fratribus prædictis relictam, juxta traditiones, & declarationes Apoſtolicas, quæ ex tunc ſuper illius Regulæ obſervantia emanarunt, ad litteram obſervare ſint aſtricti, de bonis a Deo ſibi collatis in tua diœceſi &c.

§. II. Nos igitur &c. Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus prædicto Ludovico dictam domum cum Eccleſia, humili cam-

campanili, campana, clauſtro, refectorio, dormitorio, cœmeterio, domibus, hortis, hortalitiis, & aliis neceſſariis officinis hujuſmodi, ad uſum dictorum Fratrum, qui hujuſmodi Regulam ſecundum ſtrictam obſervantiam prædictam omnino obſervare debeant, & etiam teneantur, in hujuſmodi diœceſi & loco prædictis, dummodo Fratres in eadem domo pro tempore exiſtentes, ſecundum ipſius Ordinis hujuſmodi ſtrictæ obſervantiæ inſtituta, ſine aliarum Eccleſiaſticarum perſonarum præjudicio vivere valeant, fundandi, & eiſdem Fratribus illam recipiendi & habitandi, cujuſcumque licentia ſuper hoc minime requiſita, ac jure parochialis &c. ſalvo, felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. &c. ceteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, plenam & liberam, auctoritate Apoſtolica licentiam largiaris.. Et inſuper Guardiano & Fratribus dictæ domus &c. omnibus, & ſingulis privilegiis &c. conceſſis, plene gaudeant & utantur.

Datum Romæ apud ſanctum Laurentium in Damaſo, IV. Nonas Septembris, anno III.

XLVI.

Conceduntur indulgentiæ pro reparatione domus de Clare. Ex lib. I. de Regularibus &c. anno 3. fol. 130.

Univerſis Chriſtifidelibus &c.

Licet is de cujus munere venit &c. Cum itaque, ſicut accepimus, domus de Clare Fratrum Minorum, Tuamen. diœceſis, cauſantibus guerris &c. reparatione non modicum ſumptuoſa indigere noſcatur, ipſumque Eccleſiæ campanile ad ſui perfectionem nondum deductum exiſtat, ſintque propterea fidelium ſuffragia plurimum opportuna. Nos cupientes, ut dicta Eccleſia congruis honoribus frequentetur, ac ſtructuræ & ædificia reparentur, campanileque hujuſmodi perficiatur, & ut Chriſtifideles eo libentius devotionis cauſa ad Eccleſiam confluant eamdem, & ad reparationem & perfectionem hujuſmodi manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono cœleſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia &c. omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui in Nativitatis, Circumciſionis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis, & Corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti, ac Pentecoſtes, necnon Nativitatis, Purificationis, Annunciationis, & Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis, ac Nativitatis beati Joannis Baptiſtæ, ac prædictorum Petri & Pauli, ac ſancti Franciſci, & ipſius Eccleſiæ dedicationis feſtivitatibus, ac celebritate omnium Sanctorum, necnon per ipſarum Nativitatis, Epiphaniæ &c feſtivitatum Octavas, & per ſex dies dictum feſtum Pentecoſtes immediate ſequentes, dictam Eccleſiam devote viſitaverint annuatim, & ad reparationem, & perfectionem prædictas manus porrexerint adjutrices, ſingulis videlicet feſtivitatum & celebritatis, quatuor annos & totidem Quadragenas, octavarum vero & ſex dierum prædictorum diebus, quibus Eccleſiam ipſam viſitaverint, & manus adjutrices porrexerint, ut præfertur, centum dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus, præſentibus poſt viginti annos minime valituris. Volumus autem, quod ſi dictam Eccleſiam viſitantibus, & manus ad reparationem & perfectionem prædictas adjutrices porrigentibus, aut inibi pias eleemoſynas erogantibus, ſeu alias aliqua alia indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus nondum elapſum, duratura, per nos conceſſa fuerit, præſentes litteræ nullius exiſtant roboris, vel momenti.

Vide Conſtit. 11. hujus Pontificis.

Datum Romæ apud S. Laurentium in Damaſo, anno &c. MCCCCXXXIII. XIV. Kal. Octob. anno III.

XLVII.

XLVII.

Ut Obſervantibus conſtruat Cœnobium in villa de Cunnych. Ex lib. 1. de diverſis formis &c. anno 3. fol. 20.

Dilecto filio nobili viro Macſon. Macna-Marra, Duci de Clandcullyan.

Vt in Conſt. 90. Martini V.

§. I. PIis fidelium votis &c. Sane pro parte tua nobis nuper exhibita petitio continebat, quod tu, qui ſingularem ad Ordinem Fratrum Minorum geris devotionis affectum &c. in villa de Cunnych, Laonienſ. diœceſis, vel alio convenienti loco, quamdam domum cum Eccleſia, campanili &c. aliis neceſſariis officinis pro uſu & habitatione Fratrum dicti Ordinis, inibi ſub regulari obſervantia Altiſſimo ſerviturorum, de novo fundare &c. deſideras, ſuper quo Apoſtolicæ Sedis licentiam humiliter imploraſti.

§. II. Nos igitur &c. tibi domum hujuſmodi cum Eccleſia &c. fundandi &c. necnon Fratribus dicti Ordinis eam &c. licentiam elargimur. Et inſuper univerſis & ſingulis Fratribus ejuſdem Ordinis, quos in dicta domo pro tempore reſidere contigerit, ut omnibus & ſingulis privilegiis &c. conceſſis uti & gaudere &c. valeant &c. indulgemus per præſentes. Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. &c. ceteriſque contrariis quibuſcumque: jure tamen &c. ſalvo. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXIII. IV. Idus Octobris, anno III.

Anno Christi 1434. Eugenii IV. anno 3.

XLVIII.

Ut Sigiſmundus Imperator erigat Clariſſarum Monaſterium in oppido Tretſien. Ex lib. 1. de Regularibus &c. anno 3. fol. 262.

Venerabili fratri Epiſcopo Zagrabien.

§. I. INter cuncta divinæ placita majeſtati, fundare Monaſteria, in quibus prudentes Virgines cupientes accenſis lampadibus obviam ire ſponſo, ſedulum & devotum exhibeant Altiſſimo famulatum, gratiſſimum reputatur. Hoc nempe cariſſimus in Chriſto filius noſter Sigiſmundus, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ſicut nobis nuper per ſuas litteras intimavit, pia devotaque mente conſiderans, ac cupiens terrena &c. commutare, quoddam Monaſterium in oppido Tretſien. Zagrabien. diœceſis infra metas regni Hungariæ, cujus etiam Rex exiſtit, erigere & ædificare, illudque pro Abbatiſſa & certo numero Monialium, ſive Sororum, quæ ſub perpetua clauſura & obſervantia Ordinis ſanctæ Claræ vivere teneantur &c. ſufficienter dotare proponit.

§. II. Nos igitur &c. Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Imperatori prædicto Monaſterium hujuſmodi cum Eccleſia, campanili &c. neceſſariis officinis, ad inſtar aliorum dicti Ordinis Monaſteriorum, poſtquam illud pro Abbatiſſa, & congruo numero Monialium de bonis præmiſſis, ex quibus Abbatiſſa & Moniales, ſive Sorores hujuſmodi congrue ſuſtentari, Epiſcopalia jura ſolvere, & alia incumbentia onera ſupportare valeant, ſufficienter dotaverit, necnon calices, cruces, libros, Miſ-

Miſſalia, ornamenta Eccleſiaſtica, & alia ad divinum cultum neceſſaria, juxta ritum & conſuetudinem dicti Ordinis conceſſerit &c. ædificandi & erigendi licentiam, auctoritate Apoſtolica largiaris; necnon mulieres prædictum Monaſterium intrare, & in illo ſub hujuſmodi clauſura, & obſervantia dicti Ordinis Altiſſimo ſervire volentes, ſi alias ſint idoneæ, & aliquod canonicum non obſiſtat, in eodem Monaſterio, poſtquam illud erectum & dotatum fuerit, ut præſertur, hac prima vice auctoritate noſtra recipias, eiſque regularem habitum, juxta ipſius Ordinis conſuetudinem exhibeas, necnon profeſſionem per ejuſdem Ordinis Moniales, ſive Sorores emitti ſolitam, ſi illam in tuis manibus ſponte & libere emittere voluerint, ab eis recipias & admittas, & ſingula alia, quæ ad id utilia, & neceſſaria, ac ſecundum Deum expedire videris, facias, ſtatuas, ordines, & diſponas; necnon unam ex eis, ſeu aliam ejuſdem Ordinis Monialem, Ordinem ipſum expreſſe profeſſam, & ad ipſius Monaſterii regimen utilem & idoneam, quæ alias Moniales in diſciplina & obſervantia prædicti Ordinis inſtruat & informet, eidem Monaſterio in Abbatiſſam præficias, curam, regimen, & adminiſtrationem illius ſibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo, ac faciendo ſibi a ſuis ſubditis obedientiam & reverentiam debitas exhiberi, Contradictores per cenſuram &c. Et nihilominus Abbatiſſæ, ſi quam dicto Monaſterio præfeceris, ut munus benedictionis ab aliquo Catholico Antiſtite gratiam, & communionem Sedis Apoſtolicæ habente, recipere valeat, ac eidem Antiſtiti, ut illud impendere ſibi poſſit, prædicta auctoritate concedas, ac prædictum Monaſterium per Abbatiſſam, ut caput, & Moniales dicti Ordinis, quæ eidem Abbatiſſæ ſubeſſe & parere, juxta prædicti Ordinis inſtituta regularia, ac ſub clauſura, & obſervantia præmiſſis vivere teneantur &c. gubernandum ſtatuas &c. Nos enim ſi Monaſterium prædictum erigi & dotari, ac Moniales in eo recipi, & Abbatiſſam illi per te perfici, ac ſtatui & decerni contigerit, ut præſertur, Abbatiſſæ & Monialibus prædictis, quæ in dicto Monaſterio &c. ut omnibus & ſingulis privilegiis &c. gaudere valeant &c. concedimus per præſentes.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXIV. XII. Kalend. Februarii, anno III.

XLIX.

Conceduntur Indulgentiæ Eccleſiæ domus Cremonen. die Annunciationis beatæ Virginis. Ibid. fol. 252.

Univerſis Chriſtifidelibus &c.

INter deſiderabilia cordis &c. Sane cum, ſicut accepimus, ad Eccleſiam Fratrum Minorum Ordinis beati Franciſci, Conventus Cremonen. quæ in illis partibus notabilis & inſignis eſt, ex devotionis cauſa ſedulo confluat populi multitudo, ſed copioſius in feſtivitate & die Annnnciationis ejuſdem Virginis, qua divinum ſolemniter celebratur Officium, ipſaque Eccleſia ſub hujuſmodi feſti celeberrimi titulo gloriatur: Nos ſummis deſiderantes affectibus, quod Eccleſia prædicta, apud quam ſacer ille Ordo Fratrum Minorum diutius inſtitutus, ſpeculum & exemplar vitæ regularis, & Chriſtianæ Religionis atque doctrinæ, piis orationibus, horiſque canonicis virtutum Domino deſervire non deſinit, eo devotius, eadem die in commemorationem tanti feſti & myſterii, quod die ipſa, omni honore digniſſima, Deus cœleſtis in Verbum Unigenitum Filium, mediante *Vide Conſtit. 72. Martini V.*

Digitized by Google

te Paracleto, cooperari dignatus eſt, ac Virginis prælibatæ reverentiam & gloriam, veneretur & viſitetur, quo ampliori dono gratiæ iidem fideles noverint ſe capaces, de Omnipotentis Dei miſericordia &c. vere pœnitentibus & confeſſis, qui in die ipſius feſti Annunciationis eamdem Eccleſiam devote viſitaverint annuatim, & pro fidei Catholicæ ſtatu & conſervatione oraverint, quinque annos & totidem quadragenas, annis ſingulis perpetuo miſericorditer de injunctis eis pœnitentiis relaxamus. Volumus autem, quod ſi alias viſitantibus dictam Eccleſiam hujuſmodi, ſeu alias aliqua alia indulgentia, vel in perpetuum, aut ad certum tempus nondum elapſum duratura, per nos conceſſa fuerit, præſentes litteræ nullius exiſtant roboris, vel momenti.

Datum Romæ apud ſanctum Chryſogonum, anno &c. MCCCCXXXIII. XII. Kalend. Martii, anno III.

Anno Christi 1434. Eugenii IV. anno 4.

L.

Conceduntur Indulgentiæ incolis domus de Cerezal, Aſtoricen. Diœceſ. Ex lib. 2. de Diverſis formis, ann. 4. fol. 112.

Ad futuram rei memoriam.

§. I. Magnæ devotionis affectus, quem dilectus filius Joannes de Oviedo Laicus Oveten. ad nos & Romanam gerit Eccleſiam, non indigne meretur, ut ſuas præſertim fidelium animarum ſalutem concernentes petitiones ad exauditionis gratiam admittamus. Sane pro parte dicti Joannis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim ipſe cupiens terrena &c. commutare, ac pie conſiderans, quod propter aſperitatem loci *de Cerezal*, Aſtoricen. Diœceſ. qui plurimum ſolitarius &c. remotus exiſtit, peregrini ad ſanctum Jacobum de Compoſtella accedere volentes, in eorum per ipſum locum tranſitu & reditu plurima ſuſcipiebant incommoda, de bonis ſibi a Deo collatis, quamdam inibi domum pro uſu & habitatione nonnullorum Fratrum de Tertia Regula ſancti Franciſci, *de Pœnitentia* nuncupatorum, cum Eccleſia, campana &c. neceſſariis officinis, necnon prope illam unum Hoſpitale ad ſubventionem & refocillationem pauperum, & infirmorum inde tranſeuntium erexit &c. necnon, Domino concedente, de aliis ſuis bonis, & quorumdam fidelium mediante ſuffragio, ipſum Hoſpitale ſufficientibus reditibus dotare, ſeque in dicta domo, ſub Religionis habitu perpetuo manere, & Altiſſimo deſervire proponit & intendit.

§. II. Nos igitur hujuſmodi Joannis propoſitum condignis in Domino laudibus commendantes, & ut eo libentius erga dictam domum ſe devotiores exhibeant, quo ex hoc ibidem animarum commodum ſe ſperaverint adipiſci, cariſſimi quoque in Chriſto filii noſtri Joannis Regis, ac cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Blanchæ Reginæ Navarræ illuſtrium, necnon ipſius Joannis de Oviedo in hac parte ſupplicationibus inclinati, Fratribus in dicta domo pro tempore degentibus, ut Sacerdos idoneus, quem, poſtquam Hoſpitale prædictum dotatum fuerit, ut præfertur, ad hoc duxerint eligendum, Chriſtifidelibus, quos dumtaxat tam in domo, quam in Hoſpitali prædictis pro tempore decedere contigerit, ac Fratribus, domui, & Hoſpitali hujuſmodi ſervientibus, ſi tunc ſervitiis hujuſmodi inſtiterint, necnon donatis etiam, extra domum & Hoſpitale prædicta decedentibus, ipſiſque Fratribus omnibus & ſingulis peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti & ore confeſſi fuerint, ſemel tantum in mortis articulo plenam remiſſionem eis

eis in ſinceritate fidei ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac obedientia & devotione noſtra, & Romanorum Pontificum canonice intrantium perſiſtentibus, concedere valeat, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium indulgemus, ſic tamen quod idem Confeſſor de his, de quibus fuerit alteri ſatiſfactio impendenda, eam per infirmos & Fratres ipſos, ſi ſupervixerint, aut per hæredes ſuos, ſi tunc forte tranſierint, ſeu alios faciendam injungat, quam ipſi facere teneantur, ut præfertur, & ne, quod abſit, Fratres, fideles, ſervientes, & donati prædicti propter hujuſmodi gratiam procliviores reddantur ad illicita in poſterum committenda, volumus, quod ſi ex confidentia remiſſionis hujuſmodi aliqua forte committerent, quoad illa prædicta remiſſio ipſis committentibus nullatenus ſuffragetur, quodque illi ex fidelibus ipſis, qui in domo, ſeu Hoſpitali prædictis dies ſuos finire proponunt, necnon dicti Fratres ſervientes, & donati per unum annum a tempore, quo præſens noſtra conceſſio ad eorum notitiam pervenerit, computandum, ſingulis ſextis feriis, impedimento ceſſante legitimo, jejunent, quod ſi prædictis feriis ex præcepto Eccleſiæ, regulari Obſervantia, injuncta pœnitentia, voto, vel alias jejunare teneantur, una alia die ſingularum ſeptimanarum ejuſdem anni, qua ad jejunandum, ut præfertur, non ſint adſtricti, jejunare, & ſi in dicto anno, vel aliqua ejus parte eſſent legitime impediti, vel alias, quam primum potuerint, modo ſimili ſupplere hujuſmodi jejunium teneantur. Porro ſi dicti Fratres, fideles, ſervientes & donati forſan alias prælibatum jejunium in toto, vel in parte quandocumque adimplere commode nequirent, eo caſu Confeſſor idoneus, quem ad hoc elegerint, jejunium ipſum in alia pietatis opera, prout animarum ſuarum ſaluti expedire viderit, commutare valeat, quæ ipſi pari modo debeant adimplere; alioquin hujuſmodi præſens noſtra conceſſio, quo ad præmiſſa non obſervantes, nullius ſit roboris, vel momenti. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXIV. Nonis Januarii, anno IV.

LI.

Eligitur Epiſcopus Tranquillien. Reg. Vatic. Ex libro I. de exhibitis &c. anno 4. folio 283.

Dilecto filio Tidemanno Nicolai Electo Tranquillien.

Romani Pontificis, quem paſtor ille cœleſtis, & Epiſcopus animarum, poteſtatis ſibi plenitudine tradita, Eccleſiis prætulit univerſis, plena vigiliis ſollicitudo requirit, ut circa cujuſlibet ſtatum Eccleſiæ ſic prudenter excogitet, ſicque proſpiciat diligenter, quod Eccleſiis ſingulis paſtor idoneus, rectorque providus deputetur, qui commiſſum ſibi gregem dominicum ſalubriter dirigat & informet, ac bona Eccleſiæ ſibi commiſſæ non ſolum gubernet utiliter, ſed etiam multimodis efferat incrementis. Dudum ſiquidem fel. recordat. Martinus Papa V. prædeceſſor noſter proviſiones omnium Eccleſiarum Cathedralium &c. reſervans, decrevit ex tunc irritum &c. attentari. Poſtmodum vero Eccleſia Tranquillien. ex eo vacante, quod idem prædeceſſor venerabilem fratrem noſtrum Severinum Faren. tunc Tranquillien. Epiſcopum &c. ad Eccleſiam Faren. tunc vacantem, auctoritate Apoſtolica duxit transferendum, præficiendo eum illi in Epiſcopum & Paſtorem. Et deinde prædicto prædeceſſore, per eum de dicta Tranquillien. Eccleſia non aliter diſpoſito, rebus humanis exempto, nos, divina favente clementia, ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumpti, cum a nonnullis revo-

caretur in dubium, an aliquis præter Romanum Pontificem de proviſionibus Cathedralium &c. attentari. Cum itaque ſecundum præmiſſa, dicta Tranquillien. Eccleſia adhuc, ut præfertur, vacare noſcatur, nulluſque de hujuſmodi ejus proviſione præter nos &c. ſupradictis. Nos ad proviſionem ipſius Tranquillien. Eccleſiæ celerem &c. habuimus diligentem. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum, & in Theologia profeſſorem &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXIV. XVI. Kalendas Februarii, anno IV.

LII.

Præficitur Eccleſiæ Pharen. Ibidem, fol.298.

Dilecto filio Joanni Scheſſchin Electo Pharen.

ATtentæ conſiderationis intuitum, prout paſtoralis cura requirit officii, circa ſtatum Eccleſiarum vacantium extendentes, operarias ad earum proviſiones manus extendimus, et ut eis viri præficiantur in Paſtores idonei, opem & operam, quantum cum Deo poſſumus, adhibemus. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Joanne Epiſcopo Pharenſ. regimini Pharenſ. Eccleſiæ præſidente. Nos cupientes &c. Poſtmodum vero prædicta Eccleſia, per obitum ipſius Joannis, qui extra Roman. &c. deſtituta, Nos vacatione &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. minorem Pœnitentiarium noſtrum &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXIV. pridie Kalendas Februarii, anno IV.

LIII.

Ut Obſervantes domum recipiant prope civitatem Parmen. Ex lib.1. de Regularibus, ann.4. fol.304.

Dilecto filio Hermanno Luſco Canonico Parmen.

Ut in Conſtit.68. Mart.V.

§. I. PIis ſupplicum votis &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Jacobi de Bononia, Ordinis Fratrum Minorum profeſſoris, petitio continebat, quod venerabilis frater noſter Delphinus Epiſcopus Parmenſ. ob ſingularem, quam ad Ordinem Fratrum Minorum gerit, devotionem, quoddam Monaſterium Monialium *la vecchia Religione* nuncupatum extra muros Parmenſ. menſæ Epiſcopali Parmenſ. canonice unitum, in quo a quadraginta annis citra nulla Monialis reſedit, pro uſu & habitatione nonnullorum dicti Ordinis Fratrum, qui inibi ſub regulari Obſervantia ac vitæ caſtimonia Altiſſimo famulentur, dare & concedere, & ipſe Jacobus inibi cum nonnullis dicti Ordinis Fratribus in hujuſmodi Obſervantia vivere proponunt pariter &c.

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi eſt ita, Abbatiali prædicti Monaſterii dignitate, necnon Ordine quocumque inibi hactenus inſtituto, per te, auctoritate noſtra prius ſuppreſſis penitus & extinctis, Epiſcopo dandi & concedendi pro uſu & habitatione hujuſmodi, necnon Jacobo prædictis recipiendi dictum Monaſterium, cum ejus Eccleſia, ac ſtructuris, hortis & ædificiis, dumtaxat, ita quod ex tunc *domus beatæ Mariæ* nuncupetur, quodque ipſe Jacobus, & qui pro tempore inibi reſidebunt, prædicti Ordinis Fratrum Minorum Religioſi, inibi clauſtra, refectoria, & alias neceſſarias officinas conſtruere &c.

lici-

licite poſſint, jure tamen parochialis &c. ſalvo, auctoritate prædicta licentiam largiaris: felic. recordat. Bonifacii Papæ VIII. &c. contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Nos enim, ſi licentiam hujuſmodi per te concedi contigerit, ut præfertur, Guardiano & Fratribus, qui in hujuſmodi domo pro tempore morabuntur, ut ipſi omnibus & ſingulis privilegiis &c. conceſſis uti valeant &c. tenore præſentium indulgemus.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXIV. V. Idus Februarii, anno IV.

LIV.

Fit Epiſcopus Puteolan. Reg. Vat. Ex lib. I. de exhibitis &c. ann. 4. fol. 264.

Dilecto filio Laurentio de Neapoli Electo Puteolan.

Recte ſiquidem Eccleſiarum utilitati conſulitur, & indemnitatibus ſalubriter præcavetur, cum diſcretis & providis earum cura committitur, & viduatarum regimini Paſtores idonei præponuntur. Hinc eſt quod Romanus Pontifex, cui ex Apoſtolatus incumbit officio de univerſis Orbis Eccleſiis ſollicite cogitare, ad id propenſius vigilat & intendit, ut Eccleſiæ ipſæ perſonis talibus committantur, per quarum induſtriam præſerventur a noxiis, ac felicibus in ſpiritualibus & temporalibus, dante Domino, proficiant incrementis. Dudum ſiquidem bon. memor. Dominico Epiſcopo Puteolan. regimini Puteolan. Eccleſiæ præſidente, Nos cupientes &c. Poſtmodum vero prædicta Eccleſia, per obitum ipſius Epiſcopi, qui extra Roman. &c. vacante &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXIV. XII. Kalendas Martii, anno IV.

LV.

Præficitur Eccleſiis Capirinen. & Viſoran. unitis. Ex lib. I. de diverſis formis &c. anno 4. fol. 210.

Dilecto filio Stephano Electo Capirinenſ. & Viſoranenſ.

Dum ad univerſas orbis Eccleſias, juxta paſtoralis officii debitum, Apoſtolicæ diffundimus conſiderationis intuitum, illarum nimirum propenſior cura nos angit, quas ſuis deſtitutas Paſtoribus, diſpendioſæ vacationis incommodis ſubjacere conſpicimus, ut per noſtræ providentiæ miniſterium, illis ſecundum cor noſtrum viri præficiantur idonei in Paſtores, ſub quorum regiminibus Eccleſiæ ipſæ in ſpiritualibus & temporalibus feliciter gubernentur. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Petro Capirinenſ. & Viſoranenſ. Epiſcopo, regimini Capirinenſ. & Viſoranenſ. Eccleſiarum invicem canonice unitarum præſidente. Nos cupientes &c. Poſtmodum vero Eccleſiis prædictis, per obitum ejuſdem Petri Epiſcopi, qui extra Roman. &c. vacantibus. Nos vacatione &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. providemus, teque illis præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXIV. pridie Idus Aprilis, anno IV.

LVI.

Ut Fratrem Scolarium ad aliquam Ordinis dignitatem promoveat. Ex lib. 9. Martini V. fol. 234.

Dilecto filio Guillelmo de Caſali ſacræ Theologiæ Magiſtro, Ordinis Minorum Miniſtro Generali.

PRopter bonas & rationabiles cauſas viſum eſt nobis, ut aliquis bonus Religioſus ex Obſervantia mitteretur Guardianus ad Terram ſanctam, quod miramur eſſe omiſſum a tua prudentia. Idcirco ſuaſimus dilecto filio fratri Scolario, Magiſtro in ſacra pagina, qui fuerat deputatus per Capitulum, ut renunciaret in manibus noſtris, & nos alium fecimus Guardianum, videlicet fratrem Jacobum Delphino de Venetiis. Ne ergo ipſe Scolarius, qui nobis vir bonus & prudens videtur, tamquam contemptus & abjectus remanere videatur, velis pro honore ſuo, ac Ordinis, & etiam contemplatione noſtri, honorare ipſum aliquo officio, prout meretur virtus ſua.

Datum Florentiæ, anno &c. MCCCCXXXIV. die IV. menſis Auguſti, anno IV.

LVII.

Confirmatur donatio & receptio domus prope oppidum civitatis Auſtriæ. Ex lib. 1. de diverſis formis, anno 4. fol. 28.

Dilecto filio Decano Eccleſiæ Aquilegien.

§. I. AD Apoſtolicæ &c. Sane pro parte dilectorum filiorum Communitatis oppidi civitatis Auſtriæ, Aquilegien. Diœceſ. nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias pro parte eorum nobis expoſito quod extra muros dicti oppidi quidam locus regularis erat cum Eccleſia, ſub vocabulo ſancti Georgii ab eodem oppido, per milliare, vel circa diſtans, qui antiquitus per quamdam mulierem pro uſu & habitatione perpetuis mulierum religioſarum fundatus, ædificatus & dotatus fuerat, & deinde, ut credebatur, fundatione, dotatione & ædificatione hujuſmodi per Patriarcham Aquilegien. qui tunc extiterat, ordinaria auctoritate confirmatis, nonnullæ religioſæ mulieres, quæ habitu cujuslibet Ordinis approbati pene ex toto diſſimilem habitum geſtabant, quamvis ſe Ordinis ſancti Auguſtini affererent, in loco ipſo degere conſueverant, ex quibus tunc ſolæ duæ, quarum una ſe *Prioriſſam* vocabat, ſupereſſe noſcebantur, propter quarum malam famam & vitam inhoneſtam quotidie in deterius prolabentem, Religio inibi, ſi quæ aliquando fuerat, miſerabiliter finiviſſe proſpiciebatur &c. Propter quæ ipſi Communitas deſiderabant prædictum locum ad congruum honorem reduci, & laudibus ejuſdem nominis deputari, Nos dilecto filio Decano Eccleſiæ beatæ Mariæ dicti oppidi, ejus proprio nomine non expreſſo, per alias noſtras litteras dedimus in mandatis, ut vocatis dictis mulieribus, necnon aliis, qui forent evocandi, ſuper præmiſſis &c. informaret, et ſi per informationem hujuſmodi ſibi de impudicitia et infamia dictarum mulierum, necnon aliis præmiſſis legitime conſtaret, nomen Prioriſſatus, ac prædicti Ordinis in eodem loco, prædicta auctoritate penitus ſupprimeret et extingueret, ac locum ipſum pro uſu et habitatione Fratrum Ordinis Minorum *de Obſervantia* nuncupatorum deputaret, ipſaſque mulie-

ſicres ad aliud Monaſterium, ſive alium locum Ordinis approbati, in quo voluntarias receptatrices invenirent, transferret, necnon, quoad viverent, de fructibus, reditibus et proventibus dicti loci ſancti Georgii, quantum ipſis poſſe ſufficere noſceret, provideri faceret et procuraret, ita quod poſt translationem et proviſionem hujuſmodi, liceret dictis Fratribus eumdem locum pro uſu et habitatione hujuſmodi recipere, et perpetuo retinere, ac in eo Eccleſiam, campanile &c. officinas conſtruere, ædificare & ordinare, cujuſvis licentia ſuper hoc minime requiſita, prout in eiſdem litteris plenius continetur. Poſtmodum vero dilectus filius Jacobus de Gramineis Canonicus Paduan. tunc in dicta Diœceſi reſidens, & cui dilectus filius Daniel Decanus ejuſdem Eccleſiæ ſuper iis vices ſuas commiſerat, ad ipſarum litterarum executionem procedens, quia per diligentem deſuper habitam informationem reperit, expoſita hujuſmodi veritate ſubniti, nomen Prioriſſatus, & Ordinis ſancti Auguſtini prædictorum in prædicto loco ſancti Georgii ſuppreſſit & extinxit, illumque, dictis mulieribus ad alia loca translatis, pro uſu & habitatione præmiſſis deputavit, hujuſmodi proviſionem ſibi reſervando.

§. II. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, licet Fratres Ordinis Minorum hujuſmodi, qui in dicto loco deguerunt, interim ſuis operoſis miniſteriis, converſationeque ſincera, necnon verbi directione divini plures inibi fidelium mentibus fructus attulerint, pro eo tamen quod infra muros ejuſdem oppidi alia dicti Ordinis Minorum ſita domus eſt, quæ & idem locus per tot, prout in quibuſdam Apoſtolicis conſtitutionibus cavetur, cannas non diſtat, etiam procedentibus aliquibus, quod Fratres de Obſervantia hujuſmodi, ſine ſpeciali Generalis dicti Ordinis Minorum licentia prædictum locum ſancti Georgii, pro uſu & habitatione prædictis acceptare non poſſunt, ipſi Fratres inibi degentes, quuminus quietis & tranquillitatis ubertate perſeverare valeant ibidem, ſucceſſu temporis timeant impediri, pro parte eorum, necnon ipſorum Communitatis, nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. Nos itaque &c. diſcretioni &c. mandamus, quatenus ſi &c. auctoritate Apoſtolica approbes & confirmes; in ſingulis vero quæ forſitan adhuc per dictas litteras agenda ſunt, eas perinde, ac ſi tibi directæ forent, exequaris, non permittens ipſos Fratres in dicto loco degentes ſuper iis, quæ dictam executionem quoad hoc contingere poterunt, a quoquam impeti indebite, vel quomodolibet moleſtari, contradictores &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. MCCCCXXXIV. x. Kalen. Septembris, anno IV.

LVIII.

Præficitur Eccleſiæ Roffenſi. Ex libr. I. de diverſis formis, de Regibus, de proviſionibus Prælatorum, anno 4. folio 23. ADDITIO ALIORUM.

Dilecto filio Joanni de Montemartino Electo Roffen. ſalutem &c.

„ §. I. Inter ſollicitudines varias, quibus aſſidue premimur, illa potiſ-
„ ſime pulſat & excitat mentem noſtram, ut ſtatus Eccleſiarum,
„ juri noſtro, divina providentia commiſſarum, ſpiritualiter & temporaliter
„ augeatur; quodque illis, quæ ſuis deſtitutæ paſtoribus vacationis incom-
„ moda deplorare noſcuntur, tales miniſtros præficere ſtudeamus, per quo-
„ rum regimen Eccleſiæ ipſæ utiliter & ſalubriter valeant gubernari.
„ §. II. Dudum ſiquidem Joanne Epiſcopo Roffien. regimini Roffien.

Ec-

„ Eccleſiæ præſidente; Nos cupientes eidem Eccleſiæ cum vacaret, per „ Apoſtolicæ Sedis providentiam utilem & idoneam præſidere perſonam, „ proviſionem ipſius Eccleſiæ ordinationi & diſpoſitioni noſtræ duximus „ ea vice ſpecialiter reſervandam. Decernentes ex tunc irritum & inane, „ ſi ſecus ſuper his per quoſcumque, quavis auctoritate, ſcienter vel igno- „ ranter contingeret attentari: poſtmodum vero prædicta Eccleſia, per obi- „ tum ipſius Joannis Epiſcopi, qui extra Romanam Curiam debitum naturæ „ perſolvit, paſtoris ſolatio deſtituta: Nos vacatione hujuſmodi fide dignis „ relatibus intellecta, ad proviſionem ipſius Eccleſiæ celerem & felicem, „ de qua nullus præter nos hac vice ſe intromittere potuit, ſive poteſt, re- „ ſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis, ne ipſa Eccleſia longæ „ vacationis exponeretur incommodis, paternis & ſollicitis ſtudiis inten- „ dentes, poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem Eccleſiæ per- „ ſonam utilem & etiam fructuoſam, cum Fratribus noſtris habuimus dili- „ gentem, demum ad te Ordinem Fratrum Minorum expreſſe profeſſum, „ & in Sacerdotio conſtitutum, cui de Religionis zelo, litterarum ſcien- „ tia, vitæ munditia, honeſtate morum, ſpiritualium providentia, & tem- „ poralium circumſpectione, aliiſque multiplicium virtutum donis apud „ nos fide digna teſtimonia perhibentur, direximus oculos noſtræ mentis.

„ §. III. Quibus omnibus attenta meditatione penſatis, de perſona „ tua nobis & Fratribus noſtris, ob tuorum exigentiam meritorum, acce- „ pta, eidem Eccleſiæ, de dictorum Fratrum noſtrorum conſilio, auctori- „ tate Apoſtolica providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Pa- „ ſtorem, curam & adminiſtrationem ejuſdem Eccleſiæ tibi in ſpiritualibus „ & temporalibus plenarie committendo, firma ſpe, fiduciaque conceptis, „ quod dirigente Domino actus tuos, prædicta Eccleſia, per tuæ circum- „ ſpectionis induſtriam & ſtudium fructuoſum, regetur utiliter & proſpere „ dirigetur, ac grata in eiſdem ſpiritualibus & temporalibus ſuſcipiet in- „ crementa. Volumus autem quod, poſtquam litteras ſuper proviſione & „ & præfectione hujuſmodi habueris expeditas, ad dictam Eccleſiam te „ transferas, quodque extra illam, & ejus diœceſim Pontificalia nequeas „ exercere.

„ §. IV. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, „ quatenus onus regiminis dictæ Eccleſiæ prompta devotione ſuſcipiens, „ ſic te in ejus cura ſalubriter exercenda diligentem exhibeas, & etiam fru- „ ctuoſum, quod ipſa Eccleſia gubernatori provido, & fructuoſo admini- „ ſtratori gaudeat ſe commiſſam, tuque præter eternæ retributionis præ- „ mium, noſtram & ejuſdem Sedis benedictionem & gratiam exinde ube- „ rius conſequi merearis.

„ Datum Florentiæ, anno Incarnationis Dominicæ MCCCCXXXIV. Ka- „ lendis Septembris, anno IV.

LIX.

Præficitur Eccleſiæ Midenſi. Ex eodem libro fol. 296.

Dilecto filio Willelmo *Electo Miden. ſalutem &c.*

„ §. I. Divina diſponente clementia, cujus inſcrutabili providentia „ ordinationem ſuſcipiunt univerſa, in Apoſtolicæ Sedis ſpecu- „ la, licet immeriti conſtituti, ad univerſas Orbis Eccleſias aciem no- „ ſtræ conſiderationis extendimus, & pro earum ſtatu ſalubriter dirigendo „ Apoſtolici favoris auxilium adhibemus; ſed de illis propenſius cogitare

nos

Digitized by Google

„ nos convenit, quas propriis carere paſtoribus intuemur, ut eis ſecundum cor noſtrum viri præficiantur idonei, qui commiſſos ſibi populos per ſuam circumſpectionem ſalubriter dirigant, & ita forment, ut etiam Eccleſias ipſas, non ſolum gubernent utiliter, ſed etiam multimodis efferant incrementis.

„ §. II. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Willelmo Epiſcopo Miden. regimini Miden. Eccleſiæ præſidente, nos cupientes ipſi Eccleſiæ, cum vacaret, per Apoſtolicæ Sedis providentiam utilem & idoneam præſidere perſonam, dictæ Eccleſiæ proviſionem ordinationi & diſpoſitioni noſtræ duximus ea vice ſpecialiter reſervandam decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his per quoſcumque, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contingeret attentari.

„ §. III. Poſtmodum vero Eccleſia prædicta, per obitum ejuſdem Epiſcopi, qui extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, vacante, dilecti filii Clerus Miden. diœceſis reſervationis & decreti prædictorum forſan ignari, cum Eccleſia ipſa Cathedralem, & qui Capitulum facerent, Canonicos non haberet, juxta morem ab olim inibi obſervari ſolitum, pro celebranda futuri Epiſcopi Miden. electione, vocatis omnibus qui voluerunt, potuerunt & debuerunt electioni hujuſmodi commode intereſſe, die ad eligendum præfixa, ut moris eſt, convenientes in unum, ac deliberantes in ipſius electionis negotio, per formam viamque compromiſſi fore procedendum, quinque de ſeipſis, ut ſeorſim & ſigillatim ſuis primo, necnon ſingulorum aliorum Cleri hujuſmodi votis inquiſitis, illum in quem major & ſanior pars Cleri prædictorum conſentiret, in Epiſcopum Miden. eligerent, ipſorumque paſtorem, & qui præmiſſam acceptam poteſtatem, poſt inquiſitionem votorum hujuſmodi, illa in ſcriptis adducta, publicarunt illico in communi; & quia compertum tunc extitit longe ſaniorem, majoremque partem Cleri hujuſmodi in te decretorum doctorem, in presbyteratus ordine, & ætate legitima conſtitutum, necnon de legitimo matrimonio procreatum, prædicta ſua concorditer vota direxiſſe, collatione deſuper habita, dilectus filius Joannes Meii perpetuus Vicarius parochialis Eccleſiæ de Stamoling, ejuſdem diœceſis, unus ex quinque prædictis ſuo & reliquorum ex eis, necnon ipſorum aliorum nomine, te in Epiſcopum Miden. licet de facto, elegit, tuque reſervationis & decreti prædictorum ſimiliter inſcius, electioni de te factæ hujuſmodi, illius tibi præſentato decreto, etiam de facto conſenſiſti, in his omnibus aliis ſtatutis a jure temporibus obſervatis, ac deinde reſervatione & decreto prædictis ad tuam deductis notitiam, hujuſmodi electionis negotium proponi feciſti in Conſiſtorio coram nobis. Nos igitur electionem ipſam & quæcumque inde ſecuta, utpote poſt, & contra reſervationem & decretum prædicta de facto, ut præmittitur, attentata, irrita, prout erant, & inania reputantes, & ad proviſionem dictæ Eccleſiæ Miden. celerem & felicem, de qua nullus præter nos, hac vice ſe intromittere potuit, ſive poteſt, reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis, ne ipſa Eccleſia Miden. longæ vacationis exponeretur incommodis, paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes, poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem Eccleſiæ Miden. perſonam utilem & etiam fructuoſam, cum Fratribus noſtris habuimus diligentem. Demum ad te, cui de vitæ munditia, honeſtate morum, ſpiritualium prævidentia & temporalium circumſpectione, aliiſque multiplicium virtutum donis apud nos fide digna teſtimonia perhibentur, direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua nobis & eiſ-

„ eiſdem Fratribus, ob dictorum tuorum exigentiam meritorum, accepta, „ eidem Miden. Eccleſiæ, de dictorum Fratrum conſilio, auctoritate „ Apoſtolica providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſto- „ rem, ipſius curam & adminiſtrationem tibi in ſpiritualibus & temporali- „ bus plenarie committendo, firma ſpe fiduciaque conceptis, quod diri- „ gente Domino actus tuos, prædicta Eccleſia Miden. per tuæ circumſpe- „ ctionis induſtriam & ſtudium fructuoſum regetur utiliter, & proſpere „ dirigetur, ac grata in eiſdem ſpiritualibus & temporalibus ſuſcipiet in- „ crementa. Jugum igitur Domini tuis impoſitum humeris devote ſuſci- „ piens, curam & adminiſtrationem prædictas ſic ſalubriter geras & ſolli- „ cite proſequaris, quod prædicta Eccleſia Miden. gubernatori circumſpe- „ cto gaudeat ſe commiſſam; tuque præter æternæ retributionis præmium, „ noſtram, necnon dictæ Sedis benedictionem & gratiam valeas exinde „ uberius promereri.

„ Datum Florentiæ, anno Incarnationis Dominicæ MCCCCXXXIV. X. Ka- „ lend. Octobris, anno IV.

„ Simili modo dilectis filiis Clero & Populo Miden. diœceſis; „ univerſis Vaſſallis Miden. Eccleſiæ, venerabili fratri Archiepiſcopo Ar- „ macan. Cariſſimo in Chriſto filio Henrico Regi Angliæ Illuſtri, ſalu- „ tem &c. Datum ut ſupra.

LX.

Eligitur Epiſcopus Caprulen. Ex libr. 1. de diverſis formis &c. ann. 4. fol. 290.

Dilecto filio Lucæ Mudatio Electo Caprulen.

Ut in Reg. Tomi 9. fol. 564.

APoſtolatus officium &c. Dudum ſiquidem proviſiones omnium Cathedralium Eccleſiarum, per tranſlationes de Prælatis ipſarum ubilibet conſtitutis ad alias Cathedrales Eccleſias per nos faciendas, in antea vacaturarum, ordinationi & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, decernentes ex tunc irritum &c. Poſtmodum vero Eccleſia Caprulen. ex eo, quod nos nuper venerabilem fratrem noſtrum Andream Auximan. tunc Caprulen. Epiſcopum, licet abſentem, a vinculo, quo Eccleſiæ Caprulen. prædictæ, cui tunc præerat, tenebatur, de Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſolventes, eum ad Eccleſiam Auximan. tunc Paſtore carentem, auctoritate Apoſtolica tranſtulimus, ipſumque illi præfecimus in Epiſcopum & Paſtorem, vacante, nos ad proviſionem ejuſdem Eccleſiæ Caprul. &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c.

Datum Florentiæ, anno &c. MCCCCXXXIV. Idibus Septembris, anno IV.

LXI.

Obſervantes in Hiſpania ad ſuum priſtinum regimen redeant, eorumque privilegia confirmantur. Ex lib. 1. de Regularibus &c. anno 4. fol. 44.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX Apoſtolicæ Sedis deſuper nobis imminente ſervitutis officio, ad ea libenter annuimus, per quæ perſonarum Eccleſiaſticarum quarumlibet, præſertim ſub ſuavi Religionis jugo & regulari Obſervantia ſua Altiſſimo vota reddentium quies & commodum ſpiritualiter procurentur, & ut ea, quæ pro eorum ſtatu conſervando, ac in melius dirigendo, provide proceſſiſſe comperimus, illibata perſiſtant, libenter cum a nobis petitur, Apo-

Apoſtolico munimine roboramus. Dudum ſiquidem fel. record. Martinus Papa V. prædeceſſor noſter, ut univerſi & ſinguli Metinæ de Campo, de Valleoleto, de Cuellar, ſancti Dominici de Silis, ſancti Michaelis de Monte, ſancti Franciſci de la Salceda, ſancti Franciſci de Arevalo, & ſancti Franciſci de Conſtantina, Salamant. Segobien. Burgen. Palentin. Conchen. Cordub. Tholetan. Abulen. & Hiſpalen. diœceſ. ac aliarum infra Caſtellæ & Legionis provincias regnorum Caſtellæ & Legionis conſiſtentium domorum Ordinis Fratrum Minorum *de Obſervantia* nuncupati, juxta morem ipſius Ordinis inſtitutarum, Guardiani & Fratres præſentes & futuri, omnibus & ſingulis exemptionibus &c. necnon ſtatutis & ordinationibus, tunc per generalem Synodum Conſtant. ante & poſt adjunctionem, ſive unionem Hiſpanicæ nationis eidem Synodo, quam etiam deinde per eum in ſuæ ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumptionis primordiis, dilectis filiis univerſis de ſancto Audomaro, de Varenis, & de la Morinen. Remen. & Biſuntinæ diœceſ. & aliarum infra Franciæ, Burgundiæ & Turonen. provinciarum conſiſtentium domorum dicti Ordinis, juxta morem prædictum inſtitutarum, Guardianis & Fratribus, ſeu in eorum favorem, ſub quavis forma & expreſſione verborum conceſſis & editis, quorum omnium tenores ſuis haberi litteris voluit pro expreſſis, ex tunc in antea uti & gaudere libere & licite poſſent, ac ſi illa eis, & in eorum favorem ſpecialiter & expreſſe conceſſa & edita fuiſſent, eiſdem Caſtellæ & Legionis regnorum & provinciarum domorum hujuſmodi Fratribus, per quaſdam primo, & deinde ad ſupplicationem cariſſimi in Chriſto filii noſtri Joannis Caſtellæ & Legionis Regis illuſtris, per alias ſuas litteras omnibus dumtaxat ſub Regulari obſervantia pro tempore degentibus, in Hiſpaniarum partibus conſiſtentibus dicti Ordinis Fratribus, ut quondam Pacificus Hiſpanus ejuſdem Ordinis profeſſor, pro prima vice, & ſucceſſive ipſi, ſeu ex eis ad hoc pro tempore deputati, generale Capitulum ejuſdem Ordinis, ubi quando & quoties eis videretur, indicere, tenere, & ad hoc alios de Obſervantia hujuſmodi Fratres convocare, in ipſiſque Capitulis, ex dictis Fratribus partium prædictarum, ſecundum morem dicti Ordinis, ſingulos Provinciales Vicarios, ac una cum illis Fratres de Obſervantia prædicti unum, qui etiam Provincialibus hujuſmodi præeſſet, dicti Ordinis profeſſores in Generalem Vicarium, qui ab aliquibus Ordinis de Obſervantia hujuſmodi Fratribus, & etiam per ipſos de Capitulo pro tempore deputatis, confirmari deberent & tenerentur, ipſoſque de obſervantia Fratres, & eorum domos & loca in dictis partibus dumtaxat pro tempore conſiſtentia viſitandi, & quæ ſecundum Deum, & Regularis obſervantiæ hujuſmodi inſtituta ibidem corrigenda & emendanda cognoſcerent, ſervata tamen forma eis in Capitulis hujuſmodi pro tempore tradita, corrigendi & reformandi &c. poteſtatem haberent, per ſe, vel alios, quos ad hoc deputandos ducerent, eligere, deputare, & ad Vicariatuum hujuſmodi officia aſſumere, in dictiſque Capitulis, tam circa vacationem & abſolutionem hujuſmodi Vicariorum, & aliorum quorumcumque Officialium ſuorum officiorum, domorum & locorum quorumlibet, electionem quoque, inſtitutionem & confirmationem, quam circa Definitores, & ipſorum domorum & locorum hujuſmodi Viſitatores, in quolibet Capitulo deputandos, & alia, quæ circa obſervantiæ hujuſmodi conſervationem, regimen & proviſionem eis quomodolibet neceſſaria & opportuna viderentur, facere, ſtatuere, ordinare & exequi; Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia juris remedia, per ſe, vel alios compeſcere valerent, conſtitutionibus Apoſtolicis & privilegiis &c. ceteriſque contrariis quibuſcumque non obſtantibus, plenam & liberam fa-

Digitized by Google

facultatem, auctoritate Apoſtolica conceſſit, decernens irritum &c. Nos igitur earumdem litterarum omnium tenores præſentibus pro expreſſis haberi volentes, cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Mariæ Caſtellæ & Legionis Reginæ illuſtris, ejuſdem Regis conſortis, in hac parte ſupplicationibus inclinati, tam exemptionum, privilegiorum, prærogativarum Concilii, in eo quod Guardianorum, & Fratrum provinciarum regnorum Caſtellæ & Legionis domorum favorem dumtaxat concernunt, quam prædeceſſoris conceſſiones hujuſmodi, necnon omnia & ſingula, litteras prædictas, & per illas, ut præfertur, conceſſa, ac in eis contenta, necnon quæcumque inde ſecuta, auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis & communionis infringere &c.

Datum Florentiæ, anno &c. MCCCCXXXIV. Idib. Septembris, anno IV.

LXII.

Præficitur Eccleſiæ Libanien. Ex libr. 1. de diverſis formis &c. ann. 4. fol. 268.

Dilecto filio Joanni de Baeza Electo Libanien.

In Regeſto ... fol. 564.

Apoſtolatus officium &c. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Alphonſo Epiſcopo Libanien. Eccleſiæ Libanien. regimini præſidente, Nos cupientes &c. Poſtmodum vero Eccleſia prædicta, per obitum ipſius Alphonſi Epiſcopi &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum, & Paſtorem &c.

Datum Florentiæ, anno &c. MCCCCXXXIV. Kalend. Octobris, anno IV.

LXIII.

Concedit facultatem, ut poſſint duo Conventus conſtrui in regno Hungariæ. Ex eodem lib. fol. 38.

Dilecto filio Præpoſito Monaſterii de Priper Veſprimen.

Additio Aliorum.

" §. I. Piis fidelium votis gratum nos decet præſtare conſenſum, & ut ea, " quæ Religionis propagationem, divini quoque cultus au" gmentum reſpiciunt, optatum ſortiantur effectum, libenter interponi" mus ſollicitudinis noſtræ partes.

" §. II. Cum itaque, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii Gre" gorii de Hetes Ordinis Fratrum Minorum profeſſoris petitio continebat, " copioſus Chriſtifidelium regni Hungariæ numerus ad Fratres Ordinis " prædicti, de Obſervantia nuncupatos, ſingularis gerat devotionis affe" ctum, ſummeque deſideret, quod in ipſo Regno, in quo aliquæ, præter" quam ad Vicarium Boſnæ ſpectantes, dicti Ordinis domus non ſunt, & " pauci reperiuntur Theologi .... verbi, & ut amplior inde ſuccedat " ſalus animarum, loca ſunt aliqua dictis Fratribus aſſignata, pro parte " ipſius Gregorii aſſerentis ſe in prædicto regno Hungariæ natum fore, " nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut ſuper his opportune providere " de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque hujuſmodi ſupplica" tionibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, " quatenus ſi eſt ita, Gregorio prædicto, necnon aliis ejuſdem Ordinis " Fratribus in ipſo regno Hungariæ duo, quæ alias juſte conquiſiverint " loca, in quibus Conventualiter Altiſſimo deſerviant, & a perſonis, prout

„ prout congruerit, regularis per ipſos Fratres cunctos ſolita profeſſio
„ recipi, admittique poſſit, pro eorum necnon aliorum dicti Ordinis Fra-
„ trum uſu & habitatione recipiendi, ac in eis Eccleſias cum campanis,
„ campanilibus, cœmeteriis, domibus, & aliis neceſſariis officinis con-
„ ſtruendi & ædificandi, ſeu conſtrui & ædificari faciendi, auctoritate noſtra
„ licentiam largiaris: Jure tamen Parochialium Eccleſiarum, & aliorum
„ quorumlibet in omnibus ſemper ſalvo. Nos enim, ſi licentiam hujuſmodi
„ per te concedi contigerit, univerſis & ſingulis Fratribus ejuſdem Ordi-
„ nis, quos in ipſis recipiendis locis, ſive domibus pro tempore reſidere
„ continget, ut omnibus privilegiis, indulgentiis, libertatibus & exem-
„ ptionibus Ordini prædicto, necnon ipſius domibus, locis & perſonis
„ per Apoſtolicam Sedem, aut alias quomodolibet generaliter conceſſis,
„ uti & gaudere valeant, auctoritate Apoſtolica per præſentes indulge-
„ mus. Non obſtan. &c. felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. præde-
„ ceſſoris noſtri prohibente, ne Fratres Ordinum Mendicantium in aliqua
„ Civitate, ſeu Villa, vel quovis Caſtro, aut alio loco ad habitandum
„ quæcumque loca, vel domos de novo recipere, ſeu eatenus recepta mu-
„ tare præſumant, abſque Sedis prædictæ licentia ſpeciali, non faciente ple-
„ nam & expreſſam de prohibitione hujuſmodi mentionem, & aliis Apo-
„ ſtolicis, ceteriſque contrariis &c. quibuſcumque.
„ Datum Florentiæ anno Incarnationis Dominicæ MCCCCXXXIV.
„ III. Idus Octobris, annno IV.

LXIV.

Eligitur Epiſcopus Sabarien. Ibid. fol. 301.

Dilecto filio Petro Gather Electo Sabarien.

ATtentæ conſiderationis intuitum, prout paſtoralis cura requirit officii, circa ſtatum Eccleſiarum, & Monaſteriorum vacantium extendentes, operarias ad eorum proviſiones manus apponimus, & ne longæ vacationis prægraventur incommodis, operam & ſtudium, quantum cum Deo poſſumus, adhibemus. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Joanne Epiſcopo Sabarien. regimini Sabarien. Eccleſiæ præſidente, Nos cupientes &c. Poſtmodum vero præfata Eccleſia, per obitum ipſius Joannis Epiſcopi &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum in Theologia profeſſorem &c.

Datum Florentiæ, anno &c. MCCCCXXXIV. XV. Kalend. Novembris, anno IV.

LXV.

Fit Epiſcopus Vencomporien. Ibid. fol. 80.

Dilecto filio Joanni Slethter Electo Vencomporien.

APoſtolatus officium &c. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Conrado Vencomporien. Epiſcopo, regimini Vencomporien. Eccleſiæ præſidente &c. Poſtmodum vero præfata Eccleſia, per obitum ejuſdem Conradi Epiſcopi &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in Theologia &c. *Ut in Regeſto Tom. 9. fol. 564.*

Datum Florentiæ, anno &c. MCCCCXXXIV. VI. Kalend. Novembris, anno IV.

LXVI.

Inſtituitur Vicarius in inſulis Canariæ cum poteſtate alium ſubſtituendi, dictæque Vicariæ privilegia confirmantur. Ex Archivo ſecreto, lib. 18. Bullarum, fol. 122.

Dilecto filio Franciſco de Moya Ordinis Fratrum Minorum, &c.

Joannes de Baeza in inſulis Canariæ prædicat.

AD ea, quæ Catholicæ fidei augmento cedere dignoſcuntur, prout ex debito cogimur officii paſtoralis, libenter intendimus, & ad extirpandum de cordibus infidelium errores, quibus irretiti ſunt, eoſdemque infideles ad fidei prædictæ notitiam convertendum, partes noſtræ ſollicitudinis adhibemus. Nuper ſiquidem pro parte dilecti filii Joannis de Baeza, ejuſdem Ordinis profeſſoris, nunc vero Epiſcopi Libanien. nobis expoſito, quod olim ipſe de licentia Petri Luna, in ſua obedientia, de qua partes Hiſpaniæ tunc erant, Benedicti XIII. nuncupati, necnon quondam Ordinis prædicti Generalis Miniſtri, ad inſulas Canariæ, Rubicen. diœceſis, in quibus aliqui utriuſque ſexus a paucis temporibus citra, infidelitate relicta, ad fidem prædictam converſi fuerant, ſe transferens, ibidem verbum Dei fidelibus, & nonnullis infidelibus ad eamdem fidem converti cupientibus prædicaverat, quodque idem Petrus, tunc Benedictus XIII. eidem Joanni fundandi &c. in qualibet ex quatuor de prædictis inſulis unum locum dicti Ordinis licentiam & facultatem conceſſerat, ac felicis recordationis Martino Papæ V. prædeceſſori noſtro humiliter ſupplicato, ut, cum ipſe Joannes opus hujuſmodi confirmari deſideraret, ut illud eo libentius perficere valeret, quo majori foret auctoritate munitus, licentiam & facultatem hujuſmodi confirmare, necnon eumdem Joannem in ipſis inſulis Vicarium Generalem, ſecundum morem dicti Ordinis, cum ſimili poteſtate, quam idem Miniſter Generalis habet, & prout iu Corſicæ & Sardiniæ inſulis Vicarii ejuſdem domus deputati habere conſueverunt & habent, per quaſdam ſuas litteras fecit, conſtituit & etiam deputavit eidem Joanni, & cuilibet Vicario inibi pro tempore exiſtenti quoſcumque Fratres idoneos ipſius Ordinis ad eaſdem inſulas tranſire, & inibi moram trahere volentes recipiendi, eoſque ad partes Chriſtifidelium eleemoſynas pro neceſſariis ſuis, & aliorum Fratrum in eiſdem inſulis pro tempore commorantium, petituros deſtinandi, prædictiſque Fratribus, quos ad præmiſſa deſtinaret, hujuſmodi eleemoſynas, cujuſcumque Ordinarii &c. licentia petita, licet non obtenta, petendi, necnon Fratribus ejuſdem Ordinis ibidem, ut præfertur, commorantibus, quod Chriſtifidelibus in eiſdem inſulis exiſtentibus, & in futurum ad eamdem fidem convertendis, ſi Clerici ſeculares, ad quos pertinet, non forent, Eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare valerent, licentiam & facultatem conceſſit, prout in eiſdem litteris plenius continetur; eorumdemque Fratrum in eiſdem inſulis pro tempore commorantium, ne propter hæc cogerentur ad Romanam Curiam veniendo perſonaliter laborare, volentes parcere laboribus & expenſis, auctoritate Apoſtolica per quaſdam alias ſuas litteras ſtatuit & etiam ordinavit, quod cedente, vel decedente dicto Joanne, vel alio in eiſdem inſulis Vicario exiſtente, liceat prædictis Fratribus, qui fuerint, vel erunt pro tempore, alium Vicarium in eiſdem inſulis eligere, qui ſic electus per dilectum filium Miniſtrum Provincialem in provincia Caſtellæ, ſecundum morem dicti Ordinis, ad quem confirmatio electionis hujuſmodi, per Miniſtrum generalem ſupradictum eidem Provinciali Miniſtro conceſſa, per-

Benedictus XIII. Pſeudopapa eum Vicarium Generalem declarat.

pe-

petuo pertineret, confirmaretur, & officium Vicariatus hujuſmodi valeret licite gerere & exercere in inſulis memoratis: & nihilominus Vicario & Fratribus hujuſmodi pro tempore exiſtentibus in inſulis prælibatis, omnibus privilegiis eidem Ordini per Apoſtolicam Sedem conceſſis gaudere & uti valerent, quibus alii Fratres in aliis domibus ubicumque commorantes gaudent, ſeu quomodolibet potiuntur, eadem auctoritate conceſſit; quodque ipſi, ſeu Prælati in eiſdem inſulis pro tempore exiſtentes nullatenus plus juriſdictionis in Vicarium & Fratres hujuſmodi habere poſſint, vel valeant, quam habent alii Prælati, ſeu Epiſcopi in aliis mundi partibus in Fratres ejuſdem Ordinis, ſive habere conſueverunt. Et inſuper Vicario prædicto, & qui pro tempore erit, deputandi unam, vel plures perſonam, vel perſonas idoneam, ſeu idoneas, ſecularem, vel ſeculares, & per ipſam, aut ipſas ea, quæ pro tempore eidem Vicario exiſtenti pro tempore, & dictis Fratribus a Chriſtifidelibus erogabuntur & donabuntur, recipi, & pro neceſſitatibus, utilitatibus, & commodis Eccleſiarum ædificandarum in eiſdem inſulis Vicarii Fratrum prædictorum diſtribui faciendi benigne conceſſit cum clauſulis opportunis: ac per eumdem Joannem nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus cum per ceſſionem, ſeu promotionem ad Epiſcopatum prædictum, prædictus in noſtra Curia vacaverit Vicariatus, te in prædictis inſulis cum ſimili, ac eadem plenaria poteſtate Vicarium Generalem inſtituere dignaremur. Nos igitur &c. te in prædictis inſulis omnibus & ſingulis Vicarium generalem cum omnibus & ſingulis conceſſionibus, exemptionibus, privilegiis, gratiis, & indultis per prædictum prædeceſſorem prædicto Joanni de Baeza conceſſis, tenore præſentium, ex certa ſcientia, Apoſtolica auctoritate inſtituimus, & inſtitutum denunciamus, cum poteſtate etiam prædictæ Vicariæ cedendi, ſeu ei renunciandi, necnon alium, ſive alios ex Frartibus ipſis in Vicarium, ſeu Vicarios ſubſtituendi in prædictis inſulis, & qualibet ipſarum cum ſimili poteſtate, quoties, ſicut, & quando tibi placuerit, & pro pace & quiete animæ tuæ, aliorumque Fratrum in prædictis inſulis pro tempore commorantium ſalute, ſeu negotii expeditioni videbitur expedire. Addentes inſuper & volentes, quod ſi electum hujuſmodi, alio canonico non obſtante, Miniſter Caſtellæ prædictus ultra decem dies, poſtquam electio ipſa ſibi per Fratres ipſos, vel alios ipſorum nomine extiterit præſentata, confirmare diſtulerit, auctoritate Apoſtolica ipſo facto ſit confirmatus; ac gaudeat, & cum Fratribus & locis ejuſdem curæ commiſſis gaudere valeat & poſſit omnibus & ſingulis privilegiis &c. Ordini, ut præfertur, necnon Fratribus & Conventibus, ſive locis ejuſdem Ordinis in regnis Caſtellæ & Legionis conſiſtentibus, per Sedem Apoſtolicam jam conceſſis, & in poſterum concedendis, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergo &c.

Privilegia Fratribus conceſſa confirmantur.

Alia Vicarii ejuſdem munera.

Datum Florentiæ, anno &c. MCCCCXXXIV. IV. Idus Novembris, anno IV.

LXVII.

Præficitur Eccleſiæ Naturen. Ex libro 1. de Diverſis formis &c. anno 4. fol. 308.

Dilecto filio Joanni Joannis Electo Naturen.

SUſcepti cura regiminis &c. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Eraſmo Epiſcopo Naturen. regimini Eccleſiæ Naturen. præſidente &c. Poſtmo-

Vide Conſt. 11. Martini V.

modum vero prædicta Eccleſia, per obitum ejuſdem Epiſcopi &c. vacante; Nos vacatione &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in Theologia Baccalaureum &c.

Datum Florentiæ, anno &c. MCCCCXXXIV. pridie Kalendas Decembris, anno IV.

ANNO CHRISTI 1435. EUGENII IV. ANNO 5.

LXVIII.

Ut incolas villæ de Roſponte ab excommunicatione abſolvat. Ex lib. 1. de diverſis formis &c. anno 5. fol. 39.

Venerabili fratri Epiſcopo Fernenſ.

§. I. DUdum bonæ memoriæ Balthaſſar Epiſcopus Tuſculan. tunc in ſua obedientia, de qua civitas & diœceſis Fernenſ. erant, Joannes XXIII. nuncupatus, ſuas tibi direxit litteras tenoris ſubſequentis.

§. II. *Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili fratri Epiſcopo Fernen. &c. Humilibus & honeſtis ſupplicum votis &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Superioris & univerſitatis villæ de Roſponte tuæ diœceſis petitio continebat, quod ipſi dudum ex relatibus nonnullorum antiquorum, & Majorum ſuorum intellexerunt, quod olim multis retroactis temporibus eorum parentes, ſeu prædeceſſores, qui tunc dictam villam inhabitabant, contra quemdam Religioſum Ordinis Cruciferorum, qui antea unum ex ipſis habitatoribus interfecerat, inſurgentes, ipſum una cum aliis Fratribus ejuſdem Ordinis, in dicta villa tunc exiſtentibus, interfecerunt, necnon domum ipſorum Religioſorum in ipſa villa exiſtentem dictæ Univerſitati confiſcarunt, licet de facto, & quæ quidem domus poſtea tractu temporis pro uſu & habitatione Fratrum Ordinis Minorum fuit deputata, quodque etiam prædicti prædeceſſores cupiditate & malitia excæcati, piraticum exercuerunt, ac multos Clericos, & alios transfretantes in partibus illis, non ſolum bonis ſpoliando, ſed ipſos in mari hujuſmodi ſubmergendo, & quod Superior & Univerſitas prædicti timent, habitatores, & incolas dictæ villæ, qui tunc erant, & etiam modernos ab excommunicationis, & aliis diverſis ſententiis, cenſuris, & pœnis in tales a Jure prolatis abſolutos non fuiſſe, ſuppoſitos Eccleſiaſtico interdicto, ac hujuſmodi interdictum nondum fuiſſe relaxatum. Quare dicti Superior & Univerſitas nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut ex abundanti cautela ipſis, eorumque ſtatui in præmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi eſt ita, vocatis illis, qui ſcire poſſint, quibus præmiſſa eſt ſatisfactio impendenda, eoſdem Superiorem & Univerſitatem & ſingulares perſonas ex ipſa Univerſitate, ſi hoc humiliter petierint, recepto prius ab eis juramento de ſtando tuis & Eccleſiæ mandatis, & quod ipſi talia de cetero non committent, nec ea committentibus præſtabunt auxilium, conſilium, vel favorem, ab excommunicationis, & aliis ſententiis &c. auctoritate noſtra, hac vice dumtaxat, abſolvas in forma Eccleſiæ conſueta, injunctis &c. ac etiam interdictum hujuſmodi eadem auctoritate relaxes, per ipſos tamen abſolvendos, eiſdem, ſi qui ſunt forſan, vocandis, & aliis, quibus propterea fuerit ſatisfactio impendenda, & alias, prout tibi videbitur, propter exceſſum hujuſmodi, prius fiat competenter ſatisfactio. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Nonis Octobris, anno III.*

§.III. Cum

Digitized by Google

§. III. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte Superioris & Univerſitatis prædictorum petitio continebat, ipſæ litteræ nondum fuerint tibi præſentatæ, ac per conſequens minime exequutæ, ipſique Superior & Univerſitas cupiant, pro exoneratione conſcientiarum ſuarum, litteras ipſas executioni debitæ demandari. Nos, ut eorum conſcientiæ quantocius ſerenentur, eorumdem Superioris & Univerſitatis in hac parte ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad ipſarum litterarum executionem auctoritate noſtra procedas, perinde in omnibus & per omnia, ac ſi, dicta obedientia durante, prædictæ litteræ tibi præſentatæ fuiſſent, tuque ad executionem hujuſmodi procedere incohaſſes. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque.

Datum Florentiæ anno &c. MCCCCXXXV. VII. Idus Martii, anno V.

LXIX.

Ut abſolvere poſſit a Simoniæ cenſuris. Ex Archivo ſecreto, libro 2. Bullarum, folio 52.

Dilecto filio Matthæo de Sicilia Ordinis Minorum &c.

§. I. Paſtoralis officii &c. Sane ad nos pervenit, Trinacriæ inſulam quadam inveterata corruptela adeo fore reſperſam, ut a multis nullum pene Eccleſiaſticum beneficium, nullum ſpeciale miniſterium, nullumque divinum Sacramentum abſque labe Simoniaca conferatur, vel etiam miniſtretur: quodque magis dolendum eſt, corruptelam illam peſſimam ſic invaluiſſe, ut pro conſuetudine Eccleſiarum prædictæ inſulæ ſuſcepta eſſe videatur, ita ut ſuperiori tempore pene nemo corde perceperit, quantum cedat in divinæ Majeſtatis offenſam, neque ad cenſuras & pœnas, quas nos, & prædeceſſores noſtri his hominibus profanis intulimus, aliquando reſpexerit, ſed veluti amentes & cæci, poſt hujuſmodi profanos uſus, & temerata, quantum in eis eſt, divina Sacramenta, ſic concatenati & compediti, alios etiam catervatim ſecum trahentes, in æternæ mortis barathrum dilabuntur. *Ut in Reg. To. mi 9. fol. 511.*

§. II. Volentes igitur huic peſti paterne conſulere &c. tibi, de cujus fide, religione & prudentia, longa apud diverſas partes, præſertim prædictam inſulam experientia comprobatis, plenam in Domino fiduciam obtinemus, omnes & ſingulas Eccleſiaſticas perſonas utriuſque ſexus, tam ſæculares, quam regulares, cujuſcumque ſtatus, gradus, præeminentiæ, & conditionis exiſtant, etiamſi Pontificali præfulgeant dignitate, quæ tibi infra annum, poſtquam in dictam inſulam te contuleris, confeſſæ fuerint, a dicta Simoniæ labe tam dando, quam recipiendo, vel alias quomodocumque commiſſa, & omnibus & ſingulis cenſuris, etiam auctoritate Apoſtolica contra hujuſmodi ſimoniacos promulgatis, abſolvendi, omnemque inhabilitatis & infamiæ maculam abolendi, ſuper irregularitatibus etiam ex dictis cenſuris, aut immiſcendo ſe divinis, vel alio modo contractis, necnon ſuper Ordinum, aut beneficiorum, ſeu officiorum per hujuſmodi labem acquiſitorum executione, & retentione diſpenſandi, omnibus & ſingulis prædictis impoſita pro modo culpæ pœnitentia ſalutari; de fructibus etiam, & aliis quibuſcumque per hujuſmodi labem, vel ejus occaſione male habitis, ſeu perceptis, prout tibi ſecundum Deum viſum fuerit, diſponendi; inſuper omnia & ſingula, quæ in præmiſſis, & circa præmiſſa fuerint neceſſaria, & tibi videbuntur quomodolibet opportuna, gerendi, faciendi & diſponendi, auctoritate Apoſtolica plenam & liberam, tenore præſentium concedimus facultatem &c.

Datum Florentiæ, anno &c. MCCCCXXXV. XIV. Kal. Julii, anno V.

LXX.

LXX.

Ut libere prædicet verbum Dei in regnis Caſtellæ, & Legionis. Ex libro 2. de Regularibus &c. anno 5. folio 191.

Dilecto filio Emanueli de Valle-Oleti, Ordinis Fratrum Minorum profeſſori.

§. I. SUper cathedram præeminentiæ Paſtoralis, divina diſponente clementia conſtituti, etſi multis arduiſque in Romana Curia undequaque confluentibus prægravemur negotiis, curis excitemur innumeris, & cogitationibus plurimis diſtrahamur, circa id tamen ferventibus votis intendimus, vacamus attentius, ac operoſæ ſtudium ſollicitudinis impertimur, ut ad divini nominis gloriam, et exaltationem Catholicæ fidei, ac profectum fidelium animarum, præciſis radicitus diſſidiorum vepribus, inter Eccleſiaſticas perſonas, quas ordo eccleſiaſticus includit, pacis tranquillitas vigeat, & favor exeſtuet caritatis. Sane pro parte Communitatum diverſarum civitatum, & aliorum Chriſtifidelium in Caſtellæ & Legionis regnis conſiſtentium, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet tu veræ devotionis zelo ſuccenſus, pro illuſtrandis, imbuendis, & in ortodoxæ fidei Catholicæ, ſine qua nemo ſalvari poteſt, veritate eorumdem Chriſtifidelium mentibus, ac illorum devotione propaganda, ad Evangelizandi in regnis prædictis partibus finitimis miniſterium deſiderio aſpirans, necnon coram fidelibus eiſdem ad illorum ædificationem, ac infidelibus pro ipſorum ad dictam fidem reductione, pluries verbum Dei prædicaveris, plerique tamen ipſorum regnorum Prælati &c. te in tam ſalubri opere, quominus libere prædicare poſſes, impedire, & ab inde retrahere multipliciter ſunt conati.

§. II. Cum autem &c. tu, cooperante Altiſſimo, virtute conſtantiæ roboratus, ad prædicandum verbum ipſum omni creaturæ ſtabilem geras animum, & a Prælatis Eccleſiaſticis & Religioſis hujuſmodi tibi difficultates, & impedimenta invehi, teque a tam bono propoſito retrahi poſſe trepides, & formides, pro parte Communitatum & Chriſtifidelium prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. III. Nos autem &c. tibi, ut in quibuſvis Cathedralibus & Metropolitanis, ſeu Collegialibus & parochialibus, Diœceſani loci interveniente conſenſu, aliis autem Monaſteriorum Eccleſiis, capellis, oratoriis & locis tui Ordinis, necnon plateis communibus omni tempore, omnique hora, illa excepta, qua illarum Prælati prædicaverint, aut coram illis fecerint ſolemniter prædicari, ubi, quando, & quoties tibi expedire viſum fuerit, ſeu pro parte dictorum Chriſtifidelium fueris requiſitus, verbum ipſum ad populum, vel ad Clerum publice proponere & prædicare, Diœceſani ejuſdem, & cujuſvis alterius ſuper hoc licentia minime requiſita, libere & licite poſſis & valeas, auctoritate Apoſtolica concedimus per præſentes. Inhibentes venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis & Epiſcopis, necnon dilectis filiis Prælatis, ac Rectoribus Eccleſiarum quarumlibet, Clericiſque, ac Religioſis Ordinum quibuſcumque, in virtute ſanctæ Obedientiæ, ne te in exercitio miniſterii Evangelizationis hujuſmodi, & ſtudiis ad hoc congruentibus per ſe, vel alios directe, vel indirecte, quovis quæſito colore, impediant quomodolibet, vel moleſtent; eos in Domino exhortantes, ut te in præmiſſis, favoribus, conſiliis & patrociniis proſequantur; omnes quoque & ſingulos proceſſus, necnon excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliaſque eccleſiaſticas ſententias, cenſuras & pœnas, quos

quos & quas occaſione præmiſſorum per quemcumque ex Patriarchis, Archiepiſcopis et Prælatis prædictis, ſeu aliis quibuſvis, quacumque auctoritate fungentibus, ſeu alias contra te, vel alias perſonas, præmiſſorum occaſione ferri, vel promulgari, necnon totum id & quidquid in eo contrarium a quoquam &c. attentari contigerit, nullius ſubſiſtere roboris, vel momenti, præſentium ſerie decernimus et declaramus &c. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis, inhibitionis, exhortationis, conſtitutionis, et declarationis infringere &c.

Datum Florentiæ, anno &c. MCCCCXXXV. III. Kalen. Julii, anno V.

LXXI.

Præficitur Eccleſiæ Waradien. Ex libro 1. de Exhibitis &c. anno 5., folio 225.

Dilecto filio Joanni Electo Waradien.

Apoſtolatus officium &c. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Dionyſio Epiſcopo Waradien. regimini Waradien. Eccleſiæ præſidente &c. Poſtmodum vero prædicta Eccleſia per obitum dicti Dionyſii Epiſcopi, qui extra Romanam Curiam debitum naturæ perſolvit, vacante &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. *Ut in Reg. Tomi 9. fol. 564.*

Datum Florentiæ, anno &c. MCCCCXXXV. VI. Kal. Auguſti, anno V.

LXXII.

Eligitur Epiſcopus Laodicen. Ibidem, fol. 317.

Dilecto filio Dionyſio de Laloberie Electo Laodicen.

Paſtoralis officii debitum &c. Dudum ſiquidem proviſiones omnium Cathedralium Eccleſiarum &c. Poſtmodum vero Eccleſia Laodicen. ex eo Paſtoris ſolatio deſtituta, quod nos venerabilem fratrem noſtrum Julianum Boſanen. tunc Laodicen. Epiſcopum, licet abſentem, a vinculo &c. abſolventes, ipſum ad Eccleſiam Boſanen. tunc Paſtore carentem, auctoritate Apoſtolica duximus transferendum, præficiendo eum illi in Epiſcopum & Paſtorem, prout in noſtris litteris inde confectis plenius continetur. Nos igitur ad proviſionem ipſius Eccleſiæ Laodicen. &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. noſtræ mentis. Quibus &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c. *Vide Tom. 9. Conſt. 6. Joann. XXIII.*

Datum Florentiæ, anno &c. MCCCCXXXV. II. Kalen. Septembris, anno V.

LXXIII.

Ut Obſervantes admittant domum intra, aut extra villam Montis-peſſulani. Ex lib. 2. de Exhibitis &c. anno 5. fol. 178.

Dilecto filio Officiali Magalonen.

§. I. Sinceræ devotionis affectus, quem dilecti filii Gubernator & Conſules Communis villæ Montis-peſſulani, Magalonen. Diœc. ad nos &c. Sane pro parte ipſorum Gubernatoris & Conſulum nuper exhibita petitio continebat, quod ipſi ob Dei reverentiam &c. cupiunt de bonis ſibi a Deo collatis, infra ſepta ejuſdem villæ, aut extra eam, infra ſpatium unius *Ut in Regeſt. Tomi 9. fol. 474.*

milliaris, in loco ad hoc congruo & boneſto, unam domum cum capella, ſive oratorio, necnon campanili &c. officinis pro uſu & habitatione unius Guardiani & nonnullorum Fratrum Ordinis ſancti Franciſci, qui *de Obſervantia* nuncupantur &c. fundare &c. Quare pro parte Conſilii, Gubernatoris & Conſulum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eiſdem Gubernatori & Conſulibus domum hujuſmodi cum capella, ſive oratorio & campanili &c. officinis hujuſmodi, abſque tamen parochialis, aut alterius juris præjudicio, ſundandi & conſtruendi, necnon Fratribus Ordinis & obſervantiæ prædictorum illam, poſtquam conſtructa fuerit, recipiendi &c. Diœceſani loci &c. minime requiſita, auctoritate noſtra licentiam largiaris. Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. &c. contrariis quibuſcumque. Nos enim ſi conceſſionem hujuſmodi per te, vigore præſentium fieri contigerit, Guardiano & Fratribus, ut omnibus & ſingulis privilegiis &c. uti & gaudere poſſint quomodolibet in futurum &c. indulgemus.

Datum Florentiæ, anno &c. MCCCCXXXV. X. Kalendas Septembris, anno V.

LXXIV.

Fit Epiſcopus Catacen. Ex lib. 1. de Exhibitis &c. anno 5. fol. 233.

Dilecto filio Antonio de Ipſigio Electo Catacen.

Vt in Regeſto Tom. 9. fol. 396. AD exequendum Paſtoralis officii debitum &c. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Petro Epiſcopo Catacen. regimini Catacen. Eccleſiæ præſidente &c. Poſtmodum vero prædicta Eccleſia per obitum ipſius Petri Epiſcopi, qui extra Romanam &c. vacante &c. Demum ad te Ordinis Minorum profeſſorem &c.

Datum Florentiæ, anno &c. MCCCCXXXV. VII. Kalendas Septembris, anno V.

LXXV.

Ut Moniales Monaſterii Corporis Chriſti Ferrarien. ſe conforment modo obſervantiæ Monaſterii Corporis Chriſti Mantuan. Ex libro 1. de Diverſis &c. fol. 164.

Ad perpetuam rei memoriam.

Vide Conſtit. 16. Martini V. §. I. HUmilibus ſupplicum votis &c. Dudum ſiquidem pro parte dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Viridis de Piis de Carpo Domicellæ, nullius Diœceſ. nobis ſuit expoſitum, quod ipſa quoddam Monaſterium Monialium ſub vocabulo Corporis Chriſti, pro una Abbatiſſa & nonnullis Monialibus Ordinis ſanctæ Claræ, quæ ſub perpetua clauſura &c. cum Eccleſia, campanili &c. officinis, in noſtra civitate Ferrarienſ. fundare & dotare proponebat; Nos ad ipſius Viridis ſupplicationis inſtantiam, dilecto filio Abbati Monaſterii de Gavello, Adrien. Diœceſ. ejus proprio nomine non expreſſo, per alias noſtras litteras dedimus in mandatis, ut prædictæ Viridi Monaſterium hujuſmodi cum Eccleſia, campanili &c. fundandi &c. licentiam concederet, ac eidem Abbati quaſcumque mulieres dictum Monaſterium &c. intrare volentes, ſi alias eſſent idoneæ &c. in dicto Monaſterio recipiendi, eiſque regularem habitum exhibendi, ac profeſſionem

nem regularem hujuſmodi ab eis recipiendi, necnon pro earum inſtructione de quocumque Monaſterio dicti Ordinis aliquas Moniales vita laudabili &c. tot quot juxta ejuſdem Monaſterii facultates ſuſtentari &c. valerent, Superiorum ſuorum petita, licet non obtenta, licentia, ad hujuſmodi novum Monaſterium transferendi, ac unam ex eis pro ea vice in Abbatiſſam dicti Monaſterii novi præficiendi, conceſſimus facultatem &c.

§. II. Cum autem, ſicut accepimus, ipſa Viridis earumdem litterarum vigore Monaſterium ipſum Corporis Chriſti fundarit &c. in civitate memorata, & poſt conſumationem ipſius nonnullæ mulieres inibi in Moniales receptæ fuerint &c. cupiantque in ipſo Monaſterio Corporis Chriſti ſub Regulari obſervantia degere, & perpetuo, ad inſtar Monialium Monaſterii ſanctæ Claræ Mantuan. dicti Ordinis, Altiſſimo famulari, pro parte ipſius Viridis nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. Nos igitur &c. Monialibus ipſius Monaſterii Corporis Chriſti tam præſentibus, quam futuris in perpetuum, ut in hujuſmodi regulari obſervantia, quæ in prædicto Monaſterio ſanctæ Claræ Mantuan. geritur & habetur, ſe conformare, eamdemque obſervantiam tenere, & ſecundum illam vivere valeant, conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis & conſuetudinibus Monaſteriorum Corporis Chriſti, & Mantuan. prædictorum &c. ceteriſque contrariis nequaquam obſtantibus &c. licentiam elargimur; quodque quoties ipſum Monaſterium Corporis Chriſti Abbatiſſæ regimine deſtitui contigerit, Abbatiſſam juxta morem dicti Ordinis Moniales hujuſmodi pro tempore exiſtentes in dicto Monaſterio Corporis Chriſti eligere valeant, ipſis, ac earum ſucceſſoribus in perpetuum &c. concedimus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c.

Datum Florentiæ, anno &c. MCCCCXXXV. III. Kalendas Septembris, anno V.

LXXVI.

Aſſumitur ad Eccleſiam Sareptan. Ex libro I. de Exhibitis &c. anno 5. folio 232.

Dilecto filio Jacobo de Varenis Electo Sareptan.

EX ſuſcepto ſervitutis officio, ſollicitudine pulſamur aſſidue, ut Eccleſiarum omnium, quarum nobis cura imminet generalis, utilitatibus intendentes, illis, quæ vacationis incommoda deplorare noſcuntur, per noſtræ proviſionis miniſterium celerius & ſalubriter conſulatur. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Joanne Epiſcopo Sarepten. regimini Eccleſiæ Sarepten. præſidente &c. Poſtmodum vero prædicta Eccleſia per obitum ipſius Joannis Epiſcopi, qui extra &c. vacante &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum in Theologia profeſſorem &c.

Datum Florentiæ, anno &c. MCCCCXXXV. pridie Idus Septembris, anno V.

LXXVII.

Inſtituitur Epiſcopus Coronen. Ex libro I. de Exhibitis &c. anno 4. fol. 290.

Dilecto filio Matthæo de Sirinno Electo Coronen.

ATtentæ conſiderationis intuitum &c. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Franciſco Epiſcopo Coronenſ. regimini Coronenſ. Eccleſiæ præſidente &c. Poſtmodum vero dicta Eccleſia per obitum ipſius Franciſci Epiſcopi, *Vide Conſtit. 51. hujus Pontif.*

qui extra Romanam Curiam diem clauſit extremum &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, & in Theologia Baccalaureum &c.

Datum Florentiæ, anno &c. mccccxxxv. x. Kalendas Octobris, anno v.

LXXVIII.

Ut Fratres domus ſancti Franciſci de Monte Florentin. vendant aliam domum in Caſtro ſancti Sixti ad ſolutionem debitorum. Ex lib. 3. de Regularibus &c. anno 1. folio 23.

Venerabili fratri Epiſcopo Feretran.

Ut in Conſtit. 26. Martini V. §. I. HUmilibus ſupplicum votis &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Franciſci Guardiani & Fratrum domus ſancti Franciſci de Monte Florentino, Ordinis ejuſdem Sancti, Feretran. Diœceſ. petitio continebat, quod olim Guardianus, Lector & Fratres dictæ domus, qui tunc erant, de licentia bonæ mem. Benedicti Epiſcopi Feretr. prædeceſſoris tui, quamdam domum in Caſtro ſancti Sixti, dictæ Diœc. de eleemoſynis Chriſtifidelium fundarunt &c. cum campanili &c. in qua quidem domo Miſſas & alia divina officia quandoque celebrarunt.

§. II. Cum autem &c. dicta domus ex certis cauſis a longo tempore citra per eoſdem Fratres derelicta & inhabitata fuerit, dubiteturque ipſam, niſi aliter diſponatur, tendere veriſimiliter ad ruinam, & propterea eſſe ipſis Guardiano & Fratribus penitus inutilem, cupiantque pro ſatisfaciendo nonnullis eorum debitis, quæ pro reparatione domus ſancti Franciſci de Monte Florentino prædicto contraxerunt, dictam domum, ſicut præfertur, in dicto Caſtro conſtructam vendere & alienare, ejuſque pretium in ſatisfactionem debitorum hujuſmodi convertere, pro parte Guardiani & Fratrum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. III. Nos igitur &c. fraternitati &c. mandamus, quatenus de præmiſſis omnibus & ſingulis &c. informes, & ſi per informationem hujuſmodi ita eſſe repereris &c. Guardiano & Fratribus prædictis domum hujuſmodi vendendi & alienandi, pretiumque pro ſatisfactione debitorum prædictorum convertendi, & alia faciendi, quæ in præmiſſis & circa præmiſſa neceſſaria fuerint & etiam opportuna, auctoritate noſtra licentiam largiaris. Non obſt. Apoſtolicis &c. contrariis quibuſcumque.

Datum Florentiæ, anno &c. mccccxxxv. iii. Nonas Octobr. anno v.

LXXIX.

Ut a cenſuris abſolvat Fratres domus ſanctæ Mariæ de Oliva. Ex Archivo ſecreto, lib. 18. Bullarum.

Dilecto filio Archidiacono Eccleſiæ Toletan.

§. I. SOlet Apoſtolicæ Sedis clementia, recurrentibus ad eam cum humilitate filiis per exceſſum benigne conſulere, & dum hoc ſimiliter poſtulant, pietatis gremium aperire. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte fratris Alphonſi de Guadalfagiara Ordinis Fratrum Minorum, ac ſacræ Theologiæ profeſſoris, petitio continebat, quod olim ipſe in loco ſanctæ Mariæ *de la Oliva*, Tolet. Diœc. quamdam domum cum Eccleſia, campanili &c. officinis pro uſu & habitatione nonnullorum dicti Ordinis Fratrum, qui inibi ſub ſacræ Religionis jugo, ac regulari obſervantia ſua Altiſſimo

vota

vota redderent, de quorumdam fidelium bonis,& de licentia Ordinarii dicti loci conſtrui & ædificari fecit, licet de facto, ac illam ſic conſtructam, credens illam ad id ſibi ſufficere, poſtmodum tenuit, & in ea cum pluribus prædicti Ordinis Fratribus in obſervantia hujuſmodi laudabiliter habitavit,prout illam nonnulli ex eis etiam inhabitant de præſenti, etiam de facto.

§. II. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, ad ipſius fratris Alphonſi notitiam nuper pervenerit, quod præmiſſa abſque ſpeciali dictæ Sedis licentia fieri non poterant, pro parte dicti fratris Alphonſi nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuo & aliorum, qui pro tempore habitarunt, prædicti Ordinis Fratrum ſtatui, & alias in præmiſſis opportune providere &c. dignaremur. Nos igitur attendentes &c. diſcretioni &c. mandamus, quatenus Alphonſum, ac omnes & ſingulos, qui in dicta domo hactenus habitarunt & hodie habitant Fratres prædictos, ſi id humiliter petierint, ab excommunicationis ſententia, quam propter præmiſſa incurriſſe noſcuntur, auctoritate noſtra, hac vice dumtaxat, abſolvas in forma Eccleſiæ conſueta &c. ac inſuper cum ipſis ſuper irregularitate &c. diſpenſes. Et nihilominus poſtmodum Alphonſo & Fratribus prædictis in domo prædicta remanendi, illamque pro uſu & habitatione perpetuis hujuſmodi retinendi &c. fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. &c. contrariis nequaquam obſtantibus, plenam &c. licentiam largiaris. Nos enim inſuper, ut Guardianus & Fratres in dicta domo pro tempore degentes, eorumque ſervientes perſonæ, necnon prædicta domus omnibus & ſingulis privilegiis &c. uti valeant &c. indulgemus.

Datum Florentiæ, anno &c. MCCCCXXXV. III. Idus Octobris, anno V.

LXXX.

Ut a cenſuris abſolvat Fratres domus de la Cabrera. Ibidem, folio 280.

Dilecto filio Archidiacono de Guadalfagiara, in Eccleſia Toletan.

ROmani Pontificis providentia &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte Fratrum domus, ſeu Eremitorii Conventus ſancti Juliani *de la Cavrera* Ordinis Fratrum Minorum, Toletan. Diœceſ. petitio continebat, quod olim ipſi a triginta annis & ultra jam elapſis, domum, ſive Eremitorium prædicta cum Eccleſia, campanili &c. officinis pro uſu & habitatione nonnullorum ſui Ordinis Fratrum, qui inibi &c. de licentia & auctoritate cujuſdam Officialis Toletan. Sede ipſa vacante, conſtrui & ædificari fecerunt, ac illam ſic conſtructam, credentes illam ad id ſibi ſufficere, de facto poſtmodum tenuerunt &c. *ut in Bulla præcedenti, mutatis mutandis*. *Ut in Regeſto Tom. 7. fol. 379.*

Datum Florentiæ, anno &c. MCCCCXXXV. III. Idus Octobris, anno V.

LXXXI.

Fit Epiſcopus Tripolitan. Ex lib. I. de Exhibitis &c. fol. 257.

Dilecto filio Nicolao del Nevo, Electo Tripolitan.

APoſtolatus officium &c. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Petro Epiſcopo Tripolitan. regimini Tripolitan. Eccleſiæ præſidente &c. Poſtmodum vero prædicta Eccleſia per obitum ejuſdem Petri Epiſcopi, qui extra Romanam &c. vacante &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. *Ut in Regeſto Tom. 9. fol. 364.*

Datum Florentiæ, anno &c. MCCCCXXXV. XVIII. Kalendas Decembris, anno V.

LXXXII.

Digitized by Google

LXXXII.

Ut Fratribus concedat oratorium ſanctæ Mariæ delle Gratie *in Caſtro Montis-Granarii*. Ex libro 1. de Regularibus &c. ann. 5. fol. 27.

Dilecto filio Abbati Monaſterii ſancti Firmani de Monte-lupone, Firman. Diœceſ.

Vide Conſtit. 26. Mart. V.

§. I. HUmilibus ſupplicum votis &c. Sane pro parte dilectorum filiorum Guardiani & Fratrum domus ſancti Franciſci extra muros Caſtri Montis-Granarii, Ordinis Minorum, Firman. Diœceſis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet nos dudum eis, ne propter guerras &c. dicta domus, quæ extra dictum Caſtrum exiſtit, receptaculum inimicorum fieret, ex quo dicti Caſtri deſtructio ſequi veriſimiliter potuiſſet, ut, dicta domo dimiſſa, alium locum infra dictum Caſtrum ad eorum habitationem, ac Eccleſiæ cum campanili &c. officinis ædificationem congruum recipere liceret, per alias noſtras litteras conceſſimus, prout in eiſdem litteris plenius continetur. Nihilominus poſtquam ipſi quoddam oratorium ſanctæ Mariæ *delle Gratie* nuncupatum, & per dilectos filios populum dicti Caſtri ſundatum, ac ad præmiſſa congruum repererunt, a nonnullis aſſeritur, in hujus oratorii ſolo domum Fratrum Eremitarum ſancti Auguſtini fundatam antiquitus, ſeu dictum oratorium domui eorumdem Eremitarum Fratrum unitum, annexum & incorporatum, auctoritate Apoſtolica extitiſſe.

§. II. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, prædicti Ordinis Minorum Fratres parati ſint, ab ipſius Caſtri habitatoribus, qui ad rem hujuſmodi afficiuntur, dari facere eiſdem ſancti Auguſtini Fratribus debitam recompenſam, maxime cum eiſdem alius locus infra dictum Caſtrum, auctoritate Apoſtolica conceſſus extitit, quem commode inhabitant de præſenti, pro parte dictorum Fratrum Minorum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenus ſi eſt ita, data prius eiſdem ſancti Auguſtini Fratribus recompenſa debita, ut præfertur, Guardiano & Fratribus Minoribus prædictis oratorium cum hortis, hortalitiis, ac omnibus juribus & pertinentiis hujuſmodi apprehendendi, inibique domum cum Eccleſia, campanili &c. officinis fundandi &c. domumque eorum extra muros hujuſmodi exiſtentem, ad fundandam domum hujuſmodi, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis transferendi, fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. &c. nequaquam obſtantibus, licentiam, auctoritate Apoſtolica concedas: jure &c. ſalvo; præmiſſo, quod Eccleſia extra muros prædictos ſita, poſtquam translatio hujuſmodi facta fuerit, ad profanos uſus non revertatur.

Datum Florentiæ, anno &c. MCCCCXXXV. pridie Idus Decembris, anno V.

LXXXIII.

Præficitur Eccleſiæ Ferentin. Ex lib. 1. de exhibitis &c. ann. 5. fol. 210.

Dilecto filio Antonio de Bocabellis Electo Ferentinat.

Ut in Regeſt. Tom. 7. fol. 179.

ROmani Pontificis &c. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Sixto Epiſcopo Ferentinat. regimini Ferentinat. Eccleſiæ præſidente &c. Poſtmodum vero prædicta Eccleſia, per obitum ejuſdem Sixti Epiſcopi, qui extra Ro-

Digitized by Google

Romanam &c. vacante &c. Demum ad te Ordinis &c. Minorum profeſſorem &c.

Datum Florentiæ, anno &c. MCCCCXXXV. XIV. Kalendas Januarii, anno V.

LXXXIV.

Ut Fratres reædificent domum extra muros Clugien. Ex lib. I. de Regularibus &c. ann. 5. fol. 24.

Venerabili Fratri Epiſcopo Caſtellan.

§. I. AD ea, per quæ Eccleſiarum & Religioſorum locorum, ac perſonarum, piæ vitæ ſtudio deditarum, opportunitatibus conſulitur, prout nobis ex Apoſtolicæ ſervitutis incumbit officio, libenter intendimus, illaque favoribus proſequimur opportunis.

§. II. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Miniſtri Generalis & Fratrum domus Clugien. Ordinis Minorum petitio continebat, quod cum olim ipſi Fratres domum, ſive Conventum hujuſmodi Ordinis extra muros Clugien. haberent, temporum cauſante malitia &c. domus ipſa extra civitatem, ut præmittitur, conſtituta totaliter & funditus destructa extitit, ac ſolo miſerabiliter coæquata, ita quod in loco, in quo dicta domus conſiſtebat, vix aliqua veſtigia diſcernuntur; ex quo Guardianus tunc exiſtens, & Fratres dictæ domus, ſive Conventus, propter certum ſtatutum, per Dominium Venetorum tunc ſuper hoc editum, quo cavebatur, nihil de novo extra muros dictæ civitatis ædificari, aut dirutum reparari poſſe, coacti fuerunt intra muros ejuſdem civitatis ſe reducere, ac novam domum, ſeu Conventum ædificare, & ad Conventum hujuſmodi cum juribus & pertinentiis ſe transferentes inhabitaverunt, prout inhabitant etiam de præſenti.

§. III. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, domus nova hujuſmodi adeo arcta exiſtat, quod in illa Fratres pro tempore commorantes vix ſe locare valeant, vel ſe etiam gubernare, ex quo domum illam omnino relinquere coacti, jam domum hujuſmodi dirutam extra muros ſitam Chriſtifidelium piis eleemoſynis, & dicto ſtatuto de non ædificando, ut præmittitur, per idem dominium edito, omnino ſublato, reædificare & reparare cœperunt. Quare pro parte dictorum Miniſtri & Fratrum, aſſerentium, quemdam Bartholomæum olim civem Clugien. pro hujuſmodi reædificatione, & antiquæ domus reparatione, dum tamen domus Fratrum hujuſmodi intra muros ſita, nomine domus & Ordine Fratrum Minorum omnino ſuppreſſis pariter & extinctis, in Hoſpitale pauperum erigeretur, & per ſuos fidei commiſſarios ædificaretur & fieret, quingentos Florenos auri in quodam teſtamento ſuo reliquiſſe pariter & legaſſe; nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut tam ipſis Fratribus pro hujuſmodi eleemoſyna aſſequenda, & in opus reædificationis hujuſmodi convertenda, quam pio propoſito teſtatoris prædicti, ad divini nominis laudem, ac pauperum & infirmorum, necnon miſerabilium perſonarum relevamen & commodum, providere &c. dignaremur.

§. IV. Nos igitur &c. fraternitati tuæ &c. mandamus, quatenus de præmiſſis &c. informes &c. eiſdem Fratribus domum hujuſmodi de novo reædificandi, erigendi &c. ac domum ipſam, poſtquam reædificata, reparata & con-

conſtructa fuerit, pro uſu & habitatione Fratrum hujuſmodi, juxta Inſtituta Ordinis antedicti recipiendi &c. cum omnibus privilegiis &c. licentiam largiaris. Et nihilominus, ſi præmiſſa per te fieri contigerit, domum novam intra muros hujuſmodi ſitam, nomine domus & Ordine per te in illa penitus & omnino, eadem auctoritate noſtra ſuppreſſis, ad nutum Commiſſariorum hujuſmodi, eiſdem commiſſis iis juxta teſtatoris voluntatem, in Hoſpitale pauperum erigendi &c. Conſtitutionibus Apoſtolicis &c. contrariis nequaquam obſtantibus, eadem auctoritate noſtra concedas: jure &c. ſalvo.

Datum Florentiæ, anno &c. MCCCCXXXV. VII. Kalendas Februarii, anno V.

LXXXV.

Ut reformet Monaſteria Monialium ſanctæ Claræ, in Diœceſi Florentin.
Ex Archivo ſecreto lib. 19. Bullarum, fol. 38.

Dilecto filio Guillelmo Generali Miniſtro Ordinis Minorum.

Ut in Conſt. 166. Mart. V.

§. I. Sedis Apoſtolicæ providentia &c. Dudum ſiquidem cum ad noſtrum &c. perveniſſet auditum, quod Monaſteria Monialium Ordinis ſanctæ Claræ Florent. & nonnulla alia Florent. Diœceſ. ſub cura & protectione Fratrum Ordinis Minorum conſiſtentia, ad quorum reformatinnem cum tu cœpiſſes intendere &c. negotiis gravioribus Sedis Apoſtolicæ ac univerſalis Eccleſiæ evocatus, tuum reformationis & correctionis propoſitum implere nequiviſſes &c. dubitareturque de ceteris ejuſdem Ordinis in dicta Diœceſi conſiſtentibus, niſi de celeris proviſionis remedio eiſdem ſuccurreretur, quod gravibus ſubjacerent incommodis & jacturis.

§. II. Nos igitur &c. cum tu fili Generalis in remotis, ut præfertur, pro dictarum Sedis & Eccleſiæ, ac tui Ordinis negotiis tunc exiſteres, venerabili fratri noſtro Epiſcopo Feſulan. & dilecto filio Auditori Cameræ Apoſtolicæ per noſtras certi tenoris litteras dedimus in mandatis, quatenus ad prædicta Monaſteria perſonaliter accedentes, & habentes præ oculis ſolum Deum, ea, necnon in ipſis degentes perſonas, auctoritate noſtra, ea vice dumtaxat, viſitarent &c. reformarent &c. Cum autem, prout accepimus, Epiſcopus & Auditor prædicti, licet inceperint, tamen nondum ad dictarum litterarum & commiſſionis noſtræ executionem proceſſerunt. Tu vero fili Generalis ad civitatem Florentiæ perſonaliter tunc acceſſeris, & idcirco decens & congruum videatur, ut, captata opportunitate, ad viſitationem, & reformationem hujuſmodi per te, vel alium, cui commiſeris, intendere debeas, diſcretioni tuæ, necnon venerabili fratri noſtro Jordano Epiſcopo Sabin. dicti Ordinis, & Monaſteriorum Protectori &c. Epiſcopum & Auditorem prædictos, omneſque alios & ſingulos ad viſitationem hujuſmodi deputatos revocantes, prædicta dictæ Diœceſ. ſub cura & protectione Ordinis Minorum conſiſtentia Monaſteria Monialium, omniaque alia & ſingula ubique conſiſtentia, alias curæ & protectioni tui Ordinis commiſſa, ac in eis conſiſtentes perſonas, proque eorumdem ſervitiis deputatas viſitandi &c. quæ inibi correctionis &c. officio noveris indigere, auctoritate noſtra corrigendi &c. & circa ea prædictorum Monaſteriorum, & perſonarum ſtatu proſpero &c. opportuna fuerint, faciendi &c. concedimus facultatem. Tibi vero fili Generalis, ut Monaſteria prædicta &c. viſitandi officium exerceas, diſtricte mandantes; volentes etiam ut omnibus & ſingulis privilegiis, &c. plene uti valeas &c. ſucceſſores tui, quibus eadem concedimus &c. Conſtitutionibus Apoſtolicis, illa præſertim, qua nuper omnibus & ſingulis

Fra-

Fratribus Ordinis Minorum &c. inhibuimus, ne ad clauſtra dictorum Monaſteriorum ullo pacto auderent accedere &c. aliis in contrarium facientibus quibuſcumque nequaquam obſtan.

Datum Florentiæ, anno &c. MCCCCXXXV. VII. Kal. Febr. anno V.

LXXXVI.

Confirmantur litteræ Martini V. circa electionem Miniſtrarum Tertii Ordinis. Ex lib. 3. de Regularibus, & diverſis formis, anno 5. fol. 86.

Ad perpetuam rei memoriam.

Æternæ beatitudinis amatricum, quæ accenſis lampadibus virtutum oleo decoratis, ſe ſponſo obviam ire præparant, ut inter eas, cum multiplicato fructu honeſtatis & honoris flores in ubertate concreſcant ſalubres, per quas etiam animarum ſalutem ac devotionis incrementum copioſe prodire conſpicimus, petitiones, quantum cum Deo poſſumus, ad exauditionis gratiam admittimus, ac eis quæ propterea ſalubriter proceſſiſſe comperimus, ut illibata permaneant, libenter Apoſtolici roboris adjicimus firmitatem. Sane dudum pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Angelinæ ſanctæ Annæ Fulginat. Catarinæ ſancti Joannis Tudertin. Cecchæ ſancti Honofrii Florentin. Paulæ ſanctæ Margaritæ Eſculan. Thomaſiæ ſancti Clerici Aſſiſinat. & Claræ ſanctæ Agnetis Viterb. & aliarum domorum Tertii Ordinis ſancti Franciſci, *de Pœnitentia* nuncupati, Sororum, felic. rec. Martino Papæ V. prædeceſſori noſtro expoſito, quod alias ipſæ ſpe ea ab Apoſtolica Sede obtinendi, ob melioris vitæ frugem, & ſub debito obedientiæ, utpote ſub gubernaculo aliquorum capitum honeſtius vivendo, earum converſio Deo fieret acceptior, & quietius, ſalubriuſque in eo proficere valerent, in ſingulis dictis domibus aliquas religioſas Sorores dicti Ordinis in ſuas & domorum earumdem Miniſtras ſive Gubernatricea concorditer elegerant & aſſumpſerant, deſiderantes ſub obedientia & gubernatione dictarum Miniſtrarum ſic aſſumptarum & in poſterum aſſumendarum, vitam continuare religioſam, dictus prædeceſſor venerabili fratri noſtro Epiſcopo Tudert. ejus proprio nomine non expreſſo, per alias ſuas litteras dedit in mandatis, ut de præmiſſis omnibus & ſingulis ſe diligenter informaret, & ſi per informationem hujuſmodi reperiret præmiſſa de jure & ſecundum dicti Ordinis inſtituta fieri poſſe, Sororibus præſentibus & futuris dictarum domorum Miniſtras eligendi, ac tunc electis & in antea eligendis Miniſtris domos & earum Sorores prædictas regendi & gubernandi, necnon a mulieribus ad hoc idoneis, dictum Ordinem profiteri voleutibus, profeſſionem per Sorores dictarum domorum emitti conſuetam, ac eas in dictas domos recipiendi & admittendi, necnon generalem Miniſtram hujuſmodi eligendi, ipſique Generali Miniſtræ delinquentes Sorores viſitandi, corrigendi ac puniendi, & Sorores dictarum partium ad ejus curam & adminiſtrationem ſponte venire volentes etiam admittendi, necnon Miniſtris & Viſitatoribus prædictis Generalem & ceteras Miniſtras hujuſmodi dumtaxat ſimiliter viſitandi licentiam largiretur, ac Miniſtris & Sororibus domorum hujuſmodi, necnon eiſdem domibus, quod omnibus & ſingulis privilegiis &c. conceſſis, perpetuo uti & gaudere valerent, concederet. Poſtmodum vero, ſicut exhibita nobis nuper pro parte Angelinæ, Catarinæ, Cecchæ, Paulæ, Thomaſiæ, & Claræ prædictarum petitio continebat, bonæ memoriæ Antonius Epiſcopus Tudertin. ad ipſarum litterarum executionem procedens, quia per diligentem per eum deſuper habitam informatio-

tionem, expoſita hujuſmodi comperit veritate ſubniti, largitionem & conceſſionem fecit prædictas, prout in prædeceſſoris & authenticis Epiſcopi prædictorum deſuper confectis litteris latius continetur. Quare pro parte Angelinæ, Catarinæ, Cecchæ, Paulæ, Thomaſiæ & Claræ prædictarum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut licentiæ, largitioni & conceſſioni prædictis &c. robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere &c. dignaremur. Nos itaque &c. licentiam, largitionem & conceſſionem prædictas, necnon omnia alia & ſingula in eiſdem litteris contenta, ac quæcumque inde ſecuta rata habentes & grata, ea omnia, Apoſtolica auctoritate confirmamus & approbamus &c. Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis, approbationis, communitionis & ſuppletionis infringere &c.

Datum Florentiæ, anno &c. mccccxxxv. ſexto Nonas Martii, an. v.

LXXXVII.

Ut poſſit ſubſtituere unam Sororem in Vicariam ſuam. Ibidem, fol. 85.

Dilectæ in Chriſto filiæ Miniſtræ generali pro tempore exiſtenti domorum Tertii Ordinis ſancti Franciſci, de Pœnitentia *nuncupati &c.*

Ut in Conſt. 117. Mart. V. AD ea ex Apoſtolicæ Sedis &c. Hodie ſiquidem ad inſtantiam dilectarum in Chriſto filiarum Angelinæ ſanctæ Annæ Fulginat. Catarinæ ſancti Joannis Tudertin. Cecchæ ſancti Honofrii Florentin. Paulæ ſanctæ Margaritæ Eſculan. Thomaſiæ ſancti Clerici Aſſiſinat. & Claræ ſanctæ Agnetis Viterbien. ac aliarum domorum Tertii Ordinis ſancti Franciſci, *de Pœnitentia* nuncupati Sororum nonnulla indulta in favorem dicti Ordinis per felicis recordationis Martinum Papam V. prædeceſſorem noſtrum conceſſa, per alias noſtras litteras gratioſe confirmavimus, prout in illis plenius continetur. Nos inſuper, ut præfata conceſſiones & indulta robore potiori ſubſiſtant &c. providere volentes, Angelinæ, Catarinæ, Cecchæ, Paulæ, Thomaſiæ & Claræ prædictarum in hac parte ſupplicationibus inclinati, Miniſtræ Generali pro tempore exiſtenti domorum prædictarum, cum qualitas negotiorum exegerit, ut officio ſui Miniſtratus durante, auctoritate propria unam ex dictis Sororibus, quam duxerit eligendam, in ipſius Vicariam generalem, vel ſpecialem domorum earumdem, quæ ſimilem, vel limitatam in præmiſſis habeat poteſtatem, ad tempus, de quo eidem Miniſtræ Generali videbitur, in debito loco ſui ſubſtituere &c. valeat &c. indulgemus &c. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c.

Datum Florentiæ, anno &c. mccccxxxv. vi. Nonas Martii, anno v.

LXXXVIII.

Extinguitur lis, & controverſia inter Fratres domus Montis-Granarii, & Fratres Auguſtinianos ejuſdem loci. Ex lib. 4. de Regularibus, & diverſis formis, anno 6. folio 135.

Ad futuram rei memoriam.

Ut in Regeſt. Tom. 9. fol. 471. §. 1. SAcræ Religionis, ſub qua dilecti filii Guardianus & Fratres domus ſancti Franciſci extra muros Montis-Granarii Ordinis Minorum, Firman. diœceſis &c. Olim ſiquidem accepto, quod cum dudum antea domus eorumdem Fratrum infra mœnia ipſius Caſtri, cum ejus Eccle-

cleſia conſiſteret, &, temporum cauſante malitia, univerſitas dicti Caſtri eadem mœnia ad minorem circuitum, ut ſecurius vivere, & ab hoſtium inſidiis & inſultibus ſe commodius tueri poſſent, reſtrinxiſſent adeo, quod domus & Eccleſia prædictæ extra hujuſmodi mœnia remanſerant, ex quo in ipſa Eccleſia divinus cultus extiterat plurimum diminutus, ac Fratribus, qui in ea pro tempore reſederant, ſcandala ſecuta fuerant, atque damna. Nos eiſdem Fratribus mutandi domum eamdem, & aliam illius loco cum Eccleſia, campanili &c. officinis, in loco ad id conguo & honeſto, infra eadem mœnia conſtruendi & ædificandi, ipſamque pro uſu & habitatione eorum recipiendi, per quaſdam primo auctoritate Apoſtolica licentiam conceſſimus; & deinde pro parte dictorum Guardiani & Fratrum nobis expoſito, quod, poſtquam ipſi quoddam oratorium ſanctæ Mariæ *delle Gratie* nuncupatum, & per dilectos filios populum dicti Caſtri fundatum, & ad præmiſſa congruum repererant, a nonnullis aſſerebatur, in ipſius oratorii ſolo domum Fratrum Eremitarum ſancti Auguſtini antiquitus fundatam, ſeu dictum oratorium domui eorumdem ſancti Auguſtini Fratrum unitum, annexum & incorporatum, auctoritate Apoſtolica extitiſſe, quodque prædicti Ordinis Minorum Fratres parati erant ab ejuſdem Caſtri habitatoribus, qui ad rem ipſam afficiebantur, dari facere eiſdem Eremitis Fratribus debitam recompenſam, maxime cum eis alius infra dictum Caſtrum locus, eadem auctoritate conceſſus extitiſſet, quem tunc commode inhabitabant, nos dilecto filio Abbati Monaſterii ſancti Firmani, dictæ diœceſis, ejus proprio nomine non expreſſo, per quaſdam alias noſtras litteras dedimus in mandatis, ut ſi foret ita, data prius eiſdem ſancti Auguſtini Fratribus hujuſmodi recompenſa, Guardiano & Fratribus Ordinis Minorum prædictis oratorium prædictum, cum hortis, hortalitiis, & omnibus juribus, & pertinentiis apprehendendi, inibique domum cum Eccleſia, campanili &c. officinis fundandi, conſtruendi &c. domumque eorumdem extra muros prædictos exiſtentem, ad fundandam domum in oratorio hujuſmodi, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis transferendi, felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. &c. quibuſcumque aliis conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis nequaquam obſtantibus, licentiam Apoſtolica auctoritate concederet, jure parochialis Eccleſiæ, in omnibus ſemper ſalvo. Volumus autem, quod Eccleſia ipſa extra muros ſita prædictos, poſtquam hujuſmodi translatio facta foret, ad prophanos uſus nullatenus reverteretur.

§. II. Cum autem poſtmodum prædictus Abbas, vocatis dicti ſancti Auguſtini Fratribus & aliis, qui fuerant evocandi, ac oblata eiſdem per Guardianum & Fratres Minores prædictos debita recompenſa, ſervatis ſervandis, prædictis Guardiano & Ordinis Minorum Fratribus oratorium prædictum, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis recipiendi, inibique domum cum Eccleſia, campanili &c. conſtruendi &c. domumque eorum extra muros prædictos exiſtentem ad fundandam domum hujuſmodi, cum omnibus juribus & pertinentiis ſupradictis transferendi conceſſerit, auctoritate Apoſtolica facultatem, jure petendi recompenſam debitam, ut præfertur, quam eatenus recipere recuſaverat, Priori & Conventui domus ſancti Auguſtini hujuſmodi in poſterum reſervato; & nihilominus idem Abbas dilecto filio Andreæ Abbati Monaſterii ſancti Roſilli Forolivien. dicti Ordinis dederit, ut ex prædictarum ad ſe directarum litterarum forma poterat, in mandatis, ut Guardianum & Fratres ſancti Franciſci hujuſmodi in poſſeſſionem dicti oratorii, juriumque & pertinentiarum prædictorum induceret corporalem; cumque idem Andreas Abbas Guardianum & procuratores, per dictos ſancti Franciſci Fratres legitime conſtitutos, nomine dictorum ſan-

ſancti Franciſci Fratrum in oratorii, juriumque, & pertinentiarum prædictorum hujuſmodi poſſeſſionem induxerit, juxta traditam, ut præmittitur, ſibi formam, ipſique Guardianus & Syndici oratorii juriumque & pertinentiarum hujuſmodi poſſeſſionem receperint corporalem, prout in dictis litteris & inſtrumentis inde confectis plenius continetur, nihilominus Syndicus, eorumdem ſancti Auguſtini Fratrum nomine ad Sedem Apoſtolicam appellavit, noſque cauſam appellationis hujuſmodi dilecto filio Magiſtro Joanni Loyer, Capellano noſtro, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditori, ad inſtantiam dicti Syndici audiendam commiſimus, & fine debito terminandam, in qua idem Auditor ad nonnullos actus citra, tum concluſionem inter dictas partes dicitur proceſſiſſe. Quare pro parte dictorum ſancti Franciſci Fratrum, cum ſint in altiſſima paupertate fundati, ne contra eorum morem & honeſtatis debitum litigare cogantur, nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. III. Nos igitur &c. litem hujuſmodi, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, extinguentes, eiſdem ſancti Auguſtini Fratribus ſuper oratorio, juribus & pertinentiis ſupradictis perpetuum ſilentium, auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia imponimus per præſentes, ac decernimus oratorium prædictum, cum juribus & pertinentiis ſupradictis ad eoſdem ſancti Franciſci Fratres tantummodo pertinere, reſervata eiſdem ſancti Auguſtini Fratribus debita, ut praſertur, recompenſa, quam eis per eoſdem ſancti Franciſci Fratres dari volumus, quandocumque fuerint requiſiti &c. Nulli ergo &c. noſtræ extinctionis, impoſitionis, conſtitutionis & voluntatis infringere &c.

Datum Florentiæ, anno &c. MCCCCXXXVI. Nonis Martii, anno VI.

LXXXIX.

Fratres de Obſervantia ſancti Hieronymi extra Eugubium eximuntur a ſuperioritate Fratrum domus Eugubin. Ibidem folio 13.

Ad futuram rei memoriam.

Vi in Conſtit. 84. hujus Pontif. §. I. AD ea, per quæ piorum locorum ſtatui &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Vicarii locorum provinciæ ſancti Franciſci, necnon Guardiani & Fratrum domus ſancti Hieronymi extra muros Eugubinos, Ordinis Fratrum Minorum *de Obſervantia* nuncupatorum, petitionis ſeries continebat, quod olim, poſtquam ipſa domus ſancti Hieronymi, per quemdam fratrem Hugolinum & certos alios religioſos viros, Ordinis ſancti Auguſtini profeſſores, & ſub ejuſdem Ordinis ſancti Auguſtini regulari Obſervantia viventes, caritativis Chriſtifidelium eleemoſynis, atque ſuffragiis conſtructa & ædificata fuerat, ac deinde per bonæ memoriæ Balthaſarem Epiſcopum Tuſculan. tunc Joannem XXIII. in ſua obedientia, de qua partes illæ tunc erant, nuncupatum, ex certis tunc expreſſis cauſis, ſuppreſſo in ea prædicto ſancti Auguſtini Ordine, domum ipſam Univerſitati, ſeu Fraternitati ſancti Auguſtini Eugubin. nuncupare ſubmiſerat, ipſaque fraternitas dictam domum cum ejus pertinentiis apprehendens, Eccleſiaſtica, necnon alia ædificia domus ejuſdem, tunc pro parte ruinam minantia, cum ea intentione & propoſito, ut ipſam domum Fratribus Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia prædictis aſſignaret, atque donaret, prout poſtmodum in effectu fecerat, reparaverat, atque reformaverat, ac Fratres hujuſmodi locum ipſum ceperant & inhabitaverant, reddentes inibi Altiſſimo continuum famulatum, fel. record. Martinus Pa-

Papa V. prædeceſſor noſter, ad dilecti filii nobilis viri Guidantonii Comitis Montisferetri ſupplicationis inſtantiam, ſummiſſionem factam de dicta domo Univerſitati, ſeu Fraternitati prædictæ caſſans, irritans & annullans, domum ipſam ſancti Hieronymi domui ſancti Franciſci Eugubin. dicti Ordinis Minorum univit, annexuit & incorporavit, ac voluit, decrevit & declaravit, ipſam domum ſancti Hieronymi prædictæ domui ſancti Franciſci Eugubin. in perpetuum ita ſubeſſe debere, quod Guardianus & Fratres in dicta domo ſancti Hieronymi pro tempore degentes, correctioni, punitioni & ſuperioritati ejuſdem domus ſancti Franciſci perpetuo immediate ſubeſſent, prout in litteris dicti prædeceſſoris exinde confectis, quarum tenorem hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſo, plenius continetur.

§. II. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, domus & loca Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia prædictorum, necnon Guardiani & Fratres in eis pro tempore degentes, ex inſtitutionibus regularibus dicti Ordinis, nullis aliis, præter quam dilectis filiis Generali totius Ordinis, & aliis provinciarum Miniſtris & Vicariis ſubjici conſueverint, nec ſubeſſe debeant. Quare pro parte Comitis, necnon Vicarii provinciæ, ac Guardiani & Fratrum loci ſancti Hieronymi prædictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut incorporationem, annexionem, & unionem, nec non ſummiſſionem hujuſmodi, per eumdem prædeceſſorem contra inſtituta Minorum hujuſmodi factas, revocare, irritare &c. dignaremur.

§. III. Nos igitur &c. unionem, annexionem, & incorporationem, necnon ſummiſſionem hujuſmodi, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium caſſantes, irritantes &c. decernimus, quod domus ipſa ſancti Hieronymi ſua illius obedientia & ſuperioritate ex nunc ſit, ac eſſe teneatur & debeat, ſub qua cetera domus & loca Ordinis Minorum de Obſervantia hujuſmodi, infra provinciam ſancti Franciſci præfatam ſita & conſiſtentia ſubſunt, & etiam immediate ſubeſſe tenentur &c. non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergo &c. noſtræ caſſationis, irritationis, annullationis, voluntatis & conſtitutionis infringere &c.

Datum Florentiæ, anno &c. MCCCCXXXVI. Nonis Martii, anno VI.

XC.

Præficitur Eccleſiæ Eguinen. Ex libr. I. de dignitatibus &c. ann. 6. fol. 102.

Dilecto filio Reginaldo Polet Electo Eguinen.

PAſtoralis officii debitum &c. Dudum ſiquidem Joanne Epiſcopo Eguinen. regimini Eccleſiæ præſidente &c. Poſtmodum vero dicta Eccleſia per obitum dicti Joannis Epiſcopi, qui extra Romanam Curiam debitum naturæ perſolvit, Paſtorali ſolatio deſtituta &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem &c. Volumus autem, quod quam primum litteras ſuper hujuſmodi proviſione & præfectione habueris expeditas, ad eamdem te transferas Eccleſiam, & apud illam tenearis perſonaliter reſidere, quodque extra tuas civitatem & diœceſim Pontificalia officia nequeas exercere. Jugum igitur &c. *Vide Conſtit. 6. Joann. XXIII. Tomi 9.*

Datum Florentiæ, anno &c. MCCCCXXXVI. V. Kal. Aprilis, anno VI.

XCI.

XCI.

Prohibetur receptio Monialium ejectarum ex Monaſterio de Monticellis poſt reformationem ejuſdem. Ex Archivo ſecreto lib. 19. Bullar. fol. 76.

Ad perpetuam rei memoriam.

OFficii noſtri debitum expoſcit, ut iis per quæ inter perſonas eccleſiaſticas, præſertim in fragili ſexu, ſub Religionis habitu Domino famulantes, diſſenſiones & ſcandala præcaveri valeant, favorabiliter intendamus. Cum itaque venerabilis frater noſter Jordanus Epiſcopus Sabinen. & dilectus filius Guillelmus de Caſali, Ordinis Fratrum Minorum Generalis Miniſter, ad reformationem Monaſterii de Monticellis extra muros Florentin. Ordinis ſanctæ Claræ, juxta eis a nobis injunctum mandatum procedentes, nonnullas Sorores dicti Ordinis, quæ a norma recte vivendi declinaverant, ex prædicto Monaſterio licentiaverint & removerint, ac in eodem certas honeſtas & devotas Sorores Minoriſſas, ex Monaſteriis ſancti Ludovici Bononien. advocantes introduxerint, & alias Monaſterium ipſum de Monticellis reformaverint, prout eis ſecundum Deum & earum Regulam viſum fut expedire. Nos cupientes ut prædictæ Sorores in ipſo Monaſterio de novo introductæ, & quæ eis in futurum ſuccedent, cum animi tranquillitate in illo perſeverent, ac inſtitutionem Abbatiſſæ & Monaſterii conceſſum, ac reformationem hujuſmodi, & cetera inde ſecuta, auctoritate Apoſtolica approbantes & confirmantes, eadem auctoritate, tenore præſentium ſtatuimus & ordinamus, quod nulla deinceps mulier ſecularis, vel religioſa, cujuſcumque Ordinis, vel profeſſionis fuerit, etiam ſi in eodem per antea recepta, & poſt profeſſionem per ipſam emiſſam inibi nutrita extiterit, Monaſterium ipſum de Monticellis ingredi, ſeu in illo recipi quoquo modo poſſit, niſi eiſdem Sororibus in habitu & Ordine per omnia ſit conformis, & ad hoc etiam dilectarum in Chriſto filiarum modernarum & pro tempore futurarum Abbatiſſæ & Sororum ipſius Monaſterii de Monticellis, vel majoris partis earumdem conſenſus accedat. Nos enim, ſi ſecus actum fuerit, tam in receptas, quam in recipientes, necnon quaſcumque perſonas Eccleſiaſticas, ſeu ſeculares, vel regulares, cujuſcumque ſtatus, gradus, præeminentiæ, vel conditionis exiſtant, quæ contra ordinationem noſtram hujuſmodi Abbatiſſas & Sorores prædictas contra præmiſſa inquietare, ſeu quomodolibet moleſtare præſumpſerint, excommunicationis ſententiam, niſi moniti reſipiſcant, incurrere volumus ipſo facto, a qua, præterquam in mortis articulo, ab alio, quam a Romano Pontifice abſolvi non poſſint. Per hoc autem quin Abbatiſſa & Sorores prædictæ, quæ pro tempore fuerint dicti Monaſterii de Monticellis, juxta inſtituta dictæ Regulæ ipſarum Superioribus obedientiam &c. exhibere teneantur, aliquatenus derogare non intendimus: ejectas vero ex hujuſmodi Monaſterio de Monticellis, de bonis ejuſdem Monaſterii, prout ipſius facultates ſufficient, quod totum ipſorum Epiſcopi, Protectoris & Generalis dicti Ordinis ſancti Franciſci diſcretioni committimus, nutriri volumus. Prohibemus inſuper Sorores illas, quæ de Monaſterio ſancti Jacobi Florentin. Ordinis ſanctæ Claræ, abſque Superioris licentia, temeritate propria exiviſſe noſcuntur, in illo ulterius recipi, ſed pro culpa caſtigari, & in alio loco honeſto collocari volumus. Nulli ergo &c.

Datum Florentiæ, anno MCCCCXXXVI. V. Kal. Aprilis, anno VI.

XCII.

XCII.

Ut admittant domum in loco Arenarum. Ex lib. I. de diverſis formis ann. 6. folio 46.

Dilectis filiis Miniſtro Provinciali, & Fratribus Ordinis Minorum provinciæ Calabriæ, ſecundum morem dicti Ordinis.

SAcræ Religionis &c. Sane petitio pro parte veſtra nobis nuper exhibita continebat, quod dilectus filius nobilis vir Nicolaus de Arenis, Arenarum & Mileti Comes, terrena &c. commutare cupiens, juxta Capellam olim per eum in loco Arenarum, ſub nomine ſancti Nicolai canonice fundatam & conſtructam, unam domum cum campanili ſupra capellam eamdem, necnon cœmeterio, domibus, hortalitiis, & aliis neceſſariis officinis pro uſu & habitatione unius Guardiani & Fratrum veſtri Ordinis inibi Domino ſerviturorum, de bonis ſibi a Deo collatis, de novo conſtruere & ædificare proponit &c. Quare pro parte veſtra & ejuſdem Comitis nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. Nos igitur &c. præfato Comiti in loco prædicto, ſi ad id congruus ſit & honeſtus, ſumptibus propriis fundandi, conſtruendi domum prædictam, vobiſque illam &c. recipiendi &c. diœceſani &c. minime requiſita, fel. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. contrariis non obſtantibus quibuſcumque, jure tamen &c. ſalvo, plenam &c. licentiam elargimur. Et nihilominus vobis, quod Fratres veſtri Ordinis, qui in domo ipſa pro tempore morabuntur, omnibus privilegiis &c. uti ſimiliter valeant &c. Nulli ergo &c. *Vt in Regeſt. Tomi 9. fol. 471.*

Datum Bononiæ, anno &c. MCCCCXXXVI. III. Nonas Maii, anno VI.

XCIII.

Ut ab eis derelictam domum in loco Quinque-Frondium, & reſtauratam recipiant. Ibidem fol. 47.

EISDEM.

EXigit veſtræ devotionis affectus &c. Sane pro parte veſtra nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dilectus filius nobilis vir Joannes Carazolus Comes Guatii, pro ſuæ &c. animarum ſalute, quamdam domum veſtri Ordinis in loco ſeu territorio Quinque-Frondium dudum fundatam &c. per ſexaginta annos & amplius derelictam, cum illius Eccleſia, campanili &c. officinis pro uſu & habitatione unius Guardiani & aliorum Fratrum dicti Ordinis, de bonis a Deo ſibi collatis debite reſtauravit. Quare pro parte veſtra ac ipſius Comitis nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. Nos igitur &c. vobis domum ipſam ſic reſtauratam, aut quamprimum per dictum Comitem, cui de bonis a Deo ſibi collatis reſtaurationem hujuſmodi, ſi nondum completa, faciendi licentiam concedimus, reſtaurata fuerit, libere recipiendi & licite retinendi, Diœceſani &c. minime requiſita, fel. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. contrariis non obſtantibus quibuſcumque, jure &c. ſalvo, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium licentiam elargimur: & nihilominus vobis, quod Fratres veſtri Ordinis, quos in domo prædicta morari contigerit, omnibus privilegiis &c. uti etiam &c. valeant, auctoritate concedimus antedicta. Nulli ergo &c. *Vt in Conſtit. 58. Bonif. IX.*

Datum Bononiæ, anno &c. MCCCCXXXVI. III. Nonas Maii, anno VI.

XCIV.

XCIV.

Ut in ſingulis ſuis domibus Miniſtras eligant, & Generali Miniſtræ ſubjiciantur. Ex lib.1. de Regularibus &c. anno 6. folio 166.

Dilectis in Chriſto filiabus ſanctæ Eliſabethæ, & ſancti Antonii Aquilan. ac Peruſin. Tertii Ordinis ſancti Franciſci de Pœnitentia *nuncupati, domorum Sororibus &c.*

Vt in Regeſto Tomi 9. fol. 471. §. I. SAcræ Religionis zelus &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quod vos pro veſtra, ac domorum conſervatione, directione hujuſmodi in illis, ad inſtar aliarum in aliis ſanctæ Annæ, ſancti Joannis, ac ſancti Onofrii, necnon ſanctæ Margaritæ, & ſancti Clerici, ac ſanctæ Agnetis, Fulginaten. Tudertin. Florentin. Eſculan. Aſſiſinat. & Viterbien. Tertii Ordinis ſancti Franciſci, *de Pœnitentia* nuncupati, domibus degentium Miniſtrarum & Sororum, ac ſecundum earum ritus, mores, ſtatuta, conſuetudines, & ipſis conceſſa privilegia, etiam mendicando vivere, illarumque Generali Miniſtræ pro tempore exiſtenti, cum veſtris domibus prædictis ſubjici, & eis applicari, necnon in ſingulis domibus veſtris prædictis ſingulas Miniſtras eligere, ac privilegiis prædictis gaudere ferventius deſideratis &c. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. II. Nos igitur &c. ſtatuimus, decernimus, & declaramus, quod vos & aliæ in prædictis domibus veſtris pro tempore exiſtentes Miniſtræ & Sorores in illis ad inſtar & juxta mores, ſtatuta & conſuetudines aliarum domorum hujuſmodi, etiam vitæ neceſſaria per mendicata ſuffragia quærendo vivere, & illarum cum regularibus inſtitutis conformes reddere, & quod ſingulæ Conventus ſingularum veſtrarum domorum hujuſmodi in ſingulis veſtris domibus prædictis ſingulas Miniſtras, quæ earum capita & Rectrices exiſtant, quotie opus fuerit, eligere perpetuo poſſitis, debeatis & valeatis, quodque vos & aliæ pro tempore Sorores, necnon veſtræ domus hujuſmodi Generali Miniſtræ prædictæ, ac illius correctioni, necnon Miniſtræ domorum veſtrarum hujuſmodi viſitationi Viſitatorum dicti Ordinis pro tempore deputatorum, prout aliæ domus & illarum Miniſtræ hujuſmodi eſſent ſubjectæ, ſitis & etiam cenſeamini. Et nihilominus domibus veſtris prædictis, & in illis pro tempore degentibus Miniſtris, Sororibus, ſervientibus & perſonis, ut ipſæ omnibus & ſingulis privilegiis &c. conceſſis, uti valeant &c. indulgemus. Nulli ergo &c

Datum Bononiæ anno &c. MCCCCXXXVI. XII. Kalendas Julii, anno VI.

XCV.

Fit Epiſcopus Seignen. Regeſt. Vatic. Ex lib. 1. de dignitatibus &c. an. 6. fol. 59.

Dilecto filio Ludovico de Pirrano Electo Seignen.

ECcleſiarum utilitati tunc recte conſulitur, & indemnitati ſalubriter præcavetur, cum providis & diſcretis earum cura committitur, & vacantium regimini paſtores idonei præponuntur. Hinc eſt quod Romanus Pontifex, cui ex Apoſtolatus incumbit officio de univerſis Eccleſiis ſollicite cogitare, ad id propenſius vigilat & intendit, ut Eccleſiæ ipſæ paſtoribus tali-

talibus committantur, per quorum induſtriam præſerventur a noxiis, ac felicibus in ſpiritualibus & temporalibus proficiant incrementis. Dudum ſiquidem proviſiones omnium Eccleſiarum Cathedralium &c. Poſtmodum vero Eccleſia Seignen. ex eo vacante, quod nos nuper venerabilem fratrem noſtrum Joannem Anconitan. tunc Seignen. Epiſcopum, licet abſentem a vinculo &c. abſolventes, eum ad Eccleſiam Anconitanam tunc vacantem, auctoritate Apoſtolica duximus transferendum, præficiendo eum illi in Epiſcopum & Paſtorem. Nos ad proviſionem ipſius Seignen. celerem &c. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum in Theologia profeſſorem &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam &c.

Datum Bononiæ, anno &c. MCCCCXXXVI. IV. Idus Auguſti, anno VI.

XCVI.

Aſſumitur ad Eccleſiam Rubicen. Ibid.

Dilecto filio Franciſco Electo Rubicen.

APoſtolatus officium &c. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Fernando Epiſcopo Rubicen. regimini Rubicen. Eccleſiæ præſidente. Nos cupientes &c. Poſtmodum vero præfata Eccleſia, per obitum ipſius Fernandi Epiſcopi, qui extra Romanam Curiam deceſſit, vacante. Nos vacatione &c. Demum ad te, Ordinem Fratrum Minorum expreſſe profeſſum &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam &c. *Ut in Reg. Tom. 3. fol. 564.*

Datum Bononiæ, an. &c. MCCCCXXXVI. VI. Kalend. Octobris, anno VI.

XCVII.

Ut Obſervantes admittant domum in inſula Crapanii. Ex lib. 2. Regularibus &c. anno 6. fol. 225.

Dilecto filio Archidiacono Eccleſiæ Sibenicen.

§. I. VOtis fidelium illis præſertim, per quæ divini cultus augmentum & Religionis propagatio ſpecialiter propagatur, libenter annuimus, ac quantum cum Deo poſſumus, favorem benevolum impertimur.

§. II. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum Danielis, Petri, Jacobi, Michaelis, & Joannis fratrum, ac quondam Thomæ Jurich Domicelli Sibenicen. natorum, petitio continebat, quod licet olim dictus Thomas inſulam Crapan. Sibenicen. diœceſ. ad Archidiaconatum Eccleſiæ Sibenicen. & illius pro tempore Archidiaconum tunc pertinentem, ex conceſſione aliarum litterarum noſtrarum per viam permutationis de aliis ipſius Thomæ bonis, eidem Archidiaconatui magis utilibus, & illis tunc aſſignatis acquiſiverit, tamen in bonis ipſis prædictus Thomas in dicta inſula quamdam capellam, ſeu oratorium conſtruere, ſeu conſtrui facere proponebat, prout expreſſum extitit. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, dictus Thomas, hujuſmodi ſuo propoſito executioni minime demandato, poſtmodum deceſſit, ac loco dictæ Capellæ prædicti nobiles, qui ejuſdem Thomæ bonorum hæredes & ſucceſſores remanſerunt, de prædictis bonis, ac etiam mediantibus dilecti filii Georgii Radoslamchic, etiam Domicelli Sibenicen. qui ad id contribuere intendit &c. unam domum cum Eccleſia, campanili &c. officinis, in prædicta inſula pro uſu &c. Religioſorum Ordinis Fratrum Minorum *de Obſervantia* nuncupatorum, Vicariæ Boſnæ, juxta morem dicti Ordinis, con-

ſtruere &c. proponunt. Quare pro parte nobilium & Georgii prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c.

§. III. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi per diligentem informationem &c. repereris, quod locus, in quo prædicta domus conſtrui debet, honeſtus, ad id aptus & commodus exiſtat, Danieli, Petro, Jacobo, Michaeli, Joanni, & Georgio, ac eorum cuilibet domum cum Eccleſia, campanili &c. fundandi &c. necnon Religioſis prædictis illam ſic conſtructam pro uſu &c. licentiam largiaris. Non obſtantibus fel. record. Bonifacii Papæ VIII. &c. contrariis quibuſcumque. Nos enim &c. Vicariis, Guardianis, Fratribus prædicti Ordinis, & aliis in domo ipſa pro tempore degentibus perſonis, ac dictæ domui, ut ipſi omnes & ſinguli quibuſcumque privilegiis &c. uti valeant &c. indulgemus.

Datum Bononiæ, anno &c. mccccxxxvi. xvii. Kalend. Decembris, anno vi.

XCVIII.

Privilegia & ſtatuta Tertiariorum Belgii confirmantur, & extenduntur ad alias domos conſtruendas. Ex lib. 3. de Regularib. &c. anno 6. fol. 18.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. I. AD Apoſtolicæ dignitatis apicem ſuperna diſpoſitione vocati, in decorem ſacræ Religionis, ſub qua dilecti filii Fratres, necnon dilectæ in Chriſto filiæ Sorores Tertii Ordinis *de Pœnitentia* nuncupati, quem beatus Franciſcus inſtituit, devotum & ſedulum exhibent Domino famulatum, ingenti mentis exultatione reficimur, proſpicientes quod ipſi per bonorum exercitium operum & præclara ſanctitatis merita ceteros ad divinæ majeſtatis obſequium trahunt per exempla, & propterea dictos Fratres & Sorores Apoſtolicis favoribus libenter proſequimur, ac ſpecialibus libertatis prærogativis peramplius ſtabilimus. Dudum ſiquidem fel. record. Martinus Papa V. prædeceſſor noſter ſuas conceſſit litteras tenoris ſubſequentis: *Martinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam: Ex Apoſtolicæ Sedis providentia &c. ut in Bulla* 244. *ejuſdem Martini uſque ad finem. Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos* xiii. *Kalend. Julii, Pontificatus noſtri anno* xiii.

§. II. Cum autem, ſicut exhibita nobis pro parte dictorum Fratrum & Sororum petitio continebat, nonnulli Chriſtifideles in eiſdem Morinen. ac Tornacen. Cameracen. ac Leodien. civitatibus & diœceſibus pro habitatione & uſu perpetuis Fratrum & Sororum ejuſdem Ordinis aliquas domos, ſive aliqua loca liberaliter donabunt, ſeu relinquent, vel alias juſto titulo ipſi, vel alii dicti Ordinis Fratres & Sorores conquirere ſperent, pro parte Fratrum & Sororum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. Nos itaque &c. litteras & contenta hujuſmodi &c. rata habentes & grata, ea omnia Apoſtolica auctoritate, & ex certa ſcientia confirmamus &c. & nihilominus litteras prædictas ad prædictas domos dictarum civitatum & diœceſum, necnon illarum Fratres & Sorores extendimus &c. ſingulis privilegiis &c. licite in omnibus, ad inſtar dictorum Fratrum & Sororum, uti & gaudere poſſint &c. concedimus &c. Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis, approbationis, ſuppletionis, extenſionis, conceſſionis & conſtitutionis infringere &c.

Datum Bononiæ, anno &c. mccccxxxvi. vi. Kalend. Decembris, anno vi.

XCIX.

XCIX.

Præficitur Eccleſiæ Darien. Ex lib. 1. de dignitatibus &c. anno 6. fol. 153.

Dilecto filio Joanni Electo Darien.

REgimini univerſalis Eccleſiæ &c. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Henrico Epiſcopo Darien. regimini Eccleſiæ Darien. præſidente. Nos cupientes &c. attentari. Poſtmodum vero præfata Eccleſia per obitum dicti Henrici, qui extra Romanam Curiam &c. vacante. Nos vacatione &c. diligentem. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem &c. noſtræ mentis. Quibus omnibus &c. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam &c. Jugum igitur &c. merearis. Volumus autem quod quamprimum litteras Apoſtolicas habueris expeditas &c. *Ut in Conſtit. 17. hujus Pontif.*

Datum Bononiæ, anno &c. MCCCCXXXVI. IV. Kalend. Decembris, anno VI.

C.

Ut admittant Cœnobium in oppido Dunkerken. Ex lib. 3. de Regularib. &c. anno fol. 41.

Dilectis filiis Guardiano, & Fratribus Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia *nuncupatorum, domus ſancti Audomari de ſancto Audomaro, Morinen. diœceſis &c.*

SAcræ Religionis &c. Cum itaque, ſicut exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, domus dicta ſancti Audomari de ſancto Audomaro Ordinis Fratrum Minorum *de Obſervantia* nuncupatorum, Morinen. diœceſ. in numero Fratrum ſub hujuſmodi Obſervantia Obſervantium, admodum, Deo benedicente, excreverit, ac in dicta diœceſi locus alius ſeu domus Fratrum hujuſmodi non exiſtat, necnon dilecti filii Univerſitas oppidi Dunkerkes, Comitatus Flandriæ, ejuſdem diœceſis ſpiritu devotionis accenſi, quemdam locum pro Guardiano & nonnullis Fratribus dicti Ordinis in eorum ſolo &c. infra dictum oppidum, cum Eccleſia, campanili &c. officinis conſtruere &c. aſſignare proponant, pro parte veſtra & prædictorum Fratrum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. Nos itaque Univerſitatem prædictam in hujuſmodi laudabili propoſito confovere volentes, eis locum, ſeu domum hujuſmodi conſtruendi &c. pro ipſorum Guardiani & Fratrum habitatione & uſu recipiendi &c. licentiam, tenore præſentium elargimur: parochialis &c. jure ſalvo. Vobis nihilominus de uberioris dono gratiæ, quod Guardianus & Fratres hujuſmodi &c. omnibus privilegiis &c. potiri &c. *Ut in Reg. Tom. 9. fol. 571.*

Datum Bononiæ, anno &c. MCCCCXXXVI. XVII. Kalend. Januarii, anno VI.

CI.

Ut ferant caputia ejuſdem formæ. Ex lib. 4. de Regularib. &c. anno 6. fol. 69.

Dilectis filiis univerſis Fratribus Tertii Ordinis ſancti Franciſci de Pœnitentia *nuncupatis, in partibus Flandriæ, Morinen. diœceſis commorantibus*.

DEvotionis augmentum vobis, Deo propitio provenire confidimus, ſi in his, quæ pie cupitis, nos propitios atque benignos habeatis. Cum itaque &c. vos longa, & dilecti filii Fratres veſtri Ordinis villæ de ſancto Audomaro, Morinen. diœceſis alterius formæ caputia, licet ſitis unius & ejuſdem Ordinis, deſeratis, voſque qualis veſtrorum forma caputiorum in veſtra Provincia vobis data fuerit in prima inſtitutione, ſitis immemores & incerti. Cumque etiam congruat utique & deceat, quod, cum vos dictique Fratres ejuſdem eſſe Religionis noſcamini & Obſervantiæ regularis, uniformia uniuſque diſpoſitionis caputia inter vos in antea habeatis: Nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, tam vobis, quam aliis futuris domorum veſtrarum Fratribus omnibus & ſingulis, ut vos & illi ejuſdem diſpoſitionis, ſive formæ, cujus Fratres villæ prædictæ deferre ſolent, caputia, veſtris pœnitus derelictis, perpetuo habere & geſtare libere liciteque poſſitis, atque debeatis, dicta inſtitutione, ac veſtrarum prædictarum & Fratrum dictæ villæ domorum, dictique Ordinis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere. Si quis &c.

Datum Bononiæ, anno &c. MCCCCXXXVI. IV. Kalendas Januarii, anno VI.

CII.

Ut eximant Moniales Monaſterii ſanctæ Claræ de Xativa a quibuſdam ſolutionibus. Ex lib. 3. de Regularib. &c. anno 6. fol. 44.

Dilectis filiis Vallis-dignæ, & ſancti Bernardi prope muros Valentin. Monaſteriorum Abbatibus, ac Præcentori Eccleſiæ beatæ Mariæ de Xativa, Valentin. diœceſis.

Ut in Conſt. 24. Martini V.

§. I. APoſtolicæ nobis injunctæ &c. Sane pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii ſanctæ Claræ, loci Xativæ, Ordinis ejuſdem Sanctæ, Valentin. diœceſis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim quondam Saurina D'Etenza mulier ſingularem ad Ordinem prædictum devotionis gerens affectum, & ad reddendum vota, quæ ſæpius de conſtrui & ædificari faciendo Monaſterium dicti Ordinis intra ſe conceperat & emiſerat, inducta, condenſque de bonis ſibi deſuper collatis in ejus voluntate ultima teſtamentum, in illo pro Religionis propagatione, divinique cultus augmento, necnon ſuæ & progenitorum ſuorum animarum ſalute, prædictum Monaſterium ſanctæ Claræ conſtrui & ædificari mandavit, ac pro illius dote ſuper ipſorum bonorum reditibus ſexdecim millium ſolidorum regalium ſummam, ſingulis annis perpetuo legavit, atque reliquit, & quamdam Margaritam ipſius filiam,

Saurina d'Etenza teſtamentum condit pro Monaſt. conſtruen.

tunc

Digitized by Google

tunc in humanis agentem, in omnibus aliis bonis univerſalem inſtituit hæredem, volens inter alia, quod ipſa Abbatiſſa & Conventus annis perpetuis, Valentinæ mille, ac prædicti loci Ordinis Fratrum Minorum domibus quingentos, necnon pro orphanis maritandis ſimiles quingentos, & pro captivis redimendis totidem, pro pauperibus veſtiendis etiam totidem, & pro ſex Presbyteris, ſive Clericis Miſſas & alia divina officia in dicto Monaſterio celebraturis, necnon per ipſam Abbatiſſam ponendis & amovendis pro tempore, trecentos pro quolibet ſolidos regalium hujuſmodi dare ſolvereque tenerentur, & ſi dicta Margarita ſine liberis decederet, omnia bona prædicta ad ipſum Monaſterium ſanctæ Claræ devolverentur; ſed ex tunc Abbatiſſa & Conventus prædictæ pro domibus, orphanis, captivis, pauperibus, necnon Presbyteris & Clericis prædictis ſolidos hujuſmodi duplicare, ſive illorum duplum perſolvere deberent. Et ad alia pia opera.

§. II. Poſtmodum vero dicta Margarita, quæ legitimam ſibi jure naturæ in eiſdem bonis debitam, quondam Nicolao de Janilla Comiti Terraconen. ſuo marito dimiſit, abſque liberis hujuſmodi vita functa, prædictus Comes ſe de dictis bonis intromittens, ea totaliter, vel quaſi pro ſe retinuit, ſibique vindicavit, necnon Abbatiſſa & Conventus prædictæ ſuper illis contra eum, propter ipſius potentiam, judicialiter experiri pertimeſcentes, deſuper in bonæ memoriæ Hugonem Epiſcopum Valentin. compromiſerunt, qui per ſuam arbitralem ſententiam, bonorum eorumdem tertiam Abbatiſſæ & Conventui, necnon alias duas Comiti prædictis, qui dictæ ſententiæ acquieverunt, partes adjudicavit. Maritus bona ſibi retinet.

§. III. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, tertiæ partis hujuſmodi, deductis, quæ circa caſtrorum, domorum, necnon olei molendinorum reparationes, illorumque cuſtodes & conſervatores inde perſerenda ſunt, & propter quæ Abbatiſſa & Conventus prædictæ ſingulis annis mille & octingentos ſimiles ſolidos exponere habent oneribus, fructus, reditus & proventus, ultra ſummam ſexdecim millium ſolidorum hujuſmodi minime frequentius, & aliquando modicum ultra valeant annuatim; etſi Abbatiſſa, necnon Conventus prædictæ ad faciendam, quam hactenus non fecerant, duplicationem, ſive ſolutionem hujuſmodi dupli cogerentur, id in earum, necnon ſimiliter Monaſterii ſanctæ Claræ magnum cederet damnum pariter & gravamen; pro parte dictarum Abbatiſſæ & Conventus, aſſerentium poſt ipſius promulgationis ſic quinque annos effluxiſſe, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis ac prædicto Monaſterio ſanctæ Claræ ſuper his opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Monaſterii gravamina exponuntur.

§. IV. Nos igitur, qui de præmiſſis certam notitiam non habemus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum, ſi & poſtquam vobis de præmiſſis legitime conſtiterit, Abbatiſſam & Conventum prædictas ad faciendam duplicationem, ſive ſolutionem dupli hujuſmodi etiam provide, ac ſi nulla deſuper in ipſo teſtamento facta mentio foret, aliquatenus non teneri, auctoritate Apoſtolica decernatis; non permittentes ipſas Abbatiſſam & Conventum, vel aliquam ex eis contra decretum, ſive conſtitutionem hujuſmodi, ſi illud, vel illam feceritis, a quoquam impeti indebite, vel quomodolibet moleſtari; contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam &c. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque &c. Declaratur, ad ſolutiones non teneri.

Datum Bononiæ, anno &c. MCCCCXXXVI. IX. Kalend. Martii, an. VI.

DI-

DIPLOMATA JOANNÆ II. REGINÆ NEAPOL.

BEATO JOANNI CAPISTRAN. CONCESSA.

I.

Ut coerceat libertatem Hebræorum in Regno Neapolitano. Ex regeſto Joannæ II. anno 1423. Ind. prima, ſol. 109.

JOANNA II. REGINA &c.

Venerabili & religioſo viro fratri Joanni de Capiſtrano Seraphici Ordinis Obſervantiæ Minorum devoto oratori, & fideli noſtro dilecto gratiam &c.

NOviter ad noſtrum pervenit auditum, quod Hebræi, ſeu Judæi regnicolæ, & qui ad regnum confluxerunt, perſiſtentes in eorum cordis duritia, pertinacia & pravitate exercent uſuras, pluraque alia eis vetita & prohibita per jura, conſtitutiones, & Capitula Canonica & Eccleſiaſtica, Imperialia, Regalia, & civilia exercent & faciunt, necnon & ſignum *Thau*, aliaque inſignia, quæ per Hebræos portari inſtituta ſunt, per eos non deferuntur, in contemptum Patris & Filii & Spiritus ſancti, Orthodoxæque Fidei, ſacroſanctæque Romanæ Eccleſiæ, vilipendiumque Imperatorum, Regum & Principum, eorumque legum, ſanctorumque inſtitutorum & Canonum, quod moleſtiſſime cruciavit & pupugit mentem noſtram; ſuper quod volentes ſalubriter providere, confiſæ de tua devotione & caritate, qui, ſicut plurium fide dignorum relatibus & ſcripturis percepimus, ac viſu & auribus propriis vidimus & palpavimus, verbo & opere imitaris veſtigia Jeſu Chriſti, ex cujus etiam ore bonum ſementum ſeri, & meliorem fructum colligi ſperamus in Domino, ipſi tuæ devotioni &c. poteſtatem concedimus, quod præſentium vigore & auctoritate, poſſis & valeas inhibere, ac expreſſe præcipere & mandare oretenus, vel in ſcriptis, aut per Nuncios ſpeciales ex culminis noſtri parte univerſis & ſingulis Hebræis, ſeu Judæis tam regnicolis, & qui uſque nunc ad hoc regnum noſtrum confluxerunt, quam illis, qui ex nunc in antea confluent, ſub pœnis acribus & formidabilibus, prudentiæ tuæ viſis, in quas, ſi ſecus fecerint, eos ipſo facto, & ipſo jure decernimus incurriſſe, contra eos abſque miſericordia infligendis, & ab eis irremiſſibiliter exigendis pro Curiæ noſtræ parte per quoslibet Officiales noſtros præſentes & futuros, & Locatenentes eorum, ad quos pro præmiſſis recurſus habebitur, abſque noſtris, vel alterius cujuſcumque litteris & mandatis, ut de cetero nullo unquam tempore poſſint, neque debeant exercere uſuras, neque facere alia quæcumque, quæ eis vetita, denegata & prohibita ſunt per ſacras Leges, Canones, Conſtitutiones & Capitula tam Canonica, quam Eccleſiaſtica, quam Imperialia, Regalia & civilia; necnon, & quod deferant & deferre debeant ſignum *Thau*, & quælibet alia inſignia, quæ per Hebræos, ſeu Judæos deſerri debent, ſecundum jura prædicta, qui de contrario, ſicut gratiam noſtram habent caram, noſtramque indignationem, & prædictas pœnas per te eis imponendas cupiunt evitare, legibus, juribus, conſtitutionibus, capitulis, edictis, ſtatutis, uſibus, moribus, conſuetudinibus, obſervantiis, litteris, privilegiis, reſcriptis, cedulis & mandatis tam per claræ memoriæ Dominos Reges & Reginas prædeceſſores noſtros, & præſertim Dominum Regem La-

Ladislaum reverendum germanum noſtrum, quam per noſtram celſitudinem, & quoslibet noſtros officiales & ſubditos, atque univerſitates, cujuſcumque ſtatus, gradus, dignitatis, præeminentiæ, & conditionis exiſtant, factis & in poſterum faciendis, ſub quibuſvis tenoribus ſive formis & pro quibuſvis conſiderationibus, atque cauſis: quibus omnibus & ſingulis, earumdem tenore præſentium, de dicta noſtra certa ſcientia, motu proprio, & plenitudine noſtræ Dominicæ poteſtatis totaliter derogamus & derogatum eſſe decernimus, volumus & mandamus, non obſtantibus quoquo modo. Mandantes nihilominus, earumdem tenore præſentium de dicta noſtra certa ſcientia præfatis Hebræis, ſeu Judæis, ſub pœna confiſcationis omnium bonorum ſuorum immobilium & ſtabilium, in quam ſi ſecus fecerint, eos ipſo facto & ipſo jure decernimus incurriſſe, contra eos abſque miſericordia infligendis, quatenus omnes & ſingulas litteras & privilegia originalia, eis per dictos Illuſtres prædeceſſores noſtros, & noſtram Majeſtatem, ut præfertur, conceſſas & conceſſa, facientes & facientia contra mentem noſtrarum præſentium litterarum, tibi, vel dictis tuis nunciis ad hoc deputandis, ad omnem tui, vel deputandorum prædictorum requiſitionem debeant aſſignare, per te lacerandas, vel ignis incendio concremandas, omni mora, cavillatione, exceptione & excuſatione remotis, & de contrario caveant, ſicut prædictam pœnam cupiunt evitare. Et intendentes ordinanda & ſtatuenda per te in præmiſſis perpetua validitate perſiſtere, tuæ devotioni per præſentes, de dicta certa noſtra ſcientia, motuque proprio, verbo & fide regalibus promittimus, & firmiter pollicemur præſentes noſtras litteras ac hujuſmodi per te ordinanda & ſtatuenda ſuper præmiſſis, ut præmittitur, nullo unquam tempore, quovis modo in toto, vel in parte revocare, neque eis ullo unquam tempore derogare, neque aliquid in contrarium directe, vel indirecte, aut aliter quovis modo facere, diſponere, aut concedere; & ſi forſitan aliquid ex præmiſſis per nos fieri contingat, id ex nunc decernimus irritum & inane, ac per inadvertentiam, vel oblivionem, aut importunitatem petentium & impetrantium proceſſurum. Et inſuper ut hujuſmodi per te ſtatuenda & ordinanda in præmiſſis inviolabiliter obſerventur, ecce Magiſtro Juſtitiario regni noſtri Siciliæ, vel ejus Locumtenenti, ſeu Regenti Curiam Vicariæ, ac Judicibus magnæ, & ipſius Vicariæ Curiarum, necnon Vicemgerentibus, Juſtitiariis, Capitaneis, ceteriſque officialibus majoribus & minoribus, quocumque nomine nuncupatis, ac officio & juriſdictione fungentibus, eorumque Locatenentibus, necnon Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, ac Univerſitatibus civitatum, terrarum, caſtrorum & locorum ubilibet in regno noſtro Siciliæ conſtitutis, ad quos præſentes pervenerint, & ad infraſcripta fuerint requiſiti, præſentibus & futuris, quatenus forma præſentium diligenter attenta & inviolabiliter obſervata, omnia & ſingula hujuſmodi per te in præmiſſis oretenus, vel per tuos nuncios, vel per tuas litteras ordinanda vel ſtatuenda, tenaciter & effectualiter debeant obſervare, obſervarique facere & mandare, tibique & dictis tuis nunciis in præmiſſis, & circa præmiſſa, ac dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis ex eis favere, & aſſiſtere ope, opere, auxiliis, conſiliis, & favoribus opportunis; necnon & ſi prædictos Hebræos, ſeu Judæos, tam regnicolas, & qui ad hoc regnum confluxerunt, quam illos qui ex nunc in antea de cetero in perpetuum confluent, ſecus fieri in præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum, adverſus hujuſmodi contrafacientes procedant ad inflictionem & exactionem pœnarum prædictarum, pro Curiæ noſtræ parte abſque remiſſione & miſericordia aliquali, nullis aliis noſtris, vel alterius cujuſcumque litteris, cedulis & mandatis propterea requirendis, nec contrarium faciant, ſicut habent noſtram gratiam caram, & ultimam indignationem cupiunt

Digitized by Google

piunt evitare. Præſentes autem litteras &c. tibi in præmiſſorum teſtimonium duximus dirigendas &c.

Datum in Caſtro noſtro Averſæ, per manus noſtri prædictæ Joannæ Reginæ, anno Domini MCCCCXXVII, die III, Menſis Maii, V. Ind. Regnorum noſtrorum anno XIII.

II.

Vide ann. 1429. num. 7. *Ut cogat Judæos regni Neapolitani ad ſolvendam pecuniam, in ſubſidium Fratrum Terræ ſanctæ.* Ex regiſtro Joannæ II. anni 1423. fol. 195.

JOANNA II. REGINA &c.

Illuſtriſſimo Principi Domino Ludovico III. Calabriæ & Andegaviæ Duci &c. unico filio noſtro cariſſimo &c.

CUm ſanctiſſimus Dominus noſter Papa Martinus V. auditis vexationibus, laboribus & damnis, quibus Guardianus & Conventus Monaſterii Fratrum Minorum Montis Sion, partium Terræ ſanctæ noviter affecti fuerunt a Sarracenis, maligna & perfida inſtigatione Judæorum ultramarinorum morantium in pertinentiis dictæ Terræ ſanctæ, qui per Admiratos & Officiales Soldani ab eis pecunia corruptos, fecerunt ſubtrahi a dicto Monaſterio capellam David & aliorum Regum & Prophetarum, & alia oratoria, atque ſacella devota & ſancta, turpiter ea inquinantes, ipſaque cupientes a Chriſtiana Religione ſejuncta, ad uſum Judaicæ ſuperſtitionis convertere, Fratribus dicti Conventus ſub pœna prohibitis divinum in eis officium celebrare, ſicut ipſi Fratres dudum facere conſueverunt, propter quod pro ipſorum recuperatione locorum oportuit aliquos ex ipſis Fratribus ad Soldanum accedere, & ſubire graves expenſas, pro aliquali reſtauro damnorum & expenſarum prædictorum, conceſſerit præfatis Guardiano & Conventui, quod in tota juriſdictione illuſtris Dominii Venetorum, ac etiam in tota provincia Marchiæ Anconitanæ omnes Judæi in dictis partibus commorantes ſolvere debeant eiſdem Guardiano & Conventui certam pecuniæ quantitatem. Noſque volentes in tam caritativo ſubſidio aliquod juvamen adjicere, decrevimus cum noſtri Conſilii matura deliberatione, quod in toto regno noſtro Siciliæ ſolvatur & exigatur tertia pars unius Ducati auri pro quolibet capite Judæorum utriuſque ſexus, cujuſcumque ætatis fuerint, eiſdem Guardiano & Conventui præfati Monaſterii Montis Sion. Ideo filialem ſerenitatem veſtram, ex certa noſtra ſcientia, harum ſerie aſtringimus, requirimus & rogamus, cum ejuſdem noſtri Conſilii deliberatione digeſta, ut ſtatim receptis præſentibus mandare velitis Vicemgerentibus, ſeu Juſtitiariis provinciarum, ac Capitaneis civitatum & terrarum ipſius Ducatus Calabriæ, eorumque Locatenentibus, necnon Magiſtris, Portulanis, Procuratoribus & Commiſſariis veſtris Ducatus ejuſdem, ac etiam Ærariis, Magiſtris Cameræ, Commiſſariis & Officialibus veſtris aliis tam majoribus, quam minoribus quocumque nomine nuncupatis, ac officio & juriſdictione fungentibus & Locatenentibus eorumdem ubilibet in dicto toto Ducatu veſtro Calabriæ conſtitutis, qui ad ſupraſcripta fuerint requiſiti, quod quilibet eorum in juriſdictione ſua imponere debeat & exigere, voſque imponi & exigi facere velitis a quolibet Judæo utriuſque ſexus & cujuſcumque ætatis fuerit, ipſius Ducatus Calabriæ, tertiam partem unius Ducati auri, ad rationem de carlenis argenti decem, ponderis generalis pro quolibet Ducato, ipſamque totam pecuniam, cum recollecta fuerit, placeat & velitis, vigore & auctoritate præſentium, tradi & aſſignari facere præfatis Guardiano & Conventui, aut alteri

Digitized by Google

alteri per eos ad id deputando. Et ut dicta tertia pars unius ducati pro quolibet capite Judæorum ipſius Ducatus Calabriæ utriuſque ſexus & cujuſque ætatis integre haberi poſſit per ſupradictos Guardianum & Conventum, velitis & placeat mandare, atque committere deputandis per vos ad prædicta, quod in caſu, quo inter ipſos Judæos dicti Ducatus veſtri Calabriæ, cujuſvis ætatis & ſexus eſſent aliqui pauperes & impotentes, ac inhabiles ad ſolvendum dictam ratam ipſorum quemlibet contingentem, pro rata ipſam exigant & recolligant ab aliis Judæis ipſarum partium divitibus, potentibus & habilibus, prout taxari facere decreveritis per præfatos deputandos per vos, aut alios communiter inter Judæos eoſdem, præter & ultra ratam, quemlibet eorumdem divitum contingentem, ita & taliter, quod præfati Guardianus & Conventus integre & ſine aliqua diminutione, & omni dilatatione, exceptione, excuſatione & cavillatione ceſſantibus, & cum effectu habeant tertiam partem unius ducati pro quolibet capite Judæorum præfatorum utriuſque ſexus, & cujuſcumque ætatis exiſtant, tam ſcilicet pro divitibus, quam pauperibus. Quibuſcumque privilegiis &c. præfatis Judæis regni noſtri conceſſis & factis, tam per prædeceſſores noſtros Siciliæ Reges Illuſtres divi recordii, quam per nos & vos, vel quoſvis alios ad id poteſtatem habentes, quibus ex certa veſtra ſcientia placeat derogare, prout nos etiam derogamus, & per præſentium ſeriem derogamus ex plenitudine noſtræ Dominicæ poteſtatis, nullatenus obſtituris. Facientes exinde recipi a receptore dictæ pecuniæ pro parte dictorum Guardiani & Conventus, de illius aſſignatione ad futuram rei memoriam & pro cautela omnium, quorum intereſt & poterit intereſſe, ſolitam in talibus apodixam acceptandam & admittendam, omni futuro tempore, abſque dubietatione & quæſtione quacumque. Et amplius quia pro claro habemus, quod omnes Judæi citra & Ultramontanis * & morantibus in pertinentiis præfatæ Terræ ſanctæ, ad evitandum majora pericula & detrimenta, quæ poſſent religioni Chriſtianæ evenire in dictis partibus Terræ ſanctæ ex perfida & maligna inſtigatione præfatorum Judæorum Ultramarinorum, mandare, ſeu mandari facere velitis præfatis Judæis in dicto Ducatu Calabriæ morantibus ſub gravibus & formidabilibus pœnis temporalibus, pecuniariis & realibus eidem veſtræ Serenitati viſis, prout nos etiam mandavimus in ſingulis provinciis Regni noſtri, ut ſcribere debeant efficaciter præfatis Judæis partium Ultramarinarum, quod talia de cetero facere, aut audere nullo modo præſumant, nec aliqua alia innovare contra dictos Guardianum, Conventum & Monaſterium & alia loca dictæ Terræ ſanctæ, ad evitandum damna & incommoda realia & perſonalia eorumdem Judæorum in ipſo Ducatu ſiſtentium, & aliorum citra & Ultramontanorum; quarum quidem pœnarum pecuniarum medietatem, in caſu commiſſionis & exactionis earum placeat exolvi mandare & facere præfatis Guardiano & Conventui, vel jam dicto per eos deputando in reſtaurum damnorum prædictorum. Nos enim executionem præſentium, quam certæ reddimur, quod ad effectum ducentur debitum per Serenitatem eamdem, ſatis habebimus placidam & acceptam. Præſentes autem litteras magno noſtro pendenti ſigillo munitas eidem veſtræ Serenitati propterea dirigentes. Quas ex certis cauſis nos moventibus & pro eorum validiori robore ſubſcripſimus & dedimus propria manu noſtra; ritu, ordinatione & obſervantia noſtræ Curiæ, ac aliis quibuſcumque contrariis nullatenus obſtantibus.

* *Al.* Ultramarinis.

Datum in Caſtro noſtro Capuanæ Neapoli per manus noſtri dictæ Joannæ Reginæ, anno Domini MCCCCXXIX. die XVIII. Octobris, VIII. Ind. Regnorum noſtrorum anno XVI.

INDEX
RERUM NOTABILIUM

Notæ Arabicæ paginam, Romanæ marginalem paragraphum denotant.

A

ÆGIDIUS Anglanus S. Jo: de Capiſtrano ſocius in Conventu Pennæ deceſſit. 42. xx.
Ægidius a Florentia laicus virtute conſpicuus. 122. xxiii.
Ægidius de Egal ut conſtruat Cœnobium in Regno Hungariæ obtinet facultatem. 229. xvi.
Ægidius de Tavira pro Rege Luſitaniæ ad Pontificem Orator. 274. xvii.
Ægidius de Tornemiune valde Franciſcanis addictus. 278. xxviii.
Agnes Cana Tertii Ordinis virtutibus illuſtris. 175. lvii.
Agnes Garſia Monaſterii Clariſſarum de Ribis fundatrix. 203. xli.
Agrigentinus Conventus. 110. xviii.
Albertus Archidiaconus Thenienſis ſancto Jacobo de Marchia ſcribit. 272. x.
Albertus Calaber Concionator inſignis, & virtute præclarus. 108. xi.
Albertus Morigius in Couventu ſancti Angeli Mediolaui floret. 18. xxxix.
B. Albertus de Sartiano quo tempore floruit. 169. xxxviii. in Comitiis Generalibus Bononiæ ex ſuggeſto loquitur. 212. xi. ſcribit contra Pogium Florentiuum. 170. xxxviii. Antonium Panormitam. 226. ix. & quemdam abuſum Mulierum Ferrarienſium. 227. x. Minores de Obſervantia encomiis celebrat. 171. xl. in Capitulo Bononienſi orationem habet. 212. xi. eorumque Vicarius Generalis eligitur. 180. v.
Alcazarii Conventus. 173. xlix.
Alda Eſtenſis Mantuæ apud Minores tumulata. 276. xxi.
Alerenus Cervienſis Epiſcopus. 225. v.
Alexander de Saxoferrato Auguſtinianus Concilio Baſileenſi intereſt. 237. xiv.
Alexandrina Monaſterii S. Luciæ Fulginei fundatrix. 97. xxix.
Almazani Conventus reſtauratur. 75. xii.
Aloyſius Gozius Aram maximam in Eccleſia Conventus Anconitani conſtruit. 91. xiii.
Alphonſus Aragoniæ Rex Corpus ſancti Ludovici Epiſcopi ſecum Valentiam defert. 73. vi. ibique Cœnobium conſtruit. 134. ix.
Alphonſus de Arguello Palentinus Epiſcopus. 16. xxxvi.
Alphonſus Boroxius virtute & fama celebris. 55. xvii. locum pro Conventu Caſtanetæ recipit. 57. xx. & Conventum ſanctæ Mariæ de Oliva condit. 264. lxxx.
Alphonſus de Carceres Balcacenſis Epiſcopus. 35. v.
Alphonſus a Cardenas Eccleſiam Conventus Ocaniæ perficit. 56. xviii.
Alphonſus Dux Eſtenſis in Monaſterio Corporis Chriſti Ferrariæ ſepultus. 184. xx.
Alphonſus Gomeſius quoſdam a cenſuris abſolvit. 52. xi.
Alphonſus Joannis ad Papam pro Angliæ Rege Orator. 274. xvii.
Alphonſus Rodericus Conventus Marchenæ primus extructor. 134. x.
Alphonſus de Sanlucar de Barrameda Epiſcopus Rubicenſis. 274. xvi.
Alphonſus Somalius in Conventu S. Angeli Mediolaui ſepultus. 17. xxxviii.
Altevillæ Conventus. 263. lxxiv.
Alvarus Pelagius contra Fratricellos invehitur. 105. v.
Alvarus de Salamantica Academiæ Salamanticenſis Orator ad Pontificem. 24. iii. 72. v.
Alvernæ Mons Obſervantium curæ cõmendatur. 42. xxi. & Protectioni Florentinorum Lanificum. 274. xviii.
Amadeus Amadei Sabaudus apud Minores tumulatus. 187. vi.
Ambroſius Scipionis Cumuchenſis Epiſcopus. 65. xix.
Amicinus a Lauda miraculis clarus. 201. xxxii.
S. Anaſoliæ V. & M. Corpus ubi conditum. 55. xv.
Anconitanus Conventus reſtauratur. 91. xii.
Andreas ab Aragonia pietate celebris. 134. vii.
Andreas Camarinus virtutibus illuſtris. 134. vii.
Audreas Cortonienſis Epiſc. 219. xxiv.

Andreas Gilius Cuſtos Conventus Aſſiſii. 137. xix.
Andreas Groſſetanus ſanctitate præclarus in Conventu Navis obiit. 95. xx.
Andreas Sonnenbergius Comes de Monaſterio Unlingienſi benemeritus. 44. xxviii.
Angeliacenſis Conventus. 19. xlv.
B. Angelina Corbarienſis moritur. 238. xviii. Miniſtra Generalis Monaſteriorum, quæ condidit inſtituitur. ibid. virtutibus & miraculis celebris. 239. xix.
Angelus Averſanus de Averſæ Cœnobio benemeritus. 95. xxi.
Angelus de Corſica Tertii Ordinis ſancti Hieronymi fundator. 204. xlvi.
Angelus de Groppina laicus virtutibus inſignis. 74. ix.
Angelus Narnienſis Paphenſis Epiſcopus. 122. xxi.
Angelus Politenſis, ſive de Altamura humilitate & manſuetudine inſignis. 172. xliii.
Angelus Salvettus Miniſter Generalis eligitur. 52. ix. decedit. 69. i.
Angelus Thomaſius Corſinus Inquiſitor Tuſciæ. 72. v.
Anicienſe Monaſterium. 99. xxxv.
Anna de Monteſeltrio Conventum Urbini extruit. 93. xvii.
Anſani Conventus. 172. xliv.
Antichriſti adventum quidam prænunciant. 33. ii.
Animus Urbinas miraculis celebris. 199. xxix.
Antivæ Monaſterium. 66. xxiii.
Antonellus de Iſernia Lateranenſis Pœnitentiarius. 89. vi.
Antonia Roderici Mercadera Monaſterii Murciæ Tertii Inſtituti fundatrix. 266 lxxxxii.
Antonius Æthiops Tertiarius virtutibus inſignis. 134. vii.
Antonius Aillandus Inquiſitor in Gallia. 23. i.
Antonius Ariminenſis pietate ſpectabilis. 109. xii.
Antonius Avenionenſis ad Cardinalatum evehitur. 106. vii.
Antonius Bitontinus omnium virtutum genere ornatus. 108. xi.
Antonius de Boccabellis Ferentinas Epiſcopus. 238. xvi.
Antonius Bogdanomich Poſſonenſis Epiſcopus. 225. v.
Antonius de Brayda Pedemontanus Conventum pro Tertiariis prope Januam ædificat. 128. xliii.
Antonius Carbonarius ab hæreticis pro fide necatus. 84. xv.
Antonius de Caſſia Nebienſis Epiſcopus. 16. xxxvi.
Antonius Clementis Epiſcopus Nicienſis. 16. xxxvi.
Antonius de Fano Regis Aragoniæ Confeſſarius. 169. xxxvii.
Antonius de Gavaciis Laudæ floruit. 200. xxxii.
Antonius de Guarano Miniſtri Generalis in Italia Vicarius. 225. vii.
Antonius de Ipſigio Catacenſis Epiſcopus. 238. xvi.
Antonius Lopez plures ad Chriſtum convertit. 202. xxxix.
Antonius Luſcus Poeta. 226. ix.
Antonius Marzanus Cœnobium Seſſæ ædificat. 216. xvii.
Antonius Mirabilis fundum pro Conventu Panormitano largitur. 124. xxx.
Antonius a Monte Milonis in Conventu Urbini requieſcit. 95. xix.
Antonius Moreno in Conventu Villalvinæ ſepultus. 84. xiv.
Antonius Nerius Aretinus Pariſiis floret. 120. xvii.
S. Antonius Patavinus multa patrat miracula. 173. xlviii.
Antonius Panormita turpem libellum in lucem edit. 226. ix.
Antonius de Piſtibus Concilio Baſileenſi intereſt. 237. xiv.
Antonius Portugallenſis ad Pontificem Regis Angliæ Orator. 274 xvii.
Antonius Purus virtutibus emicans. 61. iv.
Antonius de Pyreto Miniſter Generalis moritur. 52. ix.
Antonius Scozettus Manteanus miraculis fulget. 277. xxiv.
Antonius a Stabili Pactenſis Epiſcopus. 180. vii.
Antonius Tudertinus virtute, pietateque ſpectabilis. 61. vi.
Antonius Tyburtinus Epiſcopus Thienenſis. 16. xxxvi. inde Civitatis Novæ. 133. iii.
Antonius de Valentia Vicarius in Provincia Calabriæ. 254. lxxviii.
Antonius Venturæ Epiſcopus Croenſis. 89. viii.
Antonius de Zogarolo Terracinenſis, inde Caetanus Epiſcopus. 65. xix.
De Aquiſparſis Monaſterium. 75. xvii.
Arcæ ruptæ Conventus. 275. xx.
Arenarum Conventus. 277. xxv.
Aſculi in Apulia Conventus. 110. xix.
Aſſiſii ſanctæ Agnetis Monaſterium. 266. lxxxv.
Atrebatenſis Conventus. 19. xliii.
Averſanus Conventus. 95. xxi. & Monaſterium. 99. xxxiii.

Au-

Auguſtinus a Florentia in Provincia Romana, & in Calabria Vicarius. 54. xiv. Conventum Torpeauum reſtaurat. ibidem.

Auguſtinus Mediolanen. Xenodochium pauperum Veronæ reparat. 89. vi.

Auſtriæ Conventus. 201. xxxvii.

Azambuciæ Conveutus. 27. xi.

B

BAlduinus Carattonus Conventus Barii fundator. 277. xxiv.

Baldus Bonifacius Plumbinus Xenodochium ſancti Franciſci Paduæ condit. 43. xxiv.

Baptiſta Montefeltria Fulginei claruit. 98. xxxi.

Baptiſta Monialis Tertii Ordinis in Monaſterio Placentino tumulata. 175. lvi.

Baptiſta Tagliacarne familiæ Ciſmontanæ iterato Vicarius Generalis. 120. xvii.

Barcinonenſis Conventus. 127. xl.

Barenſis Conventus. 277. xxiv.

Bargii Conventus. 181. xi.

Bartholomæus Bergomas virtutibus illuſtris. 276. xxi.

Bartholomæus Civitatenſis Marochiorum Epiſcopus. 215. xiv.

Bartholomæus a Colle a doctrina commendatus. 121. xvii.

Bartholomæus de Peregrinis Ebronenſis Epiſcopus. 65. xix.

Bartholumæus Puccius Conventus Urbevetani fundator. 142. ix.

Bartholomæus de Rate Vicarius, & Reformator Corſicæ. 264. lxxviii.

Bartholomæus Thomaſius Baſilieæ Lateranenſis Pœnitentiarius. 141. vii.

Bartholomæus de Yano ſancti Bernardini ſocius. 108. xii. deſignatur juſſu Pontificis ad ardua Eccleſiæ negotia. 180. v. in Orientem mittitur. 234. x.

B. Beatrix Ruſca Tertii Ordinis. 17. xxxvii.

Benedictus Camets virtute, ac pietate ſpectabilis. 61. vi.

Benedictus a S. Fratello Cœnobii Caſtilionis Aretini incola. 124. xxx.

Benedictus XIII. Pſeudopontifex moritur. 79. i. ei Clemens VIII. ſuccedit. ibidem.

Beneventanus Conventus. 123. xxvi.

Beneventus ſancti Franciſci ſocius Mantuæ Conventum abſolvit. 276. xxi.

Benignus a Genua in Conventu Panormi floruit. 124. xxx.

Benignus Romanus laicus in eodem Panormitano Cœnobio tumulatus. 173. xlvii.

Berengarius Perrinus Epiſcopus Eguinenſis. 133. iii.

Bergomenſis Conventus. 65. xxi. & Monaſterium. 229. xvii.

Bernardina Roberti Balliona Monaſterii Fulginatis incola. 98. xxxi.

Bernardinus Ferettus ſacellum Virginis in Eccleſia Anconæ extruit. 91. xii.

Bernardinus Fulginas Provinciæ ſancti Franciſci Vicarius. 200. xxxi.

Bernardinus a Laredo medicina, ſed magis virtute ſpectabilis. 217. xix.

Bernardinus Martini Vivaris Drivaſtenſis Epiſcopus. 122. xxi.

S. Bernardinus Senenſis divinitus movetur ut in Lombardiam ad prædicandum pergat. 6. xii. ad Pedemontanos tranſit. ibidem. inde ad Mediolanenſes. 6. xiii. prædicanti omnes applaudunt. 7. xiv. eo ſuadente errantes ad rectam vivendi ſemitam perducuntur. 7. xv. qualis in prædicando facundiæ. 8. xvi. ſeqq. fundat Cœnobia Minorum Papiæ. 53. xii. Bergomenſe. 65. xxi. aliaque multa. 10. xxii. Ducis Mediolanenſis minas contemnit. 13. xxix. ejus in oratione frequentia. 13. xxvii. liberalitas. 14. xxx. in adverſis conſtantia. 14. xxxi. erga proximum amor. 15. xxxii. perſeverantia in virtutibus. 15. xxxiii. ſancti Vincentii Ferrerii de ipſo Vaticinium. 15. xxxiv. concionatur magno cum fœnore in Æmilia. 27. vii. iterato in Inſubria. 33. i. Placentiæ & Mantuæ. 35. iv. Veronæ. 61. vii. Viruni. 71. iii. Bononiæ, 71. iv. in Alma Urbe. 80. ii. in valle Seriana. 106. vi. aleatores arguit. 71. iv. cultum erga Nomen Jeſu promovet. 113. i. de qua re diſputatio inſtituitur. 114. ii. ludos lethales Peruſia ſuſtulit. 209. iii. & pacem inter cives firmat. 209. iv. alibi etiam pacis cultor extitit. 71. iii. pios codices prodit in lucem. 209. ii. in eum perſecutiones moventur. 33. ii. 188. ii. ſeqq. Epiſcopalem dignitatem iterato renuntiat. 115. iv. ſeqq. otium enixe abhorret. 117. ix. commendatur a Pontifice. 189. v.

S. Bernardini Senenſis miracula aliaque gratiarum dona, ſuper Alveum flexis genibus graditur. 35. iv. defunctos ad vitam revocat. 61. vii. 210. vii. veſtis tactu ſanat ægrotam. 80. iii. Iſchuria laborantem curat. 81. v. ſigno crucis imbres cohibet. 210. v. in eum irridens debita plectitur pœna. 208. i. refracta-

rio

rio adoleſcenti mortem imminentem prædicit. 209. IV. viſa eſt ignis flamma ex ejus ore procedere. 80. V. & concionantis faciem ſtella illuſtrare. 210. VI.
Bernardus de Armaniaco Comes Conventum Murati extruit. 186. I.
Bernardus Mandelus in Conventu ſancti Angeli Mediolani claret. 18. XXXIX.
Bernardus Parmenſis Epiſcopus Eccleſiam ſancti Quiriti Minoritis concedit. 76. XVIII. Franciſcanum profeſſus eſt Inſtitutum. ibidem.
Bernardus de Rappe Caballicenſis Epiſcopus. 82. IX.
Bernardus Rubeus Epiſcopus Uſſelenſis. 56. XXXVI.
Bernardus de Rupe Fratrum, Sororumque provinciæ Hiſpalenſis reformator. 76. XX.
Bernardus Scarlatenſis in Conventu ſancti Salvatoris Florentiæ tumulatus. 29. XIII. 33. IV.
Bertrandus Dex provinciæ Aragoniæ Miniſter. 19. XLVI.
Bertrandus de Inſula Epiſcopus Equinenſis. 35. V.
Bertraudus Nicolai quaſdam eleemoſynas in extructionem Conventus Barchinonenſis largitur. 127. XL.
Bertrandus Provincialis Coloniæ. 75. XIII.
Biguliæ Conventus. 201. XXXIV.
Bingii Conventus. 206. II.
Bitectenſis Conventus. 200. XXX.
Bituntinus Conventus. 172. XLIV.
Blaſius Joannis Nanderalbenſis Epiſcopus. 169. XXXVI.
Blaſius de Novarienna Dulphenenſis Epiſcopus. 26. VI.
Blaſius Sclavonus egregie pro fide laborat. 183. XVIII.
Boemorum paci conſulitur. 233. VIII.
Boix vir doctiſſimus Barchinonæ tumulatus. 127. XL.
B. Bona de Arminiaco in Monaſterio Leſignani tumulata. 184. XXII. qua progenie orta. 186. I.
Bonna Sabauda de Franciſcanis benemerita. 207. VI. apud eoſdem ſepulta. 208. VI. 281. III.
Boſnenſibus Eugenius Pontifex privilegia confirmat. 213. XII.
Brandeburgenſis Conventus reformatur. 136. XV.
Brugenſis Conventus. 75. XIV.
Burenvalt Conventus. 75. XIII.

C

CÆcilia Lodognola Clariſſa virtute celebris. 175. LV.
Cæcilia Fuccia Monialis Monaſterium civitatis Caſtellanæ reparat. 66. XXIII.
Caſſenſis Conventus. 127. XLI.
Calaguris Conventus. 127. XXXIX.
Calatagironæ Conventus. 65. XX.
Camari Conventus. 134. VII.
Campi ſancti Petri Conventus. 83. X.
Camarinenſe Monaſterium transfertur. 112. XXIII.
Campi ſancti Petri Conventus. 83. X.
Canalium Conventus. 128. XLII.
Candiæ Conventus. 183. XVII.
Caniſſæ Conventus. 83. XII.
Capitula Generalia Mantuæ. 16. XXXV. Forolivii. 52. IX. Ferrariæ. 81. VI. Caſalis. 121. XVIII. Aſſiſii. 149. V. Bononiæ. 211. VIII.
Capitulum Generale Obſervantum. 179. V.
Caprariæ Conventus. 265. LXXXI.
Carolus Bittectenſis Epiſcopus Cœnobium Minoritis condit. 200. XXX.
Carolus de Catalois Dux Burgundiæ de Conventu Aveſnarum benemeritus. 143. XVI.
Carolus Pius Cardinalis Carpenſis Ordini addictiſſimus. 184. XX.
Caſſius Poeta cujas fuerit. 228. XIII.
Caſtaneti Salamantini Conventus. 173. L.
Caſtaneti Toletani Conventus. 56. XX.
Caſtilionis Conventus. 122. XXIII.
Caſtrenſe Monaſterium. 145. XXI.
Caſtri Eremitæ Conventus. 125. XXXV.
Caſtriodonis Conventus. 217. XVIII.
Caſtri Plebis Conventus. 262. LXXIII.
Catarina Anachoreta Monaſterii ſanctæ Mariæ Majoris Venetiarum fundatrix. 280. XXXII.
S. Catarina de Bononia in Ferrarienſi Monaſterio claruit. 184. XX.
Catarina Dyen Conventum Mediæ Curiæ ædificat. 73. VIII.
Catarina Sbarra Monaſterium ſancti Michaelis Lucæ ædificat. 266. LXXXVI.
Catarina de Vino Tertiaria pietate illuſtris. 172. XLV.
Catarina de Haya Minoritis addictiſſima. 281. III.
Catenæ Mundi Conventus. 183. XVIII.
Celeyenſis Conventus. 66. XXII.
Cephaloniæ Conventus. 202. XL.
De Cerezal Tertii Ordinis Conventus. 203. XLIII.
Cheriaci Conventus. 41. XIX.
Chieryenſe Monaſterium. 266. LXXXVIII.

Chri-

Chriſtophorus de Monza ſive de Modoetia provinciæ Mediolanenſis Vicarius. 264. LXXVIII.
Chriſtophorus Numajus Forolivienſis ubi ortus & educatus. 54. XIII.
Chriſtophorus Veruchinus acta beati Galeoti Ruberti de Malateſtis ſcribit. 299. XXVII.
Cilenti Conventus. 124. XXVIII.
S. Cittæ Conventus. 74. XI.
Civitatis Caſtellanæ Monaſterium. *66.* XXIII.
Clara Mouaſterii Fulgiuatis ſanctæ Luciæ fuudatrix. *97.* XXIX.
Clara Serrana humilitate conſpicua. 176. LVII.
De Clare Conventus. 218. XXI.
Clariſſarum Monaſtria. V. *Monaſteria* & Privilegia. V. in fine cujuslibet anni, & Additiones P. Meliſſani.
Clemens VIII. Pſeudopontifex Benedicto XIII. ſubſtituitur. 79. I.
Cloptonus Angliæ præcipuus Juſtitiarius dat uomen Minoritia. 108. X.
Clugienſis Couventus. 263. LXXVI.
De Coinhe Conventus. 218. XXI.
B. Coletæ corpus Gandavi conditum. 145. XX.
Coletaneæ Conſtitutiones. 240. XXIII. ſeqq.
Colonienſe Monaſterium Tertii Ordiuis. 203. XLII.
Concilium Baſileenſe confirmatur, inde proſcribitur ab Eugenio IV. 222. I.
Concilium Conſtantienſe diſſolvitur. I. I.
Congregatio Feſulana ſancti Hieronymi a Fratribus Tertii Ordinis ſumit exordium. 204. XLVI.
Conſentinus Conventus. 142. XI. & Monaſterium. 265. LXXXIII.
Conſtantinus de Fara. 229. XVI.
Conſtitutiones Fratrum ſacrorum locorum. V. *Terræ ſanctæ*.
Conſtitutiones Coletaneæ. V. ſupra *Coletaneæ Conſtitut.*
Conſtitutiones Martinianæ. 150. VII. in iis quædam addita, & quædam mutata. 162. XXVI.
Conventus Abulenſis Tertii Ordinis. 285. XXIII. Agrigentinus. 110. XVIII. Alcarazii. 173. XLIX. Almazaui reſtauratur. 75. XII. Altevillæ. 263. LXXIV. Anconitanus reſtauratur. 91. XII. Angeliacenſis. 19. XLV. Anſani. 272. XLIV. Arcæ ruptæ. 275. XX. Arenarum. 277. XXV. Aſculi in Apulia. 110. XIX. Atrebatenſis. 19. XLIII. Athyæ. 42. XXII. Averſanus. 95. XXI. Aveſnarum. 143. XVI. Auſtriæ. 201. XXXVII. Azambuciæ. 27. XI. Barcinonenſis. 127. XL. Barenſis. 277. XXIV. Bargii. 181. XI. Beneventanus. 123. XXVI. Bergomenſis. 65. XXI. Biguliæ. 201. XXXIV. Bingii 206. II. Bitectenſis. 200. XXX. Bituntinus. 172. XLIV. Bleſenſis. 142. XIV. Brandeburgenſis reformatur. 136. XV. Brugenſis. 75. XIV. Brugenſis Tertii Ordinis. 128. XLIII. Burenvalt. 75. XIII. Caſſenſis. 127. XLI. Calagurris. 127. XXXIX. Calatagironæ. 65. XX. Camari. 134. VII. Campi ſancti Petri. 83. X. Canalium. 128. XLII. Candiæ. 183. XVII. Caniſſæ. 83. XII. Caprariæ. 265. LXXXI. Caſtaneti Salamantin. 173. L. Caſtaneti Toletan. 56. XX. Caſtilionis. 122. XXIII. Câſtri Eremitæ. 125. XXXV. Caſtriodonis. 217. XVIII. Caſtri Plebis. 262. LXXIII. Catenæ mundi. 183. XVIII. Ceſaloniæ. 202. XL. Celeyenſis. *66.* XXII. de Cerezal Tertii Ordinis. 203. XLIV. Cheriaci. 41. XIX. Cilenti. 124. XXVIII. Sanctæ Cittæ. 74. XI. de Clare. 218. XXI. Clugienſis. 263. LXXVI. de Coinbe. 218. XXI. Conſentinus. 142. XI. Cortonenſis. 218. XXII. Cracovienſis. 279. XXX. Crapanii. 278. XXVII. Cunei. 228. XIV. Cuſal. *66.* XXII. Cydoniæ. 183. XVII. Daxæ. 264. LXXVIII. Duglanc.. 74. X. Dunkerkan. 278. XXIX. Engubinus. 41. XVI. Felfalveuſis. 182. XV. Florentiuus. 28. XIII. Forolivii. 54. XIII. Fulgerii. 135. XII. Galuſani. 201. XXXIII. Gouden. 18. XLI. Goveæ. 217. XX. Heydelbergenſis reformatur. *96.* XXVI. Jaciuti. 202. XL. Janeri. 75. XV. Jannenſis Tertii Ordinis. 128. XLIV. Iliturgii. 42. XXII. Inſulæ Vincentinæ. 182. XII. Inſulæ viridis. 278. XXVIII. Jſari. 126. XXXVII. Krokzienſis. 182. XVI. Laredi. 229. XV. Lavalenſis transfertur. *96.* XXV. Laudenſis. 200. XXXII. Lerenæ. 111. XX. Liniaci. 133. V. Lucenſis. *96.* XXIV. Sancti Lucidi. 109. XV. Manteæ. 277. XXIV. Mantuanus ſancti Franciſci. 276. XXI. Mantuanus ſancti Spiritus. 29. XIV. Marchenæ. 134. X. Mardæ. 109. XV. Sanctæ Mariæ de Oliva. 264. LXXX. Maroſticæ. *96.* XXIII. Maſſatii. 110. XVI. Maſſilienſis. 84. XV. Maſſuracæ. 142. X. Sancti Mauritii. 172. XLVI. Sancti Mauritii prope Conzanum. 28. XII. Mediæ Curiæ. 73. VIII. Mediolanenſis ſancti Angeli. 17. XXVII. 53. XII. Meſſanenſis primus. 124. XXXI. Meſſanenſis ſecundus. 125. XXXII. Metenſis. 135. XIII. Methymnæ Rivi ſicci. 143. XV. Miletenſis. 277. XXV. Molenbach. 18. XLI. Moutis Alvernæ,

42.

42. xxi. 274. xviii. Montis Caroli. 74. ix. Montis Florentini. 263. lxxv. Moutis Granarii. 181. x. 263. lxxvii. Montis Pellulani. 264. lxxix. Montis plaui. 54. xiv. Murati. 186. i. Murorum 201. xxxviii. Navis. 95. xx. Neapolitanus ſanctæ Mariæ Novæ. 96. xxii. Niciæ in Lombardia. 134. viii. Niciæ ad mare Liguſticum. 142. xiii. Nicoſiæ. 125. xxxiii. Nieſſeviæ. 112. xxii. Nurliæ. 200. xxxi. Ocaniæ. 55. xvii. Oclani. 174. lii. Paduæ Xenodochii. 43. xxiv. Paduæ ſanctæ Urſulæ. 275. xx. Padulæ. 66. xxii. Palenſis de la Rabida. 74. xii. Panormitanus. 124. xxx. Panormitanus de Gaugia. 172. xlvii. Papiæ. 53. xii. Parietum. 173. xlviii. Parmenſis. 228. xiii. Pennæ. 41. xx. Sancti Petri de Baurbex. 111. xx. Piſauus. 110. xviii. Placentiæ in Italia. 54. xv. Planengi. 18. xl. Præneſtinus. 110. xvii. Quinqueſrondium. 277. xxvi. Radicodoli. 83. xi. Regenſis in Hungaria. 135. xiv. Rethymi. 183. xvii. Roſlaui. 133. vi. Roſſipontis. 265. lxxxii. de Saleriis. 19. xliv. Savenay. 19. xlii. Scarlini. 40. xiv. Scili. 109. xv. Scledi. 275. xx. Septæ. 42. xxii. Seſſanus. 216. xvii. Sancti Severini. 228. xii. Sizem. 111. xxii. Speciani. 224. xxix. Stauayci. 182. xiv. Sulbiacenſis. 201. xxxvi. Suthamptonii. 97. xxvii. Theani. 123. xxvii. Theatis. 41. xvii. Ticozinenſis. 28. xii. Tragurii. 201. xxv. Trauenſis. 123. xxiv. Trym. 174. liii. Valentiæ Alcantarenſis. 202. xxxix. Valentiæ ſanctæ Mariæ de Jeſu. 134. ix. Vallis aſperæ. 172. xlv. Vallis viridis. 217. xix. de Veas, 173. xlix. Venetiarum ſancti Jobi. 126. xxxvi. Vezani. 142. xii. Vicegradi. 97. xxvii. Vici in Lotharingia. 41. xviii. Vilalvini. 83. xiv. Viſſi. 125. xxxiv. Urbevetanus. 142. ix. Urbinatenſis. 93. xvii. Utinenſis. 133. iv. Utreræ. 182. xiii. Warii. 42. xxii. Uxenti. 172. xliii.

Conventus Tertii Ordinis. V. *Domus Tertii Ordinis*.

Cornelius Macelchade Roſſenſis Epiſcopus. 107. viii.

Cornelius Montis Capararum Epiſcopus. 215. xiv.

Coronæ B. M. Virginis origo. 61. viii.

Cortonienſis Conventus. 218. xxii. & Monaſterium. 219. xxvi.

Coſmas Medices Cœnobium Minoritis Florentiæ ædificat. 28. xiii. Obſervantibus adhæret. 180. vi.

Cracovienſis Couventus. 279. xxx.

Crapanli Conventus. 278. xxvii.

Cunei Conventus. 228. xiv.

Cuſal Conventus. 66. xxii.

Cuſtodia in Aragonia erigitur. 83. xiii.

Cydoniæ Conventus. 183. xvii.

D

DÆmon ficta ſpecie Fratribus illudit. 40. xv.

Damianitæ. V. *Clariſſæ*.

Damianus de Buſellis Epiſcopus Aſſiſias. 141. vi.

Daniel a Nimbro miraculis illuſtris. 65. xxi.

Daxæ Conventus. 264. lxxviii.

Deſiderius Natalis Epiſcopus Pamadenſis Eccleſiam Monaſterii Salinarum extruit. 19. xlvi.

Didacus Badam Carthaginenſis Epiſcopus. 82. ix.

Didacus de Lumbreras Franciſci Cardinalis Ximenii præceptor. 57. xx.

Didacus Pachecus Minoritis addictus. 57. xx.

Didacus Stunnica Epiſcopus Calaguritanus Sacellum quoddam Minoritis largitur. 126. xxxvii.

Dionyſius de la Loherie Laodicenſis Epiſcopus. 237. xvi.

Dominicus Bethleemitanus Epiſcopus 215. xiv.

Domus Fratrum Tertii Ordinis Abulenſis. 185. xxiii. Aſtoricenſis ſanctæ Mariæ de Valle. idid. Brugenſis. 128. xliv. Cerezal. 203. xliii. Sanctæ Cittæ. 74. xi. Cluſina. 145. xxiii. Cunei. 228. xiv. Ferrarienſis. 67. xxiv. Hiſpalenſis. 128. xliv. 76. xx. Januenſis. 128. xliv. Killyn. 136. xviii. Sancti Mauritii prope Conzanum. 28. xii.

Domus Sororum Tertii Ordinis Aſſiſii ſanctæ Agnetis. 266. lxxxv. Aſſiſii ſancti Quirici. ibidem. Chiervenſis. 266. lxxxviii. Civitatis Caſtellanæ. 66. xxiii. Colonienſis. 203. xlii. Cortonenſis. 218. xxii. Dugsburgi. 128. xlv. Florentiæ ſanctæ Urſulæ. 265. lxxxiv. Gandenſis. 128. xlv. Iliturgienſis. 175. lvii. Lucenſis. 266. lxxxvi. Mantuæ Corporis Chriſti. 43. xxvi. Montis Citorii. V. *Monaſterium Romanum*. Murciæ. 266. lxxxvii. Neapoli ſancti Franciſci. 143. xxii. Salinarum. 19. xlvi. Sangalli. 143. xxii. Senenſis ſancti Hieronymi. 266. lxxxviii. Tiferni 129. xlvi. Tungrenſis. 84. xvi. Vallis fabricæ. 145. xxii.

Do-

Donatus Brundusinus Epiſcopus Gallipolitanus. 82. IX.
Drepanenſe Monaſterium. 44. XXVII.
Duglanæ Conventus. 74. X.
Dunkerkan. Conventus. 278, XXIX.

E

Eduardus Portugalliæ Infans conſtruendi Azambuclæ Cœnobium facultatem impetrat. 27. XI.
Electa mirabilis ſolum pro conſtruendo Cœnobio Panormitano Franciſcanis concedit. 124. XXX.
Eleonora de Avalos ſacras Reliquias Conventui de Caſtaneta largitur. 57. XX.
Eliberia, ſeu Elvira Laſa Monaſterium pro Clariſſis ædificat. 144. XVIII.
Eliſabetha Chaconia Eccleſiam Conventus Ochaniæ amplificat. 56. XVIII.
Eliſabetha Malateſta Fulginei floruit. 98. XXXI.
Eliſabetha Mendotia Eccleſiam Conventus Ochaniæ amplificat. 56. XVIII.
Eliſabetha Sueva Virgo ſanctitate præclara. 46. IV.
Emanuel de Aleazava puerperam agentem animam liberat. 79. IV.
Emanuel Luſitaniæ Rex Franciſcanis addictiſſimus. 74. XI.
Emanuel Valliſoletanus Epiſcopus. 237. XV.
Epiphanius Theutonicus extaſis dono præditus. 172. XLV.
Epiſtola Martini V. ſummi Pontificis pro Salamantina Univerſitate. 24. IV. pro regulari Obſervantia in Gallia. 39. XIII. pro privilegiis Terræ ſanctæ conceſſis. 49. VI. pro loco Capituli Generalis celebrandi. 121. XIX. pro inſtitutione Syndici Apoſtolici. 130. I. pro moderatione conſtitutionum a ſe editarum. 162. XXVI. ſancto Joanni de Capiſtrano. 101. II. 168. XXXIII. ſancto Jacobo de Marchia. 102. III. Petro Cardinali Legato ad Aragoniæ Regem. 86. II. Joanni Cervantes Cardinali. 148. IV. Cretenſi, Nicoſienſi, & Colocenſi Archiepiſcopis. 51. VII. Patriarchæ Gradenſi, & Archiepiſcopo Colocenſi. 36. IX. Epiſcopis Maſilienſi. 23. II. & Sleſwicenſi. 47. II. Guillelmo de Caſali Generali Miniſtro. 164. XXVII. Antonio de Maſſa Vicario Generali. 69. II. 81. VII. 147. II. Guardianis & Fratribus Syriæ. 88. V. Fratribus ſocietatis Peregrinantium. 48. IV. univerſis Chriſtifidelibus. 165. XXIX. contra obtinentes Magiſterium per ſaltum. 31. I.
Eugenii IV. ſummi Pontificis.
Pro confirmatione Martinianæ Conſtitutionis. 220. I. & pro revocatione moderationis earumdem. 178. IV. pro confirmatione Syndici Apoſtolici. 206. III. pro Fratribus Congregationis ſancti Hieronymi. 204. XLVII. pro convocatione Generalium Comitiorum. 211. IX. pro indemnitate ſancti Bernardini Senenſis. 189. V. ſancto Joanni de Capiſtrano. 191. X. ſancto Jacobo de Marchia. 269. III. 273. XIV. Guillelmo de Caſali Generali Miniſtro. 193. XIII. 212. X. Vicario Generali Boſnæ. 213. XIII. Pontio Feugeyronis Inquiſitori. 223. III. Conſulibus artis lanæ Florentiæ. 275. XIX.
Gregorii XIII. pro privilegio Altaris Anconitanæ Eccleſiæ. 92. XIV.
B. Alberti de Sartiano Fratribus regularis Obſervantiæ. 234. XI.
Sigiſmundi Imperatoris ſancto Jacobo de Marchia. 234. IX. pro Clariſſis Znoimæ. 59. II.
Joannis Caſtellæ Regis ſingulis in ejus ditione morantibus. 36. VII.
Stephani Regis Boſnæ ſancto Jacobo de Marchia. 232. II.
Concilii Baſileenſis pro Minoritica regulari Obſervantia. 235. XIII.
Antonii Caſini Cardinalis civibus Senarum. 115. IV. 190. VII.
Joannis Cervantes Cardinalis Generali & Fratribus &c. 150. VII.
Jordani Epiſcopi Albanenſis S. Joanni de Capiſtrano. 91. XI. 166. XXX. univerſis Abbatibus, Prioribus &c. 191. XI.
Archiepiſcopi Strigonienſis Eugenio IV. ſummo Pontifici. 270. VI.
Capituli Eccleſiæ Colocenſis eidem ſummo Pontifici. 271. VII.
Aſtorgii Anconitani Epiſcopi univerſis Chriſtifidelibus. 103. IV.
Guillelmi de Caſali Generalis Miniſtri ſancto Jacobo de Marchia. 194. XV. & beatæ Coletæ, ſuiſque Sororibus, quibus præſcribit regulam. 240. XXIII.
Evangeliſta a Cortonio in Conventu ſancti Salvatoris Florentiæ tumulatus. 29. VIII.
Eugenius IV. ad ſupremam Petri Cathedram conſcendit. 177. II. Sanctus Joannes de Capiſtrano ſummum ei Pontificatum prænunciavit. ibidem. Obſervantibus enixe adhæret. 178. II. quibus ut celebrent generalia Comitia indulget. 179. V. Boſnenſibus Fratri-

bus Vicarium generalem concedit. 278. III. Martini V. moderationes regulæ revocat. ibidem confirmat, inde proſcribit Baſileenſe Concilium. 222. I. turbæ in eum excitantur. ibidem. quas declinaturus Florentiam petit. ibidem.
Eugubinus Conventus. 41. XVI. & Monaſterium. 175. LIV.
Eximius Dahæ Pſeudocardinalis. 138. II.

F

FElſalvenſis Conventus. 181. XV.
Ferdinandus de Argaria Malacitanus Epiſcopus. 72. V.
Ferdinandus de Atienſa Pœnitentiarius Apoſtolicus, & Guadicenſis Epiſcopus. 225. V.
Ferdinandus Gonzaga Conventum ſancti Angeli Mediolani intra Urbis mœnia transfert. 17. XXXVII.
Ferdinandus Guſmanius de Conventu Ocaniæ benemeritus. 56. XVIII.
Ferdinandus Hiſpaniarum Rex Clauſtrum Conventus S. Mariæ de Oliva ædificat. 264. LXXX.
Ferdinandus de Illeſcis in Provincia Caſtellæ bibliothecas perfici, & conſervari curat. 26. V.
Ferdinandus Militenſis Scoticæ doctrinæ eximius cultor. 277. XAV.
Ferdinandus Paes ſolum pro ædificando Cœnobio Iliturgii Fratribus largitur. 42. XXII.
Ferrarienſe Corporis Chriſti Monaſterium. 183. XX.
Florentinus Conventus. 28. XIII. & ſanctæ Urſulæ Monaſterium. 265. LXXXIV.
Forolivii Conventus. 54. XIII.
Franciſca Baldivia Monialis virtute illuſtris. 176. LVII.
Franciſcani V. *Minores*.
Franciſchina de Guiſſano Monaſterii ſanctæ Paulæ Mantuæ fundatrix. 44. XXVI.
S. P. Franciſci Imago miro ſudore conſperſa. 79. V.
Franciſcus Andreæ Epiſcopus Crenſis. 65. XIX.
Franciſcus Antonius virtutibus illuſtris in Conventu Valentino ſepultus. 134. IX.
Franciſcus Ariminenſis floret. 215. XV.
Franciſcus Bazonis virtutibus celebris. 276. XXI.
Franciſcus a Caſtro Durante in Conventu Caſtilionis Aretini requieſcit. 122. XXIII.
Franciſcus Cathaneus ex Orlandi Comitis familia genitus in Monte Alvernæ incolatum ſortitus. 186. III. Obſervantibus extitit addictiſſimus. 180. VI.
Franciſcus Cuſanus Guardianus Conventus ſancti Angeli Mediolanenſis. 17. XXXVII.
Franciſcus Fauranti Epiſcopus Capritanenſis. 215. XIV.
Franciſcus a Figueroa ſacras reliquias Conventui Caſtaneti largitur. 174. L.
Franciſcus Filiolus beatæ Margaritæ Sulmonenſis Parens. 97. XXIX.
Franciſcus Florentinus virtute & pietate ſpectabilis. 61. VI.
Franciſcus Franciſci floret. 187. IV.
Franciſcus Fuſterius Nazarenus Epiſcopus. 89. VIII.
Franciſcus Garcia in Conventu Villalvini ſepultus. 84. XIV.
Franciſcus Gonzaga in Conventu Mantuæ tumulatus. 276. XXI.
Franciſcus Joannis Inquiſitor in Tuſcia. 237. XV.
Franciſcus Maria Dux Urbini ſepulcrum Comitum de Monte feltrio exornat. 93. XVII.
Franciſcus Papienſis Cœnobii Papiæ fundator. 53. XII.
Franciſcus de Moya Canariæ Vicarius. 225. VI.
Franciſcus Piſtorienſis ad Soldanum Babyloniæ miſſus. 141. VII.
Franciſcus de Platea floret. 120. XVII.
Franciſcus Polanco virtutibus præclarus. 143. XV.
Franciſcus Ponga Comenſis Provinciæ Mediolani Miniſter. 17. XXXVII.
Franciſcus Rovera Pſeudocardinalis. 138. II.
Franciſcus Rubicenſis Epiſcopus. 274. XVI.
Franciſcus Sanſovinus acta beati Galeoti Roberti de Malateſtis ſcribit. 199. XXVII.
Franciſcus Somalius in Eccleſia S. Angeli de Mediolano ſepultus. 17. XXXVIII.
Franciſcus de Soria prudentia, & pietate ſpectabilis. 66. XXIII. 204. XLV.
Franciſcus Spinola in partibus Orientis Vicarius. 122. XXII.
Franciſcus Spoletanus egregius Concionator. 109. XII.
Franciſcus de Tedalliuis Aquitaniæ Epiſcopus. 82. IX.
Franciſcus a Trebio Provinciæ S. Franciſci Miniſter prudentia celebris. 109. XII.
Franciſcus Veliternus Epiſcopus Capritanenſis. 215. XIV.
Franciſcus Zangarus celebris Concionator. 43. XXIII.

Fra-

Fratricelli Picenum inficiunt. 101. I. in eos ſancti Joannes de Capiſtrano, & Jacobus de Marchia zelo flagrant. ibidem. Eorum mores perhibentur. 104. v. ſeqq.

Fridericus Cardinalis Borromæus quædam contra Minores fruſtra intentat. 18. XXXIX.

Fridericus Dux Metbymnæ Rivi ſicci Conventum Franciſcanis ædificat. 143. XV.

Fridericus de Monte Feltrio Conventum Urbini abſolvit. 93. XVII.

Fulgerii Conventus. 135. XII.

Fulginatenſe S. Luciæ Monaſterium. 97. XXIX.

G

B. GAbriel Anconitanus cuidam Tironi jubet recitare Coronam beatæ Mariæ Virginis. 63. XII. Conventum Anconæ reſtaurat. 91. XII. & Conventum ſancti Severini recipit. 228. XI.

Gabriel Spoletanus virtute & pietate ſpectabilis. 61. VI.

Galeotus Robertus de Malateſtis V. *Robertus*.

Galuſani Conventus. 201. XXXIII.

Gandavenſe Monaſterium. 145. XX.

Garſia a Roales ſilvam Conv. Caſtaneti dono recipit. 56. XX.

Gaſpar de Barga in Conventu ſancti Salvatoris Florentiæ tumulatus. 29. XIII.

Gaſpar Florentinus beati Thomaſucii diſcipulus Conventum Scarlini reficit. 40. XIV.

Gaſpar de Rocheovard de Conventu Fulgerii benemeritus. 135. XII.

Gaſpar Urbinas miraculis illuſtris. 95. XIX.

Gemma beatæ Margaritæ Sulmonenſis Parens. 97. XXIX.

Generales Miniſtri. V. *Miniſtri Generales*.

Genuenſes in variis Mundi partibus dominantur. 88. IV.

Georgius ab Erballio Laicus in Conventu Caſtilionis Aretini requieſcit. 122. XXIII.

Georgius de Laazanegiis Epiſcopus Alexandrinus. 195. XVII.

Georgius Tranſilvanus Epiſcopus ſancto Jacobo de Marchia ſcribit. 272. XI.

B. Gerardinus moritur. 216. XV.

Gerardus Epiſcopus Salonenſis. 141. VI.

Gilbertus Contigles Comes Conventus Galuſani fundator. 201. XXXIII.

Gomeſius de Benavides conſtruendi Cœnobium Franciſcanum facultatem obtinet. 83. XIV.

Gometius Suarez de Figueroa Monaſterium pro Clariſſis Saffræ ædificat. 144. XVIII.

Gouden Conventus. 18. XLI.

Goveæ Conventus. 217. XX.

Gregoria de Vico Monaſterii ſancti Laurentii in pane & perna de Urbe Abbatiſſa. 204. XLV. 207. V.

Gregorius Lector Eccleſiæ Gneſnenſis. 207. V.

Gregorius de Nexe Nanderalbenſis Epiſcopus. 26. VI.

Gregorius de Thetes. 229. XVI.

Gundiſalvus Chacconius Conventui Ocbaniæ multa confert beneficia. 56. XVIII.

Gondiſalvus de Vallebona Procurator Generalis Ordinis. 82. X.

Guido Antonius Comes de Monte feltrio Conventum Urbini extruit. 93. XVII.

Guido de Gonzaga Eccleſiam S. Michaelis Lucæ Sororibus Tertii Inſtituti concedit. 266. LXXXVI.

Guiducius Alexanenſis Epiſcopus. 595. XVII.

Guillelmus de Caſali eligitur Vicarius Generalis. 142. VIII. inde Generalis Miniſter. 149. V. jure jurando præſcripta Fratribus a Joanne Cardinali obſervare promittit. 161. XXIII. ſed recedit a pactis. 161. XXIV. a culpa tamen abſolvitur. 164. XXVI. zelum præfert reformationis. 165. XXVIII. cogitur ad juramenti obſervantiam ab Eugenio Pontifice. 179. IV. ei facultas inſtituendi Inquiſitores conceditur. 193. XII.

Guillelmus de ſancto Georgio Conventus de Saleriis fundator. 19. XLIV.

Guillelmus Joſſelinus nobilis vir, & doctus. 38. XII. diploma quoddam a Martino V. obtinet. 39. XII. multa alia egregie præſtat. ibidem.

Guillelmus Livat Baſilicæ ſanctæ Mariæ Majoris Pœnitentiarius. 141. VII.

Guillelmus de Pendergaſt Epiſcopus Mayonenſis. 133. III.

Guillelmus Piardi in Baſilica ſancti Petri Pœnitentiarius. 215. XV.

Guillelmus Spoletanus virtute illuſtris in Conventu Valentiæ ſepultus. 134. IX.

H

HÆretici magna in Catholicos moliuntur. 268. II. eis beatus Jacobus Picenus obſiſtit. ibidem.

Helias Arborenſis Epiſcopus. 16.xxxvi.
Henricus Daniæ, & Svetiæ Rex Fratribus Oratorium Kroczienſe largitur. 182.xvi.
Henricus Ghele Baſilicæ ſanctæ Mariæ Majoris de Urbe Pœnitentiarius. 89. vi.
Henricus Gravinenſis Epiſcopus. 141.vi.
Henricus de Haſſia tuetur opinionem de celeri Antichriſti adventu. 33. ii.
Henricus Infans Hiſpaniæ Ochaniæ Cœnobium ædificare incipit. 55. xviii.
Henricus Terdonenſis Epiſcopus Conventus Vexani fundator. 142.xii.
Herculanus de Piagale miraculis celebris. 121. xvii.
Hercules Eſtenſis in Monaſterio Corporis Chriſti Ferrariæ tumulatus. 184.xx.
Heydelbergenſis Conventus reformatur. 96.xxvi.
Hieronymus Cortonienſis Provinciæ Tuſciæ Miniſter. 83. xi.
Hieronymus Provinciæ Obſervantis Marchiæ Vicarius. 125. xxxv.
Hieronymus a Stronconio miraculis celebris. 172. xliv.
Hieronymus de Stupha in Conventu S.Salvatoris Florentiæ tumulatus. 29. xiii.
Hieroſolyma V. *Terræ Sanctæ*.
Hippolyta a Malegnano virtute præclara. 175. lv.
De Hortu Monaſterium. 128.xliii.
Hugo David Provinciæ Anglicanæ Vicarius. 169. xxxvii.
Hugo de Palis Baſilicæ ſanctæ Mariæ Majoris de Urbe Pœnitentiarius. 89. vi.
Hugo Tornetus Dognenſis Epiſcopus. 15. xiv.
Humbertus Baſtardus Conventus Stanayci fundator. 182. xiv.
Hungari a ſancto Jacobo Piceno ingentia ſe recepiſſe beneficia teſtantur. 270. v.

I

JAcinti Conventus. 202. xl.
Jacobus de Balardis Tergeſtinus Epiſcopus. 89. vii.
Jacobinus Bargius Malafoſſius doctrina præditus. 182. xi.
Jacobus Borbonius Rex fundum pro conſtruendo Clariſſarum Monaſterio largitur. 184. xxii. dat Minoritis nomen. 238. xvii. moritur. ibidem.
Jacobus de Bour de Monaſterio Suoriano optime meritus. 57. xxi.
Jacobus Buſellus Conventum S.Job Venetiarum ædificat. 126. xxxvi.
Jacobus de Caponibus floret. 274. xvii.
Jacobus Capuanus Caprenſis Epiſcopus. 35. v.
Jacobus Clericus virtutibus exornatus in Conventu Pennæ deceſſit. 42. xx.
Jacobus a Coronis ſanctitate præclarus. 46. iii. 63. xv.
Jacobus Cortonienſis vitæ integritate celebris. 219. xxiv.
Jacobus Daultry Guardianus Conventus Pariſienſis. 143. xiv.
Jacobus Delphinus primus locorum Terræ Sanctæ Guardianus. 226. viii.
Jacobus Ilyricus ſanctitate & miraculis illuſtris. 200. xxx.
Jacobus Italus laicus eximiæ ſanctitatis, & obedientiæ. 202. xxxix.
Jacobus ſancti Flori Epiſcopus Oratorium quoddam pro extruendo Minoritis Cœnobio largitur. 174. li.
S. Jacobus de Marchia contra Fratricellos excitatur. 101. i. 106. v. inſtituitur Commiſſarius in Boſnenſi ditione. 194. xiv. laudibus a Generali Miniſtro extollitur. 194. xv. præclare ibidem ſe gerit. 195. xvi. officium renunciat. 225. vii. ſed iterato reaſſumere compellitur. 231. i. Regnantium inſidias evadit. 233. vi. pacem inter Boemos, & Baſileenſes excitat. 233. viii. Manichæos inſectatur. 232. v. alioſque hæreticos in Hungaria. 268. ii. & Inquiſitor ibidem inſtituitur. 269. iii. Ei plurimum ſe debere teſtantur Hungaræ gentes. 270. v. magno cum fœnore animarum Apoſtolicum munus exercet. 273. xiii. conceditur ei facultas plures acquirendi religioſas domos. 273. xiii. ad ardua negotia cum aliis juſſu Pontificis deſtinatus. 180.v.
Jacobus Marchiæ Comes, & Reginæ Joannæ conjux Monaſterii Clariſſarum Caſtrenſis fundator. 145. xxi.
Jacobus Mediolanenſis miraculis illuſtris in Conventu Urbini requieſcit. 95. xix.
Jacobus de Miſnia patrocinatur ſententiæ de Antichriſti adventu. 33. ii.
Jacobus Montis Ferrati Marchio Conventum Nicienſem in Lombardia extruit. 134. viii.
Jacobus Muſſus Placentiæ Cœnobium ædificat. 54. xv.
Jacobus de Primadiciis floret. 108. xi. facultatem duos Conventus ædificandi recipit a Pontifice. 54. xiii. Conventum Parmenſem recipit. 228. xiii. ad ardua negotia cum aliis a Pontifice selectus. 180. v.
Jacobus Scalionus Neapolitanus extruendi duo Cœnobia a Pontifice impe-

pe-

petrat facultatem. 75. XVI. Conventum Averſanum fundat. 95. XXI.
Jacobus T[illegible]nenſis Cœnobium Caſtri Plebis extruit. 262. LXXIII.
Jacobus de Tudiſchis Epiſcopus Eccleſiam Conventus Meſſanæ conſecrat. 125. XXXII.
Jacobus Vagarellus Patavinus in Conventu Forolivii ſepultus. 54. XIII.
Jacobus de Varenis Sarreptanus Epiſcopus. 238. XVI.
Jacobus Venetus Thinenſis Epiſcopus. 133. III.
Janeri Conventus. 75. XV.
Idelfonſus Aragoniæ Rex Conventus Valentini fundator. 137. I.
Illiturgii Conventus. 42. XXII. & Monaſterium. 175. LVII.
Imago Chriſti Domini miraculis coruſcat. 65. XXI.
Imago S. P. Franciſci miro ſudore conſperſa. 79. V.
Inſulæ Vincentinæ Conventus. 182. XII.
Inſulæ Viridis Conventus. 278. XXVIII.
Joanna Brittanniæ Duciſſa apud Minores tumulata. 221. II.
Joanna de Lambertinis in Monaſterio Ferrarienſi claruit. 184. XX.
Joanna de Maille Conventum Fulgerii incipit. 135. XII.
Joanna de Monte Bellicardo Monaſterium pro Clariſſis ædificat. 176. LVIII.
Joanna Neapolis Regina moritur. 238. XVII.
Joanna Palomeque ſilvam Caſtaneti Fratribus donat. 56. XX.
Joanna de Ribis Monaſterii Clariſſarum loci ejuſdem fundatrix. 203. XLI.
Joanna de Vino Tertiaria piiſſima fœmina. 172. XLV.
Joannes Alexius Archiepiſcopus Nazarenus. 72. V.
Joannes Angelus Arcimboldus Archiepiſcopus primum lapidem Eccleſiæ ſancti Angeli Mediolanenſis ponit. 17. XXXVII.
Joannes Angelus, alias Vontelman, Darienſis Epiſcopus. 274. XVI.
Joannes a ſancta Anna Provinciæ Caſtellæ Miniſter. 135. X.
Joannes Antonius Parmenſis in Conventu Caſtilionis requieſcit. 122. XXIII.
Joannes de Baeza in Inſulis Canariæ Vicarius. 68. V. 73. VII. inde ad Libanienſem Epiſcopatum aſſumitur. 225. V.
Joannes de Barga pietate, & doctrina celebris. 169. XXXVII.
Joannes Baptiſta de S. Elpidio virtutibus clarus. 93. XVI.
Joannes Bellorus Guardianus Montis Sion. 145. XXIV.
Joannes Bernardi ſacræ Theologiæ Magiſter. 89. V.
Joannes de Blonde Conventum Tertii Ordinis Brugenſem ædificat. 128. XLIII.
Joannes Borbonius Dux Monaſterium pro Clariſſis ædificat. 75. XVII.
Joannes Bourguignou Conventum Bleſenſem reſtaurat. 143. XIV.
Joannes Brixius ſcribit in favorem decreti Conſtantienſis pro Minoritis. 213. XI.
Joannes Burghelin Sodorenſis Epiſcopus. 89. VIII.
Joannes de Callio vir celebris. 200. XXIX.
Joannes Camariuus laicus in oratione aſſiduus. 134. VII.
Joannes Campenſis in Cœnobio Methymnæ rivi ſicci ſepultus. 143. XV.
S. Joannes de Capiſtrano floret. 90. X. a B. Virgine poculum accipit cœleſtis liquoris. ibidem. ad inſectandos Fratricellos mittitur. 101. I. accurrit in auxilium S. Bernardini Senenſis. 114. II. egregiam navat operam in Comitiis generalibus Aſſiſii. 150. VI. Miniſtri Generalis deputatur ſocius. 161. XXIV. Inquiſitor contra hæreticos. 166. XXX. 191. IX. alia curat in beneficium S. Sedis. 180. V. Conventum Anſani condit. 172. XLIV. inter Anſani, & Ortonæ Cives pacis ſequeſter extitit. ibid. Obitum Martini V. prædicit. 177. I. & Eugenii IV. Pontificatum. 177. II. eidemque commendat Obſervantium familiam. ibidem.
Joannes Carozolus Conventum Quinquefrondium reſtaurat. 278. XXVI.
Joannes II. Caſtellæ & Legionis Rex erga S. Franciſcum patriam imitatur pietatem. 36. VI. ejus feſtum ſolemniter celebrari jubet. ibidem.
Joannes Cavallarius Epiſcopus Neritonenſis. 72. V.
Joannes Ceretenſis Epiſcopus. 215. XIV.
Joannes Cervantes Cardinalis Præſes Aſſiſiatis Capituli. 148. III. Conſtitutiones pro Regulari Obſervantia præſcribit. 150. VII.
Joannes de Conilla Epiſcopus Waradienſis. 238. XVI.
Joannes Conner Epiſcopus Enagdunenſis. 52. X.
Joannes Corethye Spalatenſis egregie pro fide laborat. 183. XVII.
Joannes Donatus Aram maximam in Eccleſia Cracovienſi conſtruit. 279. XXX.
Joannes Dux Brittanniæ Conventus de Savennay fundator. 19. XLII.
Joannes Dux Burgundiæ Conventum

Atrebatenſem intra mœnia Civitatis condi permitti. 19. xliii.
Joannes Erler Pontificius Pœnitentiarius. 169. xxxvii.
Joannes Faber Epiſcopus Naturenſis. 169. xxxvi.
Joannes de S. Facundo Epiſcopus Sebaſtenſis. 89. viii.
Joannes Faventinus Epiſcopus. 133. iii.
Joannes Ferrarius Valentinus Galtelinenſis Epiſcopus. 107. viii.
Joannes Feretus Capreanus Epiſcopus. 35. v.
Joannes Garcia Hiſpanus Decanus Academiæ Tholoſanæ. 52. x. floret. 107. x.
Joannes Georgii Amantius Conventum Metenſem extruit. 135. xiii.
Joannes de Govorio Conventum Tertii Ordinis prope Januam ædificat. 128. xliv.
Joannes Gradenſis Patriarcha ſuper cauſam locorum Terræ Sanctæ Minoritis adhæret. 36. viii. ſeqq.
Joannes Gritſch doctrina celebris. 169. xxxvii.
Joannes Guſmanus Conventum Caſtaneti Obſervantibus largitur. 57. xx.
Joannes de S. Jacobo Henrici infantis Confeſſarius. 52. x.
Joannes Jacobus Montis-ferrati Marchio Fratribus Eccleſiam S. Mauritii donat. 172. xlvi.
Joannes Joannis Epiſcopus Naturenſis. 226. v.
Joannes Ladislaus Conventum de Cuſal ædificat. 66. xxii.
Joannes S. Laurentii in Lucina Cardinalis ſuper cauſam Philippi Berbegalli judex conſtituitur. 213. xi.
Joannes Lupi Baſilicæ S. Petri de Urbe Pœnitentiarius. 224. iv.
Joannes Luſitaniæ Rex translationi Monaſterii Portugallenſis intereſt. 29. xvi.
Joannes a S. Marina Provinciæ Caſtellæ Vicarius. 134. x.
Joannes de Maroth Athyæ Conventum ædificat. 42. xxii.
Joannes de Medicis Cretenſis Milonenſis Epiſcopus. 16. xxxvi.
Joannes de Monte Bando vir præclarus. 22. v.
Joannes de Monte Martini Epiſcopus Roſſenſis. 25. v.
Joannes Morales Epiſcopus Pacenſis. 144. xviii. 141. vi.
Joannes Nicolaus de Caniſſa Conventum Franciſcanis ædificat. 83. xii.
Joannes Nolanus Provinciæ Terræ-laboris Miniſter. 82. x.
Joannes de Oviedo Conventum de Cerezal Tertii Ordinis extruit. 203. xliii.
Joannes Pachecus de Conventu Ochaniæ benemeritus. 56. xi[illegible]
Joannes Palmeyro Baſilicæ S. Petri de Urbe Pœnitentiarius. 141. vii.
Joannes Peruſinus virtute & pietate illuſtris. 61. vi.
Joannes de Piſtibus Epiſcopus Catanienſis. 180. vii. Concilio Baſileenſi intereſt. 237. xiv.
Joannes de Podio in Civitate Tholoſana Inquiſitor. 193. xii.
Joannes de Pontremulo Thebanus Archiepiſcopus. 16. xxxvi.
Joannes Raſanellus Mariæ Galliarum Reginæ a confeſſionibus. 72. v.
Joannes de Ramaga domus Tertii Ordinis Abulenſis fundator. 185. xxiii.
Joannes Ramirius Guſmanus ſilvam Caſtaneti Minoribus largitur. 56. xx.
Joannes de Riva Parochus Parmenſis Franciſcanis addictus. 228. xiii.
Joannes a Rocca Cardinali legato in Urbe ob graſſantem luem conlaborat. 132. i. in Concilio Dertuſenſi e ſuggeſto loquitur. 139. iii. ad Epiſcopatum Bethleemitanum aſſumitur. 139. iii.
Joannes Scheſſchin Baſilicæ S. Petri de Urbe Pœnitentiarius. 215. xv.
Joannes de Sello Conventum Felſalvenſem ædificat. 182. xv.
Joannes Siculus zelantiſſimus Concionator. 123. xxiv.
Joannes de Silva Minoritis addictus. 265. lxxx.
Joannes de Sero Conventum Regenſem ædificat. 535. xiv.
Joannes Simoneta Epiſcopus Eccleſiam Minorum Laudenſem conſecrat. 200. xxxii.
Joannes S. Sixti Cardinalis ſuper cauſam Philippi Berbegalli judex conſtituitur. 213. xi.
Joannes Sleiher Vencomporienſis Epiſcopus. 225. v.
Joannes Stennaert Conventum Tertii Ordinis Brugenſem ædificat. 128. xliii.
Joannes Stronconius Conventum Montis-plani extruit. 54. xiv. obiit in Domino. 5. x.
Joannes Talhaferri de Conventu Nicienſi benemeritus. 142. xiii.
Joannes de Tavira virtutibus illuſtris. 135. x.
Joannes Thomaſius Doneſmundus ſolum pro extruendo Monaſterio ſanctæ Paulæ Mantuæ concedit. 43. xxvi.
Joannes de Toleto Conventus Ochaniæ fundator. 55. xvii.
Joannes Tortellius fundum pro extruen-
do

do Conventu Cunei largitur. 228. xiv.
Joannes de Vicecomitibus Minorita. 17. xxxvii.
Joannes Urbinas ſanctitate, miraculiſque illuſtris. 60. iv. 95. xix. 199. xxix.
Joannes Welles Laudavenſis Epiſcopus. 73. v.
Joannes de Zagarolo Baſilicæ S. Petri de Urbe Pœnitentiarius. 53. xi.
Joannucius de Valle-terrena laicus virtutibus mirabilis. 200. xxxi.
Jolanda Regum Aragoniæ conſanguinea Monialis. 76. xix.
Jordanus Cardinalis Urſinus de Capituli generalis celebratione ad Miniſtrum Generalem ſcribit. 211. viii. Monaſteriorum Florentiæ ei demandatur reformatio. 266. lxxxiv. S. Joanni Capiſtranenſi mittit Epiſtolam. 191. xi.
Joſeph Jacobus Bucellenus Templum Conventus Anconitani reſtaurat. 95. xiii.
Judæi infeſti Fratribus Hieroſolymis commorantibus. 141. vii.
Julianus de Lauro Conventus Padulæ fundator. 66. xxii.
Julianus de Loba, ſive de Dobla Pſeudo-cardinalis. 138. ii.
Julianus de Neapoli facultatem obtinet, ut poſſit in Sicilia Cœnobia conſtruere. 27. x.
B. Juſtinus Polonus moritur. 132. iii.

K

K Rokzienſis Conventus. 182. xvi.

L

Ladislaus Banus Conventum Janeti ædificat. 75. xv.
Lætitia Monialis Monaſterii S. Agnetis Viterbii fundatrix. 238. xviii.
Lanceslaus Hungarus Cœnobii Scarlini incola. 40. xv.
Laurentius Jacobi Piſtoli Romanus Eccleſiæ Lateranenſis pœnitentiarius. 53. xi.
Laurentius Medices Eccleſiam Minorum Florentiæ ædificat. 28. xiii.
Laurentius de Neapoli Puteolanus Epiſcopus. 237. xvi.
Laurentius Suarez de Figueroa in Conventu Saffræ ſepultus. 144. xviii.
Leander Albertus acta beati Galeoti Roberti de Malateſtis ſcribit. 199. xxvii.
Leo Archiepiſcopus Mediolanenſis Laudæ floruit. 200. xxxii.
Leonellus Nicolai Eſtenſis filius. 227. x.
Leonora Aragonia in Monaſterio Corporis Chriſti Ferrariæ tumulata. 184. xx.
Leonora a Caſtella Conventum Calaguritanum ædificat. 127. xxxix.
Leonora Eſtenſis Clariſſa in Monaſterio Corporis Chriſti Ferrariæ. 184. xx. 187. v.
Leonora Quinnona Monaſterium pro Monialibus Conceptionis conſtruit. 85. ii.
Lerenæ Conventus 111. xx.
Leſignani Monaſterium. 184. xxii.
Liniaci Conventus. 133. v.
Liſa Monaſterii Fulginatenſis ſanctæ Luciæ fundatrix. 97. xxix.
Lombardus de Salis Andrienſis Epiſcopus. 274. xvi.
Lopetius Legionenſis de Conventu Utreræ benemeritus. 182. xiii.
Lucas Cionis in Veneta ditione Inquiſitor. 224. iv.
Lucas Jacobi Toſſius ſolum pro extruendo Cœnobio ſancti Salvatoris Florentiæ concedit. 28. xiii.
Lucas Mudatius Caprulenſis Epiſcopus. 225. v.
Lucas Senenſis Procurator Generalis Ordinis. 82. x.
Lucenſis Conventus. 96. xxiv. Clariſſarum Monaſterium. 112. xxiii. & Tertii Ordinis. 266. lxxxvi.
Lucia de Nurcia ſanctitate præſtans. 168. xxxiv. ejus acta recenſentur. ibidem, ſeqq.
S. Lucidi Conventus. 109. xv.
Lucidus Comes Cardinalis Eugenium IV. Pontificem coronat. 177. ii.
Lucina Monialis in Conventu Corporis Chriſti Ferrariæ. 184. xx.
Lucretia Eſtenſis in eodem Monaſterio floret. 184. xx.
Lucretia Medicea item. ibidem.
Ludovica de Baratteriis quamdam Capellaniam Avenione extruit. 44. xxvii.
S. Ludovici Epiſcopi Tholoſani ſacræ exuviæ Valentiam transferuntur. 73. vi.
Ludovicus Albanenſis dono mirabili a beatiſſima Virgine locupletatus. 63. xxii.
Ludovicus Alidoſius a Mediolanenſibus captivus ducitur. 82. ix.
Ludovicus Bononienſis ad ardua negotia cum aliis deſtinatus. 180. v. a beato Alberto Sartianenſi Romam miſſus. 274. xv.
Ludovicus de Corduba Fratribus infenſus. 174. l.
Ludovicus Gallucius fundum pro extruen-

truendo Theani Cœnobio largitur. 124. XXVII.
Ludovicus Henriquez Caſtellæ Admiratus in Cœnobio Methymnæ Rivi ſicci ſepultus. 143. XV.
Ludovicus de Lyſtenoys Conventum Caſtriodonis fundat. 217. XVIII.
Ludovicus de Maripetris Eccleſiam ſanctæ Mariæ Majoris Monaſterii Clariſſarum Venetiis extruit. 280. XXXII.
Ludovicus de Pirramo Epiſcopus Segnenſis. 274. XVI.
Ludovicus Piſanus Inquiſitor SS. Nominis Jeſu imagini infenſus. 188. III.
Ludovicus de Sabaudia apud Minores tumulatus. 21. IV.
Ludovicus Viſenſis apud Pontificem Regis Angliæ Orator. 274. XVII.
Lupus Micres S. Jacobi Provinciæ Miniſter. 122. XX.
Lupus Salamantinus Veſperarius. 4. IV.
Lupus Salazar ſimiliter. 122. XX.

M

B. MAclovius in Inſulis Canarienſibus primus omnium fidem diſſeminat. 68. V.
Macrobius vir doctiſſimus. 228. XIII.
Magdalena Maffinia Miniſtra Monaſterii S. Urſulæ Florentiæ. 265. LXXXIV.
Magdalena Manriquia ſacrarium Conventus Parietum ædificat. 173. XLVIII.
Manfredus Vercellenſis de celeri Antichriſti adventu mordicus ſuſtinet opinionem. 33. II. ſeqq.
Manteæ Conventus. 277. XXIV.
Mantuanus Conventus S. Franciſci. 276. XXI. Mantuanus S. Spiritus. 29. XIV. & Monaſterium Corporis Chriſti. 43. XXVI.
Marchenæ Conventus. 134. X.
Marcus Bergomas virtute & pietate celebris. 61. VI.
Marcus Bononienſis in Monaſterio Clariſſarum Placentiæ tumulatus. 175. LVI. ſanctitate & doctrina ſpectabilis. 108. XI.
Marcus de Ferentino Provinciæ Romanæ Inquiſitor. 132. II.
Marcus de Monte ſanctæ Mariæ Anconæ ſepultus. 93. XVI.
Marcus de Pera Epiſcopus Salmaſtrenſis. 169. XXXVI.
Marcus Quirinus Cretenſis ut plura Cœnobia ædificare poſſit, obtinet facultatem. 42. XXII. Conventum S. Job Venetiarum ædificat. 126. XXXVI.
Marcus Slavus Vicarius Generalis in partibus Ruſſiæ. 57. XXII.
Marcus Viarum Venetus Archiepiſcopus Trapeſundenſis. 122. XXI.
Marcus Ulyſſiponenſis acta beati Galeoti Roberti de Malateſtis ſcribit. 199. XXVII.
Mardæ Conventus. 109. XV.
Margarita Malateſta apud Minores ſepulta. 276. XXI.
Margarita Mantuæ Princeps ſimiliter. ibidem.
Margarita de Bavaria Monaſterium Clariſſarum Montionis conſtrui poſtulat, 183. XIX.
Margarita Burgundiæ Duciſſa Conventum Cheriaci ædificat. 41. XIX.
Margarita de Civitate Caſtellana Monaſterium S. Cæciliæ in ea urbe ædificat. 66. XXIII.
Margarita Comitiſſa Venafrii, & Regum Neapolis conſanguinea Clariſſa. 98. XXXI.
Margarita Eſtenſis Galeoto Malateſtæ matrimonio jungitur. 196. XIX.
Margarita Rudecleriva Monaſterii Saugalli fundatrix. 145. XXII.
B. Margarita Sulmonenſis Monaſterium S. Luciæ Fulginei fundat. 97. XXIX. ejus virtutes recenſentur. 98. XXX.
Maria Auſtriaca Imperatrix de Conventu S. Mariæ de Oliva benemerita. 265. LXXX.
Mariæ beatiſſimæ Virginis imagines quamplures miraculis coruſcant. 54. XV. 182. XIII. 280. XXXII.
S. Mariæ de Angelis extra Peruſium Monaſterium. 174. LIV.
Maria Bituricenſis Monaſterium Clariſſarum Molini conſtruit. 57. XXV.
Maria de Ceſpedes ægrota a S. Hilario ſanata. 144. XIX.
Maria a Chriſto Dominicæ paſſioni meditandæ intenta. 144. XIX.
Maria de Corbeia prima Monaſterii Snoriani Abbatiſſa. 57. XXI.
Maria Manuelis in Eccleſia Monaſterii Safræ ſepulta. 144. XVIII.
Maria de Pontinara de Conventu Aveſuarum benemerita. 143. XVI.
Maria *Puerto Carero* de Conventu Ochaniæ ſimiliter. 56. XVIII.
Maria a Velaſco in Cœnobio Vilalvini ſepulta. 84. XIV.
Mariana Comitis Chinchonii filia Romæ obit. 18. XXXIX.
Marianus Florentinus Acta beati Galeoti Roberti de Malateſtis ſcribit. 199. XXVII.
Marius Maſſainus in Conventu Scarlini claruit. 40. XV.
Maroſticæ Conventus. 96. XXIII.
Martina Lupi Monaſterium Clariſſarum Illi-

Iliturgenſe fundat. 175. LVII.

Martinianæ Conſtitutiones. V. *Conſtitutiones Martinianæ*.

Martinus ab Arteoga Conventum Iſare extruit. 126. XXXVII.

Martinus de Cardenas Marrochiorum Epiſcopus. 26. VI.

Martinus de Domibus Epiſcopus Fortiſventuræ. 82. IX.

Martinus Malacenſis Epiſcopus. 215. XIV.

Martinus V. Pontifex in Italiam deſcendit. I. I. Propitium ſe exhibet Fratribus Terræ ſanctæ. 49. V. jubet celebrari Aſſiſii generalia Comitia. 147. I. cum Fratribus diſpenſat circa retinenda bona immobilia. 164. XXVII. ejus conſtitutiones. V. *Conſtitutiones*, ad Fratres Epiſtolas expedit. V. *Epiſtola Martini V.* obit in Domino. 177. I. mortem ejus infauſta ſigna præcedunt. ibid. eamque S. Joannes de Capiſtrano prævidet. ibidem. Concilium Baſileenſe indixit. 222. I.

Martinus de Quinterio Lectorenſis Epiſcopus. 107. VIII.

Martyres nuncupantur, qui ad tuendam virtutem decedunt. 199. XXVIII.

Maſſatii Conventus. 110. XVI.

Maſſilienſis Conventus. 84. XV.

Maſſuracæ Conventus. 142. X.

Matthæus Agrigentinus Inſtitutum Franciſcanum amplificat. 124 XXX. Ei conceditur facultas, ut plura Cœnobia condere poſſit. 91. XII. 264. LXXVIII. Conventum Panormi ædificat. 124. XXX. ingenti pietate nomen Jeſu coluit. 118. XI. ejus virtutes. 118. XII. Cleri Siculi animabus conſulit. 237. XV.

Matthæus de Chiapa Nanderalbenſis Epiſcopus. 35. V.

Matthæus Coronenſis Epiſcopus. 215. XIV.

Matthæus de Lecio S. Bernardini Senenſis ſocius. 216. XV.

Matthæus Rheginus Roſſanenſis Antiſtes Conventum Roſſani perficit. 133. VI.

Matthæus de Rhegio ſocius, & diſcipulus S. Bernardini. 137. I. ejus acta recenſentur. ibidem.

Mazariæ Monaſterium. 44. XXVII.

Mediæ Curiæ Conventus. 73. VIII.

Mediolanenſes laudantur. 7. XIV.

Mediolanenſis S. Angeli Conventus. 17. XXVII. 53. XII. & S. Apollinaris Monaſterium. 98. XXXII.

Meſſanenſis primus Conventus. 124. XXXI. & ſecundus. 125. XXXII.

Methenſis Conventus. 135. XIII.

Methymnæ Rivi Sicci Conventus. 143. XV.

B. Michael a Carcano Laudæ floruit. 201. XXXII.

Michael Gonzalez in Conventu Vilalvini tumulatus. 84. XIV.

Michael de Mediolano Conventus S. Angeli de Mediolano incola. 18. XXXIX.

Miniſtri Generales Angelus Salvettus. 52. IX. Antonius de Maſſa. V. *Antonius de Maſſa*. Antonius de Pyreto. V. *Antonius de Pyreto*. Guillelmus de Caſali. V. *Guillelmus de Caſali*.

Minoritæ hoſpitali Montium de Occa præficiuntur. 43. XXV. in Fortunatis Inſulis fidem diſſeminant. 73. VII. apud Græcos. 88. IV. & in aliis Mundi regionibus. ibidem. Mittuntur in Orientem. 234. X. Inſtituuntur Inquiſitores. 2. II. 23. I. 47. I. 72. V. 129. I. 132. II. 166. XXX. 169. XXXVII. 192. IX. 193. XII. 215. XV. 223. III. 224. IV. 237. XV. Pœnitentiarii Apoſtolici. 89. VI. 141. VII. & Nuncii. 141. VII. Vexantur. 36. VIII. ſeqq. 38. XII. 97. XXVII. 174. L. Eorum privilegia. V. *in fine quorumlibet annorum, & Conventus*. V. *Conventus*.

Molinenſe Monaſterium. 57. XXI.

Monenſe Monaſterium. 279. XXXI.

Monaſteria Monialium Anicienſe. 99. XXXV. Antivæ. 66. XXIII. de Aquis Sparſis. 75. XVII. Aſſiſii S. Agnetis. 266. LXXXV. Averſanum. 99. XXXIII. Bergomenſe. 229. XVII. Camerinenſe transfertur. 112. XXIII. Caſtrenſe. 145. XXI. Chiervenſe. 266. LXXXVIII. Civitatis Caſtellanæ. 66. XXIII. Colonienſe Tertii Orbinis. 203. XLII. Conſentinum. 265. LXXXIII. Cortonienſe. 219. XXVI. Drepanenſe. 44. XXVII. Eugubinum. 175. LIV. Ferrarienſe Corporis Chriſti. 183. XX. Florentiæ S. Urſulæ. 265. LXXXIV. Fulginatenſe S. Luciæ. 97. XXIX. Gandavenſe. 245. XX. de Horto. 128. XLIII. Iliturgenſe. 175. LVII. Leſigniani. 184. XXII. Lucenſe. 112. XXIII. Lucenſe Tertii Ordinis. 266. LXXXVI. Mantuanum Corporis Chriſti. 43. XXVI. S. Mariæ de Angelis extra Peruſium. 174. LIV. Mazariæ. 44. XXVII. Mediolanenſe S. Apollinaris. 98. XXXII. Molinenſe. 57. XXI. Monenſe. 279. XXXI. Montis Bellicardi. 176. LVIII. Montis Citorii de Urbe. 77. XXI. Mortarii. 175. LV. Murcianum. 266. LXXXVII. Muſſiponti. 183. XIX. Neapoli S. Franciſci. 145. XXII. Orbæ. 112. XXIV. Parmenſe. 76. XVIII. Peruſinum S. Mariæ de Angelis. 174. LIV. Placentinum. 175. LVI. Portuen-

ſe ſive Portugalenſe transfertur. 29. xvi. Portus-Læti. 99. xxiv. de Ribis. 203. xli. Romanum Montis Citorii. 77. xxi. Safræ. 144. xviii. Salinarum. 19. xlvi. Sangalli. 145. xxii. Senenſe S. Hieronymi Tertii Ordinis. 266. lxxxviii. Setabienſe. 279. xxxi. Suorianum. 57. xxi. Tretſienſe. 219. xxvii. Tungrenſe. 84. xvi. de Valle-ſabrica Peruſii. 145. xxii. Venetum S. Mariæ Majoris. 280. xxxii. Veronenſe. 97. xxviii. Villæ Franchæ. 279. xxxi. Vincentinum. 219. xxvii. Unlingienſe. 44. xxviii. Urbinas reformatur. 30. xvii.

Moniales. V. *Clariſſæ*.

Montis Alvernæ Conventus. 42. xxi. 274. xviii.

Montis Bellicardi Monaſterium. 176. lviii.

Montis Citorii de Urbe Monaſterium. 77. xxi.

Mortarii Monaſterium. 175. lv.

Murati Conventus. 186. i.

Murcianum Monaſterium. 266. lvii.

Murorum Conventus. 201. xxxviii.

N

NAvis Conventus. 95. xx.

Neapolitanus ſanctæ Mariæ Novæ Conventus. 96. xxii. & Monaſterium S. Franciſci. 145. xxii.

Niciæ in Lombardia Conventus. 134. viii.

Niciæ ad Mare Liguſticum Conventus. 142. xiii.

Nicolaus Antonii de Uzano dat initium Cœnobio S. Salvatoris Florentiæ. 28. xiii.

Nicolaus Areoarum Comes Conventum Minoritis ædificat. 277. xxv.

Nicolaus Ariminenſis Acta beati Galeoti Roberti de Malateſtis ſcribit. 199. xxvii.

Nicolaus Auximanus floret. 119. xiii. qualis ejus pueritia. ibidem. vocatio ad Ordinem. 119. xiv. tirocinium, & profectus. 120. xv. inſtituitur Vicarius Provinciæ S. Angeli. 120. xvi. Conventum Vallis aſperæ ædificat. 172. xlv.

Nicolaus Caroli de Regulari Obſervantia optime meritus. 109. xiv.

Nicolaus de Caſtello Epiſcopus Auximanus. 65. xix.

Nicolaus de Corbaria Epiſcopus Tinienſis. 16. xxxvi.

Nicolaus Coſmæ Archiepiſcopus Dyrachinus. 65. xix.

Nicolaus Eſtenſis quoſdam mulierum abuſus in ſua ditione vetat. 227. x.

Nicolaus Factor ſanctitate, miraculiſque celebris in Conventu Valentiæ ſepultus. 134. ix.

Nicolaus Franciſci laicus Conventus Aveſnarum fundator. 143. xvi.

Nicolaus Joannis in Aquilonaribus regionibus Inquiſitor. 47. i.

Nicolaus Marchio Cotroni Franciſcanos in ſua ditione incolas poſtulat. 181. ix.

Nicolaus Miniſter Provinciæ Romanæ. 53. xi.

Nicolaus del Nevo Tripolitanus Epiſcopus. 238. xvi.

Nicolaus Niccholus Pogii Florentini maledica opera beato Alberto Sartianenſi mittit. 170. xxxviii.

Nicolaus Rogerii Inquiſitor in Umbria. 122. xx.

Nicolaus Salma Arienſis Epiſcopus. 215. xiv.

Nicolaus de Spalato Epiſcopus Scardonenſis. 107. viii.

Nicolaus Torpeanus Epiſcopus Cœnobium Minoritis concedit. 54. xiv.

Nicolaus de Troja Tanenſis Epiſcopus. 89: viii.

Nicolaus Tyburtinus Nuncius Apoſtolicus. 141. vii.

Nicolaus Veze in Baſilica Lateranenſi Pœnitentiarius. 141. vii.

Nicolaus Watre Dromorenſis Epiſcopus. 26. vi.

Nicolaus Wegmanus in Baſilica S. Petri de Urbe Pœnitentiarius. 132. i.

Nicolaus Wogmay Epiſcopus Mayonenſis. 169. xxxvi.

Nicoſiæ Conventus. 125. xxxiii.

Nieſleviæ Conventus. 112. xxii.

Nurſiæ Conventus. 200. xxxi.

O

OBedientia Deo gratior oratione. 122. xxiii.

Obſervantes. Eorum familia Viris præclaris illuſtratur. 108. xi. ſeqq. 120. xvii. propagationi ſavet Martinus V. 18. xli. poſſunt nova domicilia condere. ibid. & 27. x. eorum Vicarii auferuntur. 149. v. eis Eugenius Pontifex ſummopere adhæret. 178. ii. ad Montem Alvernæ redeunt. 180. vi. in Hiſpania per Vicarios denuo reguntur. 225. vi. de methodo eos gubernandi diſſidia exorta. 212. xi. Hieroſolymorum ſacra loca cuſtodiunt. 225. viii. ſacris vaſibus argenteis aureiſque uti poſſunt. 234. x. & in domibus

bus amplis permanere. ibid. eis Decretum Baſileenſis Concilii propitium. 235. XII. Eorum Cœnobia. V. *Conventus* & *Privilegia*. V. *in fine quorumlibet annorum*.
Ochaniæ Conventus. 55. XVIII.
Oclani Conventus. 174. LII.
Octavius Farneſius Dux primum lapidem Conventus Parmenſis ponit. 228. XIII.
Olympia Santucia Tertii Ordinis Urbini tumulata. 94. XVIII.
Onuphrius Sarzanenſis virtutibus, miraculiſque ſpectabilis. 200. XXXI.
Onuphrius Sueſſanus Presbyter Eccleſiam Conventus Iuſulæ reparat. 182. XII.
Orbæ Monaſterium. 112. XXIV.
Ordines Mendicantes inter ſeſe pacem ineunt. 237. XIV.
Ordo Diſciplinatorum. V. *Diſciplinatorum*.
Orifica Monialis Monaſterii S. Agnetis de Viterbio fundatrix. 238. XVIII.
Origo devotionis Coronæ beatæ Virginis. V. *Coronæ*.
Orlandus Palavicinus de Parmenſi Cœnobio optime meritus. 228. XIII.
Otilia Vogelmajerina Monaſterii Unlingienſis Abbatiſſa. 44. XXVIII.
Otto Conſtantienſis Epiſcopus dat nomeu Minoritis. 180. VII.

P

PAcificus Romanus a doctrina commendatus. 108. XI.
Paduæ S. Urſulæ Conventus. 275. XX.
Paduæ Xenodochii Conventus. 43. XXIV.
Padulæ Conventus. 66. XXII.
Paleuſis de la Rabida Conventus. 75. XII.
Panormitanus Conventus. 124. XXX.
Panormitanus de Gangia Conventus. 172. XLVII.
Papiæ Conventus. 53. XII.
Parietum Conventus. 173. XLVIII.
Parmenſis Conventus. 228. XIII. & Monaſterium. 76. XVIII.
Paſchaſius Cayanda Baſilicæ S. Petri de Urbe Pœnitentiarius. 195. XVII.
Paſtuccius Aſſiſias Provinciæ S. Francisci Miniſter. 169. XXXVII.
Paula Gonzaga in Monaſterio S. Paulæ Mantuano floret. 44. XXVI. inſtat pro fabrica Monaſterii Veronenſis. 97. XXVIII.
Paula Malateſta Monaſterium idem ſanctæ Paulæ Mantuanum condit. 43. XXVI.
Paulus Albertus Adjacenſis, inde Auculanus, poſtea Auſculanus Epiſcopus. 36. V. 65. XIX.
Paulus Aſſiſias S. Bernardini hortatu ad Obſervantes translatus. 108. XII.
Paulus de Carcanis Guardianus Conv. S. Angeli Mediolani. 18. XXXIX.
Paulus Franciſci Sebaſtenſis Epiſcopus: 133. III.
Paulus Panormitanus Carmelita Concilio Baſileenſi intereſt. 237. XIV.
Paulus Piſottus defunctus in Conventu Parmenſi transfertur. 228. XIII.
Paulus Sinopolitanus S. Bernardini ſocius. 277. XXIV.
Pennæ Couventus. 41. XX.
Peruſinum S. Mariæ de Angelis Monaſterium. 174. LIV.
S. Petri de Baurbex Conventus. 111. XX.
Petrus ab Alſano ſitum pro Conventu Bergomenſi S. Bernardino concedit. 65. XXI.
Petrus Alvarus Conventus S. Cittæ fundator. 74. XI.
Petrus Aſtingenſis Almerienſis Epiſcopus. 225. V.
Petrus Beparaiſe Archiepiſcopus Tyrenſis. 141. VI. Blanchæ Navarræ Reginæ a ſacris confeſſionibus extitit. 169. XXXVI. & Joannis II. Navarræ Regis ad Caſtellæ Regem Orator. ibid.
Petrus de Berraiz Navarræ Reginæ Confeſſarius. 108. X.
Petrus Calaber ſanctitate conſpicuus. 176. LVIII.
Petrus Camers miraculis illuſtris in Conventu Urbini requieſcit. 95. XIX.
Petrus Conimbricenſis Dux Regis Luſitani filius Conventum Septæ ædificat. 42. XXII.
Petrus Fabre Inquiſitor in Gallia. 23. I.
Petrus Fabrianenſis laicus virtutibus admirabilis. 61. III.
Petrus Farto floret. 108. X.
Petrus de Frias hoſpitalis Montium de Occha Rector. 43. XXV.
Petrus de Fuxo Poutificius Legatus Avenione. 26. VI. deinde apud Aragoniæ Regem. 86. I. redit in Urbem. 132. I. iterum ad Regem Aragoniæ mittitur. 138. I. cum eodem paciſcitur, & ſchiſma Poutificium delet. ibid. Concilium indicit. 139. III. eſt pacis ſequeſter inter Aragoniæ & Caſtellæ Reges. 140. V.
Petrus de Gambacurta Piſanus Congregationis Hieronymianæ fundator. 204. XLVI.
Petrus Goter Sabarienſis Epiſcopus. 225. V.
Petrus de Guevara in Cœnobio Anæ ſepultus. 55. XVI.

Petrus Laicus ſanctitate illuſtris in Conventu Pennæ deceſſit. 42. xx.
Petrus Laſſus de Vega de Conventu ſanctæ Mariæ de Oliva optime meritus. 265. LXXX.
Petrus Ludovicus Faroeſius Parmenſis Conventum Minorum ſolo æquat. 228. XIII.
Petrus Manriquius Conventum Calaguritanum ædificat, 127. XXXIX.
Petrus de Mendoça vir egregius. 89. VI.
Petrus Munnez Compoſtellanus Archiepiſcopus Eccleſiam Minorum Muri conſecrat. 202. XXXVIII.
Petrus Penneoſis ſanctitate præclarus. 63. XIII.
Petrus de Pirano Epiſcopus Lecienſis. 107. VIII.
Petrus Pratenſis Inquiſitor in Tuſcia. 169. XXXVII.
Petrus de Reverſatis. 44. XXIX.
Petrus de Sano Auximanus Epiſcopus. 26. VI.
Petrus a Santojo de Regulari Obſervantia optime meritus. 181. VIII. ædificat Cœnobia Methymnæ Rivi-ficci. 143. XV. & Parietum. 173. XLVIII.
Petrus a Turribus fama ſanctitatis moritur. 135. X.
Petrus de Villena S. Juſtæ Epiſcopus. 215. XIV.
Petrus Volerdellus S. Theologiæ Magiſter. 89. VI.
Petrus Urbinas ſanctitate miraculiſque illuſtris. 199. XXIX.
Philippa Geldria Siciliæ Regina virtute præclara Clariſſarum Regulam profitetur. 183. XIX.
Philippus Berbegallus in Ordine diviſionem intentat. 213. XI.
Philippus Bonacurſius Epiſcopus Mantuæ apud Minores tumulatus. 276. XXII.
Philippus Maria Dux Mediolanenſis Minoritis, ut conſtruant Conventum Papiæ facultatem concedit. 53. XII.
Philippus II. Rex Hiſpaniarum apud Minores incola. 74. XI.
Philippus Tudertinus vir ſanctiſſimus obit in Domino. 4. V.
Piſanus Conventus. 110. XVIII.
Placentiæ in Italia Conventus. 54. XV. & Monaſterium. 175. LVI.
Planengi Conventus. 18. XL.
Poggius Florentinus contra Fratres quaſdam turbas excitat. 74. IX. commendat impium libellum Antonii Panormitæ. 226. VIII. ejus ſcripta beato Alberto Sartianenſi mittuntur. 170. XXXVIII.
Polydorus Romanus Conventum Scarlini incolatu decoravit. 40. XV.
Pontius Feugeyronis Inquiſitor in Gallia. 2. II. ab Eugenio IV. in officio confirmatus. 223. II.
Portugallenſe, ſive Portuenſe Monaſterium transfertur. 29. XVI.
Portus-Læti Monaſterium. 99. XXIV.
Proculus Piſanus de Puteolis ut domum Fratribus Tertii Ordinis conſtruat, facultatem obtinere curat. 145. XXIII.

Q

QUinque frondium Conventus. 277. XXVI.

R

RAdicofoli Conventus. 83. XI.
Raonus de Caſtro Meduruo Polignianenſis Epiſcopus. 82. IX.
Raphael Volaterranus acta beati Galeoti Roberti de Malateſtis ſcribit. 199. XXVI.
Raymundus Baucius Uaenti Conventum extruit. 172. XLIII.
Raymundus de Viterbio Catarenſis Epiſcopus. 52. 2.
Raynaldus beatæ Luciæ Nurcinæ germanus. 168. XXXIII.
Regienſis in Hungaria Conventus. 135. XIV.
Religio Minorum annulo quodam Chriſto deſponſata. 151. VIII.
Renatus Dux Barenſis Montionis Monaſterium pro Clariſſis ædificat. 183. XIX.
Retbymi Conventus. 183. XVII.
De Ribis Monaſterium. 203. XLI.
Robertus Archiepiſcopus Fernenſis Cives Roſſenſes a cenſuris abſolvit. 265. LXXXII.
Robertus Colmannus floret in Auglia. 107. X.
Robertus Foſten Elſinenſis Epiſcopus. 16. XXXVI.
Robertus Galeotus de Malateſtis virtute & genere illuſtris. 195. XVIII. ducit uxorem invitus. 196. XIX. tertium Inſtitutum ſancti Franciſci amplectitur. ibidem. leproſis & pauperibus inſervit. 196. XX. frequenter Xenodochia inviſit. 197. XXI. Ejus virtutes recenſentur. 196. XX. ſeqq. doloribus cruciatur. 197. XXIII. obit in Domino. 198. XXIII. varia ejus miracula. 198. XXIV. quinam ejus acta ſcripſerunt. 199. XXVII.
Robertus Morulius Monaſterium Saliuarum ædificat. 19. XLVI.

Ro-

Robertus Poetlandus Imelaeenſis Epiſcopus . 141. VI.
Robertus Ryngman Gradeuſis Epiſcopus . 89. VIII.
Robertus Welleys Provinciæ Anglicanæ Miniſter . 53. XI.
Robertus Windel Imelaceuſis Epiſcopus . 72. V.
Rodulpbus Pius Cardinalis Ordinis Protector . 184. XX.
Rogerus Dewe Provinciæ Angliæ Miniſter . 169. XXXVII.
Romanum Moutis Citorii Monaſterium. 77. XXI.
Roſata Monialis Monaſterii S. Agnetis de Viterbio fundatrix . 238. XVIII.
Roſſani Conventus . 133. VI.
Roſſipontis Conventus . 265. LXXXII.

S

SAbinus de Cellino Guardienſis Epiſcopus . 26. VI.
Safræ Monaſterium . 144. XVIII.
De Saleriis Conventus . 19. XLVI.
Salinarum Monaſterium . 19. XLVI.
B. Salomea in Couventu Cracovienſi ſepulta . 279. XXX.
Sancia Fernandi Seguina Murcienſis apud Minores tumulata . 29. XV.
Sancia de Ribis pro Clariſſis ejuſdem loci Monaſterium fundat . 203. XLI.
Sancius Epiſcopus Salamantinus Cœnobium Caſtaneti extruit . 173. L.
Sangalli Monaſterium . 145. XXII.
Savenay Conventus . 19. XLII.
Saurina Monaſterii Setabienſis fundatrix . 279. XXXI.
Sbigneus Oleſnicius Epiſcopus de Conventu Cracovienſi benemeritus . 279. XXX.
Scarlini Conventus . 40. XIV.
Scholarius de Monte Ilcino Inquiſitor in Marchia Tarviſina . 215. XV. & Guardianus Hieroſolymitanus . 225. VIII.
Scili Conventus . 109. XV.
Scipioni Martinenſi Epiſcopo B. Albertus de Sartiano ſcribit . 274. XV.
Scledi Conventus . 275. XX.
Sebaſtianus Feſulani Conventus Alumnus pro tueuda caſtitate ab impiis quibuſdam mulieribus interfectus . 199. XXVIII.
Seneuſe Monaſterium ſancti Hieronymi Tertii Ordinis . 266. LXXXVIII.
Senſus de Monte Jovio virtutibus miraculiſque inſignis . 180. VIII.
Septæ Conventus . 42. XXII.
Seraphinus Cajetanus adoleſcentum peritiſſimus inſtructor . 108. XI.
Seraphinus Mantuanus virtutibus inſignis . 276. XXI.
Seſſanus Conventus . 216. XVII.
Setabienſe Monaſterium . 279. XXXI.
S. Severini Conventus . 228. XII.
Sigiſmundus Gonzaga Mantuæ apud Minores ſepultus . 276. XXI.
Sigiſmuudus Imperator Romam venit . 208. I. ibidem Imperiali corona exornatur . 219. I. magni facit S. Bernardinum Seuenſem . 208. I. Boemos pacificat . 268. I.
Sigiſmundus Malateſta quemdam Minoritam interficit . 199. XXVIII.
Simon de Begna Conventum Oclani condit . 174. LII.
Simon Brunduſinus Rubenſis Epiſcopus . 16. XXXVI.
Simonettus Spoletanus Inquiſitor in Umbria . 132. II.
Sizem Conventus . 111. XXII.
Sorores . V. *Clariſſæ* .
Speciani Conventus . 124. XXIX.
Stanayci Conventus . 182. XIV.
Stephanus Chailletus Epiſcopus Myrenſis . 65. XIX.
Stephanus Radoſomik Capiriuenſis Epiſcopus . 225. V.
Stephanus Tuerbo Rex Ruſciæ S. Jacobo de Marebia mittit Epiſtolam . 232. II.
Sulbiacenſis Conventus . 201. XXXVI.
Suorianum Monaſterium . 57. XXI.
Suthamptonis Conventus . 97. XXVII.
Sylveſter de Radicondolo ſanctitate præclarus . 120. XVII.

T

TErentia Monaſterii S. Agnetis de Viterbio fundatrix . 238. XVIII.
Terræ Sanctæ Fratribus Martinus V. Summus Pontifex propitius. 49. V. Regimen Obſervantibus commmendatur . 225. VIII.
Tertiariis Sororibus Miniſtra Generalis conceditur . 136. XVII. inde revocatur . ibidem .
Thadea Gilberti Carpenſis Monaſterii Corporis Chriſti Ferrariæ incola. 184. XX.
Theani Conventus . 123. XXVII.
Theatis Conventus . 41. XVII.
Theobaldus Biſuntinus Epiſcopus annuit , ut Conventus Cheriaci extruatur . 41. XIX.
Theobaldus Perini Lateranenſis Pœnitentiarius . 65. XIX.
Theobaldus Pontus Epiſcopus Aſſiſias . 89. VII.

Theo-

Theodoricus Urias tuetur opinionem de celeri Antichriſti adventu. 33. II.
Thereſia Enriquez Methymnæ Rivi ſicci Princeps Tertii Ordinis virtutibus & prodigiis illuſtris. 143. XV.
Thomas Fiacherinus Conventum Caſtilionis Florentini extruit. 122. XXIII.
Thomas Flemingus Epiſcopus Leghlinenſis. 195. XVII.
Thomas Florentinus laicus in Provinciis S. Angeli, & Calabriæ Vicarius. 6. XI.
Thomas Olzinus Provinciæ Aragoniæ Miniſter. 19. XLVI.
Thomas a S.Severino Princeps Conventum Padulæ ædificat. 66. XXII.
Thomas Sybenicenſis Inſulam Crapanii Franciſcanis largitur. 278. XXVII.
Ticozinenſis Conventus. 28. XII.
Tidemmannus Nicolai Tranquillienſis Epiſcopus. 237. XVI.
Titianus Boucher Monaſterium Salinarum cum quibuſdam aliis extruit. 19. LXVI.
Tragurii Conventus. 201. XXV.
Tranenſis Conventus. 123. XXIV.
Tretzienſe Monaſterium. 219. XXVII.
Truto Olorenſis Epiſcopus. 89. VIII.
Trym Conventus. 194. LIII.
Tungrenſe Monaſterium. 84. XVI.

V

VAlentiæ Alcantarenſis Conventus. 202. XXXIX.
Valentiæ S. Mariæ de Jeſu Conventus. 134. IX.
De Vallefabrica Peruſii Monaſterium. 145. XXII.
Vallis aſperæ Conventus. 172. XLV.
Vallis viridis Conventus. 217. XIX.
Vaſco Luſitanus Tertii Ordinis. 56. XX.
De Veas Conventus. 173. XLIX.
Venetiarum S. Job Conventus. 126. XXXVI. & Monaſterium S. Mariæ Majoris. 280. XXXII.
Ventura Aſſiſas laicus virtutibus & miraculis clarus. 61. VI.
Vicarii Obſervantium auferuntur. 149. V.
Vicegradi Conventus. 97. XXVII.
Vici in Lotharingia Conventus. 41. XVIII.
Vilalvini Conventus. 83. XIV.
Villæ Franchæ Monaſterium. 279. XXXI.
Vincentinum Monaſterium. 219. XXVII.
Viridis de Piis Domicella Carpenſis Monaſterium Ferrarienſe ædificari curat. 183. XX.
Viſſi Conventus. 125. XXXIV.
Unlingienſe Monaſterium. 44. XXVIII.
Urbanus II. Summus Pontifex Præfationis, quæ in Miſſa beatæ Virginis recitari ſolet, auctor. 54. XV.
Urbanus de Procopio Caſtrenſis Epiſcopus 141. VI.
Urbevetanus Conventus. 142. IX.
Urbini Conventus. 93. XVII. & Monaſterium. 30. XVII.
Utinenſis Conventus. 133. IV.
Utreræ Conventus. 182. XIII.
Walterus Formay Epiſcopus Roſſenſis. 16. XXXVI.
Walterus ab Ellebarch primus auctor Monaſterii Unlingienſis. 44. XXVIII.
Warii Conventus. 42. XXII.
Willelmus Baro Conventum de Burenvalt ædificat. 75. XIII.
Willelmus Midenſis Epiſcopus. 225. V.
Uxenti Conventus. 172. XLIII.

IN-

INDEX BULLARUM

Quæ in hujus Decimi Tomi Regeſto continentur.

Numerus Arabicus indicat paginam, Romanus per ordinem poſitas Bullas.

AD Apoſtolicæ. *Eugenii IV.* 498. xv.
Ad Apoſtolicæ. *Ejuſdem.* 532. LVII.
Ad Apoſtolicæ. *Ejuſdem.* 562. XCVIII.
Ad Aſſiduum. *Martini V.* 325. L.
Ad ea ex. *Ejuſdem.* 361. CI.
Ad ea ex. *Ejuſdem.* 380. CXXIV.
Ad ea ex. *Ejuſdem.* 387. CXXXII.
Ad ea ex. *Ejuſdem.* 400. CXLVI.
Ad ea ex. *Ejuſdem.* 408. CLVIII.
Ad ea ex. *Eugenii IV.* 522. XLIII.
Ad ea ex. *Ejuſdem.* 554. LXXXVII.
Ad ea libenter. *Martini V.* 437. CXCII.
Ad ea per quæ. *Eugenii IV.* 551. LXXXIV.
Ad ea per quæ. *Ejuſdem.* 556. LXXXIX.
Ad ea quæ. *Martini V.* 365. CV.
Ad ea quæ. *Ejuſdem.* 376. CXVII.
Ad ea quæ. *Eugenii IV.* 540. LXVI.
Ad exequendum. *Martini V.* 484. CCXLVI.
Ad exequendum. *Eugenii IV.* 546. LXXIV.
Ad hæc circa. *Martini V.* 393. CXXXVIII.
Ad hoc circa. *Ejuſdem.* 426. CLXXIX.
Ad illa quæ. *Ejuſdem.* 391. CXXXVI.
Ad noſtram. *Ejuſdem.* 342. LXXV.
Ad Ordinem veſtrum. *Ejuſdem.* 354. XCIII.
Ad ſtatum. *Ejuſdem.* 435. CXC.
Ad ſtatum. *Eugenii IV.* 491. VI.
Admonet nos. *Martini V.* 381. CXXV.
Æternæ beatitudinis. *Eugenii IV.* 553. LXXXVI.
Amabiles fructus. *Martini V.* 460. CCXV.
Anxia nos cura. *Eugenii IV.* 509. XXVIII.
Apoſtolatus officium. *Martini V.* 289. V.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem.* 289. VI.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem.* 290. VII.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem.* 291. IX.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem.* 298. XVII.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem.* 304. XXV.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem.* 310. XXXII.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem.* 346. LXXXII.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem.* 348. LXXXV.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem.* 351. LXXXVIII.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem.* 379. CXXI.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem.* 379. CXXII.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem.* 401. CXLVIII.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem.* 411. CLXII.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem.* 447. CC.

Digitized by Google

Apoſtolatus officium. *Ejuſdem*. 450. CCIII.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem*. 450. CCIV.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem*. 460. CCXVI.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem*. 460. CCXVII.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem*. 372. CCXXVIII.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem*. 472. CCXXIX.
Apoſtolatus officium. *Eugenii IV.* 536. LX.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem*. 538. LXII.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem*. 539. LXV.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem*. 545. LXXI.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem*. 549. LXXXI.
Apoſtolatus officium. *Ejuſdem*. 561. XCVI.
Apoſtolicæ nobis. *Martini V.* 303. XXIV.
Apoſtolicæ nobis. *Ejuſdem*. 349. LXXXVI.
Apoſtolicæ nobis. *Ejuſdem*. 386. CXXI.
Apoſtolicæ nobis. *Eugenii IV.* 564. CII.
Apoſtolicæ Sedis. *Martini V.* 453. CCVIII.
Apoſtolicæ Sedis. *Eugenii IV.* 511. XXIX.
Apoſtolicæ ſervitutis. *Martini V.* 299. XVIII.
Apoſtolicæ ſervitutis. *Ejuſdem*. 481. CCXLI.
Attentæ conſiderationis. *Eugenii IV.* 530. LII.
Attentæ conſiderationis. *Ejuſdem*. 539. LXIV.
Attentæ conſiderationis. *Ejuſdem*. 547. LXXVII.
Benigno ſunt. *Martini V.* 465. CCXXII.
Cum a nobis petitur. *Ejuſdem*. 326. LIII.
Cum a nobis petitur. *Ejuſdem*. 344. LXXVII.
Cum in humanis. *Ejuſdem*. 477. CCXXXVI.
Cum ſanctiſſimus. *Joannæ II. Reginæ Neapolis*. 568.
Cum ſecularium. *Ejuſdem*. 384. CXXVIII.
Cum ſecularium. *Ejuſdem*. 457. CCXII.
Cum univerſis. *Ejuſdem*. 374. CXVI.
Decet Apoſtolicam. *Ejuſdem*. 458. CCXIII.
Devotionis augmentum. *Eugenii IV.* 564. CI.
Devotionis veſtræ. *Martini V.* 373. CXV.
Devotionis veſtræ. *Ejuſdem*. 406. CLV.
Devotionis veſtræ. *Eugenii IV.* 505. XXII.
Devotorum. *Martini V.* 447. CCI.
Digna reddimur. *Ejuſdem*. 323. XLVIII.
Digna reddimur. *Ejuſdem*. 431. CLXXXIV.
Dignis petentium. *Ejuſdem*. 428. CLXXXI.
Dilectos filios. *Ejuſdem*. 319. XLV.
Divina diſponente. *Ejuſdem*. 306. XXVIII.
Divina diſponente. *Ejuſdem*. 378. CXIX.
Divina diſponente. *Ejuſdem*. 451. CCV.
Divina diſponente. *Ejuſdem*. 461. CCXVIII.
Divina diſponente. *Ejuſdem*. 482. CCXLIII.
Divina diſponente. *Eugenii IV.* 507. XXV.
Divina diſponente, *Ejuſdem*. 534. LIX.
Divina favente. *Ejuſdem*. 518. XXXVII.
Dudum bonæ. *Ejuſdem*. 544. LXVIII.
Dum ad univerſas. *Martini V.* 485. CCXLVII.
Dum ad univerſas. *Eugenii IV.* 531. LV.
Dum Beati merita. *Martini V.* 481. CCXLII.
Dum præcelſa. *Ejuſdem*. 445. CXCVIII.

Dum uberes fructus. *Ejuſdem*. 300. XIX.
Dum uberes fructus. *Ejuſdem*. 351. LXXXIX.
Dum uberes fructus. *Eugenii IV*. 497. XIV.
Ea quæ Divino. *Martini V*. 291. X.
Ea quæ pro. *Ejuſdem*. 434. CLXXXVIII.
Eccleſiarum. *Ejuſdem*. 368. CVIII.
Eccleſiarum. *Eugenii IV*. 560. XCV.
Etſi ex debito. *Martini V*. 382. CXXVII.
Etſi ex debito. *Ejuſdem*. 436. CXCI.
Ex Apoſtolicæ. *Ejuſdem*. 482. CCXLIV.
Ex Apoſtolicæ. *Eugenii IV*. 536. LXI.
Ex fideli. *Ejuſdem*. 468. CCXXIV.
Exhibita. *Martini V*. 294. XII.
Exigentibus. *Ejuſdem*. 312. XXVII.
Exigit veſtræ. *Ejuſdem*. 327. LV.
Exigit veſtræ. *Eugenii IV*. 559. XCIII.
Eximiæ devotionis. *Martini V*. 307. XXX.
Eximiæ devotionis. *Ejuſdem*. 347. LXXXIII.
Eximiæ devotionis. *Ejuſdem*. 435. CLXXXIX.
Eximiæ devotionis. *Ejuſdem*. 479. CCXXXIX.
Ex injuncto. *Ejuſdem*. 356. XCV.
Ex injuncto. *Ejuſdem*. 472. CCXXX.
Expoſcit. *Ejuſdem*. 410. CLXI.
Ex ſupernæ. *Ejuſdem*. 412. CLXIV.
Ex ſuſcepti. *Ejuſdem*. 344. LXXIX.
Ex ſuſcepto. *Ejuſdem*. 547. LXXVI.
Exultantes. *Martini V*. 301. XX.
Fructus præcipuæ. *Ejuſdem*. 347. LXXXIV.
Gerentes in deſideriis. *Ejuſdem*. 315. XLII.
Gloriæ perennis. *Eugenii IV*. 517. XXXVI.
His quæ. *Martini V*. 308. XXXI.
His quæ. *Ejuſdem*. 360. XCVIII.
His quæ. *Ejuſdem*. 373. CXIV.
His quæ. *Ejuſdem*. 376. CXVIII.
His quæ. *Ejuſdem*. 470. CCXXVI.
Humilibus. *Ejuſdem*. 305. XXVI.
Humilibus. *Ejuſdem*. 316. XLIII.
Humilibus. *Ejuſdem*. 329. LIX.
Humilibus. *Ejuſdem*. 342. LXXIV.
Humilibus. *Ejuſdem*. 345. LXXXI.
Humilibus. *Ejuſdem*. 359. XCVII.
Humilibus. *Ejuſdem*. 365. CIV.
Humilibus. *Ejuſdem*. 369. CIX.
Humilibus. *Ejuſdem*. 404. CLII.
Humilibus. *Ejuſdem*. 425. CLXXVII.
Humilibus. *Ejuſdem*. 427. CLXXX.
Humilibus. *Ejuſdem*. 446. CXCIX.
Humilibus. *Ejuſdem*. 452. CCVII.
Humilibus. *Ejuſdem*. 459. CCXIV.
Humilibus. *Ejuſdem*. 471. CCXXVII.
Humilibus. *Eugenii IV*. 546. LXXV.
Humilibus. *Ejuſdem*. 548. LXXVIII.
Humilibus. *Ejuſdem*. 550. LXXXII.
Iis per quæ. *Martini V*. 425. CLXXVIII.

Illa devotarum. *Ejuſdem*. 324. XLIX.
Illis fidelium. *Ejuſdem*. 391. CXXXV.
Illius qui. *Ejuſdem*. 295. XIV.
In Apoſtolicæ Sedis. *Ejuſdem*. 390. CXXXIV.
In eminenti. *Ejuſdem*. 322. XLVII.
Ineffabilis. *Ejuſdem*. 455. CCX.
Injunctum nobis. *Ejuſdem*. 297. XV.
Injunctum nobis. *Ejuſdem*. 353. XCII.
Injunctum nobis. *Ejuſdem*. 407. CLVII.
Injunctum nobis. *Ejuſdem*. 417. CLXVIII.
Injunctum nobis. *Ejuſdem*. 476. CCXXXIV.
Inſtituit Deus. *Ejuſdem*. 467. CCXXIII.
Inter cetera. *Ejuſdem*. 286. II.
Inter cetera. *Ejuſdem*. 340. LXXII.
Inter cetera. *Ejuſdem*. 470. CCXXV.
Inter cetera. *Ejuſdem*. 485. CCXLVIII.
Inter cuncta. *Eugenii IV*. 526. XLVIII.
Inter deſiderabilia. *Martini V*. 477. CCXXXV.
Inter deſiderabilia. *Eugenii IV*. 527. XLIX.
Inter ſollicitudines. *Martini V*. 332. LXII.
Inter ſollicitudines. *Eugenii IV*. 519. XXXIX.
Inter ſollicitudines. *Ejuſdem*. 533. LVIII.
Inter univerſa. *Martini V*. 332. LXI.
Juſtis. *Ejuſdem*. 319. XLVI.
Juſtis. *Ejuſdem*. 340. LXXIII.
Juſtis. *Ejuſdem*. 430. CLXXXIII.
Juſtis. *Eugenii IV*. 492. VII.
Licet inter cetera. *Martini V*. 419. CLXXI.
Licet is. *Ejuſdem*. 318. XLIV.
Licet is *Eugenii IV*. 513. XXXI.
Licet is. *Ejuſdem*. 525. XLVI.
Loca Sanctorum. *Martini V*. 451. CCVI.
Magnæ devotionis. *Eugenii IV*. 528. L.
Meditatio. *Martini V*. 448. CCII.
Monet nos. *Eugenii IV*. 506. XXIII.
Movemur ex cura. *Ejuſdem*. 508. XXVII.
Noviter ad noſtrum. *Joannæ II. Reginæ Neapolis*. 566.
Officii noſtri. *Ejuſdem*. 558. XCI.
Paſtoralis officii. *Martini V*. 371. CXII.
Paſtoralis officii. *Ejuſdem*. 379. CXXIII.
Paſtoralis officii. *Eugenii IV*. 543. LXIX.
Paſtoralis officii. *Ejuſdem*. 545. LXXII.
Paſtoralis officii. *Ejuſdem*. 557. XC.
Perſonam tuam. *Martini V*. 312. XXXVI.
Pia devotorum. *Eugenii IV*. 524. XLV.
Pia fidelium. *Martini V*. 366. CVI.
Pia fidelium. *Ejuſdem*. 385. CXXIX.
Pia fidelium. *Ejuſdem*. 411. CLXIII.
Pia fidelium. *Ejuſdem*. 422. CLXXIV.
Pia vota. *Ejuſdem*. 369. CX.
Piis deſideriis. *Ejuſdem*. 486. CCXLIX.
Piis devotorum. *Ejuſdem*. 343. LXXVI.
Piis devotorum. *Eugenii IV*. 490. V.
Piis & honeſtis. *Martini V*. 286. III.

Piis & honeſtis. *Ejuſdem*. 403. CL.
Piis & humilibus. *Ejuſdem*. 398. CXLIV.
Piis fidelium. *Ejuſdem*. 352. XC.
Piis fidelium. *Ejuſdem*. 366. CVII.
Piis fidelium. *Ejuſdem*. 464. CCXX.
Piis fidelium. *Ejuſdem*. 465. CCXXI.
Piis fidelium. *Ejuſdem*. 475. CCXXXIII.
Piis fidelium. *Eugenii IV*. 493. IX.
Piis fidelium. *Ejuſdem*. 502. XVIII.
Piis fidelium. *Ejuſdem*. 524. XLIV.
Piis fidelium. *Ejuſdem*. 526. XLVII.
Piis fidelium. *Ejuſdem*. 538. LXIII.
Piis ſupplicum. *Martini V*. 336. LXVIII.
Piis ſupplicum. *Ejuſdem*. 397. CXLIII.
Piis ſupplicum. *Ejuſdem*. 399. CXLV.
Piis ſupplicum. *Ejuſdem*. 409. CLX.
Piis ſupplicum. *Ejuſdem*. 420. CLXXII.
Piis ſupplicum. *Ejuſdem*. 421. CLXXIII.
Piis ſupplicum. *Ejuſdem*. 424. CLXXVI.
Piis ſupplicum. *Ejuſdem*. 432. CLXXXV.
Piis ſupplicum. *Ejuſdem*. 440. CXCV.
Piis ſupplicum. *Ejuſdem*. 444. CXCVII.
Piis ſupplicum. *Ejuſdem*. 456. CCXI.
Piis ſupplicum. *Ejuſdem*. 475. CCXXXII.
Piis ſupplicum. *Ejuſdem*. 480. CCXI.
Piis ſupplicum. *Ejuſdem*. 483. CCXLV.
Piis ſupplicum. *Eugenii IV*. 496. XII.
Piis ſupplicum. *Ejuſdem*. 502. XIX.
Piis ſupplicum. *Ejuſdem*. 512. XXX.
Piis ſupplicum. *Ejuſdem*. 517. XXXV.
Piis ſupplicum. *Ejuſdem*. 519. XXXVIII.
Piis ſupplicum. *Ejuſdem*. 530. LIII.
Piis votis. *Martini V*. 311. XXXIV.
Piis votis. *Ejuſdem*. 331. LX.
Piis votis. *Ejuſdem*. 418. CLXIX.
Promptum & benevolum. *Ejuſdem*. 297. XVI.
Promptum & benevolum. *Ejuſdem*. 307. XXIX.
Promptum & benevolum. *Ejuſdem*. 310. XXXIII.
Propter bonas. *Eugenii IV*. 532. LVI.
Provenit ex veſtræ. *Martini V*. 326. LII.
Prudentes Virgines. *Ejuſdem*. 357. XCVI.
Quanto ſalutis. *Ejuſdem*. 294. XIII.
Quæ pro Divini. *Eugenii IV*. 515. XXXIII.
Rationi congruit. *Ejuſdem*. 486. I.
Rationi congruit. *Ejuſdem*. 487. II.
Recte ſiquidem. *Ejuſdem*. 531. LIV.
Regimini univerſalis. *Ejuſdem*. 501. XVII.
Regimini univerſalis. *Ejuſdem*. 563. XCIX.
Regularem vitam. *Martini V*. 285. L.
Religionis. *Ejuſdem*. 311. XXXV.
Religionis. *Ejuſdem*. 338. LXXI.
Religionis. *Ejuſdem*. 353. XCI.
Religionis. *Ejuſdem*. 396. CXLI.
Religionis. *Ejuſdem*. 407. CLVI.

Religionis. *Ejuſdem*. 474. CCXXXI.
Religioſorum. *Ejuſdem*. 364. CIII.
Romani Pontificis. *Ejuſdem*. 432. CLXXXVI.
Romani Pontificis. *Eugenii IV*. 504. XXI.
Romani Pontificis. *Ejuſdem*. 529. LI.
Romani Pontificis. *Ejuſdem*. 549. LXXX.
Romani Pontificis. *Ejuſdem*. 550. LXXXIII.
Romanus Pontifex. *Martini V*. 378. CXX.
Romanus Pontifex. *Ejuſdem*. 414. CLXV.
Romanus Pontifex. *Ejuſdem*. 428. CLXXXII.
Romanus Pontifex. *Ejuſdem*. 461. CCXIX.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 288. IV.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 302. XXII.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 303. XXIII.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 312. XXXVIII.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 313. XXXIX.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 314. XL.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 328. LVI.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 334. LXIV.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 334. LXV.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 337. LXIX.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 338. LXX.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 344. LXXVIII.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 360. XCIX.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 370. CXI.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 382. CXXVI.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 392. CXXXVII.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 394. CXXXIX.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 409. CLIX.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 422. CLXXV.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 439. CXCIV.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 454. CCIX.
Sacræ Religionis. *Eugenii IV*. 493. VIII.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 494. X.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 497. XIII.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 503. XX.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 554. LXXXVIII.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 559. XCII.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 560. XCIV.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 563. C.
Sacræ veſtræ Religionis. *Martini V*. 405. CLIII.
Sacroſanctæ. *Ejuſdem*. 402. CXLIX.
Salutare ſtudium. *Ejuſdem*. 335. LXVI.
Sedis Apoſtolicæ. *Ejuſdem*. 416. CLXVI.
Sedis Apoſtolicæ. *Eugenii IV*. 488. III.
Sedis Apoſtolicæ. *Ejuſdem*. 507. XXVI.
Sedis Apoſtolicæ. *Ejuſdem*. 516. XXXIV.
Sedis Apoſtolicæ. *Ejuſdem*. 520. XL.
Sedis Apoſtolicæ. *Ejuſdem*. 552. LXXXV.
Sinceræ devotionis. *Martini V*. 290. VIII.
Sinceræ devotionis. *Ejuſdem*. 305. XXVII.
Sinceræ devotionis. *Ejuſdem*. 314. XLI.
Sinceræ devotionis. *Ejuſdem*. 326. LI.
Sinceræ devotionis. *Ejuſdem*. 345. LXXX.

Sin-

Digitized by Google

Sinceræ devotionis. *Ejuſdem*. 350. LXXXVII.
Sinceræ devotionis. *Ejuſdem*. 355. XCIV.
Sinceræ devotionis. *Ejuſdem*. 361. C.
Sinceræ devotionis. *Ejuſdem*. 363. CII.
Sinceræ devotionis. *Ejuſdem*. 372. CXIII.
Sinceræ devotionis. *Ejuſdem*. 386. CXXX.
Sinceræ devotionis. *Ejuſdem*. 389. CXXXIII.
Sinceræ devotionis. *Ejuſdem*. 396. CXLII.
Sinceræ devotionis. *Ejuſdem*. 400. CXLVII.
Sinceræ devotionis. *Ejuſdem*. 403. CLI.
Sinceræ devotionis. *Ejuſdem*. 405. CLIV.
Sinceræ devotionis. *Ejuſdem*. 416. CLXVII.
Sinceræ devotionis. *Ejuſdem*. 419. CLXX.
Sinceræ devotionis. *Ejuſdem*. 438. CXCIII.
Sinceræ devotionis. *Ejuſdem*. 478. CCXXXVII.
Sinceræ devotionis. *Ejuſdem*. 479. CCXXXVIII.
Sinceræ devotionis. *Eugenii IV*. 500. XVI.
Sinceræ devotionis. *Ejuſdem*. 521. XLI.
Sinceræ devotionis. *Ejuſdem*. 521. XLII.
Sinceræ devotionis. *Ejuſdem*. 545. LXXIII.
Sinceritas. *Martini V*. 336. LXVII.
Solet Apoſtolicæ. *Eugenii IV*. 506. XXIV.
Solet Apoſtolicæ. *Ejuſdem*. 548. LXXIX.
Sollicitudinis Paſtoralis. *Ejuſdem*. 489. IV.
Spretis mundi. *Martini V*. 395. CXL.
Super cathedram. *Eugenii IV*. 544. LXX.
Super gregem. *Martini V*. 292. XI.
Super gregem. *Ejuſdem*. 433. CLXXXVII.
Super gregem. *Ejuſdem*. 440. CXCVI.
Super gregem. *Eugenii IV*. 495. XI.
Super gregem. *Ejuſdem*. 514. XXXII.
Suſcepti cura. *Martini V*. 302. XXI.
Suſcepti cura. *Eugenii IV*. 541. LXVII.
Votis fidelium. *Ejuſdem*. 561. XCVII.
Votis veſtris. *Martini V*. 327. LIV.
Votis veſtris. *Ejuſdem*. 329. LVII.
Votis veſtris. *Ejuſdem*. 329. LVIII.
Ut inter. *Ejuſdem*. 333. LXIII.

FINIS TOMI DECIMI.

Menda, quæ in hujus Decimi Tomi editione irrepſerunt, benevole Lector, ita corriges.

Pag. 55.	§. XII.	*lin.* 54.	Viradaria	Viridaria
91.	§. XV.	*lin.* 1.	Ferreti	Feretti
95.	§. XVII.	*lin.* 16.	attinet	attinent
96.	§. XXIII.	*lin.* 1.	Minonorum	Minorum
133.	§. III.	*lin.* 16.	Perrinus	Perrinus
175.	§. LV.	*lin.* 3.	Sancti Victori	Sancto Victori
180.	§. VII.	*lin.* 5. }	de Piſcibus	de Piſtibus
237.	§. XIV.	*lin.* 15. }		
246.	§. XXXVII.	*lin.* 3.	in ſervito	in ſervitio
453.	§. XI.	*lin.* 16.	Sagarolo	Zagarolo

A01 1471238

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google